Hinc eſt, quod ſponſus rapiens ſponſam, vel è conuerſo, tenetur pœna. l. vni. §. quibus. iuncta gloſſ.verb ſponſam. C.de raptu virgi.tamen procedit in ſpōſis de futuro, non in illis, qui iam ſunt de præſenti. Couar.vbi ſupra.2.part.capit.7. §.4. nume.11.Et eſt.l.3.titul.20.part.7.

Hinc etiam eſt, quod ſponſus de præſenti poterit iure mariti accuſare ſuam ſponſam, vt diximus.& eſt gloſſ.in capitul. .verb.cum vxore. de ſentent.excommunica.quæ intelligit. l. ſi vxor. §.diuus. ff. de adulter. in ſponſa de præſenti. An. in capit.1.de adulte. & Felin. in rubri. deſponſa. Et eſt communis interpretatio, quæ tamen eſt vera, vt oſtendit Couar.in epitom 4 priori part.capit.1.nume.8 Decem differentiæ inter ſponſam & vxorem aſsignantur à Ioan.Balsiano in conſuetudi. Aluerniæ. *Des donasions*.art.1.fol.81.

Quæro, Clericus quidam cum eſſet in minoribus ordinibus conſtitutus cum quadam contraxit in facie eccleſiæ: poſtea probata conſanguinitate in gradu prohibito, vel ex alia cauſa conſtitit nullum eſſe, Vtrum redire poſsit ad ſuum beneficiū? Reſpond. quod non, cum ſuo facto eccleſiam renuntiauerit. vt capit.ex ore.de his quæ fi.à prælat. & capit.dilecto.de appellationibus.

Item, quia eccleſiam, quantum in ſe fuit, habuit pro derelicta. l. 2. ff. pro derelict. & ſic eam amiſit. Facit text in capit.1.de ſponſa.libr. 6. vbi publica honeſtas cauſatur ex matrimonio declarato nullo, allegato, & probato impedimento. Ad idem capit.nuper, in fin. de bigam. Ita etiam tenet Barth. Brixien, q. Dominicali. 10, Ioan, Andr. & alij in capit.1.de cler.coniuga.& in ca. Ioannes. eod.titu. Aucha.in cap.vni.de cler.coniuga. libr. 6.& in conſil.34. In hac cauſa.colum.3.verſi. Nā & alibi.nume. 10. Item probatur ex gloſſ.in dict. cap.vni.de cle.coniuga.libr.6.verb.clericalis. Dixit in ſimili, quod ſi quis impetrauerit reſcriptum ad præbendam vacaturam & antequam vacaret, contraxit cum virgine, quæ poſtea mortua eſt, & mox vacat beneficium, an poſsit illud repetere? Et concludit non eſſe admittendum. Idem tenet Bartholo. Brixien. in quæſtio. Dominicali. 9 in ordine, quorum opinio eſt communis ſecundum Ferdinan. Loazes de matrimon. regis Angliæ. dub.11.nume.13. Quamuis ipſe *Loaz.* in repet.l.ſi filius fami.§.diui.nume.285.ff.de legat. primo. teneat poſt Imolam in clemen. Gratiæ. de reſcript. ex matrimonio inualiter contracto beneficia nō vacare. Et in volu. rep. diuerſorum doctorum eſt in nume.117.

Quæritur præterea, Quæ perſonæ ſint habiles ad contrahendum ſponſalia. Reſpond. quod omnes illæ, quę expreſſe à iure non reperiuntur prohibitæ. capit. cum apud. de ſponſal. vbi illud edictum eſt prohibitoriū. Paluda. in.4. diſtin. 27. quæſt. 1.articu.2. Martinus Nauar. in manuali cōfeſſorum. capi.22.nume.28.

Quæ autem ſit ætas legitima ad contrahendū ſponſalia? Reſpond. quod ætas completa ſeptennij. capit. acceſsit. capit. literas. & capit. ad diſſoluendum. de deſpon. impub. capit. primo. & cap. vbi. 30. quæſt. 2. l. in ſponſalibus contrahendis. ff. de ſponſalib. l. 6 titul. 1. part. 4. Dominic. Sot. in 4. ſententia. diſtinct. 27. quæſt. 2. artic. 2. quem videas. In tantum, quod contracta ſponſalia à minoribus ſeptem annorum ſunt nulla, & nullum effectum producunt. capit. ad diſſoluendum. de deſponſa. impube. capit. vni. in princip. eod. titul. libr. 6. Tum etiam, quia ex nihilo nihil gignitur. l. & ideo. ff. de donat. inter virum & vxor. l. 5. §. ſi nec & ibi Iaſ. numer. 6. ff. de iureiuran. l. eius qui in prouincia. §. quod ſi ſtipulatus. ff. ſi certum petatur. & ibi Paul. & Iaſ. nume. 3. Sed conſenſus deducitur ex diſcretione, quæ non eſt in illa ætate infantili. l. prima. C. de falſa mone. Clement. vni. & ibi dixi de homicid. Ergo abſque conſenſu non fuerunt ſponſalia. Quia qui primitiua inficit, deriuata vituperat, l. ſi homo mortuus. ff. de verborum obligationib. l. mortuo. in princip. ff. de legat. ſecundo. l. grege. verſic. 1. & l. lex vectigali. ff. de pignorib. ideoq; reſciſſo principali, reſciſſum

iudicatur omne ab eo dependens. glo. in. l. 3. §. patronum. verb. Fabiana. ff. ſi quid in fraudem patro. Solennem dicit Iaſo. in. l. ex teſtamento. nu. 2. C. de fideicommiſſ. & vnicam in. §. ſuccat. num. 79. Inſtit. de actio. & communiter approbatam cenſuit in. l. certi condictio. §. ſi nummos. nu. 36. ff. ſi certum peta. Rip. in. l. ita ſtipulatus. num. 36. ff. de verbo. obliga. Probatur ex Barto. in. l. diuus Traianus. nu. 1. ff. de teſtamen. militis. Quod eſt optimum ad. l. 4. tit. 3. lib. 5. ſupra. quod annullato inſtrumento publico, cenſetur annullata clauſula guarentigia in eo contenta. & ſic non poterit exequi.

Quæri ſolet circa præmiſſa, Vtrum ætas ſeptẽnij in ſponſalibus præueniri poſsit propter diſcretionem, & malitiam præuenientem pueri ætatẽ. In qua quæſtione videtur dicendum quod non. Nam vbi certa ætas ad intellectum & diſcretionẽ à iure deſideratur, non ſuppletur, nec poteſt malitia, nec ex iudicio præuenienti. l. qua ætate. ſecundum eius communem intellectum. ff. de teſta. Quem etiam ſequitur Philipp. Francus in rubri. de teſtam. lib. 6. num. 8. & num. 9. Quo fit, vt ſi impubes ante legitimam ætatem religionem profiteatur, profeſsio erit nulla. cap. 1. de regula. libr. 6. etiam eo in caſu, quo puer eſſet ſumme diſcretus, ac omnino doli capax. glo. eſt communiter recepta in cap. poſtulaſti. de regula. Panormi. in cap. ſignificatum. eod. titu. & in capi. atteſtationes. nu. 10. de deſponſa. impube. Cardina. in Clemen. fina. q. 3. colum. 3. num. 6. de ætat. & qualita. Tibert. Ccotus libr. 2. de vero & perfect. cleri. ca. 19. num. 4. Syluest. in verb. religio. in. 2. quæſtio. 22. & in. 3. quæſt. 2. Caieta. verb. votum. verſic. Imperfectio autem ætatis. Ratio huius deciſionis eſt authoritas eccleſię irritantis hoc votum ſolenne, ſiue perſona ſit diſcreta, vel non.

Sed etiam eſt Panormi. cenſura in cap. iuuenis. num. 5. de ſponſalibus. firmantis malitiam, ac doli capacitatẽ, ætatem ſeptennij ad contrahenda ſpõſalia, minime ſupplere. & Ioan Brunell. hanc partem viſus eſt comprobare in tracta. de ſponſalib. & matrimo. concluſ. 4. num. 5. Item caſus ſpecialis ac ſingularis denotatius commune eſſe in contrarium. Sed quod malitia ſuppleat ætatem, ſtatutum eſt in matrimonio, vt eſt notum, ac probatur. l. 6. titu. 1, part. 4. igitur in ſponſalibus non habet locum talis præuentio.

Secunda opinio in hac quæſtione contraria eſt tenenda, imo quod infantes poſsint contrahere ſponſalia, ſi habent intelligentiam, ac doli capacitatem. ex gloſ. 1. in. c. iuuenis. de ſponſalib. glo. in c. ſponſam. eo. tit. gl. in ſumma. 30. q. 2. ad mediũ. ibi, Niſi proximi ſint ſeptẽnio, ita ꝙ ſint capaces intelligentiæ. Ioan. in ſum. confeſſ. lib. 4. tit. 1. q. 5. Summa Piſana verb. Sponſalia. §. 4. Archiep. Floren. 3. par. ti. 1. c. 18. ad fi. col. 1. Syluest. verb. ſpõſalia. q. 2. Thom. in. 4. diſt. 27. q. 2. art. 2. verſic. Ad ſeptimum dicendum. vbi Palud. q. 1. artic. 2. concluſ. 2. Richard. de Mediauilla. arti. 3. quæſt. 1. Ad ſecundum Ioan. Andr. Domi. Philipp. Franc. nu. 2. & Ioan. Vankel. concluſ. 1. hanc dicens communem ſententiam in. c. vni. in princi. de ſponſalib. lib. 6. & Præpoſi. in dict. c. iuuenis. col. 3. nu. 6. de ſponſalib. Couar. in Epitom. 4. Decretal. priori parte. c. 2. Gregor. Lopez in. l. 6. ver. Siete años. titu. 1. part. 4. Nam iuxta ſententiam Philoſophi. 2 Phyſic. Quod parum deeſt à re, nihil deeſſe videtur. l. pen. ff. de mil. teſta. Hæc autem propinquitas terminatur à quibuſdam in tempore ſex menſium. Sed melius eſt ſecundum ſanctum Thom. in. 4. ſent. diſt. 27. q. 2. artic. 2. verſi. Ad ſeptimum dicendum, quod terminetur ſecundum conditionem cõtrahentium: quia in quibuſdam magis accelecatur rationis vſus, quam in alijs, & ſic intentio diſcreta, & complacentia nuptiarum. Idem tenet Archiep. Floren. 3. part. tit. 1. c. 18. De iure tamen non habetur, quod tempus ſeptennij poſsit præueniri ſecundum Arch. Florẽ. loco præmiſſo.

Confirmatur ex Panorm. in. c. 1. de delict. puer. nu. 4. dicente Clemen. viii. de homic. d. limitandã eſſe in infante doli capace. Quem ſequitur Gondiſal. de Villadiego in tract. de irregularitate. cap. de percuſſore. num. 58. vbi per plura in additionibus contrarium perſuadere contendimus.

Nec obſtat id quod dixi in primo fundamento partis contrariæ, nam procedit in materia iuris communis correctoria, & ſic odioſa, quamuis aliqua ratione inſpecta, nempe eius iuridica obſeruatione ſit fauorabilis. l. 1. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. Secus in materia noſtra, quæ fauorabilis eſt, ac in dubio pro matrimonio eſt iudicium proferendũ. ca. fina. de re iudi. Et viginti quatuor ſpecialia ratione matrimonij inducta eleganter tradit Felin. in rub. de ſponſalib. col. 5. nu. 4. Ex eo etiam procedit iſta communis: quia data diſcretione infantis paulo ante ſeptennium, & ſic data intelligentia ad contrahenda ſponſalia, ceſſat ratio finalis legum latorum, & ſic eorum diſpoſitio, ſeu prouiſio. c. magnæ. de vot. c. non debet. de conſang. & affinit. Facit pro iſto intellectu. l. in ſponſalibus. ff. de ſponſalib. vbi intellectus deſideratur in contrahendis ſponſalibus, quem defuiſſe præſumitur ante completum ſeptennij tempus. Si igitur de iudicio, ac præcoci intellectu conſtat, ceſſat legis præſumptio de ignorantia. argu. l. diuus. ff. de minori. quo loco dicitur, quod vna præſumptio excludit aliam.

Nec his obſtare videtur quæ diximus de voto religionis: nam ideo in caſu expreſſe ſtatutum

eſt ab.

eſt ab eccleſia propter magnitudinem cauſæ, quæ eum inducat mutationem ſtatus, ac contineat ſeruitutem perpetuam, merito maiori deliberatione perficiendum eſt: in ſponſalibus vero non ita magna verſatur ratio diſpoſitionis, cum damnum ſit leue, ac recuperabile.

Item etiam authoritas Panor.in. d.ca. iuuenis. etſi non leuis in iure ſit, tamen eſt probabilis, non autem neceſſaria, quemadmodum in cæteris doctorum opinionibus dici ſolet, & ſic nõ impedit.

Rurſus nonobſtat id, quod dicimus de matrimonio carnali, in quo eſt expreſſum malitiã ſupplere ætatem. Quæ ſic exponi debet, id eſt, vigor naturalis, ſeu potentia coeundi. c. de illis. 2. de deſponſat. impube. Sylueſt. verb. matrimonium. 5. quæſt. 2. nam illud expreſſe diſpoſitum fuit propter maiorem contingentiam in cauſa matrimonij, in ſponſalibus id contingere quamuis ſoleat, tamen rariſsimè, vt in exemplo eſt apud Sylueſt. loco proximè citato de minore ſeptem annis, quæ carnaliter fuit cognita à maiore quatuordecim annis, quo caſu non ſolum ſunt ſponſalia, ſed matrimonium, ideo non cenſetur iſte caſus excluſus.

Quæro inſuper, Quibus ex cauſis ſponſalia de futuro diſſoluantur? Reſpon. quod ex plurimis, de quibus per gloſſ. in ca. ſic quippe. 27. q. 2. & in c. quemadmodum. de iureiurand. Rebuff. in practi. beneficio. in regul. Cancellariæ, de diſpenſatio. in gradibus prohibitis. glo. 5. nume. 51. vbi refert hos verſus.

Lepra ſuperueniens, furor, ordo, ſanguis, & abſens,
Læſaq; virginitas, membri damnum, minor ætas,
Hæreſis ac lapſus, fideiq; remiſſio prorſus,
Sponſos diſſociant, & vota futura retractant.

¶ Adde Hoſtienſ. quatuor decim caſus referẽtem in ſum. de ſponſa. §. & qualiter diſſoluatur. Sanct. Thom. in. 4. ſenten. diſtinct. 27. q. 2. arti. 3. vbi Ricard. de Media villa. ponit decem caſus, in quibus ſponſalia diſſolui poſſunt. art. 3. q. 4. & Paluda. quæſt. 1. ar. 3. Gregor. Lopez in. l. 7. verb. *Excuſacion derecha*. titu. 1. part. 4. Reuerendiſsimus Doctor ac epiſcopus Segouienſis atq; Regius Præſul in Epitom. 4. Decretal. 1. part. c. 5. Et eſt regia. l. 8 titu. 1. part. 4.

Dubitatur, Sponſalia de futuro quibus verbis contrahantur? Reſpond. quod his verbis, quibus ad futurum matrimonium conſenſu promittitur: per quę verba eum initium, non executionem actus denotent, ſponſalia de futuro, & non matrimonium contrahuntur. capitul. iurauit in vxorẽm legitimam accepturũ. de probationib. capit. penulti. vbi Panormi. colum. 1. numer. 2. & Præpoſit. de ſponſalib. text. ſecundum Panorm. in capitu. ex parte. ibi, habituram. vbi Præpoſit. eod. titul. Iaſ. in. l. ſerui electione. nume. 3. ff. de legat. 1. capit. ex literis. 2. & capit. ſicut. de ſponſali. Couar. in dicta Epitome. 4. Decretal. 1. part. cap. 3. nume. 1. Verba, per quæ proprie ſponſalia inducuntur, ponuntur in. l. 2. titul. 1. part. 4. Itidem ex iuris interpretatione ſponſalia de futuro ſunt ea, quæ contrahuntur per verba de præſenti efficacia ad matrimonium contrahendum, impediente tamen ætatis defectu: quamuis alias ex conceptis verbis matrimonium eſſet cenſendum. capit. vnic. §. idem quoque. de deſponſatio. impub. lib. 6. Idem de iure antiquo conſtitutum erat in cap. à nobis. vbi eſt gloſ. verb. conſenſum. de deſponſatio. impube. vbi not. Ioan. Andr. & Panormi. nume. 2. text. in cap. atteſtationes. & in cap. tuæ. vbi gloſſ. fin. & Ioan. Andr. eodem titul. Ioan. Brunellus de ſponſal. & matri. concluſ. 4. Et ſic colligitur regula, Si non valet vt matrimonium, valeat eo modo, quo melius valere poteſt, nempe vt ſpõſalia. tex. in dict. capit. vni. §. idem quoque. de deſponſatio. impube. lib. 6. De cuius intellectu agit Couarru. in Epitom. 4. Decretal. 1. par. cap. 3. nu. 3. Ioan. Crott. ponit nouem concluſiones in repeti. l. 1. §. ſi quis ita. num. 28. ff. de verborũ obligat. vbi Alciat. nume. 17.

His ſic præmiſsis, Quæritur, Quid ſit matrimonium? Reſpondendum eſt, quod matrimonium eſt maris, & fœminæ coniunctio libera & legitima ex conſenſu proueniens, indiuiduam vitæ conſuetudinẽ retinens, diuini & humani generis communicatio. l. prima. ff. de ritu nuptia. in princip. Inſtit. de patri. poteſta. & in princip. 27. quæſtio. 2. cap. illud. ad fin. de præſumptio. glo. in ſumma. 27. quæſt. 1. Hoſtienſ. in ſumma. de matrimo. §. 1. Speculat. de ſponſalibus. §. 1. nume. 2. Ioan. Monach. vbi Philip. Prob. in rubri. de ſponſalib. libr. 6. Thom. Ferra. cautel. 7. colum. 1. Couar. in Epitome. 4. Decretal. 2. part. cap. 1. nume. 1. Magiſter in. 4. ſentent. diſtinctio. 27. capitu. 2. & ibi Sanct. Thom. quæſt. 1. art. 1. Et ſupplementum Gabriel. quæſt. vni. in princip. Archiepiſ. Florenti. 3. part. titu. 14. capit. 9. §. 2. Angel. in ſumma verb. Matrimonium. 1. l. 1. titul. 2. part. 4. Declarabis prædictam definitionem ex Couar. vbi ſupra, & Ioanne Brunello in tractat. de ſponſalibus. & matrimo. concluſio. 1. Vel dic, Matrimonium eſt ius inter virum & fœminam, quo mutuo liceat vti ad liberorum procreationem: ſecundum fratrem Franciſc. à Victoria in repet. De matrimonio. nume. 1. Vel matrimonium proprie eſt legitima, perpetuaq; viri ac mulieris ſtudio gignendæ ſobolis, inita coniunctio, vitæ, ac fortunarum omnium indiuiduam ſocietatem adducens. Cum dicimus, legitima cõiunctio, genus nominis præponimus: nam & fœdus, & contractus legitimæ ſocietates ſunt, cum abſint ab appellatione matrimonij. Do

Ponimus etiam, ſtudio gignendæ prolis, ad conſti
tuendam differentiam. nã ea matrimonium diſcer
nit à cæteris quã liber legitimis coniunctionibus.

Quæri etiam poteſt de nominis ratione, Cur
potius dicimus matrimonium, quam patrimo-
nium? Reſpond. ratione effectus matrimonij, qui
eſt proles, & ſic quaſi matris munium, id eſt, offi-
cium: quippe cum fœminis maxime incumbat
officium educandæ prolis. glo. in ſum. 27. quæſt.
1. Sanct. Thom. in. 4. ſenten. diſtin. 27. quæſt. 1. ar-
ticu. 1. quæſt. 2. & Richar. arti. 1. quæſt. 1. Et ratio
ne oneris, doloris, ac laboris, quem ipſæ patiuntur
ante partum, in partu, & poſt partum. text. inſi-
gnis in capit. ex literis. de conuerſi. infideli. & ſic
matrimonium dicitur, id eſt matris munium, id
eſt officium ipſius, cuius in hoc magis verſatur of
ficium, quam patris, ex dict. cap. ex literis. & Re-
gia. l. 2. titu. 2. part. 4. not. Hoſtieo. in ſum. de ma-
trimo. §. & vnde. Ioan. Fab. in princi. Inſtit. de pa-
tria poteſtat. Congruum enim eſt, vt nomina cor
reſpondeant rebus, de quibus prædicantur. iuxta
text. in dict. cap. ex literis. & in capit. cum ſecon-
dum apoſtolum. ibi, vt ipſa nominis ratio perſua-
det. de præbend. cap. cleros. 21. diſt. §. eſt & aliud.
Inſtit. de donatio. ibi, dum dicit, & conſequentia
nomina rebus eſſe ſtudentes. & ibi glo. alias enim
abuſiuum nomen dicitur. text. cum glo. in. §. ap-
pellamus. Inſtit. de actio. abuſio autem dicitur eo
in caſu, quo quis vtitur re contra ſuam naturam.

Quo fit, ſcholarem habitu, & matricula tãtum
munitum, minime tamen ſtudentem, priuilegijs
ratione ſtudij cõceſsis nullatenus frui poſſe. Quo
niam ſtudioſus à verbo ſtudeo, cuius cauſa priui-
legia ſunt conceſſa, authen. habita. C. ne filius pro
patre. deriuatur ſi nõ ſtudet, igitur nec priuilegia
ſtudioſis conceſſa habere poterit. Bartol. in. l. qui
ſub prætextu. C. de ſacro ſanct. ecleſ. & in. l. qui
ſub prætextu. nu. 1. C. de collegiatis. lib. 11. Bald.
in authen. habita. colum. 4. num. 21. præcitata. Al
beric. in. l. ſancimus. C. de reſtit. mili. num. 1. Ripa
in. l. 1. nu. 138. ff. ſolut. matrimo. & in capit. 1. col.
penul. nu. 95. de iudi. l. 25. cap. pen. lib. Pragm. re-
gum Catholicorum. ibi, *baſta tanto que haya hecho
vn curſo entero, y que eſtudie continuo, y que entre en
las eſcuelas, è oya dos lectiones cada dia, de manera que
hagan aquello porque deuen gozar.* Quod vltimũ ver
bum dictæ. l. 25. *porque deuen gozar.* eſt memoriæ
dignum ad præmiſſam illationem.

Vel eſt dicendum, matrimonij denominatio-
nem potius à matre, quam à patre habuiſſe locũ,
ex maiore certitudine, quæ eſt in matre, habita
conſideratione ad prolem. l. quia ſemper. ff. de in
ius vocan. Philipp. Deci. in. l. imperium. colum.
2. nume. 7. ff. de iuriſdi. omnium iudic. Et Decio
non citato tenet Couar. in Epitom. 4. Decretali.
in. 2. part. capit. 1. adducens tantum illud Homeri
Odyſſea. 1. vbi Telemachus inquit, Me eſſe Vlyſ
ſis filium reuelauit mater. Status etiam hominis
iudicatur à matre. ſi libera eſt, erit liber filius, fi-
lia ve: Si ſerua, partus quoq; erit eiuſdem conditio
nis, cuius & mater. l. Partum ancillæ matris ſequi
conditionem, nec ſtatum patris in hac ſpecie con
ſiderari explorati iuris eſt. C. de rei vendi. §. ſed &
ſi quis. Inſtit. de ingenu. ca. fina. & ibi. gloſ. de ſer-
uis non ordinan. l. 2. tit. 21. par. 4. Quibus non lon
ge abeſt. l. 5. §. idem ſcribit. in. 2. ff. de reivendi. vbi
fœtus ex equa alicuius natus, eſt domini equæ, &
non domini equi ipſam imprægnantis. Quo in lo
co Vlpianus ait, Si equam meam equus tuus præ
gnantem fecerit, non eſſe tuum, ſed meum, quod
natum eſt. & ibi glo. verb. Sed meum.

Dubitatur etiam, Vtrum ſit ſacramentum? Re-
ſpond. quod ſit vnum ex ſeptem ſacramentis ec-
cleſiæ. text. eſt hic, dicens, *Alto ſacramẽto es el ma
trimonio.* Et in. l. 3. titul. 2. part. 4. habetur ex teſti-
monio Apoſtoli ad Ephes. 5. Sacramentum hoc
magnum eſt. ego autem dico in Chriſto, & eccle
ſia. Sanct. Thom. 3. part. quæſt. 61. artic. 2. & in. 4.
ſenten. diſtin. 26. art. 2. quæſt. 1. poſt magiſt. capi.
penul. Archiepiſc. 3. part. tit. 14. cap. 9. §. 3. Ambr.
Cathari. aduerſus Caieta. libr. 5. cap. 5. & Roffenſ.
& Ioan. Ekius aduerſus hæreſes. verb. Nuptiæ. Al
phonſ. à Caſtr. lib. 11. eod. verb. nuptiæ. verb. Ter
tia hæreſis. Domi. Sotus in. 4. ſenten. diſtinct. 26.
quæſt. 2. art. 1. gl. in. c. fi. de tranſactio. & in. c. 1. de
cõiug. ſeruo. & in cap. fi. in glo. vlti. de cogn. ſpiri-
tua. lib. 6. Panor. in cap. ſignificante. nu. 6. qui ma
trimo. accuſa. poſ. & in capi. cum apud. num. 5. de
ſponſalib. Alexand. in capit. 1. nume. 5. de conſan-
guinita. & affinita. text. optimus in cap. debitum
de bigam. & in ca. 1. de ſponſ. duo. & cap. ad abo-
lendam. de hæreti. glo in. c. Acutius. 26. diſtin. ca.
cum ſocietat. ibi, eccleſiæ ſacramentum. & in cap.
omne. & in cap. inſtitutum eſt. & in capi. duobus.
dum dicit, non enim debet reſcindi tantum ſacra-
mentum. 22. q. 2. Et in Concilio canonis Coloniẽ
ſis. titu. de matrimonio. §. quæ omnia. Et in Con-
cilio Tridenti. ſeſsio. 7, cano. 1. Conſtat præterea
vbi agitur de ſacramentis eccleſiæ, matrimonium
ſeptimo loco collocatur, vt conſtat ex gloſſ. ſin-
gula. in capi. veniens de tranſactionib. Ioan. An-
dre. & Panormita. in rubric. de ſacramentis non
iterand. Collecta. in rubri. de pœniten. & remiſsi.
num. 16. Magiſter in. 4. ſentent. diſtinct. 2. cap. 1.
& ibi Sanct. Thom. quæſtio. 1. articul. 2. Durand.
quæſt. 2. Pariens. de ſeptem eccleſiæ ſacramentis.
in. 2. par. tracta. 3. Sanctus Thom. 3. par. quæſtio.
65. artic. 1. & in libr. 4. contra Genti. capit. 58. Ri-
chard. in. 4. ſententia. diſtin. 2. artic. 1. quæſtio. 4.
Archiepiſ. Florenti. 3. par. titul. 14. capit. 11. §. pri

mo. &

mo. & in Concilio Florenti.ſub Eugenio. 4. Et in Concilio Tridenti.ſeſsio.7.cano.1.gloſſ. in capit.remiſsionem.1.quæſt.1.& gloſſ.in capitu. fina.de cognat.ſpirituali.libr.6.& in cap. primo, de coniug. ſeruo. Hoſtienſ. in ſumma de ſacramentis non iterandis.§.quot ſunt ſpecies. gloſſ. verb. Sacramentorum. in extrauagant. Ad vitandum ſcandala. de excommu. non vitand. in pragmati. Sanctio. Sylueſt.verb.Sacramentum.quæſt.3. Arnald.Lamberti.in repet.rubri.de hæret. quæſt.13 numer.64.libro. 6. Chaſſanæ. in catalogo gloriæ mundi.12.part.conſiderat.31.& in procem.titul. 4.part.1.Ergo per argumentum à recta enumeratione cum ſit incluſum inter ſeptem eccleſiæ ſacramenta non erit dubitandum, quin ſit ſacramẽtum legis nouæ, & id negans, hæreticus eſt cenſendus. cap.ad abolendam.de hæreti.Et Alberti.loco proximè citato.nume.63.

Vtrùm autem idem dicendum ſit de matrimonio contracto per procuratorem, iuxta formam text.in capit.fina.de procurat.libr. ſexto? Videtur dicendum non eſſe ſacramentum: quia talis contractus pure ciuilis eſt, nec aliqua ex parte habet religionis opus ſacrum, quare non eſt ſacramentum.

Secundò ſuadetur, Receptio ſacramenti per ſe, & non per mediam perſonam conſequitur, matrimonium autem contractum per procuratorem, vt aſſeritur, eſt per tertiam perſonam, (vt conſtat, igitur non eſt ſacramentum, quia receptio gratiæ eſt perſonalis, & non poteſt dari vni pro altero, cum ſacramenta nouæ legis conferant gratiam, vt colligitur ex epiſtola ad Roma.8. Deus eſt qui iuſtificat. Cum ergo interior effectus omnium ſacramentorum ſit iuſtificatio, quæ per gratiam cõtingit, ſequitur neceſſariò, quod ſacramenta nouæ legis conferunt gratiam. Sanct. Thom.in. 4. ſenten.diſtinct.1.artic.4.ad.1.& Concil. Tridenti.ſeſsio.7.cano.8.vbi dicitur, Si quis dixerit per ipſa nouæ legis ſacramenta ex opere operato non conferri gratiam, ſed ſolam fidem diuinæ promiſſionis ad gratiam conſequendam ſufficere, anathema ſit. Ergo gratia cum ſit perſonalis, per mediam perſonam non conſequitur, ac proinde ibi non adeſt ſacramentum, quouſque ſaltem inter præſentes coniuges tale matrimonium ratum habeatur. Caieta.de matrimo, quæſt. 1. Et Melchior Cano in relectio.de ſacramentis.fol.7.colum.1.in verſic. Reſponderi quoque poteſt Durand.in 4.diſtin.26.quæſt.3.

Tertiò facit. Nam vt concilium Florentinum definit, omnia ſacramenta tribus conſtant, materia, forma, miniſtro: quorum ſi aliquod deſit, non perficitur ſacramẽtum. At cùm matrimonium cũ ſacerdote, aut miniſtro eccleſiaſtico contrahitur, vnũ reuera deeſt, nõ igitur conficitur ſacramentũ.

In contrariam ſententiam, imò quòd ſit ſacramentum matrimonium contractum per procuratorem, facit. Tale matrimonium ritè contractum eſt indiſſolubile, per textum in dicto capitul. fina. de procuratorib. libr. ſexto. quæ indiſſolubilitas ex eo quòd ſit ſacramentum quemadmodum inter præſentes contractum contingit. ex capit. fina.& ibi gloſſ.de condit.apposit. capit. ex parte.de tranſactionib. gloſſ. in capit. omne itaque, 27.quæſtione.2.capit. ſolet.32. quæſtione. 2. Nã quos Deus coniungit, homo non ſeparet. Matthæ.19.& Marc.10.cap.deinde opponitur. 26.diſtin.cap.de infidelibus.de conſangui. & affini. & quanuis diuortium ex cauſa fornicationis in tali matrimonio carnali ſit permiſſum à dño Matth. 19.cap.ex parte.de ſponſalib.non tamen licet marito aliam ducere, viuente adultera: ex illa nanque ſeparatione non aliam, quàm corporalem quo ad mutuam cohabitationem, torique ſeparationem, non autem ſacramentalem ſeparationem conceſſit. Quanuis Anabaptiſtæ, ac plerique hæretici, qui ſacramenti huius virtutem ignorant, miſerè hallucinantur. ex teſtimonio Concilij Colonieñ. titul.de matrimo.§.iam de matrimonio Chriſtiano.pag.372.text.expreſſus in dict.cap: ex parte. cuius verba notanda hæc ſunt, Quia igitur nemini licet vxorem ſuam ſine manifeſta cauſa fornicationis dimittere, & tunc eam ſibi reconciliare debet, aut ipſa viuente continere. vbi eſt gloſ.verbo, continere. Facit Matthæi. 5. vbi Chriſtus ait, Qui dimiſſam duxerit, adulterat. At nullo modo diceretur verè adulteraſſe, qui dimiſſam duxiſſet, niſi illa eſſet ad huc vxor prioris mariti, à quo dimiſſa fuit. Et hanc eſſe veram Chriſti mentem apertè declarat. S. Paulus.1.ad Corinthios.7. ſic inquiẽs. Iis autem, qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio, non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere: quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. Nec opus eſſet de hac re multum diſputare, aut multa pro hac parte afferre teſtimonia: cum aperta ſit eccleſiæ definitio, quæ omnem de hac re diſputationem tollit. Nam Concilium Florentinum, ſub Eugenio Quarto celebratum, in ea fidei definitione, quam dedit Armenis de Sacramento matrimonij differens, hæc ait. Quanuis ex cauſa fornicationis liceat tori ſeparationẽ facere, non tamen aliud matrimoniũ contrahere fas eſt, cum matrimonij vinculum legitimè contracti perpetuum ſit. Hæc concil.Florent. Separantur ergo cõiuges ab eodẽ toro propter alterius adulteriũ, ſed nõ diſſoluitur vinculum matrimonij. c. ſi quod verius.ibi, Cum enim vtrunq; ſecũdum legẽ Chriſti illicitum ſit ſiue adulteram occidere, ſiue alteram

ducere ea viuente, ab vtroque eſt abſtinendum. 33.quæſt.2.ca.dixit dominus.32.quæſt.1.dicens non licere viro dimittenti vxorem cauſa fornicationis aliam accipere vxorem. cap. gaudemus. de diuor.ſic intelligens dictum locum Matthæ. 19. hoc expreſsè oſtendit. cap. per venerabilem. qui filij ſunt legit.optimè probat,quatenus ibi reſpondet Papa. Cùm & ſi fides tori ſit vnum de tribus bonis coniugij, non tamen ipſius violatio coniugale vinculum violaſſet. Quo in loco de adulterio vxoris intellexit. Hanc ſententiam comprobat Innocent.tertius.libr. 1. de contemp. mundi. cap.16.Et Innocen.Papa.1. in epiſtola ad Exuperium Tholoſanum Epiſcopum.cap.6.Auguſt.lib. 1. adulte. coniug. ad Pollentium. cap.8.&.9.& in lib.1.de bono coniugal.capit.7.Ioan.Ekius in homilia 74.de ſacramentis. Sanct. Thom. in. 4. ſenteut.diſtinct.35.art.5.Robertus Senalis Epiſcopus Albricenſis in quodam peculiari huius dubitationis tractatu. Satis diligenter Ioan. Arboreus in lib.1.Theoſophiæ.ca.35.Abulenſ.Matthæi.19 quæſt.76.Alphonſ. à Caſtro in tract. de poteſtate legis pœnalis.lib.2.capit.4. verſic. Vt noſtram priorem concluſionem. Didacus Couar. in Epitome.4.Decretal.poſteriori parte cap.7.§.6. nu. 13.vbi alios tenentes vtranq; partem eleganter refert.Et ante eum idem fecit Ioan. Neuizan.in Syl ua nuptia.lib.1.num.107.cum pluribus ſequenti. Nouiſsimè doctiſsimus noſtra ætate vir Domin. Soto in.4.ſenten.diſtinct.36.quæſt.vnica.artic.5. Quidquid Caieta. dixerit in contrarium Matth. 19.Et Eraſm.ibi,& in Paraphraſi.& in annotationum latiſsime ſuper Paul.1.Corinth.7. qui non ſolum ob fornicationem,verum & alijs pluribus de cauſis contendit eccleſiæ perſuadere, vt matrimonium diſſolueret, atque adeò fornicationis cauſa non tantùm viro, ſed etiam vxori nititur licere alias nuptias contrahere. Quorum opinio vt ex præmiſsis conſtat falſam,& erroneam indicandam fore vnuſquiſque cenſebit. Et Ioan. Coraſi, qui Eraſm.ſequi videtur in repe.l.qui liberos.nu.223. ff.de ritu nupt.& Ambroſ.Cathari.lib.5.adu.Caieta.cap.fin.& Lactantius Firmia.lib.6.diui. inſt. ca.32.& eſt error Lutheri per fornicationem diſſolui poſſe vinculum matrimonij & acriter inſurgit Alphonſ.à Caſtro contra Caiet.& alios ſequaces in lib.11.de hæreſib.verbo.nuptię.hæreſ.5.& nouiſsimè Alphonſ.à Vera cruce in.3. part. Speculi coniugiorum.art.7.Et diffinitum eſt in Concil.Triden.de ſacra.matrimo. can.7. Si quis dixerit,eccleſiam errare.Pagi.221.

Præterea tali ratione ſuadetur. Nam cùm Chriſtus matrimonium ſimpliciter,& abſq; vlla exceptione inſtituerit eſſe ſacramentum,non nihil temeritatis offert,id quod ſit verè matrimonium, à ratione ſacramenti excipere,potiſsimum cũ illud ratione,& virtute nouæ legis ſit indiſſolubile.

His etiam adijcitur alia ratio. Quia gratia, quæ in matrimonio confertur, eſt propter eius idoneum vſum:hic autem finis tam neceſſarius eſt matrimonio per procuratorem contracto, quam reliquis:nec permittere deberet eccleſia matrimoniũ contractum per procuratorem,niſi eſſet ſacramentum.Fingere autem,quòd requiritur ad gratiæ collationem,vt ſponſi poſtmodum in conſcientia iteratos conſenſus ratificent, certè gratis aſſeritur, quoniam conſenſus priores ſufficientes erãt. Quare dum conſenſus per procuratorem concurrunt, tunc matrimonium fit indiſſolubile.dict. ca.fi. de procu.lib.6.Quanuis ad tollendos ſcrupulos, ne fortè conſenſus fuerint interrupti,laudabile ſit vt in præſentia,poſteà eoſdem ratificent.

Nec obſtant rationes citatæ pro priori parte negatiua. Nam reſpondetur hoc eſſe huic ſacramento ſingulare. Quòd cùm ſit naturalis, ciuiliſq; contractus in ſua permaneat natura,ratione ſacramenti nihil obſtante, atq; adeò cùm materia eius & forma non ſint niſi actus contrahentium, vt infra dicemus, poteſt in eorum abſentia celebrari, dum prędicti conſenſus per procuratores coeunt. Clemen.vni.de renuntiatio.& cap. fin. de procuratori.libr. 6. Quod quidem reliquis ſacramentis non accidit. Sacramenta enim inter ſe habent diſcrimen eſſentialem, & argutiuum: alteri conuenit vni ſacramento, quod non conuenit alteri. Æqua quidem facilitate poterat dicere, Baptiſmus habet debitum miniſtrũ, ergo ſi ab alio quocunque detur,ex eo quòd de eſt debitus miniſter, non eſt ſacramentum. Quod falſum, ac erroneum eſſe omnibus eſt in comperto. Ita Ioan. Maior in. 4.ſententia.diſtinct.26.quæſt.2.colum.fin. verſi. Quartò arguitur.

Nec obſtat dicere, quòd dormienti poteſt ſuperuenire gratia. Nam hoc non eſt alienum à veritate,quod ex vi prioris conſenſus poſsit conſequi gratiam ſacramenti. capitul. maiores. §. dormientes,de baptiſm.cuius litera ſingularis, & vnica talis eſt. Dormientes autem,& amentes ſi priuſquàm amentiam incurrerent, aut dormirent in contradictione perſiſterent, quia in eis intelligitur contradictionis propoſitum perdurare,ſi fuerint ſic immerſi, characterem non ſuſcipiunt ſacramenti. Secus autem,ſi prius catechumeni extitiſſent,& habuiſſent propoſitum baptizandi, vnde tales in neceſsitatis articulo conſueuit eccleſia baptizare, tunc ergo characterem ſacramentalis imprimit ratio,cum obicem voluntatis contrariæ non inuenit obſiſtentem. Et iſta opinio eſt probabilior,& omnino amplectenda ſecundum Domini.de Soto in.4.diſtinctione.27. quæſtione. 1. artic.3.

Digitized by Google

arti.3.pagin.109.colum. 2.verſic. At verò quāuis nemini in dubium venerit. Et ante ipſum approbarunt Ambroſ. Carthar.lib.5. aduerſus Caieta.capi. de ſacramento.matrimo. Et Doctor, ac epiſcopus meritiſsimus Segouienſis Couar.in Epitom.4.Decretali.2.part.cap.1.§.vni.num.5.

Ex quibus inferre licet, matrimonium contractum clandeſtinè abſque miniſtro eccleſiæ ſacramentum eſſe verum, vt per Domini. de Soto in.4.ſententia.diſtinct.26.quæſt.2.artic.3. quem vide,& nota.

Eſto quòd matrimonium ſit ſacramentum, vt ſupra habitum eſt, inquirere oportet, Vtrum conferat gratiam? Reſpondendum eſt, quod confert gratiam, quemadmodum cætera ſacramenta continent,& conferunt. Suadetur ſic. Iſtud ſacramentum eſt legis nouæ, vt probauimus: ſacramenta autem legis nouæ conferunt gratiam, vt in Concilio Florenti.ſub Eugenio.4.decreto ſuper vnione Armenorum manifeſte definitur in hæc verba. Nouę legis ſeptem ſunt ſacramenta, quæ & continent gratiam, & eam digne ſuſcipientibus conferunt. Et Concil. Trident. ſeſsio.7. De ſacramentis in cō muni.cano.6.idem firmat.

Præterea quòd conferat gratiam quatenus eſt ſacramentum, tenet S. Thom.2.2.quæſt.100.art.2.ad.6.Ioan.Maior in.4.ſenten.diſtin.26.q.2.colum.2.Richard.art.2.quæſt.3.Gabrie.quæſt. vni. colum.3, verſic. Nec eſt verum. Et profitentur ibi communem opinionem Theologorum eſſe Durand.q.3.colum.3.& Domini.Soto quæſt.2.ar.3. Couar.in Epitom.4. Decretali 2.part.capi.1.§.1.nume.3.vbi alios huius ſententiæ homines refert. tenet Archiep.Florent.3.part.titu.14.cap.11.§.5 Cardin.in rubr.de ſponſa.quæſt. 5.& ibi Præpoſit.colum.penul.nume.15.Angel.verb.matrimonium.1.quæſt.final.Ioan.Andr.in capit. 1. de ſacra.vnctio.Panor.in cap.cum in eccleſiæ.colum.1. nume.2.de Simoni.Cardi.ſancti Xiſti in ſum. 27. quæſt.1.quæſt.7.nume.10.Alphonſus de Caſtro libr.11.aduerſus omnes hæreſes. verb. nuptiæ. & Concil. Canonis Colonien.de ſacramento matrimonij.§.Virtus, efficacia, ſeu effectus.pagin. 395. Nec obſtat dicere, quod ex eo, quòd in eo interueniat pecunia, non confert gratiam, prout fuit opinio glo.in.c.quicquid inuiſibilis. verb. conſolatione.1.q.1,& glo.deſponſata,in.c.honorantur. & glo.1.in.c.cōnubia.32.q.2.& glo. per ſacramētum.in.c.fina.de presby.non baptiz.& gloſ. benedictionibus.in dict.c.cum in eccleſiæ. Hoſtieſ. in ſum.de Sacramentis non iteran.§.quot ſunt ſpecies. verſ. Tertia diuiſio ſacramentorum. Magiſt. ſent.in.4.diſt.2.cap.1.glo ſacramentis.in.c. fi. de ſent.excom.lib. 6. nam pecunia interuenit prout eſt matrimonium in officium naturæ pro ſuſtentandis oneribus ipſius, non autem prout eſt ſacramentum, vt Thom.ait.dicto loco.2.2.q.10.art. 2. col.fin. In tantum, quòd vſus licitus matrimonij inter coniuges, vt ſunt amplexus, copula carnalis, & id genus nedum non inducit peccatum (prout aliqui dicere ſolent) imò inducunt meritū, quemadmodum fuiſſet in ſtatu innocentiæ. Cardin.q.5.& Alexandri.col.pen.in rub. de ſponſali. Idem Alexandri.in.c.vnum orarium.§. alias ea demum. nu.19.25.diſt.glo.in.c.quicquid.32.q.2.Domini. de Soto latè ac eleganter tradit in.4.ſent.diſt. 26. quæſt.1.ar.3.& iterum diſt.31.q.1.ar.3. cōtra gl. in.c.quomodo virginibus.in glo.2.31.quæſt.1.

Quæri poteſt. Vtrùm copula carnalis habita inter coniuges, benedictionibus eccleſiæ adhuc non ſequutis, ſit peccatum? In quo concluſiue dicendum eſt, coitus, ſeu vſus matrimonij ante benedictionem, quamuis mortale peccatu iuſta cauſa ceſſante non ſit à veniali nō eſt alienum. ex Angelo in ſum.verb.debitum.§.1.& Syluest. ſub eodem verbo.q.9.Caieta.in ſumma verb. matrimonium. §. matrimonij peccata quantum ad vſum. verſ.octauum caput.& in tractatu de vſu matrimonij.q.1.& eſt de mente.S.Tho.in.4.ſent.diſt. 28. q.1.ar.2.verſ.ad.3.dicēdū in illis verbis quatenus dicit, quod ſi ſponſa ſponſum admittat, credēs eū velle matrimonium conſummare excuſatur a peccato,& ibi in art.3.ait.vnde ſi omittantur ſolennitates verum matrimoniū eſt, quamuis peccent ſic contrahentes, niſi per aliquam legitimam cauſam excuſentur & ſic ex eo colligitur coitum affectu coniugali habitum non inducere mortale nec fortè veniale, cauſa, vt dixi, legitima ſubſiſtente, quā etiam concluſionem probat. D. Couar.in Epitome.4.Decreta.2.par.cap.7.§.2. nu. 1. quamuis talem vſum ante benedictionem nuptialē poſt conſenſum de præſenti peccatum lethale firmauerit Palud.in.4.ſent.diſt.28.q.2.ar.1.concl.6.Ioan. de Friburgo lib.4.ſum.confeſſ tit.2. q. 61. quem ſequitur Collectarius in.c.vir vel mulier.nu.1. de ſecundis nupt.pro quorum ſententia videntur facere iura quæ hanc benedictionem exigunt, ante copulam carnalem.vt in cap aliter. ibi ac ſolenniter accipiat.30.q.5.& ea.conſultationi.de ſponſalib, & glo.vltima.in.c.noſtrates.30.q.5. ergo pro opinione Paluda.& ſequaciū, tamen prior intelligenda eſt, quando affecta coniugali & ex conſuetudine patriæ ſolet fieri, vt in Bætica dicitur. Poſterior vero qn̄ conſuetudo regionis induceret hanc ſolennitatem tanquam neceſſariam, & peccatum iudicaret eius tranſgreſsionem, maxime, ſi fieret in ſcandalum aliorum, nam conſuetudo iuſta, ita obligat eius tranſgreſſorem ad peccatum quemadmodum iuſta lex ſcripta. text. in capit. in his. 11.diſtinct.ibi, mos populi Dei,& inſtituta maiorum pro

rum pro lege tenenda ſunt: & ſicut præuaricatores diuinarum legum ita contemptores eccleſiaſticarum conſuetudinum coercendi ſunt, & ibi gloſſ. 2. idem notat. tex. in cap. vtinam. 76. diſtin. ibi, ſed vnaquæq; prouincia abundet in ſuo ſenſu, & præcepta maiorum leges apoſtolicas arbitremur & conſuetudo in ſacramentalibus valet: & ſic ſufficic tacitus conſenſus Romani Pontificis. gloſ. notabilis. ſecundum Antoni. de Butrio. ibi in cap. vir autem. colum. 1. verſi. nota hanc gloſſ. de ſecundis nupt. & ſic quauis nullo iure expreſſo inducatur prohibitio, ſeu peccatum in ſpecie propoſita, tamen non eſt negandum ex vi laudabilis conſuetudinis aduerſus tranſgreſſorem induci poſſe, quæ originem duxiſſe à facto Tobiæ non eſt dubium vt conſtat. Tobiæ. 8. cap. dum dicit, tunc hortatus eſt virginem Tobias, Dixit que ei, Sara, exurge & deprecemur Deum hodie & cras, & ſecundum cras, quia his tribus noctibus Deo iungimur. Tertia autem tranſacta nocte in noſtro erimus coniugio. Filij quippe ſanctorum ſumus, & non poſſumus ita coniungi, ſicut gentes quæ ignorant Deum. Ex quo quidem infertur in eccleſia ſacriſve locis hanc coniugalem copulam minime licere, imo mortale peccatum induceret talis vſus in eccleſia factus, Paludanus in. 4. ſententia. diſtinct. 32. quæſtio. 1. art. 3. Caietan. in ſumma loco præallegato Archiepiſcopus Florentinus. 3. part. titu. 1. capitul. 20. §. 2. Ioan. in ſumma confeſſorum. libr. 4. titu. 2. quæſt. 43. Richardus de Mediauilla in. 4. ſententia. diſtinct. 32. artic. 3. quæſt. 1. gloſſ. in capit. quoniam. 3 t. 1. diſtinct. & gloſ. in capit. eccleſijs. 68. diſtinct. Et adeo procedit quod per talem coitum factum in eccleſia, eccleſia polluitur ac indiget reconciliatione ſecundum gloſſ. communiter receptam in capit. vnico. de conſecra. eccleſiæ vel altaris. libr. 6. Speculator libro rationali diuinorum officiorum. titul. de dedicatione eccleſiæ. Angel. verbo. conſecratio. ſecundo. quæſt. 7. vbi firmat communem. & Couarru. in Epitome. 4. Decreta. 2. part. capi. 7. §. 2. nume. 3. quanuis gloſſ. in capit. eccleſijs. de conſecrat. diſtinct. 1. teneat eccleſiam nequaquam pollui ex coitu coniugali. quam ſequitur Henric. in ca. fin. de conſecra. eccleſiæ vel altaris. quam communiorem firmat Baptiſta Trobamala in ſumma Roſella verb. conſecratio. 1. quæſtio. 9. & eſt. l. 20. tit. 10. parti. 1. quæ præmiſſam opinionem approbat, quæ opinio poſterior procedere poteſt, quando coniuges multo tempore obſiderentur in eccleſia. ex Syluestro in verb. conſecra. quæſt. 5. & in verb. debitum. quæſtio. 3. Ioan. maior in. 4. ſentent. diſtinct. 32. quæſt. 1. colu. 3. & Alphon. à Caſtro libr. 1. De poteſtate legis pœnalis. capit. 7. documento. 2. Gregorius Lopez in. l. ſina. verb. Fornicio. titu. 10. partita. 1. Vel poteſt intelligi quando talis copula eſſet occulta: nam tunc non eſt opus reconciliatione Scotus in. 4. ſenten. diſt. 13. quæſt. 2. Alphon. à Caſtro de poteſta. legis pœnalis. lib. 2. cap. 15. fol. 266. colum. 2. alias priorem opinionem communiter receptam tenendam eſſe opinamur.

Circa præmiſſa dubium quotidianum cenſeri ſolet, vtrum ſponſa per verba de præſenti carnaliter cognita à ſponſo per vim præciſam poſsit eo inuito ingredi religionem quemadmodum ſi cognita non fuiſſet? in quo dubio, Angelus in. l. 1. §. remouet. ff. de poſtulando. tenet partem affirmatiuam quam etiam tenet Panormi. in cap. verum. nume. 9. de probat. Hippolytus in. l. 1. §. præterea nume. 12. ff. de quæſtio. & in. l. 1. in principio. nu. 95. & in. §. diuus eiuſdem legis. nume. 10. ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs. & eſt opinio Bartho. Brixien. in cap. fin. 55. diſt. Contrariam partem, imo quod non poſsit poſt talem copulam carnalem per vim factam, religionem profiteri eſt opinio gloſſæ in dict. cap. fin. 55. diſtin. Bald. in cap. penul. fin. col. de proba. vbi dicit quod ſi ſponſa eſt cognita per vim, non poteſt expoliare ſuum maritum contraria vi. & propria authoritate neq; pōt ingredi monaſteriū quia gloria virginitatis non eſt in ipſa. Et præmiſſam opinionem ſecutus fuit Hoſtienſis in ſumma de conuerſione coniugatorum. §. & virū. verſi. quid ſi virgo. Paluda. in. 4. ſenten. diſt. 27. q. 3. colum. 4. Durand. quæſt. 2. Archiepiſ. Florentinus. 2. part. tit. 5. c. 7. de raptu. §. 1. verſi. Hoſtienſ. etiam dicit Syluester in ſumma verb. diuortium. quæſt. 5. D. Couar. in Epitome. 4. Decret. 2. part. cap. 7. §. 4. num. 10. verſi. Item & illud notandum eſt. Ioan. in ſum. confeſſ. lib. 1. titul. 8. quæſtio. 42. Adhibēda tamen eſt diſtinctio, Aut loquimur in ſponſa de futuro & locum vendicabit opinio Angeli, Hoſtien. & reliquorum, aut erat ſpōſa de præſenti, vt in titul. præſentis quæſtionis deduximus & eſt dicendum quod ſi violentia fuit præciſa & abſoluta per dolum & fraudem ſponſi ſcientem ac præmeditantem ingreſſum religionis, tractatū ab ſponſa eiuſq; parentibus ante moram & ſic ante bimeſtre tempus deſignatum ad ingreſſum religionis vt in. c. ex publico. de conuerſ. coniugatorum & hoc caſu: poterit ingredi religionem, quia culpa vnius non debet impedire alterius bonum, ne culpabilis inde commodum reportet cōtra. c. ad noſtram. de emptio. & venditio. c. tuæ, de cler. nō reſidēt. c. ſedes, de reſcript. cū multis ſimilibus adductis per Tiraquellum in tracta. de vtroque retractu. lib. primo. §. 1. gloſſ. 9. num. 67. aut erat in mora ingrediendi religionem, quia iam elapſi erant duo menſes qui ad hoc dantur, vt ſuprà diximus. & ſcribit Sylueſter in verbo, debitum. quæſt. 1.

Digitized by Google

quæſtio.1. verſic. Quartò cauſa. quo in caſu maritus exigit ſibi debitum & fuit ſine culpa. Idem dicendum eſt ſi violentia non fuit mere abſoluta quia hoc caſu copula fuit ex parte ſponſæ ſimpliciter voluntaria, quamuis ſecundum quid inuoluntaria ſicut proiectio mercium in mare & ſic voluntas coacta volũtas eſt, vt iura dicunt: ſic igitur cum maritus habeat ius in coniuge de præſenti, merito eam tanquam vxorem cognoſcere carnaliter poterit ſine aliqua pœna temporali, ſeu ſpirituali, vt ex quæſtione ſuprà proxima clare dedocitur.

Ex his etiam deducitur copulam carnalem debito modo habitam inter coniuges non ſolum licitam, verum etiam meritoriam eſſe, quemadmodum in ſtatu innocentiæ potuit in Adamo verificari ſi Euam cognouiſſet. ſecundum Cardi. quæſtio.5. & præpoſi. Alexan. in rub. de ſponſalib. colum.5. nume.15. idem Præpoſi. in capi. vnum orarum.6. alias ea demum. colum.4. num. 19. diſtin. 25. gloſſ. in capit. quicquid. verb. ab adulterio. 32. quæſt.2. vbi optimè agit de hac concluſione Cardina. Turrecremat. latius Dominic. Sotus in. 4. ſentent. diſtin. 26. quæſt. 1. art.3. & diſtinct. 31. quæſtio. 1. art.3. Qui eſt videndus in hoc articulo. Sanct. Thom. in. 4. ſentent. diſtin. 26. quæſt.3. art. 3. & ibi Richard. de Mediaui. art.2. quæſt. 1. &. q. 2. Ioan. Maior in. 4. diſtin. 31. quæſt. vnii. & ſupplement. Gabri. quæſt. 1. art. 2. Confirmatur teſtimonio Apoſtol. 1. ad Corinth. 7. Virgo non peccat ſi nubat. &. 1. ad Timoth. 4. Volo iuuenculas nubere, filios procreare: ſed procreatio filiorum non poteſt fieri ſine carnali coniunctione, ergo actus matrimonialis non eſt peccatum. argum. l. 2. ff. de iuriſdi. omni. iudic. alias Apoſtolus non voluiſſet illud. Tum etiam probatur, quia nullum peccatum eſt in præcepto: ſed actus matrimonialis eſt in præcepto. 1. ad Corinth. 7. Vxori vir debitum reddat. ergo non eſt peccatum. Eſt enim nefas dicere Deum aliquid inſtituiſſe, in quo implicetur obligatio ad illicitum, & peccatum, imò includit contradictionem, quod homo non poſſit illud quod præcipit Deus ſine peccato facere. Præcepit autem Deus hominum multiplicationem quandoq; Geneſ. 1. &. 9. Præterea ſuadetur. Quicunque præcipit aliquid tanquam finem, vult etiam omne id, ſine quo finis haberi non poteſt. dict. l. 2. ff. de iuriſdi omni. iudi. Sed Deus præcipit hominum multiplicationem cum ſua vxore: ergo cum illa fieri non poſsit via naturæ ſine coitu. præcipit coniugalem coitum. Vnde beatus Auguſtinus, Coniugalis coitus generandi gratia non habet culpam. Et gloſ. 1. ad Corinth. 7. dicit, Veniam concedens Apoſtolus, concubitum attendit coniugatorum, vbi eſt incontinentiæ malum. Ad idem Auguſti de bono. coniuga. cap. 5. Hinc laudabiles ſunt nuptiæ: quoniam etiam id quod non pertinet ad ſe, faciunt ignoſci propter ſe. Igitur coitus licitus, & ſine peccato etiam veniali eſt in caſu præmiſſæ concluſionis. Reſoluti ue fac ſequentes concluſiones.

¶Prima concluſio ſit. Vir cognoſcens vxorem cauſa prolis habendæ tempore, & loco debitis, nõ peccat. ¶Secunda concluſio. Eo caſu, quo vir reddit debitum vxori petenti expreſſe, vel interpretatiue, nullum peccatum committit illam cognoſcendo, ne ipſa incidat in fornicationem. Et iſtæ duæ concluſiones frequentiori omnium ſententia ſunt approbatæ. teſte Maiore in 4. ſententiarum diſtinct. vni. colum. 2.

¶Tertia concluſio. Volens cognoſcere vxorẽ, vt peccatum luxuriæ euitet mentaliter, vel actualiter in ſeipſo, non eſt peccatum.

¶Quarta concluſio. Volens cognoſcere vxorem cauſa conſummandi matrimonium, & ponendi ſe in poſſeſsionem in primo matrimonio forte in ſene ſine cauſa generandæ prolis, vel euitandi fornicationem, triſtitiam, vel ſeruandæ ſanitatis propriæ, vel vxoris, non propterea talis actus eſt peccatum mortale, dato quòd voluptas incidat. Conſtat, quam non eſt in poteſtate eius, quin incidat, ſicut in comeſtione cibi: ſed voluptas incidens in cibo, non facit comeſtionem illicitam, dũ modo maneat in limitibus rationis.

¶Quinta concluſio. Si quis cognoſcat vxorem propriam propter voluptatem, nolens aliquo modo cognoſcere alienam, ſed volens vti re ſua, non peccat mortaliter. Nam ſecundum Auguſtinum: Quando enim cauſa prolis conueniunt, excuſatur, vt non ſit peccatum. Quando verò cauſa concupiſcentiæ faciendæ, veniale eſt, ſicut in comeſtione cibi. Eſt poſitum in gloſ. 1. ad Corinth. 7. Et ſic intelliges falſam eſſe glo. 2. in capit. quomodo de virginibus: 32. quæſt. 1. dicens matrimoniũ non duci ad vitam.

Dubitatur vlterius, Qui votum caſtitatis emiſit, quod impedit matrimonium contrahendum, ſed non dirimit iam contractum, eſt quæſtio, vtrum habens coitum cum vxore peccet? Et eſt dicendum, quod toties quoties exigit & habet copulam venit contra votum, ac infringit Deo promiſſum, ergo peccat. Nec validitas matrimonij tollit vires voti, ac proinde quantum in ſe fuerit, tenebitur ſeruare. Exactos ab vxore, reddat debitum, cum dolore & contritione promiſsionis violatæ Deo. cap. nubendi. c. meliore. & glo. in. c. nuptiarum. 27. quæſtio. 1. Nam eo ipſo, quod vouit caſtitatem, & contraxit matrimonium, peccauit, cum veniat contra ſuum votum, quod eſt negatiuum, & obligat ſemper, & ad ſemper, hoc eſt, ad

Digitized by Google

eſt , ad non infrigendam caſtitatem in perpe-
tuum. Toties igitur quoties habet copulam, venit
contra votum , & duabus vijs terram ingredi non
veretur. cap. ex parte. vbi glo. verb. duabus. de re
gula. Sanct. Thom. in. 4. ſenten. diſtin. 30. quæſt.
2. artic. 1. quæſt. 1. verſic. Ad primum ergo dicen-
dum. Et Richard. diſtinct. 38. artic. 7. quæſt. 1. ver
ſicu. Ad tertium dicendum ad ſecundam partem,
poſt S. Thom. quæſt. 1. arti. 3. q. 2. vbi adfert illud
diui Hieronymi. Virginitatem vouentibus non
ſolum nubere , ſed velle nubere , damnabile eſt.
Habetur tranſumptiuè in capit. vouentibus. vbi
Cardi. Turrecremat. num. 1. diſtinct. 27. & in cap.
vouentibus. 17. quæſt. 2. Cardina. Alexandrinus
latè plures in hoc articulo referens opiniones in
cap. rurſus. nu. 5. colum. 2. qui clerici vel vouent.
& ibi num. 6. agit de dubio, vtrum peccet conſum
mando matrimonium , quippe cum habeat pote-
ſtatem non conſummandi illud per ingreſſum re
ligionis, cap. ex publico. de conuerſ. coniugat. ca.
commiſſum. de ſponſalib. igitur peccauit. Sed hoc
dubium eſt mihi , cum non habeat remedium niſi
per ingreſſum religionis , nam alias compellen-
dus erit habitare, ac vitam coniugalem agere, ſi eſ-
ſet in ſeculo cœlibatum amans : ſi ergo compul-
ſus id faciat, non peccat, nam non tenetur id face-
re, quod minime promiſit : ipſe ſimpliciter vouit
caſtitatem, ergo ad eam, & non ad religionem te-
nebitur , cum vltra ſuam intentionem quis non
obligetur. l. non omnis. ff. ſi cert. pet. ſed tamen ra
tione matrimonij tenetur reddere debitum vxo-
ri, ergo compulſus ex vi legis , quæ non obſtante
voto facit actum validum non videtur peccare , ſi
animo legis obediendæ conſummauerit matrimo
nium, & non ex libera voluntate: nam contrahen
do peccauit, ſed non conſummando, ratione præ-
miſſa. Quia certum eſt, quòd non tenetur cum ſuo
forte periculo facere actum ad diſſoluendum ma-
trimonium , quia non promiſit religionem , nec
eſt aptus ad tantum opus erogationis propter ſuã
fragilitatem. Ideoque poſſet attentari in ſpecie
præmiſſa ſi acceſsit ad vxorem animo obediendi
legi eccleſiaſticæ, quæ hoc iubet, nõ peccare, quia
votũ nõ fuit religionis, & ideo ad illud non tene-
tur. Si tamen peccauit ſecundum opinionem alio-
rum pro prima vice, poſt modum per alias ſi fue-
rit exactus à muliere, non peccare eſt credendum,
exigendo verò peccaret , quia tenetur votum ad-
implere quantum in ſe eſt: & votum cum ſit nega
tiuum , etiam ſoluto matrimonio durat , nec diſ-
ſoluitur per contrauentionem. Quemadmodum
infringens aliquod præceptum, toties quoties ve
nit contra legem Dei peccat de nouo, nec primũ
peccatum tollit ſecundum contra vnum & idem
præceptum, ſed inducit nouum : ita veniens con-
tra votum habens cauſam perpetuam , quemad-
modum eſt votum caſtitatis. ſecus ſi non haberet
cauſam ſucceſsiuam, vt in promittẽte vnam diem
certam ieiunare, nam ſi illa die receperit refectio-
nem aliquam manè, iam fregit ieiunium quantum
ad illam diem, & peccauit mortiferè poſtea verò
pro ſecunda, tertia , vel quarta refectione eodem
die facta non peccauit amplius : quia iam poſt pri
mam comeſtionem , ſeu fractionem non poteſt
explicari ieiunium , nec actus comedendi erãt il-
licitus niſi ratione præcepti ex vi voti , ſeu legis
de ieiunãdo certam diem, puta Sabbatum, vel hu-
iuſmodi. Ergo pro illa fractione non erit niſi vnũ
peccatum , quia non ſunt plures fractiones , ſed
vna tantum, quæ inſurgit pro tota die illa, qua te-
nebaris ieiunare per primam comeſtionem : dum
tamen citra ſcandalum aliorum hoc faciat , & ſine
contemptu. notat expreſſe in materia voti Pe-
trus Palud. in. 4. ſentent. diſtinct. 38. quæſt. 3. arti.
4. concluſ. 1. Durand. in diſtinct. 15. quæſt. 11. An-
gel. in ſum. verb. votum. 3. §. 27. & verb. Ieiunium
§. 22. Syluest. verb. Ieiunium. quæſt. 8. & in verb.
Votum. 2. quæſt. 20. part. 4. Caietan. verb. Ieiu-
nium. cap. fina. Verior & communior eſt ſecun-
dum Archiep. Florent. 2. part. titul. 6. capit. 2. §. 9.
Domini. in cap. Lector. diſtinctio. 35. Cardina. in
capit. non licet. art. 2. de conſect. diſtinct. 3. Et iſta
opinio eſt tenenda, quicquid Ioan. Methymnen-
ſis de pœnitentia tracta. 4. fol. 136. colum. 4. capit.
de numero refectionum in die ieiunij , quem vi-
deas, firmauerit. Ideoque erit conſilium petere re
laxationem voti à ſummo Pontifice , quæ facilis
erit propter periculum, in quo ſunt cõiuges. Quis
enim erit apud ignẽ, & ab eius calore liberari po-
terit ? Aut vitam non debet cum coniuge agere,
aut concupiſcentia carnis, à qua pauci liberantur,
ipſum vouentem ad fractionem voti deducet , &
ſic peccare non erit dubium petendo debitum,
ex Thom. in. 4. diſtin. 38. quæſt. 1. arti. 3. quæſt. 2
verſ. Ad ſecundum dicendum. Ioan. in ſumma con
feſſorum lib. 1. tit. 8. quæſt. 21. Couar. in epitom.
quarti Decretali. 1. part. c. 3. §. 1. nu. 6. verſi. Tertio
ex his patet. Quo fit, Epiſcopum, vt euitetur tale
animæ diſpendium , poſſe diſpenſare , ſecundum
Præpoſit. in cap. rurſus. num. 6. qui clerici vel vo-
uent. & Angel. verb. votum. 4. §. 9. & Modernio-
res ita communiter concludunt ſecundum Sylue-
ſtrum. verb. matrimonium. 7. quæſt. 5. verſi. Deci-
mum idem iudicium. Quod intellige ex cauſa,
quando non eſt facilis aditus ad curiam Roma-
nam pro conſequenda diſpẽſatione : quia non de-
bent animæ remanere in laqueis: aliàs , cauſa ceſ-
ſante, Papa ſolus diſpenſare poterit : quia iſta obli
gatio non exigendi venit ratione voti, vnde ipſe
ſolus poteſt eam obligationem tollere qui illam
induxit.

induxit.Syluest. vbi ſuprà. & verbo. Debitum. quæſt.9.ad ſio.Sanct.Thom.quodlibet.3.art. 18. verſi.Ad primum.vbi ſic dicit.Si autem ſciret, & diſpenſaret in voto ſimplici continentiæ authoritate apoſtolica,poſt diſpenſationem non peccaret mulier, nec exigendo, neque reddendo debitum.Ecce ergo quod Thom. in ſpecie propoſita requirit diſpenſationem Papæ,& ſic conſulēdum eſt,cum verior & receptior ſit hæc ſententia, & melior pro timoratis conſcientijs. nam bonarum mentium eſt tenere certam opinionem relinquendo dubiam,prout eſt Angeli, & ſequatium, quæ mihi nunquam placere potuit. Neque virtute iubilei poterit relaxari hoc votum, cum ſit caſtitatis,dum dicit Pius Quartus,*Y que el tal Confeſſor les pueda commutar qualeſquier votos en otras obras pias, excepto el de caſtidad y religion.* Ergo cum votum caſtitatis ſit exceptum,non poterit relaxari: quia vouens tenetur ad obſeruationem illius inquantum in ſe eſt,vt ſuprà dixi,& notat Sanct.Thom. io.2.2.quæſt.88.artic.3.ad.2.in illis verbis. Si vero incidit in impoſsibilitatem implēdi votum ex propria culpa, tenetur inſuper de propria culpa pœnitentiam agere.Sicut mulier,quæ vouit virginitatem,ſi poſtea corrumpatur, non ſolum debet ſeruare,quod poteſt,ſcilicet perpetuam continentiam,ſed etiam de eo,quod admiſit peccando pœnitere.Ergo ne ſit in culpa,eligat viam tutiorem, petendo à Papa diſpenſationem.

Dubitatur, Vtrum matrimonium dolo contractum annullandum ſit? Videtur dicendum quòd non cap.ex parte.& cap.dudum.de conuer. coniugat. per quæ iura in matrimonio caſuali tenet Petrus Rebuff. in practi. beneficiorum. de cauſis reſignationem irritantibus,& primo de dolo. nu. 8.pag.491.tenet gloſ.in capit.cum dilectus. verb. ad fatuitatem.de his,quę vi met.cauſa fiunt.quam ſingul.dicit ibi Panormi.Iaſ.in.§.actionum. num. 38.Inſtit.de actionib.Bald.in rubri.de iudi.1.lect. colum.2.gloſ.in.l.à diuo Pio. verb. actionem. ff. de ritu nupt.ſingul.ſecundum. Bald. in. l.1. col.2. C.plus vale.quod agitur.Curti.io repe.l. interpoſitas.C.de tranſactio.colum.2.num.7.vbi reputat mirabile,quòd matrimonium dolo initum valet, nec reſcindi poteſt.

Idem probat text. ſecundum Panormi. & Alexandr.ibi in cap.cum in apoſtolica.de ſponſa. vbi mendacium,ſeu ſurreptio non vitiat ipſum matrimonij contractum, nempe circa qualitatem perſonæ, vel circa fortunam,etiam ſi det cauſam contractui,ſecundùm prædictos,& Ferdinan. Loazes in tracta.matrimonij regum Angliæ. dub. 8. nume.37.fol.71.Couar.in Epitom.quarti Decretali.2.part.cap.3.§.7.num.3.verſi.Ex his infertur. Ferdinan.Gomez Arias in.l.62.nume.14. in legibus Taurinis.Optimè Remigius Goñi in tracta. de immuni.eccleſia Fallent.24.pag.169 nume. 4. verſi.Item ad prædicta facit gloſſ. Exemplum his adduci poteſt.Mulier cupiebat iuuenem in maritum,& nihil dicebat,præterquàm, Ego quæro maritum,& eſt mihi opulenta dos plus quàm decem milia aureorum. Oſtendebat inſuper plures debitores,quibus ſe multas mutuaſſe pecunias aſſerebat:iuuenis hac oſtentatione inductus, illam accepit in vxorem.Certè non vitiabitur matrimonium. Quod exemplum quotidianum eſſe, nemo eſt qui dubitet.Et aliud poteſt aſsignari in patre habente filiam vnicam:is tractauit eam nuptui dare iuueni diuiti, multa pollicendo: & inter cætera,quòd intendebat eam facere hæredem, ſeu meliorare:fecit poſtea pater teſtamentum, & alios hæredes in dicto tertio & quinto bonorum reliquit,filiæ vero & genero nihil quicquam iure prælegati mandauit. Decidit Bald.in ſpecie propoſita in.l.cum Archimedoram.nume.10.C.vt in poſſe.legat.quòd licèt tali dolo fuerit inductus à Socero ad contrahendum matrimonium, quòd propterea non vitiabitur.Item contingere ſolet, quod parentes promittunt genero tempore matrimonij non melioraturos filios in tertio, nec in quinto bonorum, ſed quòd omnes æqua lance venient ad ſua bona,& aſſerunt ab illis nullam meliorationem, ſeu promiſsionem ſimilem cæteris filijs ſeu generis factam fuiſſe, & matrimonio contracto apparet contrarium,certe non vitiabitur matrimonium: quia vnuſquiſque tenetur ante matrimonium conſpicere omnia, quæ contingere poſſunt. Nam animo contrahendi ſemper magnas opes, quas non habent, & promiſsiones, quas implere non poſſunt,effundere ſolent contrahere volentes:& ſic à vulgaribus dici ſolet, *Caſa,y miente.* Hoc tamen iniquum eſt, & reddit homines ad faciendam vitam coniugalem inuoluntarios. Hinc diſcordiæ, inquietudineſque inter contrahentes oriri ſolent, vt experientia docet: quæ quidem huic Sacramento & contraria, & longe aliena eſſe debent. Et certè ſi tantus eſſet dolus & inductiones ſocerus vel mulieris, quod videretur arbitrio boni viri omnino abfuiſſe conſenſum ab huiuſmodi coniuge, ipſum matrimonium deciſione apoſtolica nullum eſſet declarandum. argumen.text.in capit.cum locum.& capitu. tua nos. de ſponſalib. & quæ notat Panormi. in dict. cap.cùm dilectus.allegando Ioan.Andr.in cap. 1. de depoſ.& refert Curti.in repeti. l. interpoſitas. nume.7.colum.3.verſicu.Fallit primo. numer. 7. C. de tranſactionib. Vnum tamen nota, quòd ſi promiſit non melioraturum, vel melioraturum ex cauſa matrimonij genero quòd talis promiſsio eſt valida,& ab ea recedere non poterit, iuxta formam.

mam.l.22.Tauri.Et ſic ceſſat exemplum Bald. in l.cùm Archimedoram.nume.10. vt in poſſ. legat. Quam l.22.intelligis in ſua deciſione locum habere, dum tamen antea ex ſimili promiſsione valida non fuiſſet ius quæſitum ex donatione irreuocabili.vt in.l.17. Tauri ſecundum Ciſontan. in d.l.22.ad finem.

Dubitatur vlterius, Aliquis contraxit matrimonium intra quartum gradum conſanguinitatis, vel affinitatis, alteriuſue impedimenti, nempe publicæ honeſtatis, vel cognationis ſpiritualis in euentum quòd Papa diſpenſaret. Papa diſpenſauit, eſt dubium, vtrum ſine nouo conſenſu contrahentium matrimonium per verba de præſenti ſit iudicandum matrimonium, vel requiratur nouus conſenſus? Item etiam, an poſsint diſſentire & contradicere matrimonio ante nouum conſenſum, etiam ſi per aliquod tempus ſciuerint diſpenſatum fuiſſe à Papa, & non contradixerint? Ad primum videtur dicendum, ante nouum conſenſum idoneum ad matrimonium ſequutum poſt diſpenſationem apoſtolicam, & virtute ipſius eos habiles facientem ad contrahendum non eſſe matrimonium: quia contractum in euentum conditionis, Si Papa diſpenſaſſet, non fuit matrimoniũ propter impedimentum, nec eſſe potuit ante habilitationem: & cum fuerit conditionaliter contractum, nihil poſuit in eſſe: quia cum ſit ſacramẽtum, ſtatim valuit, nec potuit eſſe in pendenti, aut non valuit, ſed non valuit propter impedimentum, de quo in titulo quæſtionis, ergo ſine nouo conſenſu habili ad contrahendum virtute diſpenſationis non eſt matrimonium, cum abſque vero conſenſu hominum Papa non inducat matrimonium, nec in foro animæ inducitur. capit. tua nos. de ſponſalib. Ergo diſpenſatione adueniente, debent contrahere in forma eccleſiæ. Nec ad id compelli poſſent, cum antea nec ſponſalia dici potuerunt propter inhabilitatem ad contrahendum matrimonium, lege eccleſiaſtica repugnante. argum. cap.1.de re iudi.& arguendo de facto iudicis ad factum partis.l.ſi ob cauſam.C.de euict.Socin.l.1. §.per ſeruum. nu.7.ff.de acqui.poſſeſ.ſed factum iudicis contra Canones eſt ipſo iure nullum, per text.in dict.cap.1.ergo & partis. tex.in.l. non dubium.C.de legib.Item & ſecundo, quòd requiratur nouus conſenſus ad matrimonij perfectionem vltra Papæ diſpenſationem.Henri.in cap.fin.col. 2.de cond.appoſ, Cardi.& Panor.in cap.ſuper eo. eod.titul.ſum.Roſella.verb. Matrimonium. 5. §. 13.Felin.in cap.ſignificantibus.nume. 9. ad finẽ. de offic.delegat. Magiſter Franciſcus à Victoria in repet.de matrimonio.in. 1.part.num.9. Areti. conſil.142.colum.4.nu.1.& in.l. apud Iulianum. §. conſtat. colum. 3. de legat. 1. quam legem declarat ſimul cum.l.cùm ſeruos. plures ad id adducens, fatetur hanc communem opinionem eſſe. & Ferdinand.Loazes in tracta.de matrimo.12. dubio.in princip.Couar.in epitom.quarti Decreta. 2.part.cap.3.num.7.Additio. Decij in.l. ea quæ ratò, ſub nu.4.ff.de regul. iur. firmat communem, vbi citat tenentes contrarium. & Couar. vbi ſuprà, qui exiſtimat, eueniente conditione eſſe iudicanda ſponſalia de futuro, & non matrimonium, quod ipſi magis placet, & ſic ex vi pactionis poſſit compelli, vt in ſponſis de futuro latè ſupra habitum eſt. Ex quibus infertur, quòd adueniente diſpenſatione ſi non conſenſerunt per verba de præſenti in matrimonium, vel per copulam coniugalem, quod non eſt matrimonium, ac pœnitere poſſunt ſaltem ex cauſis, quibus ſponſalia de futuro impediuntur ex iuris inſtitutione, per dicta in ſuperiori quæſtione.& ex notatis à Couar.vbi ſuprà cap.3. nu. 7. & fuſius ex Victoria in allegata repe.1.part.verſ.ſed reſtat.nu.9.

Dubium eſt, Duo contraxerũt matrimonium clandeſtinè tali modo, quod per teſtes non poteſt probari: qui non audentes reuelare parentibus, ex præcepto ipſorum contraxerunt ſinguli eorum matrimonium ſecundo loco, vir cum Anna, vxor cum Petro: Petrus & Anna ſunt in bona fide, quia ignorant primas nuptias: nunc iſti, qui ſic contraxerunt, volunt huic morbo quærere medelam? In primis igitur ſciendum eſt, quod primum matrimonium eſt validum, ſecundæ verò nuptiæ adulterinæ exiſtimantur, cùm ſtante primo inter coniuges non potuit eſſe ſecundum cap. gaudemus.de diuort.text.in capi. Dominus noſter.ibi, relictis adulterinis complexibus ad priorem coniugem reuertatur.de ſecund. nupt. ergo ſunt in peccato mortali: & cùm certò ſciant practice impedimentum, quilibet eorum nec exigere, nec reddere poterit ſine peccato debitum. Caſus inſignis in cap.inquiſitioni. in princip. de ſenten. excommu.ibi, Vtrum alter coniugum pro certo ſciat impedimentum coniugij, propter quod ſine mortali peccato non valet carnale commercium exercere, quamuis illud apud eccleſiam probare non poſsit &c. Dicit huic dubio ſtatim, quod in hoc caſu primò debet potius excommunicationis ſententiam humiliter ſuſtinere, quàm per carnale commercium peccatum operari mortale. & ibi gloſſ.verbo, humiliter. ergo videtur quod debeant reuelare exiſtentibus in bona fide, ex qua reuelatione introduci ſperatur omne malũ. nam poſito vno inconuenienti, plura ſequi ſolent, vt Philoſo. ait, maximè hoc in loco, in quo eorum confeſsio non valet ad diſſoluendum matrimonium contractum, niſi alijs teſtibus probetur legitimis non potuiſſe contrahi ratione primi. Iterum

Digitized by Google

rum erit aliud inconueniens, quòd inter ipſos con iuges ex hac reuelatione, vel denegatione debiti per ſcientem impedimentum veriſimiliter induceretur odium, & ſequi poſſent grauiora delicta, forte mors coniugis, quamobrem diſsimulandum potiùs eſſe conſulendum fore viſum eſt, ne perueniat ad notitiam alterius quantumcunque graue ſit impedimentum, quod deficientibus teſtibus aliàs diſſolui ab eccleſia in foro exteriori non poſſet, etiam ſi eſſet ſoror & filia in ſimul vxor talis, quæ cum patre & fratre contraxiſſet bona fide, & mater vtriuſque coniugis reuelauit in confeſsione ſacerdoti ſe habuiſſe copulam carnalem cum ſuo filio, eo ignorante eſſe ſuam matrem, ſed exiſtimando eſſe pediſequam, ſeu famulam ſuæ matris, quæ ſe ſuppoſuit loco ipſius famulæ, cum qua deſiderabat copulam habere, ipſeque filius ſtatim receſsit, ignorando fuiſſe matrem, & concepit ex eo ſicut Thamar filiam, quam mater tanquam ex poſitam educauit: & filio reuerſo ex longo itinere poſt longum tempus eam inuenit in domo matris, & coniũxit matrimonium cum ea in facie eccleſiæ, ignorando impedimentum, quia mater ſemper tacuit, ne de tali flagitio infamaretur, quòd conſuli oporteret confeſſorem in hoc caſu mulieri? Et reſponſum fuit à doctiſsimis quòd taceat, ne eos conſtituat in mala fide, & ne ſequantur ſcandala, & damna, quæ ex tali reuelatione inutili ſequi poſſent, ipſaque de ſuo peccato pœniteat. Ergo coniungendo hanc reſponſionem cum caſu primo meæ quæſtionis, idem dicendum eſt in eo. Et ſi potuerit, petat diſpenſationem coniux, qui ſcit impedimentum. Et taceat, cum iſtud ſit minus malum: cum ad ſuum dictum non poſsit, nec debeat diſſolui matrimonium in facie eccleſiæ contractum. Comprobatur ex cap. duo mala. 13. diſt. & ex Ariſtotel. lib. 5. Ethicor. cap. 3. quo loco ait, minus malum boni vicem habere, ſi maiori malo comparetur. Et confirmatur ex his, quæ tradit Couar. in Epitom. 4. Decretali. 2. part. ca. 4. nu. 9. Tum etiam, quia ſequeretur abſurdum maximũ, ſi contrarium conſuleretur in ſpecie propoſita. ergo text. in dict. ca. inquiſitioni. non debet extendi ad hunc caſum, ex his, quæ notat Aymon Crauett. de antiquita. temporum. 4. part. §. videamus modò. verſi. Quinta datur limitatio. num. 11. fol. 130. columna. 4. Quæ omnia ſupradicta licet vera ſint de iure antiquo hodie tamen huiuſmodi matrimonia taliter contracta ſunt nulla, ſi non ſeruetur forma. de qua in Concil. Tridentino. vt infrà (Deo dante) latius dicemus. Forſan iſta quæſtio poſsit habere locum in contrahente ſponſalia de futuro, ita clãdeſtinè vt probari non poſsint: quo inquam caſu procederent ſupradicta.

Circa præmiſſa dubitatur, Aliquis contraxit matrimonium cum Catharina, quæ erat nupta viro alicui eo tempore: ſed ducta & inducta ex falſis probationibus & coniecturis de morte prioris coniugis, cum iſto ſecundo ſe ipſam matrimonio copulauit, ex licentia habita ab ordinario ex dictis falſis allegationibus obtenta iuxta Concilium Triden. ſeſsio. 24. cap. 7. incipienti multi ad finẽ. Qui verè viuebat, prior ſcilicet, maritus poſt aliquod tempus venit, & petijt ſuam vxorem ratione matrimonij præcedentis: & facta probatione de priori coniugio, fuit ei adiudicata, & tradita, & ſecundum pronuntiatum nullum. Tandem mortuo primo viro, ſecundus vult eam: at ipſa ipſum in coniugem habere, eſt dubium an poſsit? & caſu, quò poſsit, debeant ſolennitates requiſitæ. Ad Concil. Trident. ſeſsio. 24. de reformatione. cap. 1. conſenſus, & alia iterari: an ratione prioris conſenſus ſit matrimonium per ratihabitionem ſine alio actu nouo ad conſentiendum in matrimonio expreſſo. Quantum ad primum eſt notum, quòd fides matrimonij habita inter eos coniuges putatiuos bona fide fuit facta, ac proinde non præſtat impedimentum, quod mortuo primo coniuge poſsint de nouo copulari, quia eam carnaliter non cognouit tanquam adulter, nec fides fuit data de matrimonio ineundo cum ea, mortuo primo. ex text. in capi. ſignificaſti. de eo qui dux. in mat. quam pol. per adulter. vbi matrimonium contractum cum concubina dummodo non fuerunt machinati in mortem prædefuncti coniugis, nec eo viuente dederunt fidem de matrimonio contrahendo valet. Sed ſic eſt, quòd in caſu præmiſſo bona fide contraxerunt, & ſi viuente primo viro fuit adulterium. & non matrimonium, tamen cum fides vlla fuiſſet data, nec tractatus de morte ipſius mariti, valuit tale matrimonium ſecundo contractum. glo. in capi. ſuper hoc. de eo qui dux. in matri. quam poll. per adulter. in glo. 1. ibi, ita modificantem illũ textum. cap. 1. ibi, qui ſcienter contra canones. & cap. cùm haberet. cod. titu. Sed hic ambo iuſta ignorantia ducti contraxerunt matrimonium viuente primo, ergo eo mortuo, vt dictum eſt, non debent prohiberi contrahere, cum edictum de matrimonijs contrahendis ſit prohibitorium: quia omnibus, quibus ſpecialiter non eſt prohibitum, cenſetur permiſſum. text. inſignis in cap. cum apud. de ſponſali. Sed iſti hoc caſu non reperiuntur impediti, ergo cenſentur permiſsi. Quia vbi non eſt culpa, nec pœna debet eſſe: & cui non competunt verba edicti, nec eius diſpoſitio competere debet. Colligitur deciſio huius quæſtionis ex Ioan. Maior. in. 4. ſent. diſt. 37. q. 1. col. 1. Quod eſt optimum pro interpretatione. c. ſuper hoc. de eo qui cogn. conſang. vxo. ſuæ. & l. 1. tit. 2. part. 4 & quæ ibi notat Gregor. Lopez.

Ex quibus reſpondendum erit ad ſecundum, matrimonium contractum ſcienter, vel ignoranter viuente primo fuiſſe nullum, ac proinde conſenſus habitus eo ſuperſtite fuit nullus, & ſic ſacramentum nullum: ideo oportet, quòd nouo cõſenſu perficiatur poſt mortem primi viri, & ſolennitates debitæ huic ſacramento debent interponi, quia vt ex tunc matrimonium fuit declaratum nullum, quia verè non potuit inter eos eſſe. text. eſt in cap. in præſentia. de ſponſalib. ibi Conſul. ergo tuæ. T. R. quòd quantocunque annorum numero ita remaneant, viuentibus viris ſuis, non poſſunt ad aliorũ conſortium canonicè conuolare, nec authoritate eccleſiæ permittas contrahere, donec certum nuntium recipiant de morte virorum.

Secundo eſt tex. in cap. de ſecundis nuptijs. ibi, quod ſi poſt hoc de priori coniugis vita conſtiterit, relictis adulterinis complexibus, ad priorem coniugem reuertatur. ¶ Ad idem & tertiò eſt tex. in cap. cùm per bellicam. 34. quæſt. 2.

Quarto iſtam partem tenet Magiſter ſenten. in 4. diſt. in 38. cap. finali. vbi poſtquam retulit text. dic. c. cum per bellicam. inquit. Ex ijs oſtenditur illos, qui taliter iunguntur, vt credant virum interemptum, per ignorantiam aliquam excuſationem habere de peccato, & tantum primam copulam eſſe legitimam, non ſecundam, veniam tamen habere, ſi careat opprobrio malæ voluntatis. Quæ verba ſunt optima ad excuſationem mulieris, & Titij contrahentis matrimonium.

Præterea habere in ſimul plures vxores nunquam alicui licuit, niſi ex ſpeciali priuilegio & diſpenſatione diuina, vt eſt optimus tex. in ca. gaudemus. §. quia verò. de diuorc. Tradit Anto. 3. parte ſummæ. tit. 14. ca. 10. §. 2. cum alijs pluribus citatis à Doctore Couar. in Epitom. ſuper. 4. Decreta. 2. part. ca. 7. § 3. ergo ſi nunquam licuit, nec nũc permiſſum cenſebitur: & ſic prædictum matrimonium, ac conſenſus, & cætera in eo adhibita fuerunt nulla, & tanquam ſi non eſſent. Quia qui primitiua inficit, deriuata vituperat ſecundum Philo. teſte Bald. in. l. fin. C. de verb. ſigni. Et eſt optima. l. 56. titul. 5. partit. 5.

Ex quo clare deducitur, quòd cùm matrimonium ſecundum fuit nullum ex conſenſu in illo adhibito, ex nouo debet conualidari. tex. in cap. pen. de eo qui dux. in matri. gloſſ. & doct. in ca. 1. eod. tit. Boeri. aurea deciſio. 263. num. 26. Ad hoc etiam eſt tex. in ca. accepiſti. & ibi glo. de ſponſa. duo. vbi matrimonium ſecundum, de quo eſt noſtra quæſtio, viuente altero coniuge, eſt nullum, & nunquam ex eodem conſenſu recipit validitatem. Idem probat caſus in cap. licet. eod. titu. & in cap. tuas dudum. ibi, conſenſus & cætera cum ipſo coitu fruſtrantur. Accedit etiam huic ſententiæ glo. in cap. cum apoſtolica. de ſponſali. vbi ad inducendum matrimonium de nouo, requiritur nouus conſenſus, cum ab initio fuit illegitimus, & nullus, lege aduerſante, propter primum matrimonium, ergo ſolennitates debent reiterari tanquam ſi nunquàm fuiſſent, cum regulentur ſecundum naturam matrimonij, cui acceſſerunt. argu. text. in. l. fina. C. non num. pecunia.

Quæ autem dicit Sacerdos cum benedicit nuptias, eſt forma accidentalis, & non de ſubſtantia matrimonij, ſecundùm Auguſt. de Ancho. prout eum refert diuus Anto. 3. par. titu. 14. ca. 9. §. 3. Sed conſenſus eſt ſubſtantialis, ſine quo matrimoniũ conſiſtere nequit. cap. tua nos. & cap. cùm locum. de ſponſali. ergo ipſo deficiente, cętera corruerũt, ac per conſequens de nouo ſunt iterãda in forma debita: cum actio ſemel extincta, amplius non reuiuiſcat. l. qui res. §. aream. ff. de ſolutio. Sed ſic eſt, quòd conſenſus primus fuit nullus, ac per conſequens inualidum matrimonium, ergo & omne eius acceſſorium. Nam, vt inquit Ariſto. 1. Phyſico. ca 4. nihil vnquam ex eo, quod non eſt, fieri, atque oriri. Quia ex nihilo, nihil gignitur, & ſic debet reiterari in forma debita. Quia non dicitur factum, quod aliter eſt factum, quàm debuit. cap. qui ex timore. de regu. iur. Syluest. verb. Reſtitutio. 8. quæſt. 5. verſi. Tertio quando reſtituens &c. Et vbi principale non tenuit, nec acceſſorium. ca. inter dilectos. de fide inſtrum. quem tex. ad id citat Ioan. Monachus in ſuo defenſorio iuris. cap. contra priuilegium. num. 2.

Præterea augmentum debet regulari ſecundum naturam ſui præexiſtentis, ſeu eius, cui accedit. l. etiam. vbi Barto. & doct. C. de iure dot. & in. l. inter ſocerum §. cum inter. ff. de pact. dotali. Ponit iſtam regulam Albertus Brunus in tract. de augmento & diminutione monetarum. fol. 8. col. 3. quam firmat, & corroborat quinque modis. Et ſequitur Ioan. Bernar. in tracta. fallentia. regul. 57. incipien. Augmentum. Sed ſolennitates adhibitæ ſunt ad augmentũ ſui principalis, cui accedũt, qui eſt conſenſus, ſine quo nullo modo ſtare poſſunt. ergo &c.

Facit etiam: nam ea, quæ de facto ſunt facta, de facto reuocantur. Ratio, quia nullum habuerunt effectum. glo. in. l. minor. ff. de euictio. quam ſingul. dicit Ioan. Bernar. in dict. tract. regula. 69. in cap. Carceratus. vbi ponit & limitat per eam dictum quotidianum, & valde neceſſarium Barbatius in capit. 1. in. 1. lect. colum. 1. de iudici. quem videatis. Sed ſic eſt, quòd in caſu propoſito omnia, tam conſenſus, quam cæteræ ſolennitates nullæ fuerunt propter primum matrimonium, ergo reiterari debent, tanquam ſi nullo modo præceſsiſſent. Nam quod nullum eſt, infirmari, nec confir-

Digitized by Google

confirmari poteſt. l. ſi expreſſum. ff. de appellat. l. ſtipulationes, quæ proprij, viribus non ſubſiſtunt. ff. de actionib. & obligatio. Bald. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. & conduct. in finalibus verbit. Sed ita fuit in noſtro caſu, ergo de nouo requiritur conſenſus in forma ſolenni vnà cum alijs ſolennitatibus &c.

Item quod à principio nullum eſt, tractu temporis non conualeſcit ſine nouo conſenſu. cap. 1. in princip. de ſponſac. impube. lib. 6. Optimè per Loazes in tracta matri. in. 11. dubio. fol. 67. Sed in caſu noſtro fuit huiuſmo ergo &c.

Et cùm in præſenti fuerit ſeparatum ſecundum matrimonium, non eſt dubium, quòd nullæ reliquiæ ſacramenti remanſerunt in eo propter primum. Et quòd ſolennitates ſint reiterandæ, patet ex Hoſtien. quem ibi Ioan. Andr. refert, & ſequitur in cap. in præſentia. de ſponſalib. ſuper glo. ſecunda in hæc verba. Sed nunquid poſtea publicabitur tale matrimonium in eccleſia, dixit Hoſtien. quòd non, quia poſſet hoc inducere ſcandalum ſupra de teſe. nullis. ſed ſufficiet publicatio ſimpliciter facta apud epiſcopum. de clandeſti. deſponſa. cap. 2. qui pœnitentiam iniunget, & carnale commercium ſuſpendet ad tempus. Cùm vterque reperiatur in culpa, ſecundum ea, que notantur in capit. cum in apoſtolica. ſuprà eo. Et in iſtis caſibus matrimonium ;& ſi nullum propter primum adhuc pronnntiatum non fuit tale. vt in caſu noſtro. ergo &c.

Præterea habilitas, quæ erat neceſſaria in principali, hoc eſt in matrimonio, eadem erat neceſſaria in acceſſorijs. l. potior eſt. §. ſi de futura. & ibi. Bald. ff. qui potio. in pign. habe. vbi ſummat illum text. tempus, quod inſpicitur in principali, inſpicitur etiam quo ad acceſſoria. ergo tempus præſens, & non futurum. Et ſic ſecundum tempus præſens debent reiterari ſolennitates, vna cū conſenſu &c.

His etiam accedit. Nam acceſſorium regulatur ſecundum tempus & naturam principalis. l. inſulam. ff qui potio. in pign. habe. & l. creditor. & l. Lucius. eod. titul. ſecundum Bald. in. l. potior eſt. colum. 2. ff. qui potio. in pigno. habeantur. & præfertur ille, in cuius actus prius habuit effectum. l. quoties. C. de rei vendicatio. Sed ita eſt in caſu noſtro propter primum matrimonium illo tempore contractum, quo habuit effectum plenum, & ſecundum hac cauſa nullum habuit, & ſic omnes ſolennitates fuerunt nullius operationis, ac per conſequens ſunt reiterandæ in forma ſolenni, & ſpecifica.

Facit, Nam matrimonium contractum cum ſecunda viuente prima, per mortem primæ non reconualidatur cum ſecunda Panormi. in capit. conſuluit. colum. 2. de conuerſio. coniuga. Nam cum à principio non tenuit, tractu temporis non conualeſcit. regula. Non firmatur in. 6. Confirmatur ex Gabriel. in. 4. diſtinct. 36. quæſtio. 1. artic. 3. vbi quærit. An matrimonium liberi cum ancilla, quā liber contrahendo credit eſſe liberam, ratificetur per ſubſequentem copulam. Et quia ibi defuit conſenſus, dicitur quod non.

Dubium præterea poteſt eſſe tale, Vtrum matrimonium contractum à iuuene (poſtquàm religionem poſt diſcretionis annos ingreſſus eſt, animo mutandi omnino vitam, & intra nouitiatus tamen annum egreſſus eſt ad ſecularem vitam & habitum) ſit validum? Reſpondendum eſt validum eſſe tale matrimonium. Suadetur. Nam in ſpecie propoſita non fuit votum ſolēne expreſſe, nec tacitè, ergo non eſt cauſa cur matrimonium non ſit validum. ex text. in capit. vni. de vot. lib. ſexto. In oppoſitum tamen gratia diſputationis videtur facere text. in capit. non ſolum. §. vobit. de regula. libr. ſexto. ibi, aut euidenter conſtet. quo tex. probatur per aſſumptionem habitus nouitiorum cum propoſito mutandi vitam abſolutè induere profeſſionem. capit. conſulti. ibi, propoſuerit abſolutè vitam mutare. de regula. & capit. ſtatuimus. eodem titu. & capi. beneficium. de regul. libr. ſexto. Sed prædicta iura non obſtant: quia iſte caſus non habet vim profeſsionis tacitè, vel expreſſe, quo ad matrimonium dirimendum, licèt tanquam votum ſimplex impediret contrahendum. text. in dict. capit. non ſolum. cum ſimilibus. in fauorem animæ nouitij, & propter ius religionis noluit impedire monachos ab imperitione iſtius, ne redeat ad ſæculum, quippe cum ſi votum ſimplex in ſeculo de ingreſſu religionis feciſſet, religio pro obſeruatione voti contra ipſum agere poſsit. argumen. capit. licet. de vot. nec capit. beneficium. obſtat, quia renuntiatio beneficij, quam iſte nouitius ex facto ſuo præſumitur facere, dum manifeſtat omnino vitam velle mutare, tunc ſufficit ad hoc, vt beneficium poſsit alteri conferri, quæ tamen non ſufficit ad profeſsionem tacitam, vel expreſſam, iſta ergo duo non parificantur, nec in textu æquiparantur. Sed nec quo ad vacationem beneficij hic caſus æquiparatur: quia in profeſsione tacita, vel expreſſa eſt vera renuntiatio, hic autem eſt præſumpta, quare &c. Pro deciſione huius dubij in ſpecie propoſita pro hac parte eſt ſententia Panormit. in capit. conſulti. nume. 3. de regula. Sylueſt. verbo, Religio. 3. quæſtio. 19. verſi. Quarto inducitur. Caieta. in tracta. 17. quæſtionum. reſponſ. 3. quibus in locis præmiſſa tenent. Hodie tamen ſicut antiquitus profeſsio etiam tacita, ſiue expreſſa ante annum non valebat, & ita ad omnes effectus extenduntur

a los otros ſacramentos de la ſancta ygleſia por el lugar en que fue inſtituydo que es el parayſo[b]: y por el eſtado: que fue eſta-

dicitur.ex Concilio Triden.ſeſsio.25.cano.15.incipienti,In quacunque.

b ¶*Que el parayſo.* In paradiſo terreſtri inſtitutum fuiſſe à Deo matrimonium, & in ſtatu innocentiæ,conſtat Gen.2.ex ore primi parentis è ſomno ſillo diuin ore ſurgentis, ac pphetizātis, dicendo, Hoc nunc os ex oſſibus meis. & caro de carne mea:quāobrē relinquet homo patrē & matrē, & adhærebit vxori ſuæ.Et quod ſit à Deo inſtitutū, probatur ex Chriſti teſtimonio ad hunc locum referentis Matth.19.vbi ait, Quos Deus coniunxit,homo non ſeparet.cap.deinde.26.diſt.ca.lex diuina.27.quæſt.2.&.c.ſunt qui dicunt.ca.cauſa & quæſtione.c.de infidelibus.de conſang.& affi. Ricard.in.4.ſenten.diſt.26.arti.1.quæſt.3.Panormit.in cap.fin.col.vltim.num.6.de ſponſa duor. Iaſ.in.l.captatoriæ.num.10.ff.de lega.1.Ludoui. de Sardis in tract.de naturalib.libe, ac ſucceſsione eorum.1.part.§.1.quæſt.3.Cōſtat etiam quòd eſt ſacramentum,vt ſuprà in.1.gloſ.habitum eſt. Et omnia ſacramenta fuerunt inſtituta à Chriſto, vt etiam patet ex Cælio Rhodigino lib.28.antiquarum lectionum cap.19.& in concilio Tridentino ſeſsio.7.cano.1.in hæc verba.Si quis dixerit ſacramenta nouæ legis non fuiſſe à Chriſto Ieſu Domino noſtro inſtituta, aut eſſe plura,vel pauciora quam ſeptem, videlicet Baptiſmum. Confirmationem,Euchariſtiam: Pœnitentiam,Extremam vnctionem,Ordinem, & Matrimonium, Anathema ſit.Ad idem eſt text.ſolennis in.c.vni.de vot. lib.6.ibi, dum ait,Matrimonij verò vinculum ab ipſo eccleſiæ capite rerum omnium conditore ipſo in paradiſo, & in ſtatu innocentiæ inſtitutum vnionem,& indiſſolubilitatem acceperit.l.4.titulo.ſecundo.part.4.

Præterea dubitatur, Quæ fuit cauſa inſtitutionis coniugij?Prima potuit eſſe, vt conſuleretur generi humano per coniunctionem maris & fœminæ:nam maſculus per ſe hoc facere non poterat ſolus ſecundùm naturam, ideoque bonum fuit ei adiungere ſociam in officium naturæ humanæ, vt Gene.1.&.2.Creſcite,& multiplicamini. Et quæ notat.S.Thom.1.2.quæſt.102.art.5.Ad tertium. Pro hac ratione conducit illud Platonis lib.31.de republica,vel de iuſto.dialogo.2.dicētis, Fit vtiq; ciuitas, vt exiſtimo, quandoquidem nullus noſtrum ex ſe ipſo ſufficiens eſt,ſed multorum indiget. Anvero tu putas aliud extitiſſe ciuitatibus conſtituendis initium? Nullum aliud, inquit ille. Sic itaque alius aliumque ſibi & ad vſum alium adiungentes,cum multis indigeamus, multos in habitationem vnam communicatores adiutoreſque congregauimus, quem cœtum ciuitatem nos appellamus. Igitur indigentia generis humani fuit cauſa inſtitutionis matrimonij;& ſic in officium naturæ, eo tempore fuiſſe apparet. Huius vero effectus fuit ex eo, quod alit, auget, cōpar ſibi progignit,ſufficitque,vt declarat optimè Ludouic,Cælius Rhodiginus lib.28.lectionum antiquarum.capit.13.Tum etiam, vt eſſet prima humanæ ſocietatis copula, quæ amicabilem quandam coniunctionem,alterius quidem regentis, alterius obſequentis amplecteretur.Genel.2.&.3. Sanct.Thom.in.4.ſenten.diſtin.26.quæſt.1. Ariſtote.1.Politic.cap.1.cap.ius naturale.1.diſtin.l.1. §.ius naturale.ff.de iuſti.& iure.vbi Fortuni.num. 77.reprobat illud Platonicum,matrimonia etiam debere eſſe communia,& ſic vxores,quod à tanto viro alienum eſt, etiam conſiderata ratione naturali.De qua per Fortun.vbi ſuprà. Quia etiam ſimplex fornicatio, vt alibi in priori parte dictum eſt,non eſt dubium eſſe aduerſus ius naturale, ergo non eſt admittenda. Poſtea verò fuit inſtitutum in remedium concupiſcentiæ poſt peccatum originale contractæ.text.in capitul.nuptiarum. 27.quæſt.1.& Concil.cano.Colonienſis titul.de matrimonio.§.eſt autem.pag.363.Magiſter in.4. ſententia.diſtinct.26.capit.2,Richard.arti.3.quæſtione.2.D.Thom.3.part.quæſt.41.& quæſt.42. Turrecremat.in ſumma.27.quæſt.1.gloſſ.in capit.quomodo.verb.perſe.31.quæſt.1.vbi probat matrimonium in ſtatu naturæ lapſæ, & ſic poſt peccatum inſtitutum in officium naturæ propter ſobolem,& fornicationem pellendam.text.in capit.ſicut non omnes.§.his ita.32.quæſt.2.vbi adducitur illud beati Pauli in priore epiſtola, quam ſcripſit ad Corinth.cap.7.Propter fornicationem vnuſquiſque habeat ſuam vxorem, & vnaquæque habeat virum ſuum. Ad idem eſt gloſſ.in ſumma 27.quæſt.1.quæ magiſtra eſt in hac materia.

Ex quibus infertur matrimonium contrahendum fore principaliter ob cauſam generationis, & fornicationis vitandæ. Si tamen ex alijs cauſis contrahatur, non ritè contrahitur, tamen tenet matrimonium.text.in cap.tua nos.deſponſalib. vbi Panormi.hoc notat.Et eſt de mente gloſſ.in ſum.27.quæſt.1.D.Thom.in.4.diſtin.30.quæſt. 1.arti.3.Maior diſtin.26.quæſt.2.Couar.in epitome.4.Decretal.2.part.cap.1.§.vni.num.7.Et probat.l.4.titu.2.part.4.Et hoc intellige principaliter,

do de innocencia: en el qual tres bienes ſe ſeñalan: Fe, y Generacion, y Sacramento. Y por eſto ſe requiere en el cõtracto del matrimonio mayor ſolẽnidad que en otro algun ſacramento Porende eſtableſcemos y mandamos que todos los ſacramentos ſe hagan por aquellas palabras que

ſiter, quando contrahit ob concupiſcentiam diuitiarum, pulchritudinis, vel generis, vel huiuſmodi: non tamen ſi in conſequentiam ad id moneatur: nam non peccaret (meo iudicio) nec venialiter, appetendo ob bonum finem mulierem diuitem, pulcheã vel huiuſmodi. Et eſt de mente Ant. Archi. Florẽ. 3. part. tit. 1. cap. 19. §. 9.

a ¶ *Tres bienes ſe ſeñalan, Fe.* Concord. ca. omne. 27. q. 2. omne, inquit, itaq; nupriarum bonum impletum eſt in ipſis parentibus Chriſti, proles, fides, ſacramentum. Prolem, cognoſcimus ipſum dominũ: fidem, quia nullum adulterium: ſacramentum, quia nullum diuortium. l. 3. titu. 2. part. 4. & ibi Gregor. Lopez. c. ſicut non omnes. in fin. 32. q. 2. glo. in um. 27. q. 1. Domi. Sotus in. 4. ſenten. diſt. 31. qõ. 1. art. 2. & Ludo. Cæli. lectionum antiquarum 28. cap. 19. Fides enim requiritur in matrimonio. Fides nãque ſiue conſenſus, ſiue pactionis eſt ſeruanda. c. duobus. 27. q. 2. capit. 1. de ſponſa duorum. Tum etiam, quia fides eſt ſeruanda, ne commiſceantur cum altero, & ſic ne committant adulterium, nam in hoc ad paria iudicantur. c. intelleximus. & cap. tua fraternitas. de adulte. c. nihil iniquius. 32. quæſt. 6. glo. in. c. dilecti. de exceptio. l. 4. titu. 7. lib. 4. fori. Quod tamen intellige, ſi agatur ciuiliter ad ſeparationem tori, vel amiſsionem dotis, vel donationis propter nuptias. Nam ſicut mulier perdit dotem propter adulterium ſuum, lucratur donationem propter nuptias propter adulterium viri. gloſſ. in cap. primo. verbo. recipereſt. vt lite non conteſta. Idem not. Panormit. ibi nume. 3. & approbat Hippoly. in repeti. l. vnica. C. de raptu virgi. colum. 12. nume. 60. Ego tamen do gloſſ. conſi. in verb. priuilegium. in cap. apud miſericordem. 32. quæſtione. 1. Hinc eſt, quòd quando maritus tenet concubinã, vxor ſi committat adulterium, non perdit dotem. Ita Paul. de Caſtr. conſil. 402. libr. 1. quem refert & ſequitur Deci. in. l. ſemper in contractibus. numer. 5. ff. de regulis iuris. Hippolytus in. l. patre. numero. 10. ff. de quæſtionibus. Si tamen agatur criminaliter, non obſtat exceptio adulterij oppoſita aduerſus virum per mulierem adulteram, nec impedit quominus puniatur. l. ſecunda. titul. 15. libr. 8. ordina. ibi, *Y que la muger no ſe pueda eſcuſar de reſponder a la accuſacion del marido, o del eſpoſo, porque diga que quiere prouar que el marido, o eſpoſo cometio adulterio.*

Quam intellige, quando agitur principaliter publico iudicio. vt in capit. apud miſericordem. § publico. 32. quæſt. prima. l. ſecunda. §. ſi publico ff. de adulter. Secus tamen, ſi incidẽter, vt mutua delicta ſaltem ciuiliter compenſatione computentur, vt prædictum eſt. Et eſt optima declaratio ad leges huius regni, ſcilicet ordinam. Idem tenet Ioannes. Lup. In. l. 81. Tauri. nume. 4.

Sic igitur primum eſt fides, ne poſt vinculum coniugale cum alio vel alia coeatur. capit. ex parte. infrà iſto titulo. Et tenet Magiſter ſentent. in 4. diſtinctione. 31. capit. 1. vbi Diuus Thom. quæſtio. 1. artic. 2. Ad tertium. & vt ſe adinuicem diligant, & debitum reddant, ſe ipſoſque fideliter & incorrupte cuſtodiant. l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff. ſoluto matrimo ibi, Quid enim tam humanum eſt, quàm vt fortuitis caſibus mulieris maritum, vel vxorem participem eſſe dicit gloſ. verb. participẽ eſſe. quia vnũ corpus, & vna anima ſunt.

Proles, vt amanter ſuſcipiatur, religioſeq; educetur, ſecundum Magiſtrum in loco citato. Et exponit latius Hoſtien. in ſumma huius titul. rubricella de matrimonijs. § Et quare contrahatur matrimonium. colum. ſecunda. & in hoc verſatur vtilitas publica. l. prima. ff. ſoluto matrimonio. ibi. Cum dotatas eſſe fœminas ad ſobolem procreandam, replendamque liberis ciuitatem maximè ſit neceſſarium. Et effectus matrimonij debet eſſe in officium naturæ ob ſobolem procreandam. capit. primo. de frigid infra, ibi, Volo eſſe mater, volo filios procreare, & ideo maritum accepi. Et hac intentione debent eſſe contrahentes, ſaltem habitualiter. l. 3. titu. 2. parti. 4.

Ex quo infertur, quòd omittens accedere ad vxorem cauſa vitandæ prolis peccet, cum repugnet bono matrimonij, & vtilitati reipublicæ, vt prædictum eſt. gloſſ. in capit. aliquandò. verb. & ſi ab initio. 32. quæſtione ſecunda. Tum etiam, quia excludit illud, Creſcite, & multiplicamini, Geñ. 1. & capit. 8.

Infertur etiam prolem fœmininã ſicut maſculinam eadem frontis ſerenitate & alacritate animi recipiendam fore, gratias offerendo ſummo

Deo, non faciẽdo in vtrumque ſexum differẽtiam Nec murmurandum eſt ob nimiam paupertatem, ſi forte contingat. ¶ Et quod non ſit faciendum diſcrimen inter maſculos & fœminas, eſt. l. qui duns. ff. de legat. 3. ca. fina. de conceſ. præben. glo. in c. quoniam inueſtituras. 16. quæſtio. 7. vbi fœmina præſentat ſicut maſculus. Roch. Curt. in tracta. iuris patrona. verbo. competens. Bonus text. in. l. maximum vitium. C. de lib. præterit.

Hinc etiam infertur concubitum non cauſa reddendi debitum nec prolis procreandæ eſſe peccatum mortale, ſi ipſe hac deliberatione cognoſcit tanquam ſi accederet ad alienam, non tamen ſi ſicut ad propriam, nam hoc in caſu non peccaret. ſecũdum Ricard. in. 4. ſenten. diſt. 31. art. 3. q. 3. poſt Magiſt. ibi cap. 5. D. Thom. q. 2. arti. 2. Durand. q. 4. Palud. q. 2. artic. 2. Maior quæſt. vnica. verſicu. Quinta concluſio. Bonau. q. 2. arti. 2. Scot. q. vnica Iaco. Almain in 4 ſent. in materia de cibi temperantia. Sylueſt. verb. debitum quæſtio. 11. Angel. verb. Debitum. § 23. Et ſic ſit concluſio prima.

Cognoſcens vxorem cauſa ſatiandæ libidinis, tantum peccat venialiter, non tamen mortaliter, ex communi Theologorum in loco præcitato. Ex qua patet lapſum fuiſſe ſupplementum Gabriel. in 4. ſenten. diſt. 31. q. 1. art. 2. colum. 4 verſi. Concluſio ſeptima, dum tenet peccare mortaliter. Sed poteſt intelligi eius opinio in concluſione ſequenti. 2. Et pro hac concluſione eſt text. in cap. ſicut non omnis. §. fin. ibi, Quod enim præter intentionem generandi fit, non eſt nuptiarum malum, ſed eſt veniale propter nuptiarum bonum, quod eſt tripertitum, fides videlicet, proles, & ſacramentum. 32. quæſt. 2. & capi. ſeq. incip. Quicquid. ibi, nec illud propter nuptias admittitur, ſed propter nuptias ignoſcitur.

Comprobatur ex Auguſti. in lib. de bono coniugali. cap. 6. & 7. Coniugalis, inquit, concubitus generandi gratia, non habet culpam, concupiſcentiæ verò ſatiandæ, ſed tamen cum coniuge, propter tori fidem, venialem habet culpam. Idẽ tenet Magiſt. ſententiarum loco iam citato.

Et quãdo coitus carnalis inter coniuges inducat mortale, eſt videndus frater Minorita in Specul. conſcien. lib. 2. cap 33. Et iſtam cõcluſionem, quòd cognoſcere vxorem modo deſignato in concluſione non ſit mortale, ſed veniale, tenet Diuus Anto. 3. part. tit. 1. cap. 19. §. 8. &. §. 10.

Secunda concluſio. Cognoſcens propriam vxorem tantum propter libidinem, tanquam alienam, id eſt, quòd eo animo eſt, quòd idem eſſet facturus cum aliena, ſi non habuiſſet propriam, induceret mortale. Et iſta concluſio colligitur ex mente communi doctorum in locis præſcriptis. Quo loco intelligo Gabrielis ſupplementum, vt dixi ſupra in prima concluſione. quamuis ipſum reprobet Sylueſt. Prieras in loco iam ſupra proximè allegato. Sed meum non eſt reprobare tantum doctorem. argumen. cap. cùm expediat iura iuribus concordare. de electio. lib. 6.

Et ſic intelligo cap. Orign. 32. quæſt. 4. vbi habetur, quòd adulter eſt amator ardentior propriæ vxoris. Cum ergo adulterium ſit peccatum mortale, de quo per Magiſtr. in. 4. ſententia. diſtinct. 41. cap. fina. & ſic cognoſcens vxorem non cauſa boni prolis, vel fidei, ſit eius amator ardentior, talis mortaliter peccat, cùm æquiparatorum eadem ſit ratio, ac per conſequens iuris diſpoſitio. Nam habet locum eo in caſu, quo tanquam adulter cauſa ſatiandæ libidinis ipſam vxorem cognoſcit modo dicto in hac ſecunda concluſione.

Vel text. in dict. c. Origo. dicit adulterium ad exaggerationem criminis, non tamen inducit veritatem adulterij. Sed debent abſtinere, ne peccẽt etiam venialiter. Et ſic per ſimilitudinem dicitur adulter, vt ibi inſinuat gloſ. in verb. Adulterium. in dict. c. Orign. 32. quæſt. 4. gloſ. pulchra, quæ plures ſolutiones in hoc ponit in capit. quicquid. 32. quæſtio. 2. Et ibi citat alia iura, quæ tu inducere potes in oppoſitum primæ concluſionis vt peccet mortaliter. Tamen intellige ſecundum iſtam concluſionem.

Ardentior in ſuam eſt aliqualiter magis adulter, quam cum aliena, ſecundum Sylueſt. verbo. Adulterium. in princi. vbi refert S. Thom. 2. 2. q. 154. artic. 8. & ita dicit intelligendum fore text. in dict. cap. Origo. 32. quæſt. 4.

Dicimus tertium bonum matrimonij eſſe ſacramentum. eſt text. in capit. ſicut non omnes. §. fina. 32. quæſt. 2. & latè diximus matrimoniũ eſſe ſacramentum ſuprà in quæſtione, qua explicaui, an matrimonium eſſet ſacramentum, ibique diſſerui, quid de contracto per procuratorem. Et dicimus ſacramentum, quia debet eſſe perpetuum, & indiuiduum matrimonium, vt iam diximus in definitione matrimonij. Ex quo infertur, quòd ſi quis promoueatur ad ſacros ordines poſt conſummatũ matrimoniũ, vxore etiam conſentiẽte, quòd matrimonij vinculum non diſſoluitur: ac per hoc ſubinfertur, quòd ei tenetur de neceſſarijs ad ſubſidium vitæ prouidere.

Similiter quòd habet priuilegia mariti clerici, quæ ſunt plura, vt dixi. l. prima. titul. 3. lib. primo ſuprà. Cùm verè eius vxor èxiſtat, & ſola morte vinculum dirimatur, meritò ei competere debent priuilegia debita vxoribus, ratione mariti, & longè maiori ratione cùm ſeruet caſtimoniam, & vitam præclariorem obtineat. l. 6. titul. 2. libr. 4. ſuprà. vbi dixi de vxoribus ſeruantibus vitam vidualem, quòd debent habere priuilegia maritorum

rum prædefunctorũ, in quorum matrimonio cenſentur perdurate.l.mulieres. C.de incolis.lib.10.

In tantum eſt indiuiduum & validum ſacramentum, quòd etiam ſi maritus eſſet effectus ſummus Pontifex, teneretur reddere debitum vxori, prouidereq; ei de neceſſarijs. glo. in cap. ſi quis pecuniam. 79 diſt. Quã gloſſæ ſententiam reddit ſingu. Panor. in c.cõſtitutus.n.10. de conuerſ.cõ

manda la madre ſancta Igleſia: y los que caſaren ſean tales que puedan caſar ſin peccado: y todo caſamiẽ-

ioga. & in ca.licet.col.2.de electio.& in ca. vxoratus.col.fi.n.8.de conuerſ.coniuga. Deci.in c.licet. col.3.nu.9.de electio. Albert. Trotius in lib. De vero & perfecto clerico.2.cap.8.num.3. Ratio enim eſt, quia matrimonij ſacramentum ſola morte ſoluitur. glo, in. c.licitè.32.q.7.naturali, & non ficta. Panor.c.cùm ſis.de conuerſ.coniuga.

Infertur etiam, quòd ſi reſuſcitaret quis, eũ debere redire ad priorem vxorẽ, & habiturum omnia ſicut ante mortẽ. Quod intelligendum de morte miraculoſa, non tñ de naturali. gloſſ. eſt nota in.d. ca. licitè.32.quæſt.7.gloſ.eſt etiam, quæ ponit quæſtionem in.l.ex ijs.ff.de legib. De qua quæſtione vtrùm reſuſcitatus ſit reſtituendus tractat Panor. & alij in cap. fraternitatem.de frigi.& malefi. nu. 4.vbi Præpoſit.colũ.5.nu.14.Bartho. Brixien. in q.Demi.54. Alex.in.l.ſi marito.n.4.ff. ſoluto matrim. Guilicl. Benedict.in repe.c.Rainũtius. verb. mortuo.in.1.nu.224.de teſtam.ſupra. Tiraquel.in repe.l.ſi vnquam.verb.ſuſceperit liberos.nu.142. C.de reuoc.dona.vbi aliqua in hoc adducit, quòd ſit reſtituendus Barb. in clem. Gratiæ. col. 5. de reſc. Alex. Iaſ. poſt alios in.l. Gallus. §. & quid ſi tantum.ff.de lib.& poſth. Sylueſt.in verb. reſtitutus.in princi. Angel.verb.mors.§. Tertiò.

Eſt ergo ſacramentum, vt coniugium non ſeparetur, ob aliquã cauſam. ſecundũ Magiſt.in.4.ſent. diſt.31.& Richar.ibi art.1.q.2.quòd huiuſmodi ſacramentum eſt principalius bono fidei, & prolis.

Quòd ſit inſeparabile, tenet gloſ.2.in. ca.omne itaque.27.quæſt.2.& citat text.in.c.ſolet.32.q.2. vbi matrimonium ad tempus non poteſt contrahi. Facit caſus in capit.1.iſto titulo. & ibi dicitur. Ex text.in dicta.l.3.titul.2.part.4.gloſſ.in.l.7.eodem titul.& partita.

Lex.1.titul.1.libr.5.ordi.

d ¶*Conceſeramente, y no a furto.* Concord.l.5.titul.3. part. 4. quæ inſinuat damna, quæ ſolent euenire ex matrimonijs clãdeſtinè contractis, &.l. 10.ad fin.titu.1.part.4.ibi, *Y eſto ſe entiende, ſi deſpues de ſto ſe caſare ella con otro contra voluntad de ſu padre.* & l.49. in conſtitutio. Taur. Quæ leges regiæ cum ſimilibus prohibentes matrimonium clandeſtinè contrahi ſub diuerſis pœnis, videntur in vtroque foro locum habere, cum adiuuent diſpoſitionẽ iuris Canonici, adijciendo pœnam cõtrariũ facientibus. Quæ autem dicantur matrimonia clandeſtina attento hodie Trident. Con

to ſe faga conceſeramente y no a hurto[d]: de guiſa que ſi fuere neceſſario q̃ ſe pueda prouar con muchos.

cilio cõferte ad ea, quæ ſum dicturus infrà iſtamet l.colum.42.§. aduertendum eſt quod ſtante. vbi agimus quando dicantur propriè & impropriè matrimonia clandeſtina, neque leges iſtius regni de clandeſtinis loquentes, aduerſari videntur iuri Canonico, & ſic in ſubſidium ius regium erit etiã in foro eccleſiæ ſeruandũ.c.leges.diſt.10.vbi ait Nicolaus Papa, lege Imperatorum non in omnibus controuerſijs vtendum eſt, præſertim cum inueniatur euangelicæ, ac canonicæ ſanctioni obuiare. Ergo ſi non obuiat, ſed fortificat, ius regiũ in adiutorium erit admittendũ.c.ſi in adiutoriũ.10. diſt. & per ea, quæ ibi in lectione ordinaria, & ſupra in Prooemialibus quæſtionibus.quæſt.3. à nobis explicata ſunt. Quã ſententiã confirmat gl. in clem. Ne Romani.verb.tolli.de electio. dicens legẽ ſuperioris per pœnæ adiectionẽ poſſe iuuari ab inferiore. Quã ibi cõiter omnes ſequũtur ſecũdum Rochum Curti. in rep.c.fin.ſectio.3.nu.22. verſi. Octauus caſus.fol.paruo.43.de conſuet. Barba. in additio.ad Bald.in.l.pro grãma. C.de muner. vel epiſtol. Io. Baptiſt.in rep.l.omnes populi. n.87.ff. de iuſti.& iure. Ludo. Gomeſ.in. c. vt animarũ. §. ſtatuto.vbi eſt tex. pro hac ſententia. de cõſti.li.6 nu.55. Couar.in epito.4. Decretal.2.part c. 6. nu. 17. Dueñas in tract.regul.cũ fallẽtijs, regul.251.incip. Eps ſtatuẽdo. Fel.in. c. quod ſuper his.de maior.& obedi. & per iſtã ſentẽtiã fuit cõcluſum inter cõſiliarios Regis, qui.l.49. Taur.cõdiderũt, eã poſſe defendi, ſecundũ Io. Lup.col.1. Et eſt de mẽte aliorũ.ibi. ¶Secũdò defendi põt iſta lex cũ ſimilibus ex eo fundamẽto. Quia qñ lex ciuilis nõ diſponit circa ſubſtantiam, & valorẽ matrimonij, ſed circa qualitatẽ, ne malũ inde proueniat, valet, & tenet, ſicut dicitur valere ſtatutum adijciens, pœnã, ne malis motibus ciuitas informetur.l.1. de ſecũd. nupt.& per alia, quæ tradit Fernand. Gomez Arias in.d.l.49.nu.37.& Ant.Gomez nu.2. qui dicit validã, ac ſeruandã fore. ¶ Tertiò. Leges ciuiles continentes honeſtatẽ, ac publicã & cõmune

vtilitatē tam à clericis, quàm à laicis ſunt ſeruandæ. c. cōſtitutus. de in integ. reſt. c. cùm veniſſent. de eo qui mit. in poſſeſſ. & in. c. cum cauſam. de re iudi. Barba. in. c. cæterùm. nu. 5. de donat. & quæ tradit Io. Lup. in. l. 70. Tauri. nu. 14. loquendo in lege retractus. & Deci. conſ. 282. n. 7. & quæ diximus poſt Plateam in ſtatuto laicorū de armis nō deferendis, ligare etiā clericos. in. l. 2. verb. *que ningunos*. q. fin. tit. 14. lib. 2. ſuprà. & perea, quæ dicit in materia iſta Roma. in ſingul. 442. incip. Capitulum eccleſiæ. & ibi additio. & Georgius Nathan in repet. c. quamuis pactum. col. 56. n. 171. de pact. libr. 6. Sed iſta lex cum ſimilibus prohibentibus matrimonia contrahi à ſubditis clādeſtinè, & ſine parentū conſenſu, ſunt huiuſmōi, vt infra apparebit, explicando cauſas prohibitionis clandeſtini matrimonij, quæ ſunt plures. Igitur firma erit diſpoſitio huius & ſimiliū legum, cum ſe accomoden pœnam adijciendo ad ſtatutum iuris Canonici in ca. cum inhibitio. de clandeſt. deſponſa. Iſtud ſancitum, honeſtum & ſanctū eſſe, ac rōnabile, eleganter, ac latê citando legem Hiſpaniæ oſtendit Bartho. Chaſſanæ. in catalogo gloriæ mundi. 12. part. conſider. 49. & Ioan. Coraſi. in lib. 1. miſcellanearum iuris. c. 17. & ex Catelian. Cotta in memorialibus iuris. verb. Nuptiarum. pag. 374. verſi. Tamen in contrarium fortiter vrgere videtur. Frāciſ. Curt. Senior. conſil. 27. nu. 6. qui poſteriores duo citant Bald. in. l. omnes. ad fi. C. ad Tertul. dicentē, quòd quāuis non valeat laicorū ſtatutū puniēs contrahentē matrimonium, cùm filiafamiliàs ſine conſenſu patris; vt per Ioan Andr. in. c. ſtatutum. de hær. lib. 6. tamen quia tale ſtatutum concernit bonos mores omnium, & maximè prudentium, tenet, non quia vetet ſubſtantiam matrimonij, hoc enim non pōt facere niſi Papa, ſed quia punit malos mores, & in republica facinora ſeminantes. Sed quamuis Curti. & Catelia. ex multis ſingulare dictum retulerunt ipſum cōiter reprobatū eſſe firmarunt. Et ſic pariſormiter ceſſat fundamentum ex eodem Bald. adductum ab Anto. Gomez in. l. 49. Taur. nu. 2. cùm cōiter ſit reprobatum in omnibus, vt patet ex Franciſc. Curtio ſenio. in loco præcitato, dicens opinionē Bald. erroneam, & damnatam eſſe. ¶ Quartò ex eo probatur, cum videmus, quôd leges paſsim imponunt pœnas contra blaſphemos, periuros, vſurarios, & aliós delinquentes, prohibētque iuramenta interponi in contractibus, quod licitum, ac iuſtum eſſe propter Reipubli. tranquillitatem nullus ſanæ mentis exiſtimat fieri poſſe præſertim à principe, qui nullum in temporalibus recognoſcit ſuperiorem. Et ſic Princeps Hiſpaniæ non intendit inualidare matrimonium, quod fieri ab eo minimè poſſet, cum ſit circa ſpiritualia, prout tenet Laurentius Calca. conſil. 13. nume 8. & additio. Panormitani in. c. 2. ſuper parte, Genere perſonarum. de his quæ vi metuesſve cauſa fiunt. & Vital. à Gambaius in tractatu clauſularum. pag. 473. Additionator Alberici in dictionario. verb. Leges. Et faciunt notata à Præpoſito, Alexandri in capi. ſic omnes. notabili vltimo. 19. diſtinctione. Et Rodericus Suarez in repeti. l. ſecundæ. titu. *De los caſamientos*. libr. 3. fori. fol. 65. colum. 2. Et eſt opinio recepta ſecundum Felinum in cap. 1. nu. 13. de ſponſali. & Additionator Decij in. l. nuptias. poſt Decium ibi. nu. 9. ff. de regulis iuris. & Felinus in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitu. nume. 63. Couar. in epitome. 4. Decretal. 2. part. ca. 3. §. 8. nume. 6. vbi plura citat. Ergo cum Princeps circa ſubſtantiam matrimonij nihil diſpoſuerit, debet meritò valere, per ea, quæ tradit Couar. in defenſionem dictæ. l. 49. Tauri in epitome. 4. Decreta. 2. part. capit. 6. num. 17. Ex quibus defendi poterit noſtra conſtitutio præſentis. l. quamuis plura in contrarium, adduci poſſent, quæ in præſentiarum adduci non debent, cum ſit. l. Regia, loquens circa accidentalia matrimonij. vt in ſimili docet Præpoſitus Alexandri. in ca. tanta. qui filij ſunt legi. col. 13. nu. 18. qui eſt videndus, & ſic ſacrilegum eſſet de poteſtate legis Chriſtianiſsimi Principis tractare contra. l. 2. C. de crimine ſacrilegij. quicquid Alexander conſil. 209. nu. 16. lib. 6. & Ioao. Crott. in. l. omnes populi. nu. 69. ff. de iuſt. & iur. dixerint in contrarium. Et ſic procedunt ea, quæ dici ſolent, ſtatutum inualidans matrimonium abſque parentum licentia. eſſe inualidum ex communi relat. à Iaſone in l. 1. §. huius ſtudij. nu. 12. ff. de iuſti. & iur. & Deci. in. l. nuptias. ff. de regul. iur. Quia cauſa matrimonialis eſt Eccleſiaſtica. & ſpiritualis, & ſpectat ad eccleſiam. capi. 1. de conſang. & affinita. Sortiturq; ſuam naturam à iure diuino Matth. 19. Quos Deus coniungit (inquit) homo non ſeparet. Et ſic Principes ſeculares nihil in matrimonio ſtatuere poſſunt, ex capi. Eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitu. & in capit. fina. de reb. eccleſ. non alie. & Paluda. in. 4. ſententia. diſtinct. 26. quæſt. 3. articu. 3. concluſi prima. & Ioan. Bernard. in tract. regularum cum fallen. regul. 698. incipien. Statutum, quo ſit filiam exhæredari non poſſe ex eo, quòd validè matrimonium contraxerit de iure Canonico etiā ſine patris licentia requiſita ab ſtatuto ſecundum Parnormi. in cap. Tua fraternitas. num. 5. de deſpōſatione impuberum. & in ca. ſi. de ſecundis nupt. & Decius in regul. Nuptias. de regul. iur. ff. o. 10. Præpoſi. in. c. quod nobis. col. 3. nu. 5. de clandeſtina deſponſa. Couar. in epito. 4. Decretal. 2. part. c. 3. §. 8. nu. 1. & §. 9. Ex quo plura inferri poſſent ad ornatum & dotem prædictæ concluſionis. Et facit text. in capit. 1. de ſponſali. vbi matrimonium

prætextu

prætextu conſuetudinis patriæ, quæ verſabat tpe contract⁹, minime inualidari potuit, vt ibi late apperuimus. ¶ Ea autẽ quę dicũtur, ꝙ requiratur licentia patris quo ad contrahendũ de honeſtate & cõgruentia, non tñ ad neceſsitatem deferenda ſunt, cum matrimoniũ liberum eſſe debeat, nec ex alieno conſenſu pẽdere debeat abſq; aliqua pœna, & coactione. ex. c. cum locum. & c. requiſiuit. & c. Gemma de ſponſal. & l. libera. C. de inutilib. ſtipula. Nam verbũ, debet, poſitũ in. c. 1. de deſponſatio. impube. inducit honeſtatẽ, & congruentiã, non neceſsitatẽ. Quamuis verbum, debet, inducat neceſsitatem. ex gl. in clem. attendentes. de ſtatu monacho. verb. debeãt. Quam notabilẽ dixit Panor. in. c. cum locũ. nu. 6. de ſponſal. & in. c. ſi vir. nu. 3. de adulte. Fortun. in repeti. l. Gallus. in principi. col. 16. n. 45. de liber. & poſthu. ff. & glo. in. ca. propoſuit. verb. non debet. de appellat. & text. in c. non debet. & in. c. debent. 11. q. 3. & in. c. intellegimus. de iudic. Tiraquel. in prædicto tex. c. 1. de deſponſatio. impube. denotat honeſtatẽ, ex gloſ. ibi, & Panor. in. d. c. ſi vir. n. 3. de adulter. Ioã. Baptiſt. in allegatione ſua poſita in volu. ſingulariũ diuerſorum doctorũ. fol. paruæ impreſsionis. 136 col. 1. verſ. Non obſtat. & quæ notat gl. in. c. cum virum. verſ. Paternæ. de regulari. glo. 1. in fina. verbis in. c. ſufficiat. 27. q. 2. & glo. in. c. hoc ſanctum. 32. q. 2. Si ergo eis licet matrimoniũ val. de cõtrahere, nõ debent aliqua pœna puniri, nec legis authoritate decipi conuenit. argum. l. 1. C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt. Nã leges, quæ contrarium diſponunt, ſunt perſuaſiuæ, & honeſtatẽ inducentes, quæ vim legũ non habent, cum id ſtatuere quo ad coniugalẽ contractum pertineat ad Romanos Põtifices, non autẽ ad iudices ſeculares temporali iuriſdictioni aſsiſtentes, ex Io. Andr. in c. ſtatutum. in. 1. de hæreticis. in. 6. cõiter receptus in hac ſnia ſecundũ Felin. & Decium in. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitutio. & Couar. in epito. 4. Decretal. 2. part. c. 3. §. 8. n. 6. vbi alios refert. & Greg. Lopez in l. 5. in glo. 3. tit. 3. part. 4. qui eſt videndus, qui dicit validam eſſe. l. Regiam Tauri circa punitionẽ clandeſtini matrimonij, & ſeruari in Regnis Hiſpaniæ, ac ſecundũ eam iudicari. Nec dici poteſt, quod ſit defectus poteſtatis, cum in quolibet actu ſit neceſſarius concurſus poteſtatis & voluntatis ad ſui valorem. vt in. l. multum interest. C. ſi quis alteri vel ſibi. & in. l. cum in te. vbi Bal. C. de donat. ante nuptias. & in. l. nolle. ff. de acqui. hæredi. vbi notat Bal. & in. c. cum ſuper. de officio. delega. & ex eo, quia leges nõ ſunt ſeruandæ in cauſis concernẽtibus ad matrimonium, ſed ius Canonicũ. glo. in. §. hactenus. Inſti. de gradi. & in. c. cum ad verũ. verb. Temporalium. 96. diſtin. Imol. in rub. ff. ſolu. matr. col. 2. & in ca. accedens. col. 2. nu. 8. de procurato. Glo. etiam in. c. quoniã. verb. pro curſu. diſtin. 10. & in. c. ad ſedem 35. q. 5. Quam ſniam tenet Palud. in. 4. ſententia. diſtin. 26. q. 2. art. 5. concluſ. 4. Nam vt ipſe Greg. Lopez dicit, Videmus leges ciuiles punire hæreticos pœna mortis: & non eſt dubium eas tenere, licet diſponant in materia hæreſis, quę ſpectabat ad eccleſiam. vt in. c. vt inquiſitiõis. §. prohibemus. de hæreticis. lib. 6. & in materia matrimoniali, recurrẽdum eſt ad leges Canonibus non cõtrarias. vt in. c. 2. & quæ ibi notat Panor. de deſponſa. impub.

In tantum; l. noſtra cum ſimilibus prohibens matrimonia clandeſtina cenſetur iuſta, quod potius ſit extendenda, & amplianda tanquam fauorabilis, & impediens innumera mala, quæ ex matrimonijs clandeſtine contractis euenire ſolent. ex Panor. in. c. fin. de clande. deſponſat. & in. c. ex tenore. col. 1. nu. 5. qui filij ſunt legiti. Nam vbi agitur de fauore animarum, conſtitutio quantumuis pœnalis, eſt extendenda, ex gl. in. c. ſciant cuncti. verb. alios. de electione. lib. 6. Quam notabilem dixit Iaſ. in authent. Sacramenta puberũ. nu. 16. C. ſi aduerſus venditionẽ. Eſt gloſ. ſimilis in. c. fina. de electione. & in conſil. 114. col. fin. num. 5. lib. 2. & Curtius in tract. iuris patronatus. verb. honorificũ. q. 38. nu. 64. vbi dicit oppoſitũ prædictarum gloſ. a doctoribus eſſe approbatũ, quo fit, ꝙ vbi agitur de obſeruantia iuramenti, materia cenſetur fauorabilis, ac proinde extendenda eſt ſecũdum Anto. in. c. fina. 1. fallentia. de conſue. Dominicus in. c. 1. col. 3. de temporibus ordin. lib. 6. Anchar. in. c. quamuis. de præben. & ſic tex. in authẽ. Sacramenta puberũ. loquens in contractu, debet interpretari locum habere in quaſi contractu, ex Dominico in dict. c. 1. & Bart. in dicta authen. Sacramenta puberum. nu. 19. vbi Andreas de Poma. plura citat in additione ad ipſam poſt gl. ibi. ver. contractibus. de quo plura per Segurã in repetitione. l. quemadmodum, nu. 76. ff. de acquirenda poſſeſſ. vbi in additionibus plura adduximus. Ergo in ſpecie noſtræ legis, quæ continet maximũ bonum. Et vtinam id quod in ſacro Concilio Tridentino noſtra ætate cõſtitutione ſpeciali de clãdeſtinis matrimonijs prohibitũ eſt prohiberẽtur etiã matrimonia clandeſtina, annullãdo ea, quæ contracta fuiſſent ſine ſciẽtia & cõſenſu parẽtũ, vt cuitarẽt multa mala, quę in republ. Chriſtiana ſæpenumero cõtingere ſolẽt in vtroq; foro, & experiẽtia rerũ magiſtra oĩbus in comperto eſt. Ideoq; optimo iure in conſtitutione. c. cum. inhibitio. de clandeſt. deſpõſa. prohibitæ ſunt nuptiæ clãdeſtinæ, & per ius noſtrũ regiũ, vt cõſtat ex legibus regijs in capite huius glo. citatis, & in conſtitutione Neapolitana lib. 3. titu. 22. De matrimonijs contrahendis. ſtatutum habetur à Rege Rogerio, in his verbis.

Digitized by Google

his verbis. Sancimus lege præſenti volẽtibus om
nibus contrahere matrimoniũ neceſsitatem impo
ni vniuerſis hominibus regni noſtri, & nobilibus,
maxime poſt ſpõſalia celebrata ſolennitate debi
ta, & ſacerdotali benedictione præmiſsis mr̃imo-
nium ſolenniter, & publice celebrari. Alioquin
nouerint amodo morientes cõtra nr̃m regale edi-
ctum nec ex teſtamẽto, nec ab inteſtato ſe habitu
ros hęredes legitimos ex clãdeſtino matrimonio,
& illicite contra nr̃am ſanctionẽ procreatos, mu-
lieres etiã dotes alijs nubentibus legitime debitas
nõ habere, rigorẽ cuius ſanctiõis oĩbus illis remit
timus, qui promulgatiõis huius tempore iam ma-
trimoniũ cõtraxerũt. Viduis etiã volentibus du-
cere virũ, huius neceſsitatis vinculum relaxamus.
Et lib. 9. fororũ Aragoniæ. tit. De raptu mulierũ,
& matrimonija clãdeſtinis. cõſt. incip. *De volũtad
de la cort ſtatuymos y ordenamos.* ibi, *la qual pena que-
remos q̃ aya lugar cõtra qualeſquier perſonas q̃ cõ qual-
quier muller virgẽ, viuda, o otra qualquiere ſpoſallas, o
matrimonio occulto faran, ſin preſencia de parientes, y
otras buenas perſonas q̃ ſeã ſeys, &c.* vbi vide conſtit.
fin. Nec exiſtimandũ eſt has cõſtitutiões cõtra li
bertatẽ eccleſię eſſe, per pręmiſſa, pręſertim, quia
qui deſiderat cõtrahere matrimoniũ, de facili põt
adhibere ſolennitatẽ. quæ ab eccleſia deſideratur,
& etiã parentum: nec pœna poſita in noſtra lege
reuocat libertatẽ cõtrahẽdi matrimoniũ, ſed vult,
ꝙ abſq; peccato publice contrahatur, quod rex
præcipere põt in ſuo regno, adijciendo pœnã ino
bediẽtibus, & intimidatio, quæ oritur ex pœna,
eſt de per accidens, & non de per ſe, quæ optime
poteſt fieri: nam mali deteſtari ſolent lucem. c. cõ
ſuluit. de offi. delegat. Statutũ enim. quod non li-
ceat cõtrahere matrimoniũ cum certo genere per
ſonarũ ſub pœna, licet non poſsit annullare matri
moniũ, tamen quantũ ad pœnam, validum eſt, ex
Bart. & Ange. in. l. edicimus. C. de murilegul. li. 11
Angel. & Iaſ. in. l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſti. & iu.
Feli. in. c. 1. col. 11. verſi. Sexto fallit. nu. 20. de ſpõ
ſa. vbi dubitat de prædicta Bart. ſententia, licet ſo
lennem reputet. & Matthæ. de Afflict. in conſtit.
Neapoli. lib. 3. rub. 19. n. 13. qui in terminis huius
conſtitutionis loquitur, & tandẽ ſe ſubijcit deter
minationi ſanctæ matris Eccleſiæ, quæ errare nõ
põt, & certe idẽ ipſe exiſtimo faciendũ in præſen
ti q̃õne. cum Bart. opinio. in. d. l. adijcimus. cõiter
reprobatã firmet Deci. in. l. nuptias. n. 14. ff. de re
gu. iur. Sed tñ ſatis iuſta & rõnabilis eſt diſpoſitio
noſtræ legis cum. l. 49. in cõſtitutio. Tauri. circa
quatũ expoſitiõem aliqua dubia ſubijcere ſtatui. Et
primũ, vtrum eo caſu, quo cõtrahẽtes clãdeſtinũ
matrimoniũ valide cõtrahant, vt in ſpecie conci.
Tridẽti. ſeſsi. 24. c. 1. de reforma. matrimonij verſ.
Qui aliter. vbi dicitur valide contrahi matrimoniũ
præſentibus ad minimum duobus teſtibus & pa-
rocho, an nõ ſeruatis alijs de quibus in dict. conci
lio, peccent ne mortaliter? Et dicendum eſt pec-
care. gl. in. c. noſtrates. verb. nõ interuenĩãt. ad fin.
30. q. 5. quã ſequitur Matthæ. de Afflict. in loco
præmemorato. rub. 19. nu. 3. verſ. Tertia quæſtio
eſt. Præpoſit. in rub. de clande. deſpõſ. col. 1. ad
fin. nu. 2. Panor, in. c. fi. eo. tit. n. 5. Sanct. Thomas
in. 4. ſent. diſt. 28. q. 1. arti. 3. & Palud. ibi. q. 2. art.
4. cõcluſ. 2. Archie. Flor. 3. part. tit. 1. c. 16. Sylueſ.
in ſum. verb. Matrimoniũ. 2. q. 17. & Angel. verb.
Clandeſtinũ matrimoniũ. §. 1. Conſtat: nam mate
ria eſt præceptiua ab vtroq; principe eccleſiaſti-
co & ſeculari, & ponderoſa, & ſic ſub culpa mor-
tali eſt ſeruanda. c. qui reſiſtit poteſtati, Dei ordi-
nationi reſiſtit. 11. q. 3. c. 2. de maio. & obedi. c. quia
neſciat. diſtin. 11. vbi habetur, quod ſtatuta à Ro-
mana eccleſia ſunt ab oĩbus cuſtodienda: ſed ita
eſt conſtitutio. c. cum inhibitio. de clandeſti. deſ-
ponſa. Et id quod habetur in. d. concil. igitur trans
greſſorem obligat ad mortale. Tum etiam per
pręceptum legũ Regiarũ, quæ per noſtros Re
ges & Rectores Deus diſtribuit in ſuis regnis. ca.
quo iure. 8. diſt. quæ cum ſint iuſtæ, obligant in
conſcientia, ex S. Thom. 1. 2. q. 96. art. 4. Palud. in
4. ſent. diſt. 25. q. 4. arti. 1. concluſ. 1. Couar. in cap.
cum eſſes. nu. 9. de teſtamen. Et Marti. Nauar. vir
moribus, ingenio, genere, & eruditione præſtan-
tiſsimus præter alios optime de hoc articulo agit
in manuali cõfeſſo. c. 25. c. 39. & diximus ſupra in
quæſtionibus Proœmia lib. 1. tomi. q. 10. Et quan-
to maiori qualitate quis polleat, tanto maiori cri-
mine tranſgrediendo has conſtitutiones annota-
bitur. c. aut facta. de pœnitentia. diſt. 1. c. qualitas.
de pœnitentia. diſtin. 5. l. aut facta. ff. de pœnis. c.
nulli fas. vbi gl. verb. maioris. 19. diſt. c. homo chri
ſtianus. 40. diſt. vbi gl. ait, in foro pœnitentiæ nõ
eſſe deferendũ nobilitati, ſeu dignitati. iuxta cap.
qui contra. 24. q. 1. & c. cum quidã. de iure iur. Nã
iſta prçlatio accipiẽda eſt quo ad homines, nõ quo
ad Deum in foro animæ, in quo grauius conſtitu-
tus in nobilitate, ſcientia, ſeu dignitate delinquit.
Quã gl. ad hoc inſignẽ dixit Andr. Barb. in tract.
de præſtantia Cardi. 1. part. q. 10. n. 3. & Philipp.
Franc. in. c. accuſatus. §. fi. nu. 2. de hæret. li. 6. tex.
in. c. præcipue. 11. q. 3. ibi. Deterius quippe in po-
pulis prælati delinquunt, ac per hoc ipſi crude-
lius quam cæteri puniuntur. c. nulli fas eſt. 25. q. 1.
l. nemo. C. de ſumma Trini. l. moris. §. iſte fere. ff.
de pœn. Dixi in notabiliſsima quæſtione in. l. pri-
ma. gloſſ. 1. col. 114. verſic. Præterea etiam in hoc
eſt clericus priuilegiatus. titu. 3. lib. 1. ordinam.

Præmiſſa tamen doctrina locum habet, quãdo
quis in legis Canonicæ & ciuilis contemptũ con
trahat matrimoniũ clandeſtine, ſi tñ ex aliqua le-
gitima

gitima cauſa ipſum à peccato excuſandũ eſſe arbi
tramur. Vt ſi virgo ſub curatoris iniqui cura con-
traheret matrimoniũ clandeſtine, ne perueniret
ad notitiã ipſius curatoris, qui illam impediret à
cõtrahendo cum viro digno, vt ipſam nuptui tra-
deret indigno, forte cõſanguineo, vel amico pro-
pter aliquod lucrũ, vt ſæpe contingere ſolet, inde
ſibi euenturũ. Ex tali enim circũſtantia actus clã-
deſtinus redditur licitus, & ſine culpa, cum ceſſet
ratio Legiſlatoris, prohibentis matrimoniũ cõtra
hi clandeſtine, & puella ſuo cõſulat honori, ac in-
demnitati, ex mente diui Thomæ in. 4. ſent. diſt.
28. q. 1. art. 3. in corpore, cuius verba hæc ſunt. Re
ſpondeo dicendũ, ꝙ ſicut in alijs ſacramentis quæ
dam ſunt de eſſentia ſacramenti, quibus omiſſis,
non eſt ſacramentũ. Quædam autẽ ad ſolennita-
tem ſacramenti pertinent, quibus omiſſis, perfici-
tur ſacramentum, quamuis peccet, qui omittit, ita
etiam conſenſus expreſſus per verba de præſenti
inter perſonas legitimas ad contrahendum matri
monium facit, quia hæc duo de eſſentia ſacramen
ti ſunt: alia autẽ omnia ſunt de ſolennitate ſacra-
menti, quia ad hoc adhibentur, vt matrimonium
conuenientius fiat, vnde ſi omittantur, verum ma
trimonium eſt, quamuis peccent ſic cõtrahentes,
niſi per aliquam legitimã cauſam excuſentur. Ha
ctenus Thomas. Ergo iuſta cauſa exiſtente, libe-
ratur, quis à culpa. Idem probat Caieta. in opere,
De vſu matrimonij. q. 2. Henric. in. c. ſi in de clan-
deſt. deſponſa. Couar. in epito. 4. Decreta. 2. part.
c. 6. nu. 8. Tum etiam, quia quamuis præſumatur
contemptus ex contrauentione legũ, & ſic peccã
tum. vt in glo. c. metropolitanũ. 1. q. 7. Archid. in
c. 1. col. fi. nu. 7. de appella. lib. 6. est intelligẽdum
procedere in foro exteriori, non autem conſcien-
tiæ, in quo veritas inſpicitur. c. tua. de ſponſal. ca.
humanæ. 22. q. 5. Et ſic ſi vere nõ adſit contẽptus,
etiã ſi ſcienter ſine cauſa iuſta trãſgrediatur legem,
quãuis ex libidine vel ira nõ peccaret mortaliter
vel ex cõſuetudine. Caieta. 2. 2. q. 186. art. 9. Card.
in clem. eos. col. 2. verſ. Tertio nota. nu. 1. de ſepul
tur. Archidia. in. c. quicunq; 1. col. 81. diſt. Domi.
in. c. nullus. 55. diſt. Nauar. in manua. ca. 23. nu. 41
tunc enim ſecundum prædictos trãſgreditur quis
ex contemptu, qñ voluntas eius renuit ſubijci or
dinationi legis, & procedit ad faciendũ contra le
gem: nam aliud eſt nõ parere, aliud contemnere,
glo. ſingu. vbi dixi in. c. quis autem leges. diſt. 10.
Si ergo ex iuſta cauſa, vel ſine, non tamen cũ con
temptu legiſlatoris id faciat, nõ erit peccatũ mor
tale in foro animæ. ac proinde contrahentes; nec
aſsiſtentes non ligabũtur pœnis impoſitis à iure,
vel ab homine, per conſtitutiones Synodales eo
in foro, quanuis ſentẽtia paſtoris iuſta, vel iniuſta
ſit timenda. c. ſententia paſtoris. 11. q. 3. Quem in-
telligo, niſi talis ſententia contineret iniuſtitiã no
torie. Hippoly. alios referens in repe. rubri. C. de
probat. nu. 170. verſi. Adduci etiã poteſt. Et in pu
blico, ſecus in ſecreto, ſi ſententia eſſet iniuſta. ex
Caieta. 2. 2. q. 70. art. 4. Ex quo inferebam iniuſte
excõicatum, ſi appareret de iniquitate ſententiæ
non eſſe priuãdum ab ingreſſu eccleſiæ, nec à fru
ctibus eccleſiaſtici ſacerdotij; quãquã ab ingreſſu
propter obedientiã bonum erit abſtinere, quan-
tumcunq; à ſapientibus iudicetur iniuſta excõicã
tio, nã bonarum mentium eſt hoc facere. Idem di
cendũ eſt in quibuſcunq; præceptis iniuſtitiã cõ-
tinẽtibus, nam in foro exteriori præſumitur pro
iudice, & prælato, antequam ab ipſo, eiuſve ſupe-
riore contrariũ ſit declaratũ. Et prout in ſacris ha
betur, melior eſt obedientia, quam victima. Vbi
autem quis eſſet excõicatione ligatus ob aliquam
conſtitutionem Synodalem, vel præceptũ ſibi in
cognitum, quanuis fuiſſet in culpa, ignorando præ
ceptum propter quod ſententia talis procederet;
quia ratione officij tenebatur ſi celebraret igno-
ranter, & ſine contemptu, per prædicta non pec-
caret mortaliter quo ad Deum, nec apud homi-
nes, ſi non eſſet dolus, non efficeretur irregularis:
quia ad incurſum irregularitatis eſt neceſſarium,
ꝙ dolus interueniat. ca. is qui. §. fin. in verb. ſcien-
ter. vbi glo. de ſentẽ. excõica. lib. 6. vbi ait Domi.
in. 1. notabi. Nota, ꝙ ex celebratione in loco in-
terdicto non incurritur irregularitas, niſi per ſciẽ
tem locum interdictũ eſſe, & ſic irregularitas non
contrahitur ſine dolo. Martin. Nauar. in repet. c.
cum contingat. pag. 161. verſi. Secunda deciſi. de
reſc. & in. c. accepta. oppoſ. 8. illatio. 9. num. 34. de
reſti. ſpoliat. Quod eſt aureum verbum, & pro ti-
moratis cõſcientijs ſatis notatu dignum. Ex quo
infertur, ꝙ ſi quis incidit in excõicationem latã à
conſtitutione Salmantini ſtudij. 26. ob omiſſam
traxã domus ex negligẽtia illi non nota, quod nõ
peccauit, nec fuit irregularis, quamuis dum ex igno
rantia celebraſſet miſſam, ſed ad cautelam petatre
laxationẽ à cancellario Salmãtino, qui irregulari-
tates prouenientes ex delictis cõſtitutionum Sal
manticenſis ſtudij poteſt diſpenſare, & relaxare,
vt ex conceſsione Martini Papæ in eiſdem conſti
tutionibus conſtat Conſtitu. 33. verſic. Et in ſu-
per pro incremento dictæ vniuerſitatis.

9. Quæri etiam poteſt, quæ ſit cauſa prohibitio-
nis, ne matrimoniũ clandeſtine contrahatur, cum
contractum valebat ante prohibitionem concil.
Trid. ſeſsi. 24. ca. 1. de reforma. matr. Rationes plu
res aſsignari poſſent. Prima, quia contrahentes
clandeſtine ſæpe contrahebant ſine præuia deli-
beratiõe. quã præcedere neceſſe eſt in actu tã gra
ui, ne poſtea doleant, cum amore forſan ducti,
id ſecrete promittunt, & pœnitẽtia ſtatim ducti,

exillo

ex illo inconuenienti plura euenire ſolent, contra tranquillitatem, & pacificam vitam neceſſariã in matrimonio, & quod quis non diligit, facile cõtẽnit. c. præſ. ns. 20. q. 3. c. 1. 31. q. 2. c. præterea. 1 & c. requiſiuit. de ſponſali. Si tamẽ fit cum deliberatione, & ſeruatis ſeruandis. Iuxta ea quæ ſalubriter habentur in dict. concil. Trid. ſe adinuicem diligunt, ac omnia cooperantur in bonum, & paruæ res creſcunt, & diligũt Deum, iuxta illud Pſal. 9. Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorũ audiuit auris tua. Et enim ſunt in dilectione, & Dei obſequio, onera matrimonij vilipendere ſolent, & ſe adinuicem mutuo amore proſequuntur, etiam ſi paupertate ſint oppreſſi, dicendo. Melius enim eſt vocari ad oleracũ charitate, quam ad vitulum ſaginatum cum odio. Prouerb. 15. Nam ſi dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam, vt habetur apud Salomonem in Cantic. c. 8. Ex contrario vero innumera damna ſequuntur, vt experientia quotidie docet.

Secunda ratio eſt: quia matrimonia ſic contracta quamuis valebant ante concil. Trid. ſupra citatum, quo ad Deum, ex defectu tamen probationis quo ad eccleſiam militantem, quæ non iudicat de incognitis, ſolebant deficere, quia negabãt ſe matrimonium contraxiſſe, & contrahebant ſecũdas nuptias in facie eccleſiæ, quæ potius viuente prima adulteria erãt dicenda, quod erat graue peccatum in Dei eccleſia, & ideo vitandum. Quod antẽ contractus matrimonij quantũuis clandeſtinus à perſonis aptis ad contrahendũ valebat tametſi ſit à iure prohibitus, tenet Magiſt. ſent. in. 4. diſt. 28 art. 2. & ibi D. Tho. q. 1. ar. 3. Ricard. art. 2. q. 3. Palud. q. 2. ar. 4. cõcluſ. 1. Gabri. q. 1. ar. 2. col. 3. & Durand. in princ. Nicol. Ploui. in tract. ſacerdota. de cautelis matrimonij pagel. 237. Sum. cõfeſſo. libr. 4. tit. 2. q. 58. Deci. conſi. 163. n. 1. & conſi. 231. n. 6. Co[illegible]. in epito. 4. decret. 2. part. c. 6. nu. 7. l. 1. & l. 2. tit. 3. part. 4. Comprobatur ex ca. iudicantem. ad fi. 30. q. 5. vbi habetur, q matrimoniũ ſecũdum contrahentes viuente altero cõiuge cum quo primum matrimoniũ clandeſtinum fuit, incidant in reatũ adulterij. Hoc autẽ non eſſet, niſi primũ matrimoniũ clandeſtinè contractũ fuiſſet validũ: ergo clandeſtinus conſenſus verũ matrimoniũ efficiebat ante concil. Trid. Secundo probatur ex. c. 1. de cland. deſpon. quatenus vult, q allegãti matrimoniũ clandeſtinũ, incumbit onus probãdi ſi autẽ per interdictũ eccleſiæ eſſet nullius firmitatis, fruſtra deſideraretur probatio etiã quo ad eccleſiã. Ad idem & tertio eſt text. in. c. 2. eo. tit. vbi matrimonia clandeſtina contracta, poſtmodũ tamen publicata, valent, tanquã ſi à principio in facie eccleſiæ fuiſſent contracta. Et in. c. fina. §. vlti. eiuſdem titul. habetur, q contrahentes contra interdictum illius Canonis, etiã in gradu permiſſo, puniuntur de contemptu, vt ibi gl. verb. pœnitentia. ait. Et ſic actus geſtus in cõtrarium, præſupponitur firmus. & in. c. 1. de conſangui. & affini. tractatur de matrimonio clandeſtine contracto probando. Ergo non obſtante prohibitiõe, validum erat, ſed ratione incertitudinis habetur pro non facto, quia eccleſia non iudicat de occultis, nam nõ agitur de valore, ſed de probatione, cum ante firmum erat. ca. capellanus. de fer. ibi, vt quocunq; tempore matrimonium contrahatur conſenſu interueniente legitimo de præſenti &c. vbi gloſ. inquit, mutuo, quia ſolus conſenſus facit matrimonium. c. ſufficiat. 27. q. 2. c. ſi inter virum. de ſponſali. l. nuptias. ff. de regu. iur. l. 1. §. huius ſtudij, vbi gl. ff. de iuſt. & iur. Præterea & quarto ſuffragatur tex. in ca. aliter. 30. q. 5. ibi, niſi volũtas propria, & vota ſuccurrerint legitima. Et in hoc caſu eſt intelligendus ex Hoſtien. in ſum. de clande. deſponſat. §. vtrum clandeſtina. col. 1. Ratio eſt: quia hæc ſolennitas non eſt de ſubſtãtia matrimonij, ſed conſenſus. glo. in ſum. 30. q. 5. Ideo non obſtante temporale impedimentum proueniens ex litis pendentia, ſeu iudicis præcepto non impedit valorẽ matrimonij, vbi adeſt legitimus conſenſus. cap. 1. & cap. 2. & cap. 3. & vbiq; Panormi. de matrimo. contract. contra interdict. eccleſ. Facit glo. in cap. fin. de ſponſa duo. quamuis ſic contrahentes peccent. Caiet. in ſum. verb. matrimonium. pag. 425. Item &. 5. ex Ricard. in. 4. diſt. 28. arti. 2. quæſt. 3. ſi contrahens clandeſtine, transiret ad regiones lõginquas, vbi monitiones, & ſolennitates. cap. cum inhibitio. de clande. deſponſat. non eſſent in vſu, licitum eſſet eos ibi carnaliter copulari, ſed ſi matrimonium ibi non fuiſſet verum, copula ſemper eſſet illicita, ergo à principio fuit matrimonium. Idem approbat Præpoſit. in rubr. de clandeſt. deſponſa. Vt igitur hoc inconueniens ceſſet, merito prohibentur matrimonia clandeſtina, vt in hac lege habetur, ibi, *que ſi fuere neceſſario ſe pueda prouar por muchos.*

Tertia cauſa eſt, diſcordiæ, quæ ſolent oriri inter agnatos, & cognatos contrahentis matrimonium abſque eorum ſcientia, præſertim ſi pater, vel mater ſint, vt habetur in. l. 49. Tauri. vel fratres. vt in. l. 4. infra. eod. titu. & in. l. vni. tit. 5. libr. 9. infra. Qui ex hac cauſa ipſos contrahentes proſequuntur odio capitali. vt habetur in. l. fina. tit. 3. part. 4. Igitur vt euitentur hæc & ſimilia, & longe maiora inconuenientia optime in præſenti, prohibentur nuptiæ, ne clandeſtine celebrentur. ſed publice. Hodie tamen ſeruanda eſt forma concil. Tridenti. ſupra relati. de cuius materia dicam latius in. l. ſeq. ad fin. verſ. Aduertendum eſt.

¶ *Encubier-*

Digitized by Google

Lex.1.titul.1.libr.5.

Y el q̃ encubiertamẽte[c] fiziere caſamiento: peche cient mr̃s al Rey. Y ſi no los ouiere ſean del Rey todos ſus bienes, y por lo q̃ fincare ſea el cuerpo a merced del Rey.

c ¶*Encubiertamente.* Nota pœnam contrahẽtis clandeſtine matrimoniũ, ante concil. Trid. ſcilicet, ꝙ ſoluat cẽtum quadratos cameræ regis. Itẽ peccar mortaliter, vt in gl. *Cõcejeramẽte.* dictũ eſt. Tertia pœna eſt, ꝙ nõ erat prę ſumẽdũ pro matrimonio clãdeſtino, niſi apertis probationibus ab allegãti contractũ eſſe apparuiſſet. c. 1. de clãde. deſpõ. c. ꝙ nobis. cũ ſua gl. eo. t. gl. in ſumma. 30. queſ. 5. tex. in l. 1. ad fin. ti. 3. par. 4. Et hoc erat regulare, ꝙ dicẽti incũbebat onus ꝓbãdi. l. a. ff. de probat. l. actor. C. eod. ti. Hinc dicebatur, ꝙ erat prę ferẽdũ matrimoniũ contractũ in facie eccleſiæ, de quo apparebat ita ſuiſſe celebratũ per duos teſtes, clãdeſtinẽ cõtractũ, de quo cõſtabat per confeſsionẽ, famã, atq; vnũ teſtẽ, ſecũdũ Vincẽ. Panor. & Prępoſi. in. c. 2. de clãd. deſpõ. Et erat ſpeciale in hoc caſu vnũ teſtẽ cũ fama nõ probare matrimoniũ clãdeſtinũ in præiudiciũ ſecũdi contractus in facie eccleſiæ, ex deciſi. Vincẽ. quã cõiter ſequũtur Canoniſtæ, teſte Soci. in cõſil. 470. Cõſideratis his quæ incontingẽtia facti col. 2. n. 3. lib. 2. & in cõſi. 119. Circa primũ cõſultationis articulũ. col. 1. nu. 1. lib. 3. & Franc. Aret. cõſil. 13. Viſo diligenter themate. n. 6. quãuis ipſe dubitet de dicto Vincẽtij in n. 8. Et ipſum ſequitur cõiter approbatũ dicẽdo *Lud.* Gozad. in conſi. 77. Prima facie videtur dicendũ. col. 3. nu. 12. & Couar. in epito. 4. Decreta. 2. par. c. 6. n. 11. vbi ipſum dictũ declarat. Quæ tamen ſupradicta vera erant de iure antiquo, ſecus attento concil. Trid. de quo infra dicemus latius verſi. Aduertendũ eſt. Sed videtur, quod nullum ſpeciale erat, quamuis ipſius fauore multa priuilegia inueniantur, vt per Feli. in rub. de ſponſal. nu. 4. vbi. 24 ponit. Et adde Iaſ. conſil. 15. lib. 3. Cum in matrimonio clandeſtinè contracto erat probatio præſumpta per famã, in contracto vero in facie eccleſiæ fuerat vera per duos teſtes, nã vnus teſtis adiũctus cum altero, præualere debebat probationi, quæ fit per vnũ teſtem & famã, cum in ore duorũ vel triũ ſtet omne verbũ Deut. 17. & c. cum eſſes. de teſtam. & ibi gl. verb. ſcriptũ. Eſt præterea alia pœna, nempe prolem ex clãdeſtino matrimonio habitã etiam bona fide vtriuſq; parentis ſuſceptam illegitimã eſſe, eo caſu, quo tale matrimoniũ propter cãm conſanguinitatis, vel affinitatis irritum fuiſſe declaretur. ca. cum inhibitio. §. 1. de cland. deſpon. qui tex. aſsignat rationem, dicendo, vel ſaltem affectatores ignorantiæ videantur. Quẽ optimũ dixit Prępoſit. in. c. cũ itaq; nu. 3. d. 38. & gl. idẽ tenet in. l. 4. tit. 6. li. 3. foro legũ. & in. l. 3. tit. 3. part. 4. & . l. a. tit. 15. eadẽ. 4. part. Quẽ text. intelliga, procedere in quocũq; impedimẽto alio. ſecũdũ Inno. & Cardi. in. d. §. 1. & Hoſti. Ioã. Andr. Ant. Anchar. Pan. & Præpoſi. in. c. ex tenore. qui filij ſunt legiti. poſt glo. in. c. ſciant. verb. alios. de electio. lib. 6. Barto. & Iaſ. in authen. ſacramenta. nu. 72. C. ſi aduer. vend. Ioan. Andr. in. c. 1. de homici. libr. 6. Batba. de præſtantia Cardi. 1. part. q. 7. col. fina. Catellia Cota in memoriali. iur. verb. Anima. Ex qua ſententia infertur, non bene tunc docuiſſe affirmantes diſpoſitionẽ. d. c. cũ inhibitio. §. 1. locũ nõ habere niſi in caſu in eo textu expreſſo, vt fuerunt, Vincen. & Goffred. in citato. c. ex tenore. Dominic. conſil. 66. col. 3. verſi. Nam cũ cõſtitutio illa loquatur de impedimẽtis. & Ioã. Lup. Decanus Segouien. de matrimonio & legitimatio. fol. 6. col. 4. Quã tamẽ ſententiã reſtringe in conſtituto in periculo mortis, vbi nõ poteſt cõmode differri matrimoniũ cũ ea, ex qua prolẽ ipſe ægrotus ſuſceperat, licitus enim eſt talis cõtractus, nec tali tempore vacat publice & ſolẽniter cõtrahere. Et cũ periculũ ſit in mora, non poteſt culpa imputari ſecũdũ Domi. conſ. 66. col. 4. pro quo eſt text. in. c. cõſtitutionẽ. in fi. de ſent. excõ. in. 6. & c. non dubiũ. eod. tit. facit. l. 1. ibi celeritatẽ deſiderat. ff. de dam. infect. & ibi Doct. quod intelligendũ eſt verũ de iure antiquo, quo cũ clandeſtinitas non vitiabat matrimonium vt ſupra probauimus, & habetur per totum titul. de cland. deſpon. nouiſsime tamen per conci. Triden. matrimonia clandeſtina non valent, & periculum in mora tantum excuſabit à ſolennitate quæ nõ eſt nec reſpicit ſubſtantiam matrimonij, & alia de quibus infra dicemus. non tamẽ releuabit periculũ huiuſ in mora, vt non teneantur ſeruare ea quæ ſunt de ſubſtantia matrimonij, ſeu de eius qualitate, ſcilicet, vt adſit parochus & duo ad minimum teſtes.

ADDICION.

¶*Veaſe la ley. 1. titul. 1. libr. 5. de la Recopilacion, que es la ley. 49 en las leyes de Toro que pone la pena de los que contrahen matrimonios clandeſtinos, y de los que en ello interuinieren. y los que de tales matrimonios fueren teſtigos, y que es juſta cauſa de exheredacion.*

ex Triden.ſeſsio.24.ca.1.vt latius diremus infra

Item ſolent pœna pecuniaria ac excommunicationis puniri ſic clandeſtine cõtrahentes per ordinarios. Et cõſtat poſſe, quia ex illicito infertur pœna, ſicut eſt contrahere contra prohibitionẽ canonis: nam omnis homo faciens contra legem, cui ſubiectus eſt, peccat. Palud. in. 4. ſentẽ. diſt. 25 q.4.col.1. & ſupra habitum eſt peccare contrahentem clandeſtine igitur bene poterit vltra pœnã à iure ſancitam per aliam, ipſam non detrahendo, ſed augendo à prælato inferiori caſtigari, & puniri, ex.c. vt animarum. de conſti.lib.6. & glo. in clemen. Ne Romani. verbo. Tolli. de electio. de qua in proxima gloſ. annotatum fuit. Et ſic vt melius ſeruetur ſtatutum ſuperioris, valideq́, poteſt pœna infligi per conſtitutiones Synodales, vt habetur in Synodali Salmantino, Conſti. 42. ibi. *Firmemente defendemos a todas y qualeſquier perſonas hombres y mugeres que agora ſon, o ſeran de aqui adelante en la dicha ciudad, y en todo nueſtro Obiſpado, que no fagan deſpoſorios, ni matrimonios clandeſtinos, y ocultos ſo las penas en los derechos contenidas en tal caſo, y aſsi miſmo, que por el miſmo fecho ſin otra monicion, incurran y cayan en ſentencia de deſcomunion mayor, lo contrario haziendo, en la qual ſentencia de excommunion queremos que incurran todos aquellos, que fueren preſentes a los tales deſpoſorios clandeſtinos, y ocultos, aſsi Clerigos, como legos. Y mandamos a los Clerigos, y Beneficiados en las ygleſias do fueren los ſobredichos. Parrochianos, que ſin auer mas denunciacion los euiten por publicos deſcomulgados, y demas dello cada vno de los delinquentes caya en pena de dozientos marauedis para la Fabrica de nueſtra ygleſia, y no puedan ſer abſueltos ſin pagar aquellos &c.* Iſta enim conſtitutio defendi põt per præmiſſa, quia nihil diſponit contra conſtitutionem ſuperioris, ſed auget pœnam excõicando, & pœnam pecuniariam inferendo, & etiã quatenus declarar abſq; aliqua denuntiatione vitandos eſſe non eſt contra ius. extrauag. Ad vitandum ſcandala. de excõi. non vitand. in pragm. ſanctio. Gallica. imo eſt ſecundum ipſam, quatenus non requirit denuntiationẽ, quando factum, propter quod incurritur excõicatio, eſt notoriũ tali modo, quod nullo pacto celari valeat. Sed quãdo quis contrahit clandeſtine, omnes ſciunt talẽ cõtractum, nec eis conſtat de publicitate, quæ cum ſit facienda ſub certo modo & ſolennitate extrinſeca, niſi de ea conſtet, non eſt præſumenda, & ſic omnibus conſtat particulariter illos contrahẽtes & aſsiſtentes tali matrimonio incidiſſe in excõicationem per certam & infallibilem relationẽ ad ipſos per talem contractum, ergo cenſetur ſpecifica excõicatio, ac erunt vitãdi, præſertim quod cõſtitutio, vt dixi, non tollit pœnam, ſed auget, ſe referendo ad. c. cum inhibitio. de cland. deſpõſat. quamuis de eius valore dubius exiſtat Couar. in Epito.4. Decretal.2.part.c.6.nu.9. Iſta tamen pœna licet procederet de iure antiquo hodie vero clandeſtinum matrimoniũ eſt nullum ex Trid. vbi ſupra. & infra latius dicã, hæc tamen pœna habebit locum hodie ſtante Tridentino contra contrahẽtes ſine monitionibus, ſed tantum clandeſtinũ dicetur quando coram parrocho & teſtibus contrahitur, ad effectũ pœnæ de qua hic, & etiam. l.49. Tau. & non alias. ¶ Eſt etiam alia pœna iniuncta presbytero parocho, qui negligit impedire clandeſtina matrimonia, ſeu coniugia, ſcilicet, ſuſpenſionis per triẽnium ab officio, eademq́; pœna eſt puniendus quilibet alius presbyter nõ parochus, qui clandeſtino coniugio interfuerit, & grauius erit puniendus, ſi culpa poſtulauerit. Caſus formalis in.c. cum inhibitio. §. fin. de cland. deſpon. Archie. Floren. notat. 3. par. tit. 1. c. 16. Ioan. Bernar. in praxi cano. crimi. c. 67. Couar. in Epito. 4. Decretal. c. 6. l. 4. tit. 3. part. 4. Sed circa præmiſſa eſt dubium, vtrum ſuſpenſus ab officio cẽſeatur pariformiter à beneficio ſuſpenſus? Et videtur dicẽdũ, quod ab officio & beneficio ſit priuatus, cum propter officium detur beneficium. c. fin. de reſc. lib. 6. vbi glo. in verb. datur, ait priuatum officio, & beneficio ſimiliter priuatum eſſe. Ad idem gl. in. c. Latores. de cleric. excom. miniſt. vbi ſuſpenſus ab officio, cenſetur ſimiliter à beneficio. vbi Panormi. & alij notant. Eſt text. in cap. eos. 81. diſtinct. ibi, ſicut ſe iuſtiſsimè ab officio alienos faciunt, ita beneficio eccleſiarum priuatos eſſe indicamus. & in cap. ſi quis ſacerdotum. ead. 81. diſtin. Eſt etiam glo. inſignis ac magiſtra in clemen. Cupientes. verb. Suſpenſi. de pœn. in verſ. Et quia ſupra poſui. vbi videtur innuere ſuſpenſum ab officio ex iuris diſpoſitione cenſeri priuatum & ſuſpenſum à beneficio. Sententiam cuius ibi ſequitur Panor. & iterum in. c. Apoſtolicæ. col. 3. nu. 9. de except. & in. c. per tuas. 2. nu. 5. col. 2. de ſimoni. & in. c. veſtra. col. 4. num. 8. de cohabi. cleri. & mulier. Cardina. in clem. Cupientes. §. quod ſi. q. 3. n. 8. de pœn. & in clem. Religioſi. §. cæterum. q. 8. nu. 6. de priuileg. Ioan. Anan. in. c. præſentium. col. 2. nu. 2. de cleric. percuſſore. Philip. Franc. in c. 1. §. caueant. col. 2. de ſenten. excõica. libr. 6. Panor. in. c. at ſi clerici. de indi. col. 2. & in. cum dilectus. & ibi. Additiona. col. pen. de conſuet. Felin. in. c. apoſtolicæ. de exceptio. & in. c. ſi quem. de ſententia excõmu. Domini. in. c. præter hoc. col. 3. ibi Præpoſit. colũ. 2. nu. 10. diſtin. 32. Domi. in cap. fin. nu. 6. col. 2. de reſc. lib. 6. & in. c. præſenti. col. 1. nu. 2. de offi. ord. eod. lib. 6. Et Franciſc. Pauinus in tract. de officio, & poteſt. ſede vacãt. præludio. 3. num. 14. Sylueſt. in ſum. verb. Suſpenſio. q. 5. ergo & in caſu noſtræ quæſtionis, cum ceſ-

ſante

ſante cauſa propter quam dantur fructus, ſeu beneficium debeat ceſſare ipſum beneficium, ſecundum regulas iuris vulgares.cap.magnæ.de vot.c.non debet.de conſangui.& affinita. cap. cum ceſſante.de appellat.l.adigere.§. quamuis.ff. de iure patrona.Item in terminis,quod priuatus officio, cenſeatur & beneficio tenet Præpoſit. in dict.ca. cum inhibitio.col.6.nu.11.de clandeſt.deſponſa. Ioan.Bernard.in praxi cano.crimina.cap.67.Couar.in Epitome.4.Decreta.2.part.ca.6.num. 13.

In oppoſitum, imo quod ſuſpenſus ab officio non cenſeatur ſuſpenſus à beneficio,conſtat,nam lege cautum nõ eſt,& cum ſit pœnalis,potius eſt reſtringẽda,quam amplianda. cap.pœnæ.de pœnitentia diſt.1.l.penul.ff.de pœn.l.cum quidam. ff.de liberis & poſth.c.odia.de regul.iur.in.6.Secundo, quia lex ſuſpendens aliquem ad certum tempus,vt ad triennium,noluit à beneficio ipſum priuare, ſed contenta fuit eum priuando ab alijs commoditatibus,quæ ratione officij euenire ſolent, non autem ad beneficium debuit extendi, præſertim cum non fuerit priuatio perpetua, & ceſſante tempore ſuſpenſionis, habeat acceſſum ad officium,& etiam ad beneficium, à quo non fuit à iure priuatus,nec debet cẽſeri priuatus. ca. is qui.de ſenten.excommunic.lib. 6. vbi habetur, irregularitatem locum non habere niſi in caſibus à iure expreſsis. Tertio ſuadetur. Nam quamuis quis ſit propter aliquod delictum homicidij, vel grauioris effectus irregularis,& inhabilis ad officium ſacerdotij,nihilominus non eſt priuatus beneficio ante iudicis ſententiam, ſecundum Innocen.in cap.cum noſtris.de conceſſ. præbend. vbi Imol.dicit communem ſententiam eſſe. Cardi.in Clemen.conſtitutionem.§. cæterum. num. 10.de electio.Philipp.Deci.in cap.dilecti.nu.2. de exc. Stephanus Aufreri.poſt Capel. Tholoſanam deciſio. 297.Ioan.Igneus in repe.l.neceſſarios.§.nõ alias.num.17.ff.ad Syllania. Quarto confirmatur ex eod.Innocen.in cap.inter dilectos.col.2.de exceſſ.prælat.vbi dicit, nullum clericum priuatum eſſe ipſo iure ſuo beneficio quantumcunq; graue commiſerit delictum.Igitur cum in dict.cap.cum inhibitio. §. fin.non fuerit expreſſa beneficij ſuſpenſio,non debet vltra ſuos terminos extendi ex interpretatione doctorum.ca.conſuluiſti.2.q. 5. Quinto in fauorem huius partis facit:nam pœna depoſitionis nunquam habet locum, niſi in caſibus à iure expreſsis,cum ſit priuatio,& pœna.gl. in.c.apoſtolus.verb.& damnatione.81.diſt. gl.in ſum.15.q.8.&Corſet.in ſing.20.verb.& additio. & ſingulari.in verb.Fornicatio.& Anania in. c.1. nu.2.ad fin.de maledic.Quia pœna priuationis iuris,vel priuilegij non vendicat ſibi locum, niſi ſit expreſſe cauta in iure.gl.in.c.fin.de iur. patrona.

quam non alibi dixit eſſe in proprio loco Panor. & Iaſ.in.l.illam.nu.12.col.3.C.de collatio.Felin. in.c.querelam.nu.2.de iure iur. Ioan. Lecerier in tract.de primogenitura.lib.3.q.6.n.12.Ioan. Bernard.in praxi canoni.crimi.c.123.verb.Beneficijs priuari.cum multis à me congeſtis in annotationibus meis ad Didac.Segur.in tracta. de bonis lucratis conſtante matrimo.num.166. Cum ergo in ſpecie propoſita pœna ſuſpẽſionis ab officio tantum ſit expreſſa, neſcio quo pacto ſit extendenda ad beneficium per præmiſſa,cum ſatis effectũ maximum habeat in officij ſuſpenſione, vt dixi, & intra ſuam latitudinem ſat eſt ipſam legem intelligere,cum ſi aliud voluiſſet conditor, expreſſiſſet.c.ad audientiam.de decim.Nec ſatisfacit dicentium cenſora extendendam diſpoſitionem.c. cum inhibitio.§.fin. de clandeſt.deſponſa. ex eo, quia continet crimen graue, eo quod quis poteſt intereſſe clandeſtinis nuptijs abſque culpa & dolo,& ſic non puniendus pœna tan graui.argu. notatorũ à Syluest.in ſum.verb.Pœna.q.16.& cum ſit pœna iuris,eſt mitius explicanda. l. Celſus.ff. de arbit.vt intelligatur in officio,nõ autem in beneficio.Et ſic concludendum eſt ſuſpenſum ſimpliciter officio ad certum vel incertum tempus, ſiue à iure,vel ab homine.minime ſuſpenſum cenſeri à beneficio.Quam reſolutionem colliges ex Bonifacio in Clem.cupientes. nu. 35. de pœn.& ex Nauar.in manua.confeſſ.c.27.nu.161.verſi.*Ni aun el que eſta ſuſpenſo ſimplemente.* Ergo & in caſu dict.§.fin.Fateor tamen ſi grauitas delicti ſuaderet prælato ex eadem iuris diſpoſitione procedere poſſet ad priuationem beneficij. Ad idem facit ca.tanta.ibi,vbi magis exceditur,ibi eſt ſeuerius vindicandum.de exceſsib.prælat.Nam, vt ibi gl. ait,vbi eſt maior culpa,maior debet exerceri vindicta.c.cum bonæ.de ætat & qualita.c. excõmunicamus.§ credentes.de hæreti.ca.felicis.§.cæterum.de pœn.lib.6.Et ſic cum in dict. §. fin.fuerit vindicatio relicta ad arbitrium prælati, poterit ipſam extendere etiam vſque ad vltimum ſupplicium.ex ſententia glo.in.§.in ſumma. Inſti.de iniu.quã citat Præpoſit.in.c.2.nu.3.de ſponſaduo. Felin. in.c.inquiſitionis. col.fin.de accuſat.Ioã. Bernard.in tract.regula.cum fallentijs.regul.379 Index cuius.Forte hoc contingere poſſet, quãdo eſſet in contemptum prælati, qui prædictas nuptias ex aliqua cauſa præuia prohibuit, & presbyter parrochus interfuit, vilipendens authoritatẽ & mandatum ipſius: vel quia ſi ex tali contractu veriſimiliter intelligebat turbationes, ſcandala,& homicidia inter conſanguineos euenire poſſe, vt poſtea forte matrimonio clandeſtino ſucceſſerũt: nam qui eſt occaſio damni,ad ipſum damnum tenetur.ca.fin.de iniur.

Circa præmiſſa ſæpius dubitari vidi, Vtrum quis ipſo actu incidat in ſuſpenſionem officij, vel requiratur ſententia declaratoria, & ſic, vtrum diſpoſitio dicti. §. fina. ſit canon latæ vel ferendæ ſententiæ? Secundo, vtrum inferior à Papa ante triennium illam ſuſpenſionem relaxare poſsit, vel ſacerdos inferior per Bullam cruciatæ, in qua cautum exiſtit poſſe ab omni ſuſpenſione lata à iure, vel ab homine abſolui quenquam ipſam habentem à quoquam ſacerdote?

Ad primum reſpondetur, quod requiritur ſententia declaratoria propter delictum præcedens, declarans ipſum eſſe ſuſpenſum, & anteà non erit ipſo iure priuatus, ſed priuandus. Conſtat ex dict. §. fina. quatenus dicit, ſuſpendatur. ergo per ſententiam, cum verbum, ſuſpendatur, actum iudicis in futurum deſideret, & ſic ſit canon ferendæ, & non latæ ſententiæ. ex gl. in. l. in criminali. verb. habeatur. C. de iuriſd. omni. iudi. Hierony. Gigas de penſioni. quæſt. 78. & Felin. in. c. Rodolphus. nume. 24. de reſc. Roma. in ſingul. 2. & Matheſilan. ſingul. 112. & 115. Sylueſter in ſum. verbo. Excõmunicatio. 1. quæſt. 9. Tum etiam &. 2. ex text. ſingul. in cap. cum ſecundum leges. §. fin. de hæreti. lib. 6. vbi habetur, quod quando etiam ipſo iure propter quid præexiſtẽs deuenitur ad certum actum, ſemper requiritur ſententia declatatoria ſuper præexiſtẽti actu. Roma. conſil. 211. col. penul. verſi. Secundo moueor. Alexand. conſi. 124. lib. Sed in præſenti caſu requiritur, quod præcedat cauſa, ex qua ſubſequi debet pœna, ergo non ipſo iure, ſed per ſententiam iudicis, per pręmiſſa. Tertio ex doctrina celebri Innocen. in capi. cum noſtris. de conceſsio. præbend. vbi ait, clericum homicidam non eſſe priuatum ipſo iure. ſed priuandum per ſententiam. Quem dictum referunt ibi, & ſequũtur communiter docto. ſecundum Anto. Corſet. in ſingul. ſententia. 18. Ioan. Anani. in cap. inquiſitionis. col. 2. nume. 3. & Felin. nu. 2. de accuſatio, Cardina. in Clemen. conſtitutionẽ. §. cæterum. nume. 10. de electio. Felin. in capi. ſciſcitatus. colum. 2. verſic. Adde etiam Baldum. nu. 2. de reſcript. Barbat. in ca. ſi diligenti. nu. 108. de for. compet. Philipp. Deci. in cap. ex parte. col. 2. nume. 3. de reſc. & in capi. dilecti. nu. 2. de excepc. Ioan. de Selua in tract. de beneficio. 3. part. quæſt. 2. Deciſ. capellæ Tholoſanæ 207. vbi per Stepha. Aufreri. late Ioan. Igne. in repeti. l. neceſſarios. §. non alias. num. 17. ff. ad. S. C. Syllania. Ludo. Gomeſſ. in cap. 1. nu. 7. de reſcripc. lib. 6. & in capit. 2 num. 41. de conſti. lib. 6. Philip. Deci. conſil. 166. colum. 1. lib. 1. Hippoly. in pract. cauſa. criminali. §. poſtquam. num. 41. & in conſil. 52. col. 5. nu. 19. lib. 1. Thomas Ferrari. cautel. 44. Stephanus Coſta in tracta. de ludo. §. 1. num. 33. Nicolaus Ploui. in tracta. de irregularita. regul. 44. num. 30. Ioan. Bernar. in praxi Cano. criminali. cap. 74. & capi. 88. & in ſuis doctrinis magiſtralibus, doctri. 120. incip. Homicida. Petrus à Biaxio in directorio electio. 2. part. ca. 30. vbi aſsignat cautelam pro homicida, vt non amittat beneficia, quæ tunc habebat, vt ea renũtiet amico fideli antequam per ſententiam priuetur. Eandem cautelam ponit Thomas Ferra. cautel. 44. Et iſtud dictum Innocent. ſequitur etiam Ludoui. Montaltus in libr. de reprobatione ſententiæ Pilati. arti. 2. nu. 3. Ludoui. Gomeſſ. in regul. Cancellariæ apoſtolicæ de annali poſſeſſore quæſt. 42. Confirmatur ex regula Innocentij. 8. incipit. S. in Chriſto &c. intellecto quod accuſati de criminibus. Et eſt tex. in cap. ex literis. §. Nos igitur. de dolo & contuma. & in ca. ex literis. verſi. Qui reſpondit. de exceſ. prælа. Et iſtud dictum procedit etiam in rebelli, vt nõ cenſeatur beneficijs priuatus, antequam priuetur per ſententiam, & ſic poſsit illa renuntiare ante ſentẽtiam. vt eſt text. in cap. cum inter. de re iudic. ponderatus ab Alexandri. in cap. ius Quiritum. diſt. 1. & Ludo. Gomeſ. in regul. Cancellariæ Apoſtolicæ de annali poſſeſſore. q. 42. ad fi. dicens benefacere. Notatur à Iaſo. conſil. 86. lib. 3. Ex qua cõcluſione & dicto ſingulari infertur, quod beneficij fructus ſunt clerici delinquentis poſt commiſſum crimen homicidij antequam priuetur, & ſine læſione conſcientię poterit eos conſumere. De quo per Felin. in cap. de quarta. col. 10. nu. 32. cum pluribus ſeq. de præſcriptio. & per Ioannem Igneum in repet. dict. §. non alias. nu. 14. qui optime ac late in hoc articulo agere videntur Hippolyt. ſing. 268. Boeri. deciſio. 98. nume. 4. declarat Couar. in Epitome. 4. decretali. 2. part. ca. 6. §. 8. nu. 7. Tum etiam &. 4. quia pœna priuationis beneficij locũ non debet habere, cum in dict. §. fin. non comperiatur expreſſa. cap. is qui. de ſentẽ. excom. lib. 6. Tiraquell. in repet. l. ſi vnquam. verb. reuertatur. n. 280. C. de reuoc. donat. ergo pro cõfirmatione.

Ad ſecundum dubium, vtrum ſuſpenſio poſsit relaxari ab inferiore à Paps? Videtur dicendum poſſe, præſertim ſi bullam Cruciatæ habeat. ex text. in cap. cum inhibitio. §. fina. de clandeſti. deſponſat. dum dicit, grauius puniendus &c. Ergo videtur eam pœnam reliquiſſe arbitrio prælati, ſeu Diœceſani, & cum miniſterio hominis aſsignetur à Canone talis ſuſpenſio in dict. §. fina poterit augeri, ſeu minui ab eo. Tum etiam ex regula text. in capit. nuper. de ſenten. excom. niſi per conſtitutionem legati in prouincia de conſenſu Synodis fuerit reſeruata abſolutio, quo in caſu etiam Epiſcopus non poſſet eam relaxare. ex Hoſtien. & Cardina. Alexan. in dict. cap. cum inhibitio. §. fina. colum. pen. nu. 11.

Contrariam ſententiam, imò, quòd Epiſcopus, nec parochus poſsint hanc triennalem ſuſpenſionem remouere, probat Ioan. Bernar. in praxi Canonica crimina. c. 67. quem refert & ſequitur Couar. in epito. 4 decreta. 2. part. c. 6. nu. 14. Confirmatur primò, nam ſuſpenſio iſta eſt ſentētia ſuperioris iniuncta ad certum tempus, quæ ante non poteſt tolli ab inferiore proferentis. clem. Ne Romani. de elect. probat. gloſ. & ibi. Imol. in clem. 1. §. verum de hæret. Sequitur Cardin. Alexand. in ſum. col. 2. diſtin. 50. Felin. in cap. nuper. de ſenten. excom. Panor. in ca. quàm ſit graue. de exceſſib. prælat. & in ca. tam literis. col. 2. vbi ait communiter approbatam, etſi ab ea ipſe diſcedat. de teſti. Sed in dict. §. fina. ſuſpenſioni certum fuit præfixum tempus. igitur per præmiſſa, Epiſcopus non poterit ab ea abſoluere. Secundò ſuaderi poteſt: quia ſuſpenſio à Canone inducta propter delictum, & in eius pœnam, non poteſt tolli ab Epiſcopo, glo in capit. cupientes. §. cæterùm. verbo. Suſpenſus. de electio. lib. 6. Sed in caſu prædicti. cap. cùm inhibitio. §. fina. negari non poteſt, quin ſuſpenſio fuerit inflicta in pœnam delicti, non tamen contumaciæ, ac proinde ab inferiore tolli non poſſe erit affirmandum. Tum etiā, quia ſtatuta Concilij ab Epiſcopo non poſſunt tolli ex communi ſententia docto. in cap. at ſi clerici. §. fina. de iudi. glo. verb. indulgentiam. in ca. quod dilectio. de conſanguin. & affinit. Ex qua conſtat, quòd ſolus Papa poteſt diſpenſare in caſibus à iure prohibitis, ne quis contrahat matrimonium. Vbi omnes tenent, quòd nec delegatus à Papa poterit diſpenſare in conſanguinitate, ſeu affinitate. Et tradit Speculator titulo. de legato. §. nūc oſtendendum. verſicul. Decimotercio. Sed huiuſmodi eſt conſtitutio dict. capitul. cùm inhibitio. §. finali. nam fuit ſub Innocentio Tertio, in concilio generali edita. Igitur, &c. Cæterùm ſi bullam Cruciatæ haberet contrauenicns iuxta eius formam à quocunque Antiſtite, ſeu ſacerdote abſolutionem, ac relaxationem ſuſpenſionis conſequi poſſet, ex quo authoritate Papæ id indultum eſſe conſtat, dicendo, quòd poſsit abſolui à quacunque ſententia excommunicationis & ſuſpenſionis lata à iure, vel ab homine. Nec requiritur pœnæ ſatisfactio, quæ habetur impoſita in conſtitutionibus Synodalibus: quia cùm ſit mera pœna delicti, non præexigitur in foro animæ. ex gloſſa in capitul. fraternitas. 12. quæſtione ſecunda. De qua latius per Seguram & in noſtris annotationibus dictum eſt in repetitione. l. filius. numero. 15. ff. de verborum obligationibus Ludouicus Gomez. in. §. ex maleficijs. numero. 14. Inſtitu. de actionib. vbi dicit communem Antonius Gomez in tractatu. de delictis, capitul. de homicidio. numero quinto. & alibi ſæpè.

Eſt tamen notandum, quòd excommunicatio inflicta per Synodalem conſtitutionem eo ipſo quòd quis interfuit clandeſtinis nuptijs, non diſſoluitur ſine expreſſa abſolutione, ſecus tamen in ſuſpenſionis pœna inducta ad certum tempus determinatum, vt in ſpecie propoſita ad triennium, nam eo tranſacto, ſiue alia relaxatione ceſſabit. Gloſſ. ſingula. in clementi. prima. verb. donec. de decim. quæ habet, quod ſuſpenſio ad tempus, tollitur abſque aliqua abſolutione, elapſo illo termino in ea deſignato. Secùs tamen eſt in excommunicatione ad tempus lata. Quam notabilem cenſuit Præpoſitus in capit. non eſt columna. 2. numero ſexto. de ſponſalibus. vbi latè dixi concluſio 8. Felinus in cap. ad aures. columna ſecunda. num. ſecundo. de ſimonia. cum qua eſt cō munis opinio ſecundùm Ripam in ca. primo. notabil. 6. de iudi. Carol. Molinæus in conſtit. Pariſien. 1. par. tit. 1. §. 27. quæſt. 3. nu. 5. fo. 224. Quæ ſententia probatur ex glo. in capi. in primis. verb. Sex menſibus. 2. quæſt. 1. & gloſ. in capitu. ſi quis deinceps. 16. quæſtione. 7. & Decius conſilio. 61. columna tertia. nume. 4. & Segur. vbi latè dixi in pulchra quæſtione, de qua ibi in repeti. l. ſi ex legati cauſa. num. 35. ff. de verborum obligationib. Cremenſ. ſingula. 48. incip. Conſuluimus heri. Quomodo autem poſsit fieri abſolutio à ſuſpē ſione, declarat Archiep. Florenti. 3. par. tit. 27. cap. 4. poſt medi. verſicu. Item nota quòd abſolutio. Eſt tamen notandum circa intellectum dicti capit. cùm inhibitio. §. fin. dum dicit, ab officio ſuſpendatur, quod eſt differentia inter presbyterum parochialem, & nō curatū, ſeu parochialem: nā preſbyter parochialis punitur, ſi ſciens nō prohibeat clandeſtinas nuptias, quamuis non interſit. Cæteri autem clerici ſi præſentiam & intereſſentiam præſumptuoſam adhibeant matrimonio clandeſtino ſecundum communem in dicto. §. finali, & ex lege quarta. titulo tertio partit. quarta. vbi habetur, quòd malitioſè obijciens impedimentum ne contrahatur matrimonium, erit puniendus iudicis arbitrio, & tenebitur ad intereſſe. ſi laicus ſit, intellige: ſi verò clericus, pœna dicti. §. final. erit puniendus ex gloſſa ibi. verbo. Malitioſè. Quòd autem ad intereſſe teneatur læſo, tenent Vincentius, & Ioannes Andræas in dicto. §. finali. Gregorius Lopez in dicta. l. quarta. in gloſſa finali. Facit textus in capitulo ſacro. de ſententia excommunicationis. capitu. paſtoralis. §. verùm. de iure patronatus. & quæ not. gloſſ. in teſte falſum deponente. in capit. primo. de crimin. falſi. vbi ſcripſi in lectione ordinaria illius tituli. in concluſi. penult. plura, quæ hìc non ſunt tranſcribenda, ne idem repetere videar.

Circa iſtum textum ac capi. cùm inhibitio. de clandeſti. deſponſat. impuberum, in dubium venit, quando dicatur matrimoniũ clandeſtinè contractum? Reſpond.& hic quòd ante Concil. Tridenti. multis modis. Nam aliquando matrimonium clandeſtinum dicitur, quando abſque teſtium præſentia fuit contractum. gloſ.in ſum.30. quæſt.5.verb.quod autem. facit cap. ſolennitates de conſecra.diſtinct.1.vbi text.ait, quoniam non monſtratur eſſe iteratum, quod neſcitur eſſe factum, vbi gloſ.colligit argumentum contra clandeſtina coniugia, quòd taliter contrahentes poſſunt cum alijs conttahere, cùm talia coniugia ſint incerta.citat. capit. presbyteri.78. diſtinctio.vbi propter dubium conſecratio, & baptiſmi ſacramentum reiterantur: paria enim ſunt non eſſe vel non apparere.l.duo ſunt Titij.ff.de teſtamen. tutel.l.in.lege. ff. de contrahenda emptione. l. ſi fuerit.ff.de rebus dub.l.nona. titul. nono.part.4. capit.ſecundo.vbi Anchar.de clandeſtin.deſponſa.deficit enim probatio,ſed non ius, cum coniugia clandeſtina contrahentium conſenſu valeant, tamen ex eo quia probari non poſſunt, eccleſia quæ non iudicat de occultis, ea non admittit interim quod non probantur.capitu.ſi quis diuinis, 30.quæſtione quinta.dum ait,coniugia,quę clam contrahuntur,non negantur eſſe coniugia,nec iubentur diſſolui, ſi vtriuſque confeſsione probari poterunt, veruntamen prohibentur, quia mutata voluntate alterius eorum, alterius confeſsioni iudici fieri non poteſt.vnde publicè cùm alterius vota in alteram partem ſe trāſtulerint, pro priori coniugio, quod iudici incertum eſt, ſententia ferri non poterit. incerta enim (vt Sixtus Papa ſcribit Epiſcopis per Hiſpaniam conſtitutis) nemo Pontificum iudicare præſumat: & quanuis vera,non tamen credenda, niſi qui incertis indicijs comprobantur, niſi quæ manifeſto iudicio conuincuntur, niſi quæ iudiciario ordine cōprobantur. Ad idem eſt tex.in cap. nullum ante veram. & capit. iudicantem.30.quæſtione quinta.ca. primū.de clandeſt. deſponſat. quæ enim clam fiunt, habere videntur delicti præſumptionem. ca. conſuluit.ibi, Qui malè agit,odit lucem.de offic.delegat.capit.perniciosam.18.quæſtio.ſecunda.gloſ. in extrauagan.Sedes. verb. lucem amans.ſub titulo.de cōceſſ.præbend.Ioan.22.Et Horatius dicit.

Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones.

Et qui in tenebris ambulat,neſcit quò vadat. Matthæi.15.textus in l.prima.tit.tertio.part. 4. dum inquit, *maguer el caſamiento fueſſe verdadero ſegun que es ſobredicho, non podria la ygleſia apremiar a aquel que ſe quiſieſſe departir del otro. Y eſto es, porque el matrimonio nō ſe podria probar. Ca la ygleſia nō pue de juzgar las coſas encubiertas, mas ſegun razonaten las partes, y fuere probado.* Eccleſia non iudicat de occultis, vt habetur in dict.l.prima.& capit. erubeſcant.32.diſtin.c.conſuluiſti.2.quæſtione.5.capit Chriſtiana.32.quæſtione.5.cap.vt noſtrum.vt eccleſ.benef.cap.à nobis.el.2.de ſenten.excom.Ex quo eſt notandum,quòd vbi deficit omnis probatio matrimonij, non eſt exigendum iuramētum à reo,ſed potiùs eſt abſoluendus. text.in capit.2. ibi,aliquatenus compellēdi (quaſi dicat nullo modo compellendi)de clandeſt. deſponſa. Ad idem regula tex.in cap.fina. §. fina. de iureiurand. vbi actore deficiète in probatione,reus etſi nihil præſtiterit,eſt abſoluendus.Socinus in tracta. regularum cum fallent.reg.204.verb.Iuramentum.Fallit tamen in cap.continebatur.& capi.atteſtationes.de deſponſa.impuberum. vbi ſi actor deficiat in probatione, reus debet iurare, eo in caſu, quo verſatur aliqua ſuſpicio pro matrimonio: ſi tamē nulla pro eo appateret,ſecùs eſſet.glo.fin.in dict. cap.atteſtationes.& in citato.capi.continebatur. Panormi.nume.2.in cap.ſecundo.de clandeſt.deſponſat. In contrarium tamen, imo quòd iuramentum.poſsit exigi ab eo quanuis actor nihil probauerit, practicabatur,& iureverior ac receptior opinio erat,quippe cùm vbicunque verſatur periculum animæ. poteſt peti iuramentum à reo, licèt actor nihil probauerit, quia multum in hoc iudicis officium exuberat.capitu.ſicut in fin.de ſponſalib.l.vbicunque.ff.de interroga.actio. capit iudicantem oportet cuncta rimati, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere.30.quæſt.quinta.glo.in capi.ſic enim.verb.diligentiùs.28.quæſtione.1.& glo.in capit.quoniam contra.verb.intertogationes.de probatio.Et prædicta ſententia poſt Tancre.placet Panormi.in dict.cap.continebatur.nume.octauo & in dict.cap. atteſtationes. num. 11.dicenti quod eſt communis ſentētia Hoſtien.& aliorum, quòd vbi agitur de ſacramento matrimonij, debet exigi ſemper iuramentum à reo,licèt actor nihil probet,& veritas tanti ſacramenti meliùs eluceſcat. Quod eſt notandum ſecundum eundem, & præpoſit.in dict.capit. continebatur,nu.8.col.vlti.& in dict.c.atteſtationes: nu.6.Hinc etiam venit,quòd iudex ex officio ſuo abſque petitione litigantium poteſt alteram partem compellere, vt cum iuramento declaret ſi recepit ipſe, vel alius pro eo pecuniam, vel aliquam partem.quanuis ſiot elapſi duo anni, cum quibus excluditur exceptio non numeratæ pecuniæ. l. 184.Styli,& quæ diximus in.l.1.in verb. *Iuramento de calumnia.* titul.4.lib.3.ſupra.colum. 906.verſicu.Ex prædictis iuribus affirmandū videtur: In cauſa tñ matrimoniali vtrùm ſit deferēdū iuramētum in ſupplemētū probationis ab actore reo,vel à reo actori? In quo dubio.glo.in c. mulieri. verb. abſolu-

Digitized by Google

abſolato. de iureiurando. determinat quòd non propter grauitatem negotij, quia agitur de ſtatu hominis, quantumcunque honeſtiſsimæ perſonæ ſint. De quo articulo eſt videndus Couar. in epitome.4.Decretali.1.part.§. primo. num.5. capitis.4. Ergo clandeſtina matrimonia dicenda ſunt ob defectum probationis. Ne ergo negari poſsint, in præſentia teſtium celebrãdi ſunt: quia multoties non ſolum Deo non verentur illudere negando promiſſa, ſed decipere conantur populũ, vt ait tex. in capit. de homine: ad finem. de celebra. miſſa.

Secundo modo dicebantur clandeſtina, cùm non ſeruantur ſolennitates inſtitutæ in contrahendis matrimonijs ab eccleſia glo. in capit. tertio. verb. Clandeſtina. de clandeſt. deſponſ. citat tex. in capit. aliter. 30. quæſt. 5.

Tertiò modo ait prædicta glo. Clandeſtina. capit.3. de clandeſti. deſponſa. clandeſtinum eſſe indicandum matrimonium contractum non præmiſsis denuntiationibus, quæ fieri debent in eccleſijs iuxta formam. dict. cap.3. incip. Cùm inhibitio. Sed dicendum eſt, matrimonium contractum ſine denuntiationibus & bannis, tamen publicè in conſpectu eccleſiæ vicinis ſcientibus, nõ dicetur clandeſtinũ. ex quo in facie eccleſiæ fuit contractum, vt concludit Oldrald. conſil. 256. incipi. Clemens Epiſcopus. colum. 2. nume. 3. Ioan. Andre. in additio. ad Specul. de clandeſt. deſponſ. Panormi. in cap. cùm inhibitio. num. 9. de clandeſt. deſponſ. Paludã. in quarto ſenten. diſtin. 28. quæſt. 2. arti. 2. concluſ. 3. Ioan. Lup. Decanus Segouienſ. in tracta. de matrimo. & legitima. 2. part. num. 13. Syluest. in ſumma. verb. matrimonium. 2. quæſt. 17. particul. 4. Gloſ. in. l. quarta. ti. 3. par. 4. Et eſt de mente Panormi. in cap. ex tenore. nume. quarto. qui filij ſunt legiti. Comprobari etiã poteſt ex his, quæ notat Hiſpanus Lupus in repetitio capit. per veſtras. 3. notabili. 6. 21. num. 14. fol. 95. colum. prima. de donationib. inter virum & vxorem. Alphonſus à Vera cruce in Speculo coniugiorum. 1. part. articu. 10. pag. 66. verſi. Cõſiderandum tamen eſt. Couarru. in epitome. 4. Decreta. 2. parte. capit. 6. num. 10. Conſtat primò probatio iſtius declarationis, quia publicatio non erat quid eſſentiale. ſeu integrale ipſius matrimonij, ſed conſenſus per ſigna, vel verba explicitus. cap. tuæ. cum glo. de ſponſa. tenet Alexandri. in cap. 2 colum. 1. num. 1. de clandeſt. deſponſ. citat: capit. detrahe. 1. quæſt. 1. Et tenent Canoniſtæ & Theologi ſecundum Ioannẽ Lupum. Decanum Segouienſem in dict. tract. de matri. & legi. 2. parte. nume. 14. Si ergo non erat de eſſentia, quòd publicaretur, ſi fieret abſque publicatione. validũ erat, ex mente dict. cap. cùm inhibitio. Secundo ſuadetur nobili fundamento. Nam id dicitur publicè factum, quod eſt contractum in præſentia fidelium ſecundum Ioan. Andre. Alexand. & alios in dict. cap. cùm inhibitio. & in dict. cap. ex tenore. Eccleſia autẽ cõgregationẽ fideliũ ſignificat ſecũdum glo. notabi. in cap. querelam. in verbo, Eccleſiam. ne prælat. vices ſuas. quam citaui in. l. 1. in glo. 1. titu. 1. lib. 1. ſuprà. text. in cap. in eccleſia. id eſt, catholicorum collectio. de conſecra. diſt. 1. Et D. Hieronymus in. 2. prooemio Prouerb. declarat eccleſiam, id eſt, cœtum. Et Apoſto. 1. ad Timotheum. 3. ait, Scias quomodo in domo Dei oporteat te conuerſar, quæ eſt eccleſia Dei viui, id eſt, congregatio fidelium, columna & firmamentum veritatis. Hæc deſignata eſt parabolicè Matthæi. 13. cùm dicitur. Simile eſt regnum cœlorũ. id eſt, præſens eccleſia, ſagenæ miſſæ in mari, & ex omni genere piſcium congreganti. Mare, præſens ſeculum. Piſces, homines. Sagena, doctrina immiſſa euãgelica. quæ ex authoritatibus connexis conſtat. Idem explicat Archiep. Florenti. 3. p. tit. 12. ca. 1. co. 1. Conrad. de contracti. quæſt. 2. Toſtatus Matthæi. 18. quæſt. 77. Et videtur tex. in cap. 3. de clandeſti. deſponſa. quatenus de eccleſijs loquitur, & eccleſia dicitur collectio fidelium. Igitur pro noſtra declaratione. Nec obſtabit dictio ſequens, nã erit intelligenda per preſbyteros in eccleſijs, hoc eſt, talis publicatio fieri oportet in collectione fidelium, vel eo ipſo quòd facta fuerunt ſponſalia publicè, æquipollet ac ſubrogatur loco bannorum, quæ ſolent fieri in eccleſijs. Nec huic ſententiæ obſtaculum faciet Barto. aſſertum in. l. fina. ff. de ritu nuptiarum. dicentis, illud fieri clam, quod fit omiſsis, quæ in actu eius à lege, ſeu canone neceſſaria ſunt. Textus eſt iuncta gloſſ. in verb. occultè. in l. ſecunda. C. de his qui. ex public. ratio. lib. 10. vbi Barto. numer. primo. & Angel. expreſsè notant. & gloſ. verbo. *Concejeramente*. in. l. prima. tit. 1. lib. 3. for. legum. id enim ſimpliciter locum habet, ſecùs autem, ſi aliquid æquipollens in actu interpoſitum & ſubrogatum fuit, ex quo effectus prætẽſus à lege deducatur, vt in matrimonio publicè contracto dici debet. Et ſic quo ad pœnam. capit. cùm inhibitio. de clandeſt. deſponſa. & conſtitu. Synod. 42. matrimonium cõtractum abſque denuntiationibus & bannis, publice tamen, clandeſtinum non fore dicendum. Ex quo idem dicendum eſſet quo ad pœnam. l. 49. Taur. cùm agat de iſta clandeſtinitate. dicendo, *El matrimonio que la Igleſia tuuiere por clandeſtino*. Sed matrimoniũ præmiſſo modo contractũ, nõ dicitur clãdeſtinũ, & ſic pœna locũ non habebit. Tamen in caſu legis Tauri clandeſtinitas cauſatur ex defectu conſenſus parentis, qui licèt de eſſentia ſacramenti non ſit neceſſarius,

nec eius ſciẽtia ad ipſius valorem, tamen de honeſtate requiritur, & videtur præceptum quodammodo capitaliter ibi, & à parentibus & propinquioribus ſponſetur. 30. quæſtione. 5. & glo. ſum. eiuſdem cauſæ, 30. q. 5.

Clandeſtinum matrimonium ex prædictis conſtat eſſe, ante Concil. Trid. quando puella contrahit abſq; ſcientia parentum, vel eorum, ſub cuius tutela, vel cura eſt. d. ct. cap. aliter. 30. quæſt. 5. l. 5 tit. 3. part. 4. l. 2. & l. final. titu. 1. libr. 3. for. leg. & l. 4. infrà eo. tit. & l. vni. titu. 6 infrà eodẽ. lib. 5. & in. l. 49. in ordi. Tau. vbi contrahenti matrimonium clandeſtinũ impoſita eſt pœna amiſſionis omnium bonorum Cameræ regis applicandorum, tam ipſius contrahentis, quàm ipſorũ intereſſentium, vnà cum pœna exilij à regno, quod exilium inuiolabiliter obſeruandum cenſet ſub pœna mortis. Puella verò ſic contrahens, ex tali cauſa exhæredari à patre, vel à matre, & non ab alijs poterit. ibi. *Y que eſta ſea juſta cauſa para que el padre y la madre puedan desheredar ſi quiſieren a ſus fijas, que el tal matrimonio contraxeren. Lo qual otro ninguno no pueda accuſar, ſino el padre y la madre muerto el padre.* Ex qua lege cõſtat ſolũ locũ habere prædictã pœnã legis Tauri in filia contrahẽte matrimonium clandeſtinum ſine parentum ſcientia, non autem reſpectũ habuit ad conſenſum fratrum, vt in ea apparet. Ex quo ceſſat l. vni. titu. 6. cum ſimili. infrà eo. lib. 5. ¶ Deducitur etiam habere locum in parentibus filiæ, non autem maſculi contrahentis ſine conſenſu patris, ibi, *Fijas.* Ergo non poterit filios exhæredare, cùm incluſio filiarum excludat filios, qui non comprehenduntur ſub nomine filiarũ, præſertim in materia odioſa, & pœnali qualis eſt in qua loquitur lex Tauri. Quod verum eſt de iure antiquo, ſecus de nouo. vt infra dicemus, nec in curatoribus, ſub cuius cura eſt mulier, ex mente eiuſdem legis, præſertim quia id petitum fuit, & tamen non cõceſſum in curijs Pincianis anni 1548. peti. 128. cuius verba ſunt. *Otro ſi dezimos, que por leyes deſtos Reynos ſe pone pena a los que contrahen matrimonios que la Igleſia tiene por clandeſtinos, lo qual pueden accuſar el padre, o la madre muerto el padre, Supplicamos a V. M. mãde que lo miſmo puedan accuſar los hermanos muertos los padres, y ſino tuuieren hermanos, que los curadores lo puedan accuſar. porque como quedan algunos hijos, o hijas, moços y con hazienda, procurã los engañar, y acaecen caſamientos deſaſtrados, y con que Dios nueſtro Señor es deſeruido, y los parientes de los tales muy injuriados, de que ſe ſiguen enemiſtades, y otros daños.* Dicit Imperator ac Rex noſter, *A eſto vos reſpondemos, que ya eſta proueydo por leyes deſtos Reynos lo que en eſto ſe deue hazer,* ſcilicet, per. l. 49. Tau. ab ea dẽ Maieſtate edita, in qua tamẽ hoc nõ inuenitur niſi in patre, vel matre eo mortuo. Ergo in cæteris voluit denegare, ac corrigere alias leges pœnales loquẽtes in hac materia. Et pœna ipſius legis. 49. Tau. locum habet in matre vera, & non ficta, prout eſt vxor patris. l. 41. in curijs Toleti anni. 1537. quæ extẽdit pœnã legis Tauri ad filiã maiorem viginti quinque annorũ abſque patris conſenſu matrimonium contrahentem & l. 6. titul. 1. lib. 3. for. legum. dum ait, *Si el padre o la madre, o otros parientes tuuieren en ſu poder manceba en cabello, y no la caſaren faſta treynta años, y ella deſpues caſare ſin ſu mandado, no aya la pena caſando ella con home cõueniente.* Ex quibus ceſſat diſpoſitio authen. ſed ſi poſt viginti quinque C. de inoffic. teſta. vbi filia, quæ poſt viginti quinque annos ſtuprum commiſit, vel in virum aliquem recipiat ſine patris licentia, exhæredem fieri negatur, & in. l. 5. titul. 7. part. 6. & per præmiſſas leges, ſcilicet. 41. & l. 6. ceſſat dubium poſitum in. d. l. 5. à Gregor. Lopio in verb. *que ella paſſaſſe de edad.*

Et ſic legem Tauri limitabis locum non habere contra filium. De iure antiquo quando valebat matrimonium clandeſtinum, qui contraxit matrimonium clandeſtinè, ſed in filia, vt ex ea cõſtat. Et eſt de mente Conar. in epitome. 4. Decretal. 2 part. capit. 6 num 21. Dida. del Caſtill. ante eum eandem declarationem poſuit in dict. l. 49. verb. *a ſus fijas.* Quod eſt notandum, nam de iure communi filius inhoneſtam ducens vxorẽ, à patre poterat exhæredari. l. 3. §. ſi emãcipatus. ff. de bono. poſſeſſ. contra tab ſingul. ſecundum Guilielmum de Ludo in ſing antepen. Bartolus in. l. ſi cum dotem. § tranſgrediamur. nume. 6. ff. ſolu. matrimo. Ioan. Lup in repeti. capit. de donat. inter virum & vxor. §. 23. num. 3. & diſpoſitio. dict. §. ſi emãcipatus. eſt approbata per l. 11. tit. 1. part. 4. vbi Gregor. Lopius nouus Commentator in verb. *Los fijos.* Sed eſt tenendum filium, qui contraxit matrimonium cum vxore ignominioſa, vt contingere ſolet in iuuenibus amore captis alicuius mulieris, non poſſe puniri pœna exhæredationis. Tum, quia actus eſt approbatus apud Deum & eccleſiam, circa quos non eſt acceptio perſonarum, vt ait Apoſtolus. & capit. eam te. de reſcri. & capit. penult. de præbend. imò eſt meritorius. capit. inter opera. de ſponſalibus. & ſic Canonis authoritate (quæ in hac materia præualet ſecundũ glo. in. §. hactenus. Inſti. de gradib. & gloſ. in cap. cum ad verum. 96 diſtinctione. in verbo, Temporalium. Imola in rubrica. ff. ſoluto matrimonio. & in capitu. accedens. numer octauo. de procuratorib. & Paluda. in quarto ſententiarum. diſtinctione. 28. quæſtione ſecunda. articu. quinto. concluſi. quarta.) non debet decipi. l. prima. C. de his qui veni. æta. impetrauc. Tum etiam, quia lex

Tauri

Tauri hoc non dicit, ergo nec nos. Tum etiam, quia ita tenet Bartolus in dict.l. tertia.§.ſi emancipatus. Alexand.in.l.prima.colum.nona. numero.32.ff.ſoluto matri.Iaſ.in authē.non licet col.3 nu.8.C.de liber.præteri. Rodericus Suarez in repetitio.l.ſecūdæ.titul. *De los matrimonios*.fol.72. verſicul.Supereſt. Imola in dict. capit. accedens. numer. octauo. & nono. Quibus eſt addendum. capitu.veniens. & ibi Panormita. numer. tertio. verſicu.Secùndo nota. de ſponſalibus. Idem Panormita.& eius Additio.in capitu.primo. de deſponſatione impuberum.Baldus in.l.omnem.numero.12.vbi Alexand.& Barba. in additionibus ad eum.C.ad Tertullianum. Præpoſit. in capit. cum apud.nume. ſecundo. de ſponſa. Philippus Decius in.l.nuptias.ff.de regulis iuris. Cùm igitur filius,imò filia vt ex prædictis aothoribus licitè iure Canonico contrahere poſsit matrimonium abſque pœna etiam cum vili & ignominioſo coniuge, non erit dubitandum pœnam ad filium extendendam minimè fore per præmiſſa: nec fuit conceſſum quanuis petitum in curijs Pincian. Anno 1555. l.72. & incurijs Toleti Anno 1560.l.75.Sed iam hodie pœna.l.49.Tauri extenditur ad filium.l.58. Madritij Anno 1563. quam nota,quæ hodie eſt,ſub titul.primo. libr.quinto, Recopilationis.l.prima.

Secundò limitandam cenſeo in filia maiori vigintiquinque annorum, quæ non habet patrem, nec matrem,licèt habeat nouercam. ex.l.43. Anni 1537.in curijs Toleti.

Tertiò limita non procedere, etiam ſi fratres, aut Curatorem habeat, quia lex Tauri id corrigere voluit, dum tantum parentes admiſit ad hanc accuſationem,vt iam ſuprà notaui, & diſpoſitio non extenditur ad non expreſſa. capi.ad audientiam.de decim. Nec contrarium voluit ſtatuere Carolus olim Hiſpaniæ Rex,quanuis petitum ei fuit in curijs Pincianis anni 1548. petitio.128.

Quartò limitatur non habere locum in puella, quæ ſponſalia de futuro contraxit.Nam lex Tauri eſt intelligenda in matrimonio de præſenti,nō de futuro,dum dicit,*que el que contraxere matrimonio*.nam ſponſalia non ſunt partes integrales, nec ſubſtantiales matrimonij, ſed quædam præparatio,vt honeſtiùs,& cautiùs contrahatur matrimonium promiſſum.vt in prima gl.dixi. & Anchar. conſil.21.colum.tertia.nume.nono, Iuan.Lup.in l.49.Taur.numer.ſecundo. Et probatur expreſſiùs. Secundò, quòd pœna adiecta in matrimonijs,non habet locum in ſponſalibus, ex ſententia Decij in capitul.cùm in cunctis §. clerici. notabil.tertio.de electio.Fernandus Loazes in repetitione.l.filius familias.§.diui.numero. 396. ff.de legatis primo. Tertiò ex gloſſa in Clementi. vnica. verbo, Contrahere.de conſanguinitate & affinitate,quæ ait pœnas deſignatas in illa conſtitutione locū non habere in contrahentibus ſponſalia, ſed matrimonium de præſenti. Cuius ſententiam dixit ſingula. Alexand. in capitul.cùm inhibitio.de clandeſti.deſponſat. Iaſo. in.l.ſi ſtipuler.quarto notabi.numer.quinto.ff. de verborum obligationibus.& in.l. ſecunda. numero.55. ff.de iuriſdictione omnium iudicum. Felinus in rubrica.de ſponſa.vbi Præpoſitus colum. quarta. numer. octauo. Dicit communiter approbatam Felinus in capitul. Tertio loco. numer.ſecundo. de præſumptionib.Iaſo. in.l. quominus. numer. 18.ff.de fluminib.Nicolaus Milis in reperto.verbo,Lex.quæſtione ſexta. Decius in capit. ad hæc in beato.colum.octaua.verſi.in gloſſ. fina.de poſtul.prælat.Boerius deciſio. 173. num.30. Martinus Nauar.in capitul. ſi quando. except. ſexta. pag. 20.de reſcriptis.Et tenet Collectar. in capit. non debet.numer.quinto. de conſanguinitate & affinitate.& Angelus in ſumma. verbo, Pœna.§. quinto. Montalui gloſſa in.l. ſeconda, titul.primo.parti.quarta.& in.l.final.titul.18.parti.ſeptima.Didacus Couarru. in epitome quarti Decretal.2.part.capitu.ſexto.numer.22. hanc ſententiā dicit communem.quanuis doctores in dict. capitul.cùm inhibitio.teneant ſolemnitatem dicti capit.ſeruandam eſſe in ſponſalibus de futuro contrahendis.Tamen intelligo non eſſe verum quo ad pœnas.Et ſic quanuis dicantur ſponſalia,clandeſtina erunt quo ad prohibitionem ex identitate rationis.l.oratio.ff. de ſponſalibus. non tamen quo ad pœnas ſtatutas in iure communi & Regio. Et ſic ſi aliquis deſponſaret aliquam mulierem clandeſtinè,non haberet locum pœna.l.49. Tauri.contra Panormita.in dict.capit. cùm inhibitio.& Caſtell.in dict.l.Tauri.49. nec pœna excommunicationis.contra ſupplemen. Gabriel.in quarto diſtinctione.28. quæſtione ſecunda.artic. tertio.Quod in ſpecie reprobat Alphonſus à Vera Cruce in Specul.coniugio.5.part.art.10. pag. 62.verſico.Eſt etiam ſecundo conſiderandum. Et præmiſſa limitatio eſt vera, & ex pluribus (vltra præmiſſa)locis iuris comprobari poſſet, præſertim ex Specul. de tutore. §. nunc dicendum.nume.tertio.dicente,matrem non amittere tutelam ob ſponſalia de futuro,quam iam decretam habebat,ſecus de accipienda.Quam ſententiam reputat ſingularem Ludo.Roma.ſingul. 219. Ludoui. Gozadi.cōſi.18.nu.4.& Grego.Lopez in l.5.tit. 36.parti.6.in glo.1.quibus accedit.l. ſolet. §.1.ff. de his qui not.infam.ibi,quæ virū eluget ſpōſum fuiſſe intra id tēpus non nocet.l.vxores. §. ſpōſi. ff.eodem titolo.vbi habetur, vxores, viri lugere non compelluntur, ſponſi nullus luctus eſt.vbi

gloſſa vnica. textus cum gloſſa in capitul.omne. 9.finali.verbo,Lugere.27.quæſtione ſecunda. & cùm de ſponſis non fuerit facta mentio, præſertim in materia pœnali, & de eis non fuerit cogitatum,non erit conſtitutio. l. 49. Tauri. extendenda.argumento textus in capitul. Raynuntius. ibi,non videtur aliquatenus cogitaſſe. de teſtam. & caſus omiſſus habetur pro omiſſo. l. ſi vero.§. de viro. ff. ſoluto matrimonio.capitu. ſecundò.de tranſlatio.prælat.capitul. dilectus. de temporib. ordinatio.capitul.is qui.de ſeotentia excommunicationis.libro ſexto. Tiraquellus in tractatu.de primogenituta.quæſtione.40.numer.190. Quo fit ſponſam de futuro de adulterio accuſari non poſſe ab ſponſo,ſecùs ſi eſſet de præſenti,quia eſt verè vxor,cùm conſenſus faciat matrimonium l. nuptias.de regulis iuris.ff. capitul. tua. de ſponſalibus.l.cùm fuerit.ff.de conditio.& demonſtrationibus.capitul.ex publico. de conuerſ. coniugat.& eſt Regia.l.81. Tauri, quæ cõprobatur ex notatis à Petro Paludano in quarto Sententiarum.diſtinctione.42.quæſtione tertia. articu.tertio.concluſ.Septima.

Eſt tamen dubium, Contrahens mattimonium clandeſtinum,tamen nullum propter conſanguinitatem, affinitatem, aliumve impedimentum, vtrùm probata nullitate eximatur à pœna.l.49. Tauri,& iſtius noſtræ legis? Videtur dicendum quòd non,nam affectus licèt non ſequatur effectus,in ſpecie propoſita conſideratur, & obedientia,quæ debetur eccleſiæ,& parentibus, ſeruando ſtatuta Canonica, Sed in matrimonio nullo interfuiſſe conſtat, nec ſtetit per contrahentes, ergo,&c.capitu.nuper.de bigamis,l.71. Tauri.Tamen propter deciſiones inde collectas, paſſus eſt difficilis, vtrùm ſit intelligenda in mattimonio valido de iure, non tamen in contracto de facto inualido tamen de iure. Sed videtur, quòd etiam ſi fuiſſet de facto ex pluribus citatis à Iaſo.omnino videndo in l. vbi pactum. numeto.22. C. de tranſactionibus.capit.diſpendia. de reſcriptis.li. ſexto.&clementi.ptima.eodem titulo. probant impetrantem reſcriptum nullum puniendum fore.Et textus in capitul.olim. de reſcriptis. ſecundum Antonium, & Panotinita. probat falſificantem literas apoſtolicas,quæ tamen aliàs ſunt nullæ,vel iniuſtæ,incidere in pœnam falſi. & in crimen periurij ex inualido iuramento. capitul. tua nos.de iure iurand.ſecundum Baldum ibi,& contrahens matrimonium nullum de iure, cum ſit in ſacris,nihilominus priuatur beneficijs eccleſiaſticis. Probat Iaſo.vbi ſuprà.numero.22. Secus ſi effectus & non affectus conſiderandus eſſet, vt in violãte ſequeſtrum nullum,qui non tenetur pœna violantis ſequeſtrum legitimè factum. Hieronymus Grat.conſil.28.numer.tertio.libr. primo. dixi in.l.vnica.in gloſſa prima.titulo.10. lib. tertio.ſuprà. *Encubiertamente*.Intellige de clandeſtinitate canonici iuris nouioris,prout inferius ſubijciam,& non legis.ex.l.49. Tauri. & quæ ſcripſit Philippus Decius in capitul. cauſamque. colum. tertia.numer.ſexin.de reſcriptis. Et vide quæ notat Ioannes Lup.in.l.81. Taur.num. quinto. vbi citat.l.49.Tauri.

Aduertendum eſt ſtante diſpoſitione concilij Tridentini.capit.primo. de reformatione matrimonij ſeſsio.24. Vbi ſtatutum eſt matrimonium contractum inter ipſos cõtrahentes ſine teſtibus & parocho nullum eſſe ipſo iure, & inhabiles reddantur ad ſic contrahendum.vt habetur dict. capit.primo.§. inſuper.

Plura tamen ſeſe offerunt neceſſaria in praxi circa intellectum dicti concilij ex iure tam canonico quàm Regio. ¶ Primum dubium erit quærere quot modis matrimonium dicatur clandeſtinum,reſolutiuè omiſsis alijs modis dicendum eſt duobus.Primum quoties matrimonium contrahitur abſque teſtibus. Secundum quoties teſtibus præſentibus prætermiſsis tamen denuntiationibus ab eccleſia requiſitis, vt tradit gloſſa.in capitul.cum inhibitio.verb.Clandeſtina. de clandeſtina deſponſatione.& l.Regia.1.titul. tertio. partit.quarta.Bartolus in.l.ſecunda.C. de his qui ex public.ratiocina.lib.decimo. Soto in quarto ſententiarum.diſtinctione.28. quæſtione prima. articul.primo.Gratus inter conſilia Ioannis Baptiſtæ conſilio 75.nume.33.Decius in.l. quo tutela.§.clam. ff.de regulis iur.& hoc vltimum etiam appellatur clãdeſtinum propriè.vt ſeotit. Nauar. in manual.confeſſo.capit.22.num.ſeptimo. Speculum coniugiorum.prima part.articul. decimo. in principio. etſi Sotus vbi ſuprà, non tam clandeſtinum dicat. Ex quo infertur, quòd in eo habebit locum pœna legis Tauri cum ſimilibus ſupra citatis & legis primæ.titul.primo. *De los caſamientos*.libr. quinto. nouæ Recopilationis. Nec obſtat ſi aliquis dixerit.ll. pœnales reſtringendas fore ad matrimonium tantum clandeſtinum propriè abſque vllis teſtibus & non ad omnia matrimonia clandeſtina attenta diſpoſitione. textus in regul.odia. de regulis iuris,libr.ſexto. & l.ſi de interpretatione. ff.de pœnis.cum ſimilibus. Nam dicendum eſt.l. Tauri & legem primam. titulo. *De los caſamientos*.in ſua prohibitione vtilem & fauorabilem eſſe Reipublicæ Chriſtianæ,cum plura inconuenientia ſequantur ex matrimonijs clandeſtinis prout conſtat in dict.concil.capitu.de reformatione.in principio.& l.fina.titu.tertio.parti.quarta.cum adductis à Soto libr. quarto Sententiarum diſtinctione.28.quæſt.1.art.1. Couar.

in quarto

Digitized by Google

in quarto decretalium.2.par.cap.ſexto nume.ſeptimo.Et experientia.quæ rerũ magiſtra eſt hoc docet,ſed ſic eſt quod.l. quantumcunque pœnalis ſit enim reſpiciat publicam vtilitatem potius extendenda quàm reſtringenda ſit, ex doctrina ſingulari Bartoli in.l,quemadmodum. C.de agricolis & cenſiis.libro.11. num.4. Iaſ.in.l. prima. C.de ſacroſanctis Eccleſijs.num.3. & in.l.ſi certis annis, C.de pactis.num.3.& in.l.ſi filius familias, colum.tertia numer. ſeptimo. ff. ſi certum petatur.& in.l.cætera.§.ſiquis ad opus.nume.20.ff.de legat.primo.Hippolytus conſilio.85. num.16.& 17.& 94.& in practica criminali.§. diligenter.numer.130.Corſetus ſingulari. 99. in verſicul. extenſio,& quantumcunque pœnalis & odioſa comprehendit omne id,quod ſub ſignificatione vocabuli(etiam lata)poteſt comprehendi,vt in.l. cum 1.ff.de teſtamentis. & in.l. is qui.l. eodem titul. gloſſ.in clementi.auditor verbo. beneficio.de reſcript.& ſunt aliæ gloſſæ ſimiles quas refert additio ad Panormitanum in capitu. poſtulaſti.ſub litera.g.de reſcript.ac proinde verba illarum legũ. ibi,*que la Igleſia tuuiere por clandeſtino*,debent comprehendere cum ſint generalia matrimonium clandeſtinum cum parocho & teſtibus prætermiſsis tamen denuntiationibus. Secundò circa prædicta dubitatur an ſtante dict.concilio annullentur ſponſalia de futuro? In quo dubio prima facie videtur dicendum quòd ſic: cum prohibito matrimonio cenſentur, etiam prohibita ſponſalia de futuro.l.oratio.ff.de ſponſ. per quam.l.dicunt Doctores omnes.in capit.cum inhibitio.de clandeſtina.deſponſatione.quòd prohibitio illius.capit.locum. habet in ſponſalibus de futuro Gregorius Lupus in.l.prima.titul.tertio. parti.4. in gloſſ.verbo. *Que los deſpoſorios*.ergo videtur, quòd idem dicatur, in hac ſpecie maximè cum dictum decretum concilij ſequatur diſpoſita in dict. cap. cum inhibitio.

Contrarium tamen eſt tenendum ex verbis dicti concilij quatenus innuit illa verba (matrimonium contrahere attentabunt) nam cum matrimoniũ annullet non videtur ſponſalia annullaſſe cum ſponſalia ſint quid diuerſum à matrimonio,vt conſtat ex rubr.de ſponſa.& matrimonijs. Et ſic ex hoc decreto non fiet rectè illatio de matrimonio ad ſponſalia,cum ſint ſeparata.& expoſitio correctoria non debet vltra caſum expreſſum extendi.l.præcipimus. de appellationibus.l. ſi verò.§.de viro, ff. ſoluto matrimonio. & non obſtat regula dict.l.oratio.ff.de ſponſa.nam procedit & habet locum quoties in vtroque caſu vertitur eadem ratio. Secus autem ſi diuerſa. vt in.l.ſi quis officium.ff.de ritu nuptiarum. & in.l.prima, C.ſi rector prouinciæ. Decius in capit.iurauit.numer.quarto.de probationibus. & in capitu. nam concupiſcentiam.in ſecunda lectura nume. quarto.de conſtitutionibus. Iacobus, Philippus Portius lib.quinto.regularis in concluſione 35.limitatione prima. Vbi ſic intelligit & limitat prædictam legem allegando plures Doctores. Sed ratio quare prædictum concilium mouetur eſt obeuitanda peccata perpetua quæ multoties ex clãdeſtinis coniugijs oriuntur,quæ ratio in ſponſalibus de futuro non militat quoniam ſponſus de futuro contrahens cum aliqua per verba de præſenti & ſi mortaliter peccet ſic contrahendo non tamen manet in peccato perpetuo:igitur in eis non habebit locum concilium Tridentinũ.Et in pluribus cauſis ità per indices ordinarios iudicatur, prout pluries vidi.

Conſtat etiam ex prædicto concilio Tridentino,vt eius verba clariùs appareant, ac ſint manifeſta.aliqua verba dubia declarare, & in primis quatenus concilium ait matrimonia contracta à filijs familias ſine conſenſu parẽtum valida eſſe etiam ante concilium ab eccleſia erat determinatum. Vt in capit.veniens.primo. extrà de ſponſalibus. Vbi omnes & docet gloſſ. in cap. ſufficiant.27. quæſtione ſecunda.Couarru.in quarto. 2. parte, capitul.tertio.§. octano. numero primo Soto in quarto ſententiarum. diſtinctione.29. quæſtione prima.articul. quarto. Vnde patet lapſos fuiſſe Doctu.contrarium aſſerentes, de quibus per Caſſaneum in cathalogo gloriæ mundi part.12.conſideratione.33.Corraſ.lib. primo.miſcellan. capit. 16.Molinæum ad Deciũ in capitul. Eccleſia ſanctæ Mariæ ſuper numerum.36.de conſtitutionibus.& ſuper conſil.231.

Prætereà neceſſarium eſt explicare vtrum verba poſita in concilio; Ego vos in matrimonium coniungo, ſint de eſſentia ſacramenti? Videtur quòd ſic ex alijs ſacramentis, in quibus non ſolum materia & forma, ſed & perſona miniſtri requiritur:ideoq; miniſter neceſſarius eſt, quia per applicationem materiæ & formæ concurrit cum Deo in collatione gratiæ ſacramentalis, vt tradit Soto poſt alios in quarto Sententiarum, diſtinctione prima.quæſtione. quinta. articul. primo. Ergo quemadmodum, in alijs ſacramentis verba miniſtri ſunt forma ſacramenti,vt in Baptiſmo illa verba,Ego te Baptizo, ità in matrimonio erũt de forma prædicta verba, Ego vos in matrimonium, &c. quòd confirmatur, ex eo,nam miniſter,qui applicat materiam & formam in alijs ſacramentis debet eſſe diuerſus ab eo, qui confert ſacramentum.vt in capitul.de Baptiſmo. ità & in matrimonio alius debet eſſe miniſter diuerſus à contrahentibus, qui verba formæ exprimat, id eſt parochus.Comprobatur etiam ex dicto con-

cilio Tridentino, in verſiculo. Qui aliter quàm præſente parocho, &c. vbi videtur, quòd præſentia parochi eſt neceſſaria ad hoc, vt materiam & formam applicet & ita illa verba, Ego vos coniũgo, eſſe neceſſaria. Sed contrarium eſt tenendum. Imo talia verba, Ego vos coniũgo, à ſacerdote prolata non eſſe formam huius ſacramenti ac per conſequens parochum, vel alium ſacerdotem non eſſe miniſtrum huius ſacramenti. vt refert Sanct. Thom. in quarto. diſtinct. 1. quæſtione. 1. artic. 3. idem Thom. & Soto in quarto. diſtinctio. 26. quæſtione. 2. artic. 3. Hugo lib. 2. de ſacramentis. parte. 11. capitul. 5. & tandem omnes Docto. qui de ſacramentis loquuntur aſſerunt in hoc ſacramento matrimonij mutuum conſenſum eſſe ſufficientem ipſius, vt tradit Soto vbi ſupra diſtinct. 26. quæſt. 2. articul. 3 ❡ Rurſus quatenus olim eccleſia nondum prohiburrat matrimonia clandeſtina in ſubſtantia, ſed tantum in modo hodie tamen attento dict. Concilio Tridenr. in dict. ſeſsio. 24. non ſolùm prohibetur. in modo verùm etiam in ſubſtantia, & ſic nullum eſt matrimoniũ abſque parocho, & duobus, vel tribus teſtibus. vt ex dict. verſi. Qui aliter, &c. conſtat.

Præterea amplius quàm ſemel ante editionem ſacri Concilij Tridẽtini, & poſt dubitari vidimus an lex Canonica poſsit contrahentes matrimonium cum conſenſu inhabiles reddere, cum ſolo conſenſu matrimonia contrahantur. Et primo videtur dicendum, quòd non, quia eſt contractus ciuilis, ex eo nempe nam matrimonium ſolo conſenſu contrahentium perficitur. cap. ſufficiat. 27. quæſt. 2 & cap. primum. de ſponſalib. & ſolus eorum conſenſus attento fine matrimonij ſufficit & ſic neceſſarius. vt tradit Speculum coniugiorum. 1. part. art. 2. ex conſenſu autem oritur naturalis obligatio. l. cum amplius. §. is natura. ff de reg. iur. at vero. l. poſitiua ius naturale tollere non poteſt attenta diſpoſitione. text. in. §. ſed naturalia inſtituta. de iure naturali. Et ſic hoc decretum cum ſit l. poſitiua non poteſt tollere vinculum naturale, quod ex conſenſu cauſatur. argumen. text. in clemen. ne Romani. de electione. Sed prædicta ratio non obſtat dict. concilio. nam reſpondendum eſt. quod. l. poſitiua non poteſt tollere obligationem naturalem iam ortam, poteſt tamen reſiſtere à princi. contractui ne valeat propter aliquam iuſtam cauſam, & bonum commune. vt in l. non dubium. C. de legibus. & tali caſu ſi contractus geratur lege reſiſtente nulla oritur obligatio naturalis. vt in l. cum lex. & ibi Barto. nu. 3. ff. de fideiuſſor. l. ſi non ſortem. in princi. ff. de condi. indebiti. Fortuo. in l. veluti. numer. 11. ff. de iuſti. & iure. ratio eſt, quia lex ciuilis ſemper habet poteſtatem ab ipſo Deo contra ea, quæ ſpectant ad gubernationem totius reipubli. l. inter claras. C. de ſum. Trinit. Prouerb. c. 8. Nauar. in capit. nouit. de iudic. 3. notabili. corollario. 20. Et ſic nimirum ſi legibus obedire ſit de iure naturali. l. veluti. de iuſti. & iur. tex. in cap. 2. de maiori. & obed. Et cum hoc caſu conſideremus matrimonium contractũ ciuilem eſſe ob conſenſum rectè poterit Concilium annullare matrimoniũ reſiſtendo ei ab initio ſi abſque parocho & teſtibus contrahatur, ob damna quæ ex tali matrimonio clandeſtino ſequuntur: & principes ſemper habeant poteſtatẽ condendi leges contra matrimonia impedienda & irritanda. argumen. tex. in cap. 2. de ſponſatione impuberum. verſi. ad ætatem legibus, &c. & totius tituli. ff. de ritu nuptia. & l. tutor. ff. de ſponſalib. & l. 1. C. de interdicto matrimonio. Ex qua ratione concludendum eſt prædictum Concilium Tridentinum, iuridicè proceſsiſſe ad irritanda matrimonia clandeſtina contracta non præſente parocho & teſtibus.

Iuxta prædicta ſuboritur dubium quatenus matrimonium eſt ſacramentum potuit ne contractum, tale ſacramentum irritare ſi parochus & teſtes non interueniant. In quo dubio videtur, dicẽdum non poſſe, nam ea quæ ſunt de eſſentia ſacramenti non poſſunt ab eccleſia, ſed à Chriſto inſtitui, qui author eſt omnium ſacramentorum. Sanctus Thom. in 3. par. quæſt. 64. artic. 2. Soto in 4. diſtio. 1, quæſt. 5. artic. 2. Nauar, in princ. de pœnitentia. diſtin. 5. nume. 31. Concil. Triden. ſeſſ. 21. cap. 2. de reformatio. contra Lutherum, & alios. Ergo eccleſia nullo modo poteſt inſtituere eã, quæ de eſſentia ſacramenti ſunt cum ad ſolũ Chriſtum pertineãt, facit quia eccleſia non poteſt mutare ea, quæ iuris diuini ſunt. cap. ſunt quidam 25. quæſt. 1. & licet eccleſia prohibeat ne clericus celebret, nihilominus ſi talis clericus prohibitus vtatur debita materia, & forma, cum intentione conficiet ſacramentum. glo. in cap. 2. de cleric. excommunicato miniſtrante. & glo. in ſumma. 9. quæſt. 1. dicit communem Panormi. in dict. cap. 2. nu. 6. Ferdinandus Loazes in tracta. de matrimonio Regum Angliæ dubitat. 7. nume. 36. Nauar. in capit. quando. de conſecrat diſt. 1, contra gloſſ. finalem in cap. degradatio. de pœnis. lib. 6. ergo. Idem videtur dicendum in matrimonio, quòd licet eccleſia prohibeat, nè contrahatur niſi præſente parocho & duobus teſtibus valeat nihilominus ſi legitimus contrahentium conſenſus interueniat. argumen. tex. in capi. 2. de matrimonio contracto contra interdictum eccleſiæ. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui. Tamen attento Conci. Tridenti. dicendum videtur tale matrimonium contrahi non poſſe nec valere niſi præmiſsis ſolennitatibus, de quibus per eum & non obſtant fundamenta

meota ſuperius adducta ; nam licet eccleſia non poſsit ſacramenta, nec partes ſubſtantiales eorum inſtituere, vt dictum eſt, poteſt perſonas inhabilitare ad ſic contrahendum, vt eſt exemplum in capit. non debet. & ferè per totum titul. de conſangui. & affinita. & in cap. 1. & ferè per totum de cognatione legali. & titul. de cognatione ſpirituali. reſoluit Speculum coniugiorum. 1. par. art. 44. colum. 5. & ita fit in dict. concil. ſolum enim inhabilitat perſonas ad ſic contrahendum. vt conſtat ex verbis eius ibi. Eos ſancta Synodus ad ſic contrahendum inhabiles reddit. Ex qua diſpoſitione plura ceſſant hodie diſpoſita à iure. In primis enim ceſſat diſpoſitio text. in capit. is qui fidem deſponſalibus, quo cauebatur ſponſalia de futuro tranſire in matrimonium de præſenti per copulam carnalem ſubſecutam. cap. veniens. el. a. c. cõſultationi. eod. titul. cap. à nobis. de deſponſatione impuberum. de quo Couarruu. in quarto. prima parte. cap. quarto. §. 1.

Secundò corrigitur text. in ca. per tuas. de conditionib. appoſitis. vbi ſponſus de futuro ſub aliqua conditione, ſi ſponſam carnaliter cognoſcat viſus erat recedere à cõditione & matrimonium manebat purum, & validum de præſenti. idem in cap. de illis, & cap. ſuper eo. eod. tit.

Tertiò non habebit locum opinio Hoſtienſis, Panormi. nu. 7. & communis in capi. ex literis. a. de ſponſal. qua cauebatur, quòd ſi quis iuraſſet ſe ducturum vnam ex tribus filiabus Petri deindeq; vnam earum cognoſceret, quòd per talem copulam incipiebant iuſtificari ſponſalia, quæ anteà erant incerta & tranſibant in matrimoniũ de præſenti attenta diſpoſitione. dict. capit. per tuas. de conditionibus appoſitis.

Quartò ceſſauit etiam illud quòd notauit Antonius nume. 31. per text. ibi in capi. ex parte. M. de reſtitu, ſpoli. ſpolia de futuro tranſire in matrimonium de præſenti per traductionem ad domũ ſpõſi. quam opinionem tenebat etiam Ioann. Andræ. in cap. fina. de ſponſalibus. Angel. in authenti. quibus modis naturales efficiantur ſui. §. quoniam. nu. 31.

Quintò ceſſauit text. in capitul. ad id, quod. de ſponſalibus. vbi matrimonium de præſenti metu contractum conualeſcebat per mutuam ac ſpõtaneam cohabitationem.

Sextò per dictum decretum correctus eſt. textus in capitu. primo. §. primo. de deſponſatione impuberum in ſexto. vbi matrimonium per verba de præſenti contractum inter inhabiles ætate ſi poſteà legitima ætate ſuperueniente ſequeretur inter eos copula, vel alius actus, nempe oſcula, munera. amplexus & ſimilia ſtatim efficiebatur matrimonium de præſenti validum hoc tamen operabuntur ſupradicta. vt ſint ſponſalia de futuro prout anteà erant, vt in dict. text. in quo caſu non eſt correctus, prout in caſu ſuperiori.

Septimò non habebũt locũ diſpoſita per gloſſam. verbo, de cætero. in fine. in capit. non debet. de conſanguinitate & affinitate. dicentem, quòd contrahentes in gradu prohibitio ſi poſteà ſublato impedimento per ſuperiorem ſimul cohabitent, ſcientes impedimentum ſublatum conualeſcebat matrimonium anteà nullum, quam gloſſæ opinionem dicebat communem Panormita. ibi columna fina. Couarruu. in quarto. 2. parte. capitul. quarto: in principio. numero quinto: licet enim in tali ſpecie, poſt impetratam diſpenſationem neceſſarius erat nouus conſenſus. vt per Innocentium, Cardinalem, Panormitanum & omnes in capitu. ſuper eo. de conditionibus appoſitis Soto in quarto. diſtinctione. 29. quæſtione ſecunda. articu. primo. Couarr. dicentem communem opinionem in quarto. 2. parte. capit. tertio. in principio. numer. ſeptimo. qui quidem nouus conſenſus ſufficiebat. quòd induceretur ex mutua cohabitatione habita ſcienter poſt diſpenſationem ſecundum cõmunem de qua ſupra, quod tamen hodie non procedit cum ſolus conſenſus niſi coram parocho & teſtibus ad matrimonium non ſufficiat: opus enim erit in ea ſpecie poſt dictam diſpenſationem, vt nouus conſenſus adhibeatur coram parocho & teſtibus.

Octauò etiam ceſſat illa controuerſia inter Canoniſtas & Theologos in artic. illo quando matrimonium contractum erat ſub conditione honeſta præſente parocho & teſtibus. An exiſtente conditione ſtatim maneret matrimonium validum abſque nouo conſenſu tacito, vel expreſſo. Theologi enim prout Thom. & alij in quarto diſtinctio. 29. quæſtione. 3. exiſtimabant neceſſariũ eſſe nouum conſenſum de præſenti nec aliter eſſe matrimonium, in quã opinionẽ inclinat Couarru. in quarto. 2. part. capit. 3. in princip. numer. 5. Canoniſtæ tamen: prout Innocet. & alij in capit. ſuper eo de conditionibus appoſit. contradicunt, vt in tali ſpecie ſtatim exiſtente conditione matrimonium validum maneat abſq; nouo conſenſu quemadmodum valent alij contractus ſub conditione geſti, vt in l. hæc venditio. ff. de cõtrahenda emptione. & in l. ſi poſt diem. §. ſi ſub conditione. ff. quando dies legati cedat, quam opinionem tenet etiam Panormita. in capitu. de illis. nume. ſeptimo. de conditionibus appoſitis. Nauarr. in manuali capit. 22. numer. 63. dicit communem Couarru. vbi ſuprà. Hodie tamen ſeruanda erit Theologorum opinio, vt poſt exiſtentem conditionem ſit neceſſarius nouus conſenſus coram parocho & teſtibus ſecundum formam dict. concilij Tri-

lij Tridentini : nam primus conſenſus præſtitus ſub conditione, etiam coram parocho & teſtibus habet effectum quouſque impleatur conditio, à cuius impleniento pendet.capit. vnico.§.fina. de ſponſalibus.libro.6.l.cedere diem.ff.de verborum ſignificatione.& in d. l. hæc venditio.ff.de contrahenda emptione. vnde conſenſus eſt neceſſarius tempore, quo conditio extat coram parocho & teſtibus, cum de ſubſtantia in dict. concilio requiratur.

Vlteriùs dubitatur an contrahentes nulliter, matrimonium cum non fuerint ſeruatæ ſolennitates de quibus in dict. concilio, & ex fuerunt inhabiles pronuntiati ad ſic contrahendum, an intelligatur inhabilitas de matrimonio contracto ſine parocho & teſtibus, an vero ſit perpetua inhabilitas ad contrahẽdum inter ipſos de nouo ſeruata forma dict.concil? Dicendum cenſeo tantum habere locum prohibitionem & nullitatem ex vi conſenſus præſtiti ſine parocho & teſtibus, cæterum ſi velint de nouo contrahere ſeruatis ſeruādis non habebit locum prohibitio:ſed habiles reputantur & hoc vult dicere prædictum conciliū. Inhabilitas priuatio iuris alicuius non habet locum niſi in caſu à iure expreſſo, vt eſt ſententia gloſſæ memorabilis & ibi communis in capit. fina. de iure patrona.Iaſ.in l.illam numer.12. C.de collationibus. cum pluribus alijs concordantijs per me adductis in tractatu de bonis lucratis conſtante matrimonio ad Seguram.nume. 166. Ergo ad caſum in quo loquitur, concilium debet intelligi, cum ibi eo tantum contrahentes deliquerunt Tum etiam quia Concilium Tridentinum talem inhabilitatem nō poſuit, ſed ſolum modum reddit eos inhabiles ad ſic contrahendum,nempe nō præſente parocho & teſtibus.Quare ſi poſteà velint ipſi iterum contrahere coram parocho & teſtibus eis non prohibetur.

Dubitatur vlteriùs an pœna.l.49.Tauri cum ſimilibus locum habeat eo caſu, quo quis contraxit matrimonium clandeſtinè abſque parocho & teſtibus,cum ſit irritum & nullum ex diſpoſitione ſacri Concilij Trident.loco,præællegato ivi detur quòd non, quia quòd nullū eſt nullū operatur effectum & ſic non entis nullæ ſunt qualitates.cap.ad diſſoluendum. de deſponſatione impuberum.vbi notat Præpoſitus numero.1.quòd matrimonium nullum accuſari non poteſt prædicta ratione ad idem.l. eius qui in prouincia. §. quòd ſi ſtipulatus, vbi notant Paulus & Iaſ. ff.ſi certū petatur.& donatio inter coniuges eſt nulla neque confirmatur morte quando matrimonium fuit nullum.l.& ideò.ff. de donatio. inter vir.& vxo. Et appellatio non habet locum à ſententia nulla. l. nominationes. C. de appellationibus cum ſimilibus & ex contractu nullo non debetur gabella. Bald.in l.2.C.de eunuchis Segura io repetitione. l.primæ.§.ſi vir.vbi dixi in additione.nume.157. ff.de acquirenda poſſeſſ. & Carolus Molineus in conſuetudinibus Pariſien. 1.par.titulo.1.§.33.nu. 32. ergo ſimiliter ex nullo matrimonio nō debet pœna irrogari, tum etiam quia rationes propter quas matrimonium fuit prohibitum lege Regia iuncta Concilio Tridentino capitu.1. de reformatione matrimonij ſeſſio.24.non competunt matrimonio nullo ſicut in ſpecie propoſita,nam cui nō cōpetūt verba legis, nec cōpetere debet eius diſpoſitio.l.4.§.toties.& ibi Alex.ff. de dā. infec.

Præterea confirmatur, nam pœna prædictarum legum Tauri 49. & nouæ copilationis legis priòæ.titu.1.lib.5. ipſo iure imponitur, vt conſtat in eiſdem legibus, dum dicunt(*por el miſmo fecho*) at vero , quando pœna ipſo iure imponitur non incurritur niſi delictum ſit conſummatum. capit.perpetuo. de electione libr.6. & ibi notant Docto. iuncto tex.in cap. cum in cunctis.eodem titu. Panormi.in cap.fina. numer.2. de ſponſalib. Felinus in tractatu de conatu.colum.2.& ſic in tali matrimonio clandeſtino attentato,& non perpetrato non habebit locum pœna dictarum legum.cum nulla ſequantur peccata perpetua, neque alia incommoda, propter quæ eccleſia matrimonia clandeſtina prohibuit.

Nec huic confirmationi obſtat illud iuris principium, quòd quando lex reſpicit factum nō eſt curandum de iuris effectu , ſed ſufficit, quòd habeat formam facti.capit.nuper de bigamis.l. eum qui duas.C.de adulterijs elemen. vnica.de conſanguini.& affinitate.lex ſi quis legatum. in princi. ff.de falſis.& in l.81.Tauri & in l.4.titul.20.lib.8 nouæ Recopilationis. Sed prędictæ leges puniūt factum vt ex illis verbis,(*por el miſmo fecho*) cōſtat ergo videtur, quòd non erat curandum de iuris effectu : nam reſpondeo talem regulam procedere quando attento fine diſponendi eundem effectū operaretur factum quam iuris effectus operaretur,vt in caſu dictæ legis eum qui duas. C. de adulterijs.& capitul.nuper. de bigamis cum alijs. & ſic cum ex matrimonio clandeſtino inualido non ſequātur damna,vt dictum eſt, quæ ſequūntur in clandeſtinis validis , nimirum , ſi in eo non habeat locum pœna dictarum legum.

Exiſtimarem ramen, quòd ſi ex tali matrimonio in ſpecie propoſitæ quæſtionis infamia, aut damnum irrogaretur parentibus ſponſæ propter iactantiam ſponſi dicentis filiam Petri ſponſam ſuam eſſe, conſtaretque per confeſſionem aſſerti ſponſi arbitrio boni iudicis ſponſum puniendum cum hoc in iure expreſſum non ſit per.l.1.ff.de in re deliberan.cap.de cauſis.§.fin.de officio delega.

§ Se de

¶ *Lex.* II.

a ¶ *Se deſpoſare.* Scilicet, per verba de præſenti, non de futuro tantùm, qua ad pœnā huius legis, quanuis quo ad prohibitionem, ſponſalia veniant. ex textu in. l. oratio. ff. de ſponſalibus, vt diximus. in. l. 1. ſuprà eod. titulo. & adde ſimilem l. 1. verſic. *Y ſi qualquiera deſtos.* tit. quinto libro octauo. infrà.

¶ *Ley.* II. *Que ninguno que viuiere con ſeñor, ſe deſpoſe ni caſe con ſu hija ſin ſu mandado.*

QValquier hõbre que viue con algun Señor y viuiendo con el ſe deſpoſare [a]: o caſare con la hija, o con la parienta que tenga en ſu caſa ſin mandado del ſeñor. Aquel que tal yerro fiziere, ſea echado del reyno por ſiempre. Y ſi tornare a nueſtros reynos ſin nueſtra licencia y mandado que incurra en pena dẽ muerte: y ella ſea desheredada: y ſus bienes ayã ſus parientes mas propinquos: y el padre, o la madre la puedã accuſar y aquel, o aquellos con quien viuieren Y ſi ellos no la accuſarẽ que lo pueda accuſar qualquier de los parientes mas propinquos faſta el tercero grado: pero ſi el padre, o la madre [b], o el ſeñor con quien viuiere la perdonare q̃ otro alguno no la pueda accuſar.

ADDICION.

¶ *Concuerda con eſta ley, la ley. 2. titu. 1. lib. 5. de la Recopilacion.*

b ¶ *Pero ſi el padre, o la madre.* Conſideratur ergo iniuria illata parentibus, ſeu dominis, ſub cuius ditione verſantur. Ad idem. l. 1. tit. 15. libro. 8. infra. & l. 49. in deciſi. Tauri. ibi, *Lo qual otro ninguno no pueda accuſar, ſino el padre, y la madre muerto el padre.* Ideoq; bona iure propinquitatis, ad patrẽ ſeu matrẽ applicāda ſunt, cũ nullus ex cõſanguinitate ſit propinquior, quàm ſint parentes, cùm reputentur vna & eadem perſona pater & filius natura, & carne. l. ne cum filio familias. ibi. non iuris conſtitutio, ſed natura rei impedimento eſt. ff. de furtis. capitul. contradicimus. 35. quæſtione. tertia. gloſſa. in capitul. pœnitentia. de pœnitentia. diſtinctione tertia. l. finali C. de impuber. & alijs §. ei verò. Inſtitu. de inutilib. ſtipulationib. Et filius eſt pars viſcerum patris, ſecundùm Ariſtotelem, quinto ethicorum. Et deficientibus deſcendentibus, eis debetur ſucceſsio, ſi filius deceſſerit. lib. ſexto. Tauri. & l. nona. in eiſdem deciſio. Ergo cùm defuerint deſcendentes, quibus neceſſario debeatur legitima in bonis filię, pater erit proximior ſeu propinquior, eique deferenda erunt bona. per iſtam legem. ibi, *y ella ſea desheredada, y ſus bienes ayan ſus parientes mas propinquos.* Et ſic parentibus, quibus eſt illata iniuria, & dominis datur ius accuſandi, ac proinde bona confiſcata erunt patri, cui eſt facta iniuria. capitul. Epiſcoporum. §. finali. ibi, ad arbitrium eius, cuius ſententiam contempſerunt, ſatiſfecerint competenter. de priuilegijs. libro ſexto. l. poſt legatū. §. amittere. ff. de his quibus vt indignis. l. penultima. C. de legat. l. defunctus. C. de ſuis & legitimis. Romanus ſingulari. 692. Iaſon in l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. numero quarto. ff. de legatis primo. Ripa in l. ſi vnquam. quæſtio. 44. C. de reuocand. donatio. Gomeſſ. in. §. ſupereſt. numero 21. Inſtit. de actio. & quæ traduntur à Iaſ. in l. quidam cùm filium. verſicu. Quartò nota. nu. 8. ff. de verb. obligat. & in l. 1. nume. 2. C. de his, quæ pœnæ nomi. relinq. Purpurat in l. 1. numer. 444. ff. de offi. eius, cui mand. eſt iur. vbi adducunt text. egregium in l. vxorem. §. hæres. ff. de legat. tertio. quem miro modo elucidauit Doctor Arius Pinelus, cùm habuit in punctis Salmanticæ pro obtinenda cathedra Primaria iuris Cęſarei per deceſſum clariſsimi Iuriſconſulti & præceptoris cõmunis Doctoris domini Petri à Peralta, qui vltimum diem clauſit iſto anno 1561. ¶ Ergo parentibus ſi ſuperſunt, & non alijs erunt bona filiæ ſic contrahentis matrimonium applicanda, cùm de eorum iniuria in præſenti lege agatur.

¶ *Que*

Digitized by Google

¶ *Ley.* III. *De los que ſe caſan otra vez ſeyendo ſus mugeres viuas, de la pena que mereſcen.*

¶ El Rey D. Iuan. I. en Birbieſca. Año de .1387.

MVchas vezes acaeſce que algunos que ſon caſados[a], o deſpoſados por palabras de preſente ſeyendo ſus mugeres o eſpoſas viuas, no temiendo a Dios, ni a nueſtras juſticias ſe caſan y deſpoſan otra vez. Y porque es coſa de grã peccado y mal exemplo. Ordenamos y mandamos que qual-

¶ *Lex. III.*

a ¶ *Que ſon caſados.* Contrahens matrimonium viuente primo coniuge, prærer alias pœnas à iure ſancitas, punitur hiſce regnis, candenti ferro in fronte impreſſo ad inſtar literæ. q. Quæ tamen diſpoſitio hodie ſituata eſt ſub tit. 1. lib. 5. Recopilatio. & eſt. l. 1. in ordine. Cõcor. antiqua. l. 6. titulo. 15. lib. 8. ordina. infrà. & l. 14. Ioann. primi Regis in Comitijs habitis Birbieſcæ anni 1387. vbi litera taliseſt. *Que le fierren en la frente con vn hierro calsente que ſea fecho a ſeñal de ferradura.* Et hoc videtur annotare & ſignificare ſecũdum communem intellectum verbum, *Fierren.* Litera enim. q. nullam continet delicti ſignificationem, quanuis in his regnis in practica ſit recepta litera. q. & non. B. quæ fortè potiùs debuit ſtare, quia continet ſignificationem criminis, denotando ipſum bis contraxiſſe. Et in memoriam criminis fuit. B. quanuis vitio impreſsionis ſit. q. Alij vero dicunt eſſe ſignum ad inſtat Crucis, vt annotaretur contrahenti bis viuente primo coniuge iniquè, & malè de fide ſentire, cum tale matrimoniũ ſit omni lege prohibitum. Alij verò impoſuerunt huic legi duas iotas, quaſi per iſtas duas literas. ij. & ſigna numeralia perciperetur delictum ipſius, nempe bis contraxiſſe, etiam ſi ſint poſt primum tres vel quatuor, vt iam viſum eſt noſtra ætate, nõ ex eo amittit ſignificationẽ dualem, quippe cùm nuptiæ poſt primas dicantur ſecundæ. vt in titulo. C. de ſecund. nupt. etiam ſi contraxiſſet tot vices, quot referuntur ex Diuo Hierony. in 3. parte epiſtola. tra. 7. epiſtola. a 6. litera. F. à Boetio deciſio. 186. nume. 4. de quadam muliere, quæ viginti & duos ſepelierat viros, & nupſit alij, qui vincens ipſam ſepeliuit poſt viginti alias vxores, quas iam ante habuiſſe, & ſepeliſſe fertur. Quicquid ſit, litera. q. eſt illa, quam vſus recepit. vt Couar. in epitome. 4. Decret. 2. parte. capit. 7. §. 3. nume. 7. & Anto. Gomez in. l. 80. Tauri. num. 27 ad finem. verè teſtantur. Et ſic, ſæpe vidi in practica receptam eſſe. Punitur etiam pœna infamiæ a iure. l. eum, qui duas. C. de adult. vbi ait litera. Eum, qui duas ſimul habuit vxores, ſine dubitatione comitatur infamia. In ea nanque re non iuris effectus, quo ciues noſtri matrimonia cõtrahere plura prohibentur, ſed animi deſtinatio cogitatur. conc. ca. ſuper cum glo. de bigam. l. 1. ff. de his, qui notan. infa. Panor. in capit. a. de ſponſa duor. Io. Lopius in repe. rubr. de don. §. 60. numer. 6. Punitur præterea & tertio pœna ſtupri. vt cautũ eſt in dict. l. eũ, qui duas. verſicu. Veruntamẽ. Pœna autem ſtupri eſt in honeſtis perſonis, amiſsio dimidiæ partis bonorum: in vilibus verberatio, cum quinquennij relegatione. tex. in. §. Item lex Iulia. verſ. Sed eadem lege. Inſtitut. de publi. iudi. Quem texr. pauci ſciunt ſecundûm Matthæum Matheſil. ſingul. 100. incip. Nota textum, quem pauci ſciunt. Hoſtien. in ſum. de ſtupro. §. & qualiter. Alexan conſi. 165. col. 1. lib. 7. l. 2. & ibi Gregor. Lopez in verbo. *Deue perder.* titu. 19. par. 7. Boeri. deciſio. 91. col. final. Ex quo deducitur malè dixiſſe Roma in ſingul. 531. quem ſequitur Zacharias ad Panormi. in cap. cùm haberet. ſub nu. 4. de eo, qui cogno. conſang. vxor ſuæ. pœnam mortis imponendam fore contrahentibus binas nuptias per. d. l. eum qui duas. Ex quibus intelligendum eſt, quod notat Theophilus in. §. affinitatis. Inſtit. de nup. quatenus inquit. contrahentes ſecundas nuptias, primis non ſolutis, pœna capitali plectendos eſſe. Si tamen mulier ipſa eſſet nupta priori viro, & ſcienter cum ſecundo contraxerit. adulterij pœna damnatur, ſimul & cum ipſo ſecundo marito, qui eam vxorem ſcienter acceperat. ex dict. l. eum, qui duas. Punitur præterea ſecundas nuptias contrahens, primis non ſolutis, per iudicem eccleſiaſticum publica ignominia. argumen. tex. in cap. de Benedicto. 32. quæſt. 1. mitrando ipſum, vel aliam ignominiam inferendo ſecundum Panormi. in. c. cùm haberet. de eo qui dux. in matr. quam pollu. per adulte. col. 2. n. 3. & in c. 1. num. 2. de ſortilegijs. Poteſt etiam inquiri contra talem contrahentem binas nuptias per Inquiſitores hæreticæ prauitatis, quaſi non bene ſentiat de ſacramentis, ſecundùm Domi. nume. 6.

& Phi-

& Philip. Franc. in cap. accuſatus. §. ſanè. de hæretic. lib. 6. Gundiſal. de Villadiego contra hæreticã prauit. quæſt. 9. nu. 5. Ioan. Lup. in repe. c. per veſtras. §. . 8. nume. 25. fol. 67. col. 3. Couar. in epitome. 4. Decretal. 2. parte. c. 7. §. 3. num. 6. Eſt etiam

quier q̃ fuere caſado o deſpoſado por palabras de preſente: y ſe caſare o deſpoſare otra vez: que de mas de las penas en el derecho contenidas q̃ ſea herrado en la frente cõ hierro caliẽte q̃ ſea fecho a ſeñal de. q. do los puedan auer.

ADDICIÓN.

¶ *Concuerda con eſta ley. la ley. 5. tit. 1. lib. 5. de la Recopilacion.*

pœna excõmunicationis impoſita ipſo iure aduerſus cõtrahẽtes binas nuptias, ſecundũ Paulum Grillãd. in tractat. de pœnis omni far. coitus. q. 14. Sed ab hac pœna recedit Couar. in Epitome. 4. decretal. §. 3. nu. 6. cá. 7. Ex eo enim conſtat, quia iſta pœna non reperitur à iure expreſſa. Tum etiam quia pœnæ potiùs ſunt reſtringendæ, quàm ampliandæ l. interpretatione. ff. de pœn. c. Odia. de regu. iur. libr 6. Tum, quia in capit. an non. 24. q. 3. dicitur, quod eſt excommunicandus ergo non excommunicatus ipſo iure. Tum etiam ex glo. in clem. vnic. de conſangui. & affinita quam ibi Cardi. Imol. & Docto. communiter recipiunt.

De iure verò iſtius regni vltrà pœnam poſitam in præſenti lege, variæ pœnæ erant ſtatutæ. Nam contrahentes matrimonium viuente primo coniuge, efficiebantur ſerui mariti, & bona ipſorum ei deferebantur, vt de eis diſponeret ad beneplacitum ſuum, vt in l. 2. vbi Montalu. titu. 7. lib. 4. for. legum. ¶ Item punitur contrahens ſcienter ſecundas nuptias viuente primo, in exilio quinq; annorum, & bona, quæ habet in loco contractus, applicantur filijs, vel nepotibus, ſi eos habuerit, aliâs pro parte dimidia læſo & ignorãti, & pro reliqua parte Cameræ Regis. l. 16. tit. 17. part. 7. Et huiuſmodi quinquennale exilium erit hodie, *para las Galeras* ex interpretatione Caroli Cæſaris olim Hiſpaniarum Regis in Comitijs Pincianis Anni 1548. In l. 105. in Curijs Segoniæ Anni 1532. l. 79. fuit petitum, vt iſti contrahẽtes binas nuptias capitis pœna punirentur, Sed tamen deciſum nõ fuit. Nunc tamen puniuntur pęna contenta in præſenti lege, quæ ex pęnis alijs ſupra relatis ſolet aggrauari propter grauitatem criminis, præſertim cum procedunt Inquiſitores hæreticæ prauitatis aduerſus hos ſic contrahẽtes, vt iam ampliùs quàm ſemel noſtra ætate viſum eſt in practica. Verum tamen addendum eſt, quòd nouiſsimè hodie contrahens binas nuptias prima vxore viuente, trahendus eſt ignominioſe per vias publicas, & conſuetas, & mittendus ad triremes per ſpaciũ decem annorum. vt probat. l. 8. titu. 20. lib. 8. Recopilationis. & ita practicatur indiſtinctè cũ omnibus perſonis. ¶ Punitur etiam pœna. l. 4. tit. 7. lib. 8. infra. Cui eſt ſimi. l. 8. titu. 18. in eod. lib. 8. Vbi iudicatur propter iſtũ factum Alebotus. Io. Lupus in rep. rubri. de don. int. virum & vxo. §. 60. nũme. 6. verſic. Hinc eſt, quod ſicut habens duas vxores: Item per Io. Neuizan. in ſylua nupti. lib. 4. num. 43. Angel. & ad eum Auguſt. in tracta. maleficio. verſi. *Hor me hay la mia dona* nume. 65. verſi. Et aduerte, quia vidi multos iudices errare.

Punitur etiam à Canone. 2. de ſponſa duor. dicẽte, accepiſti illam in vxorem tibi, quam alter ſibi deſponſatam habuerat dimitte illam, quia nunquã poterit tibi fieri legitima, & quadraginta dies in pane & aqua, quod Carena vocant, cum ſeptem ſequentibus annis pœnitẽtias. Quæ pœnitentia in foro exteriori locum habet, in foro vero animæ presbyter, qui audit confeſsionem, ſecundum ſuũ arbitrium poterit eam modificare ſecundum Præpoſit in d. c. 2. de ſponſa duor. ex gloſ. viſum fuerit in cap. ſignificauit. de pœnitẽ. & remiſ. Similis eſt glo. in c. hoc ipſum. verſic. præcepit 31. quæſtio. 2. & in ca. menſuram. verb. in arbitrio de pœnitẽn. diſtin. 1. & in capit. ſunt plures. verb. mulie. de pœnit. diſtinct. 3. Nauarr. in capi. fallas. col. 1. & colum. 4. nu. 16. de pœnit. diſtinct. 5. Optimè Anton. Burgenſis in cap. 2. col. 2. num. 5 de empt. & vendi. Et ſic poterit modificare pęnitentiam in foro animæ, ſicut ex cauſa poteſt iudex in foro exteriori. l. hodie ff. de pęn. l. 4. titulo. 22. part. 3. Ioan. Oroſcius in l. omnibus. numer. 12. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. dixi in l. 3 in gl. 1. verſ. Præterea eſt dubium, vtrũm. titu. 1. lib. 3. ordinam. Et ita eſt declarandus tex. in d. cap. 2. de ſponſ. duorum. Et has pęnas voluit præmittere noſtra Regia lex; dicendo, *que demas de las penas en el derecho contenidas, &c.*

Sed eſt dubium vtrûm pœna huius legis. & nouiſsimè dict. l. octauæ. titu. 20. lib 8. Recopilatio. locum habeat in muliere, ſicut in maſculo? Et videtur dicendum quòd non, ex eo, quia tantum loquitur in maſculo, vt ex tenore iſtius legis cõſtat, & ſic cum ſit caſus omiſſus, præſertim indicens

pœnam,

Google

pœnam, non debet extendi ad alias perſonas præter enumeratas in ipſa lege. cap. is qui. de ſentent. excom. lib. 6. cap. ſtatutum. de elect. lib. 6. gloſſa. in cap. quanquam. verb. ſecus. eod. tit. & lib. gloſſ. in cap. Apoſtolus. 81. diſtin. & glo. in ſum. 15. quæſtione. 8. & quæ latè adduxi ad Segur. de bonis lucra conſta. mat. numer. 165. Hippolyt. in repeti. l. vnic. C. de raptu virgi. num. 81. Si ergo Rex noſter hoc voluiſſet. ipſe dixiſſet. igitur, &c. Et facit quæ notat Gregor. Lopez in l. 10. titul. 31. par. 7. in glo. final. declarando legem illam non fore extendendam vltra caſum, in quo loquitur, ſcilicet, in relegato à Rege, & non in condemnato à iudice. ergo, &c. Tum etiam, quia hæc pœna eſt extra ordinaria, & odioſa. vt cōſtat in. l. ſi quis in metallum. C. de pœn. vbi cōſtat. ꝙ facies hominis, cùm ſit ad ſimilitudinē pulchritudinis cœleſtis figurata, nōn ſit maculanda. Ex quo text. glo. fin. notat non eſſe quem in fronte bullandum. l. 6. titulo. 31. parti. 7. in verſic. *Pero algunas maneras ſon de penas, que las non deuen dar a ningun home por yerro que aya fecho, aſſi como a ſeñalar alguno en la cara, quemandole con fuego caliente, o tortandole las narizes, ni ſacandole los ojos, ni dandole otra manera de pena, que finque ſeñalado. Eſto es, porque la cara del home fizo Dios a ſu ſemejança, y por ende ningun juez non deue penar en la cara. ante defendemos que non lo fagan.* Et dicebat Angel in dict. l. ſi quis in metallum, inualidū eſſe ſtatutum. in quo cautum eſſet, quod pro certo delicto aliquis bulletur in fronte, quia facies hominis non eſt dehoneſtanda. Idem notat Felin. in cap. cum non liceat. colum. 1. num. 1. verſ. Et dum dicit Abbas. de præſcriptio. In manibus autē poteſt quis propter delictum notis & ſignis bullari cum ferro calido, non autem in facie. ex gloſ in. l. cum patimur. verb. notam. vbi Ioan. de Plate. C. de curſu. pub. & angar. lib. 12. & eſt addendus Angel. Areti. in tracta. maleficiorum. verbo in facie. num. 1. & 2. fol. 181. colum. 3. in odium tamen criminis poteſt homo bullari, vt in c. ad audientiam. vbi glo. vlti. de crimi. fal. vt in l. 1. vbi gloſ. verbo, *los ojos.* titul. 2. lib. 1. ordin. & in l. 1. titu. 13. par. 2. & in l. 2. titu. 14. ead. 2. par. & not. Grego. Lopez in dict. l. 1. in verb. *que le ſaquen los ojos.* Ergo huiuſmodi pœna non erit dilatāda vltra caſum, in quo loquitur, & ſic ad mulieres, quæ multis ſpecialitatibus tueri ſolent à legiſlatoribus, quas vſque ad centum collegit Ioann. Beſſani in conſuet. Alberniæ. arti. 21. fol. 86. col. 4. verſi. Et primò ſcias mulieres. nam maſculi quandoq; grauiùs puniuntur. l. quiſquis. C. ad legem Iuli. maie. l. 8. in lib. Pragmæ. regum Catholicorum. Traditur etiam à Philippo Decio in. l. fœminæ. num. 70. ff. de regulis iuris. igitur, &c. ¶ In oppoſitum, imò quòd mulieres contrahentes binas nuptias viuentibus primis viris ſint bullandæ in fronte, conſtat ex ſequentibus argumentis. Et primò. Nam quando ſumus in materia indifferente, & competente tam maſculis quàm fœminis, maſculinum cōprehēdit fœmininum etiam in pœnalibus & odioſis, ex Bart. ſententia in l. iura. in fin. ff. de legi. vbi ait, Quæro quid ſi ſtatutum non facit mentionē de certa perſona. ſed de certo genere, vt ſi loquatur in maſculino, quòd nullus de nocte vadat ſine lumine, an comprehendat fœminam? Et Dynus tenet quòd non, vt ipſe no. infra. de verb. oblig. l. 1. quia eſſet quædam extenſio. Tamen credo ſtatutum prædicto modo loquens, comprehendere fœminam, ſi eadē rationis identitas fuerit in fœminis. vt not. Iacob. in l. 1. C. quæ ſit long. conſuet. & notat etiā Cynus in l. quicunque. C. de ſeru. fugiti. quæſt. 1. nume. 4. & in dict. l. 1. in antepe. quæſt. hactenus verba facit Bart. vbi eſt additio plura referens. Et ſequitur Ioan. Oroſcius ibi colum. fin. nu. 8. Hippoly. plures referens in conſi. 85. num. 20. Secundò ſuadetur ex gloſ. in l. vnica. verb. ſponſam. C. de raptu virgi. quæ diſpoſitionem illius legis loquentem in maſculo, extendit ad fœminam rapientem virum, & ſic pari pœna erit punienda. Quam dixit ſingu. Hippolyt. in dict. conſi. 85. nume. 21. & iterum in l. ſi quis viduam. num. 6. ff. de quæſtio. & in l. ſi quis necandi. num. 3. C. de Sicar. & ſequitur Cyn. in dict. l. vnica. in nu. 4. Albertic. nume. 11. Bald. num. 23. & Angel. & Hippolyt. n. 222. verſi. Capio. modò. gloſſ. Andr. Tiraquel. de vtroque retract. lib. 1. §. 20. num. 4. verſi. Præterea hæc conſuetudo. vbi refert plures fœminas, quæ viros rapuerunt. Vnde Angel. in dict. l. vnica. dicit vidiſſe ſe Florentiæ comburi fœminam meretricem, quæ pulchrum puerū rapuerat. Idem notat Bald. in l. raptores. C. de epiſco. & cleri. & in l. ſi ita. ff. de iniuſto teſtam. & in cap. cauſam matrimonij. ad finem. de probat. vbi prædictam gloſ. dixit ſingul. & in capit. ex conqueſtione. colum. 2. verſi. Sequitur quarta. de reſti. ſpoliat. Collectar. in cap. peruenit. num. 3. de adulte. Barbat. in l. ſcire debemus. col. 2. & in l. ſciendum. col. 86. ff. de verbo, obligat. Idem Barba. in clemen. 1. fo. 66. paruo. de electio. vbi quoque dicit ſingula. in nu. 48. verſi. Facit gloſſa ſingularis ſecundum Angel. Iterum in additio. ad Bald. in cap. 1. col. 4. quibus mod. feud. amitta. & in conſi. 6. colum. 7. verſi. Et licèt iura. lib. 1. & conſi. 64. colum. pen. verſi. Etſi opponatur. lib. 4. Iaſ. in l. non hæc. col. 33. verſicu. Sextò adde. C. vnde legi. Franciſc. Curt. Senior conſi. 11. colum 3. num. 9. verſic. Quartò multùm facit. Tertiò in præſidiū iſtius ſententiæ, facit tex. & glo. vbi Gardin. quæſt. 7. in clemen. 1. de regul. vbi conſtitutio pœnalis loquens in fratribus mendicantibus, extenditur ad moniales mendicantes.

Quibus

Quibus quarto loco ſuffragatur. Nam quando à lege aliquid ſtatuitur in vno gratia frequentioris vſus, idem ſtatutum cenſetur, licèt expreſſerit in caſu frequentiori propter frequētiorem facti contingentiam. glo. ſing. in Clemen. 1. verb. præſidentes. vbi Imol. de reſcr. & glo. in authenti. Caſſa. in verb. per Italiam. C. de ſacroſan. eccle. & gloſ. 1. in l. prima. C. de his qui ad eccle. confugi. gloſ in l. ſecunda. verb. filio præcedente. ff. de vulga, & pupilla. ſubſtit. glo. in l. cum hæres. verb. apertas. ff. de libe. lega. glo. in. l. ſecundi. verb. filijs. C. de libe. & eorum lib. & gloſ. in l. ſi ſeruum Sthichum, verb. fecit. ff. de verborum obliga. & in cap. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. Curti. dict. conſi. 11. col. penulti. Eſt mihi text. pro hac ſententia notandus in. l. per prouincias. dum dicit, vbi magis deſidetatur. C. de ædiſicijs priuat. Sed maſculi ſoliti ſunt, vt in plurimum, cùm ambulant de loco ad locū, decipere mulieres ſub ſpecie matrimonij, aſſerendo ſe nullo anteacto matrimonio ſubiectos, vt iā contigiſſe experientia docet. Ergo expreſsio maſculi non debet excludere fœminam, cum tale ſtatutum ſit fauorabile, ne delicta maneant impunita. ex Bart. doctrina memoriæ mādanda in. l. quēadmodum. col. 3. nume. 4. C. de agricol. & cenſit. libr. 11. quam comm. Iaſ. in. l. ſi certis annis. nu. 3. C. de pact. & in l. prima. num. 13. C. de ſacroſan. eccleſ. & in. l. ſi filius familias. col. 3. numer. 7. ff. ſi certum peta. & in. l. cætera. §. ſi quis ad opus. num. 20. ff. de lega. 1. & Corſet. in ſingu. verb. extenſio. Hippolit. in practi. §. diligenter. numer. 130. & in conſi. 85. nume. 16. & conſil. 94. nume. 28. dicente legem quantumcunque pœnalem, tamen fauorabilem reipublicæ, vt delicta puniantur, extendendam & ampliandam eſſe. Imò intereſt reipublicæ, ne executio pœnarum differatur. l. ſi quis forte. ff. de pœn. not. ſecundū Iaſ. in l. ſeruus. in prin. nume. 2. ff. de legat. 1. Sed ita eſt in quæſtione propoſita, ergo ad fœminam delinquentem odio criminis in materia indifferenti eſt extēdenda. Quādo ergo maſculinum concipiat fœmininum, tradit optimè Philip. Decius in dict. l. fœminæ. ff. de reg. iur. numero. 102. & Barba. in Clementi. 1. de electio. vbi eſt glo. verb. homines. Gandi. in ſum. maleficiorum. rubri. de aliquibus quæſtionibus Ioan. Lup. in repet. rub. §. 69. n. 24. de dona. inter virum & vxo. & Andr. Tiraq. in lib. de primogenitura. q. 10. & in lege connubiali. 1. n. 82. Et iſtam ſententiam probat Anto. Gom. l. 80. Tauri. n. 28. & facit. l. fi. tit. 17. par. 7.

Et ſic cum militet eadem ratio in fœmina ſicut in viro adaptanda erit pœna, d. l. 8. titu. 20. libr. 8. Recopila. quæ licèt in ſe vera ſit, in modū tamen executionis aliter conſiderandum eſt, cum mulieres non ſint capaces pœnarum triremium, & ſic iudices imponentes prædictam pœnam, conſiderare debent qualitatem & ætatem cōdemnatorum etiam virorum. vt docet. l. 9. titu. 11. lib 8. Recop. & ſic hoc caſu, licet mulier non excuſetur à pœna vt trahatur ignominioſe per vias publicas, excuſatur tamē à pœna triremiū, in cuius locum ſat erit ſi mittatur in exilium per decennium illud, quo ſi vir fuiſſet, mittendus erat ad triremes, ſi modo dicta mulier ſciens binas nuptias contrahat, vt ſi ſit vaga & ſolita decipere, ex iuribus ſupra citatis.

Quæritur quando quis viuente prima vxore contraxit cum ſecunda, & habuit copulam carnalem ad eam, ſi mortua prima poterit abſque diſpēſatione contrahere matrimonium cum ſecunda, cum qua de facto, & non de iure contraxiſſe fertur matrimonium, & ſic ſit impedimentum coniungendi? Quæſtio iſta de facto contigit, & rogatus reſpondi, quòd contrahens matrimonium de facto viuente prima coniuge legitima cum ſecunda, & habuerit copulam carnalem ad ipſam non poterit poſt mortem primæ eam habere, ſi vterq; fuit ſciens primam ſuperſtitem eſſe. glo. in capi. ſignificaſti. verb. fidem dederit, de eo, qui cogn. cōſang. vxo. ſuæ. per text. optimum in cap. cùm haberet. & cap. fina. eod. titu. & glo. verb. cognouit. in dict. cap. vltimo. Conſtat, nam matrimonium contractum cum ſecunda viuente prima vxore legitima, fuit inualidum, & in vicem fidei de contrahendo poſt mortem primæ cum ipſa, in qua fide ambo fuerunt in delictum, & polluerūt primum matrimonium habendo inter ſe commixtionem carnalem ſcientes primum coniugem viuum eſſe, quæ eſt adulterium, & complexus adulterinus. c. Dominus noſter. de ſecūd. nupt. ibi, Quod ſi poſt hoc de prioris coniugis vita conſtiterit, relictis adulterinis complexibus, ad priorem coniugē reuertatur. Ergo induxit impedimentum inter eos. vt dictum eſt, & ſic procedit titulus. De eo, qui dux. in matrimoniū, quam pollu. per adulterium: Nam ſolum adulterium ſine fide, nō inducit obicem contrahendi cum adultera. Et ſic in caſu huius reſponſionis pœna tenet vtrunque delinquentem, vt etiam in caſu. l. 1. & ibi Montalu. verb. *El que lo ſupiere*. tit. 8. lib. 4. for. legum. pœnæ ſuos debent comprehendere authores. l. ſancimus. C. de poen. capit. diſcretionem. de eo qui cogn. conſang. vxo. ſuæ. dixi ad Segur. in princip. de bonis lucratis conſtante matri, per mari. hæreticum. Et hanc concluſionem tenet Hoſtien. in ſum. de matrimonijs. §. qualiter impediatur. verſicu. Quinto crimen. Archiep. Floren. 3. part. titul. 1. cap. 5. col. ſecunda. Syluest. in ſum. verb. Matrimonium. in 8. quæſt. 9. verſ. quartum. Secundum crimen eſt, quando viuente coniuge. S. Thom. in 4. ſenten. diſtin. 35. art. 6. ad fin. Si tamen cōtrahat de facto

cum

cum alia, viuente prima, non tamen eam carnaliter cognouit vſque ad mortem primæ, poterit illam habere cum qua de facto matrimonium contraxit. Nam ad hoc impedimentum incurrendū requiruntur duo ſcilicet, de facto contractus matrimonialis,& adulterium. vt conſtat ex cap.cum haberet.& ca.ſi quis vxore.de eo qui cogno.conſangui.vxo.ſuæ. Si ergo ſolùm adſit contractus, & non interueniat prima viuente, copula carnalis,& ſic adulterij crimen, non erit impedimentū. Patet,nam impedimentum iſtud propter crimen ſolùm enaſcitur è iure poſitiuo,ergo quandiu eō currunt illa,quæ expreſſa ſunt in iure,tandiu erit impedimentum.ſed vtrunque iſtorum eſt expreſſum,quia de facto contrahere ſine adulterio, nullum inducit impedimentum, ex gloſ.in dict.ca.ſi quis vxore.verb.cognouit. Pro ea eſt tex. in cap. relatū.31.quæſt.1.Colligitur ex Cardina. Turre cremat.in ca.nullus.colum.ſecunda. ead. cauſa. & quæſt.1.Cardi. Antoni.& Collectar. in c.primo. de eo qui dux.in mat.quam poll. per adulte. not. Hoſti.Ioan. And.Cardi.Panormi.nu.4. Ancharr. Anto.de Butrio.& præpoſit.in dict.c.ſi quis vxore.Ricard.in 4.ſentent.diſtin.35. arti.3. quæſt.4. Ioan.Maior.diſt.37.quæſt.1.colum.1. Angel. in ſum in verb. Matrimonium.3.impediment.9.§.11. Illephonſus à Vera cruce in ſpeculo coniugiorum.1.par.ar.36.vbi ponit nouem concluſiones in hoc articulo.

Vlteriùs circa huius legis materiam & intellectum dubitatur, Aliquis cōtraxit matrimonium cum Catharina,& deinde ea viuente ſcienter contraxit ſecundum matrimonium cum Anna,accuſatur,quia binas nuptias contraxit, ipſe ſe defendit primum matrimonium fuiſſe nullum & inualidum propter aliquod impedimentum, & illud probat,an ſit puniendus pœna huius legis cum ſi milibus? Videtur dicēdum quod non, ex eo, quia de illicito ad licitum matrimonium ſe contulit, ideòque potiùs eſt laudandus, quàm puniendus, præſertim ſi poſt ſecūdum matrimonium primā non cognouit carnaliter,ex Bald.in cōſil.118.lib. primo. Facit pro opinione Baldi. l. ſi vxor.§. diuus.verſic.ſed ſi ea.ff.ad legem Iuli.de adulte. vbi habetur,quòd ſi matrimonium inter aliquos non valet, & vxor cōmiſit adulterium; non poteſt, vt adultera accuſari. Sed textus ille non facit pro hac ſententia,quia ibi non poteſt accuſari iure mariti,quia non verè fuit maritus, ſed iure extranei bene potuit accuſationem inſtituere, præſertim quia contrahere plura matrimonia prohibentur à iure.attenta animi deſtinatione,& non iuris effectus.l.eos qui duas. C. de adulter.capit.nuper. de bigamis.l.qui contra.& authen.inceſtas. C. de inceſt.nup. quibus locis punitur contrahens matrimonium de facto,& inualidum. Ergo qui contraxit primum, ſiue ſit validum, ſiue inualidum, & deinde ſine diſſolutione facta ab eccleſia propter impedimentum, vt debet, contraxit ſecundas nuptias licitas,vel illicitas, incurrit in pœnam binas nuptias contrahentium, quia per eum iam non ſtetit,quominus cum ſuo toto conatu ad ſecundas nuptias viuente prima coniuge aduerſus iuris diſpoſitionem venerit. Et hæc omnia aduerſantur conſultationi Baldo loco præcitato. Quam uis eum ſequutus fuerit Ioann. Neuizan. libro.4. Syluæ nupt.numero. 44. vbi ait, quòd dictā.l. eū qui duas.inuenit limitatam non procedere, vbi ſe cundum matrimonium eſſet contractum per errorem,vel facilitatem ætatis,vel nō fuiſſet ſequuta copula, vel quando primum matrimoniū fuiſſet nullum, putà cum affine,nam tunc, vt ipſe dicit,poteſt contrahi ſecundum abſque licentia. citat Bald. in duobus conſilijs, ſed corruptè Quibus ſuffragantur quæ de actu nullo & inualido notat Hippolyt.in repet.rub.ff.de fideiuſ. quæſt. 11.num.105.& in l.prima.§.præterea.nu.14. vbi ſententiam Bald.ſequitur in nu.24.verſi. Et facit etiam notabile conſiliūm Bald.&c.ff.ad legē.Corneliam de Sicar.Ripa in rubri.C.de ſecund. nupt. nume.14.Quod etiam dictum poterit comprobari.quia eo ipſo,quo receſsit à primo illicito. & cōtraxit validè cum alia,habuiſſe videtur cauſam coloratam, quamuis non bonam, ſed quælibet cauſa excuſat à dolo, vt alibi latiùs ſuprà annotaui. Et tradit Hippolyt.in repeti.l.de vno quoq;.n.193. ff.de re iudica. Sed tamen ex his, quæ ſuprà annotaui iuſtificando conſilium Bald. quamuis minus fideliter referatur à prædictis, crederem pœnam iſtius legis cum ſimilibus non euitare,quia peccauit contra regulas iuris apud omnes notas, quod ſecundùm legem naturalem pariter & diuinam nunquam licuit plures inſimul viuentes habere vxores, & contrahendo aduerſatur huic iuri, & etiam iuri humano, qui intentionem ex facto iudicat,& non iuris effectum,licèt ex qualitate perſonarum poſsit meliùs deprehendi ad infligendā pœnam, cùm in præſenti reſpectu materiæ prohibitæ potius præſumpendum erit delictum ex capitu.primo.de præſumpt.& per notata in terminis ab Antonio Gomezio in l.8.nume.30.in ſanctionibus Taurinis. fortè in caſu præmiſſo propter nullitatē prioris matrimonij mutabitur pœna pecuniaria. & pœna.l.8.titu.18.lib.8.infrà.ſcilicet quòd cenſeatur alcuoſus & infamis, non autem pœna huius legis, quamuis in practica non re crederem ipſe à pœna iſtius legis.

Sed iuxta præmiſſa fuit dubium in practica, quidam miles contraxit matrimonium pluries viuente vxore prima,ſcilicet, cum tert.a & quarta in diuer-

iu diuerſis locis iſtius regni Hiſpaniæ, & accuſatur ab omnibus, ex eo quia eas decepit ſub figura matrimonij, & deflor.... quia virginalem pudorem adhuc retinuiſſe fertur. Quæ ſit pœna ferienda? Reſponſum erit, quod propter grauitatē delicti pœnæ erunt alterandæ, & augendæ iudicis arbitrio, attenta qualitate, & honeſtate fœminarū deceptarum, & dano eis illato ex tali delicto grauiſsime erit puniendus, cum plura delicta hic concurrant, reſpectu diuerſarum fœminarum, & iterationis criminis, ex qua iteratione, & ex interuallo acrius, & iteratis pœnis erit caſtigandus, ſaltim omnes reducendo ad duas, ſcilicet, ad damni illati refuſionē vnicuiq; vxorem propter primā, cum qua debet permanere & pœnam corporalē, prout iudex ſecundum rectitudinem iuſtitiæ arbitratus fuerit: plures enim ſunt qualitates aggrauantes, ſeu diminuentes delictum. vt per Hippolytum in l. prima. §. præterea. numer. 36. ff. ad legem Corneliam de Sicar. quo caſu ſuccedit arbitrium iudicis. l. prima. §. expilatores. ff. de eff. ..ſto. & expila. capit. de cauſis. § fina. de offic. delegat. cum pluribus citatis ab Hippoly. in. l. in lege Cornelia. nume. 6. ff. ad legem Corneliam de Sicar. & quæ notat Barbo. co. ..il. a . colum. fina. nu. 53. libr. ſecundo. Nauar. in manuali confeſſorum. cap. 24 num. 6. & ſic poſſ... extendi ad mortem vſque ex gl. in. §. in ſumma. verb. extraordinaria. Inſtit. de iniur. quam dixit ordina. Deci. in conſi. 100. nume. 10. & cōm. Angel. in tracta. maleficiorum. verbo. & caput a ſtatu... amputetur. nume. 44. & infra latius de ea erit agendum. Tunc etiam, quia propter grauitatem delicti licitum eſt recedere à pœnis iu iure ſancitis capit. lœſ..s. §. cæterum. de pœn. libr. ſexto ibi, d.. g.. um ell... v. nefandi ratione flagitij vltionis ſeueritas amplius extēdatur, & propter enormitatem culpatum, plagarum modus exuberet, nec pœnis ſolitis contentetur. Quem dixit optimum Felin. in capit. qualiter & quando. a. §. ad corrigiendos. nume 37. deac culat. ibique ponit ſeptem cauſas, ex quibus alterā..æ ve. mutādæ ſint pœnæ. & l. e propter enormitat. m criminis licet iura tranſgredi. ex Innocent. in capitu. primo. de conſtit. quem commendat Felin. in dict. capitu. qualiter & quando. numer. 37. Barbat. in cap t. at ſi clerici nu. 131, de iu di dixit dictum Innocen. eſſe ſingul. & communiter receptum. de quo per Capol. in. l. quod ſi nolit. §. qui aſſi. ua. nume. 11. ff. de ad li. edicto. lat. e Iaſo in. l. prima. colum. prima. cum ſequen. C. de preci. imp. offer. Villalpand. in repeti. l. 22. §. nono. titu primo. part. 7. Hippolyt. ſingul. 244. Et delicta iterata acrius punienda ſunt. l. 3. vbi gl. verb. conſuetudini. C. de epiſcop. audientia. capi. primo. de pœu. vbi ex concilio Toletano habetur, Ea quæ frequenti præuaricatione iterantur, frequenti ſententia condemnentur. gloſſ. in capi. imitare. 6. quæſtione prima. text. in cap apo... olicæ. verſic. deierauerit ſecundum Petr. de Anchar. ibi de ſententia & re iudic. libr. ſexto Panormita. Areti. & Felin. per text. ibi in capit. ſicut, de e.. lli. l. nunquam plura. & ibi Barto ff. de priuat. delict. l. illud. §. fina. ff. ad legem Aquil. Ex quibus conſtat delictum iteratum ex interuallo, non tanquam vnum, ſed ſicut plura eſſe puniendum Alb. Gandinus in tracta. de pœnis reorum. num. 35 Et confirmatur ex traditis à Couarru. libr. 2. Variarum reſolut. capit. 10. nume. 8. & in ſpecie nołæ quæſtionis ab Antonio Gomezio in. l. 80 Tauri nume. 29 Quando tamen vno in ſpatio delicta fuerunt iterata, pro vno crimine ſunt punienda Hippolytus in. l. ſi in rixa. nume. 15. ff. ad legem Corneliam de Sicar. infinitas d.. tiſiones ad hoc proi.. à dum citat. dixi iu. Lnona. gloſ. prima. col. 56. titu. 1. libr. primo. ſupra.

Circa huius legis interpretationem dubium ſuperest, quando mulier bona ſide credens priorem virum mortuum eſſe, ſiue ex temporis longitudine, ſiue ex relatione vel fama, contraxit matrimonium ſecundum, vel vir, ſi in veritate adhuc iu rebus humanis vitam agat, an ſit puniendus pœna iſtius legis, cum ſimilibus? Videtur dicendū, quod cum propoſitum & intentio diſtinguant maleficia. l. illud. ff. de iniur. & culpa quantumcunque lata non æquiparatur dolo ad pœnæ ordinariæ ſaltim incurſum vt in. l. lege Cornelia. ff. de Sicarijs. dixi in prima part. in procem. quæſtionū. colum. octaua. quæſtione, 2.

Et iſta mulier quamuis fuit in culpa, nihilominus fuit abſque dolo, quod non erit punienda huiuſmodi pœna, præſertim, quia maritus fuit in culpa propter abſentiam, ſicut Epiſcopus, ſeu Curatus reſpectu ſuæ eccleſiæ, cum tenetur vitam cū vxore agere. Propter hanc relinquet homo patrē & matrem, & adhærebit vxori ſuæ. Geneſ. 2. Ergo ſi quid fuit in culpa, potius marito quam vxori eſt aſcribendū, cū velit potius nubere, quā vri.

Secundo dictum vnius viri ptoui.. inducit iuſtam cauſam credulitatis, maxime ſi apud acta id cum iuramento & fama concurrente ... pon.t, nam iſto caſu impunè matrimonium contrahere potuit. textus in authenti. vt lice. in. tri & uxæ. §. quod autem à nobis. vbi Barto & Angel. not. col latio. 8. & in authenti. hodie. vbi gloſſ. & doctor. C. de repud.

In oppoſitum, imo quod mulier non poſſit ſecundo nubere niſi ſit certa per certum nuntium de morte primi coniugis, & ſi aliter contrahat, tam ipſa quam qui ducit eam veluti adulteri puniendi ſunt, eſt textus in dicta authen-

tira. Vt liceat matri & auiæ.§ quia vero ex conſenſu. verſic.quod autem à nobis.collatio.8.text. in capit.in præſentia & ibi gloſſ. fina. de ſponſalib.cuius verba ſunt.Conſultationi tuæ taliter reſpon. quod quantocunque annorum numero ita remaneãt, viuentibus viris ſuis, non poſſunt ad aliorum cõſortium conuolare: nec authoritate eccleſię permittas contrahere, donec certum nũtium recipiant de morte virorum. Conrord.l.7.tit.15. lib.8.infra. cap. Dominus noſter. in princi.de ſecund.nupt.ca.quoniam frequenter.§.porro. verſic.ſi autem de carnali.vt lite non conteſta. & ibi gloſſ.verb.multi. Et Bald.ait ſub.§. ſi vero. nu. 4. Nota quod mulier debet claudere os vuluæ, donec vir eſt abſens.Ergo interim quod non eſt certa de morte viri primi, non debet tranſire ad ſecundas nuptias,cum eas infimul habere non poſſit.cap.fina.2.quæſtione.1.& ibi notat Domi. & credulitas mulieris eam non excuſaret à peccato, quamuis verosimiliter crederet mortuum eſſe,nec eccleſia permittit.dict.cap.in præſentia,de ſponſa.vbi Panormita.colum. fin. expreſſe notat.pro quo eſt.l.ſeptima.titu 15.lib.octauo.infra. Quanuis alias ſi talis vera & legitima certioratio demorte viri non interueniret ſed tantum fama, vel aliqua credulitas excuſaret vxorem, ex his,quæ in principio huius quæſtionis annotata fuerunt per viam probationis pro parte contraria.gl. in ca.in præſentia.verb.viris,de ſponſalibus. vbi idem ſequuntur Hoſtien.Ioannes Andr. Collectar. Anton.de Botrio,& Præpoſit.colum. prima. Syluest. in ſumma.verbo, Matrimonium.8.quæſtione. 13. verſicul Quartum de fama. Martinus Nauar. in manuali Confeſſorum.capit.22.nume.54.Et pro iſta ſententia eſt.l.octaua.titul.nono.parti. 4. vbi eſt videndus nouiſsimus commentator in verb. *Aliganos.* qui ait de intellectu. capit.in præſentia.de ſponſa. in illis verbis,dum dicit, Certum nuntium recipiant de morte virorum. Mors autem viri qualiter probanda ſit,vt inde poſsit vxor certa reddi.relinquitur iudicis arbitrio, vt omnibus recte perpenſis & conſideratis, iudicet in tali caſu.ex Panormita.Antonio,& Præpoſito in dicto capit.in præſentia.Stephan. Aufreri.in deciſio. Capellæ Tholoſan.216.Couarru. in epitome quarti decretal.ſecunda part. capitul. ſeptimo.§. tertio.num.quarto.& quæ ibi ab eo adducuntur. &.l.14.titul.14 part.tertia.Eſt tamen notãdum, quod ſi quis accuſet mulierem ex eo, quod contraxerit matrimonium ſecundum viuente primo viro,quod is tenetur probare vere & realiter eum de præſenti viuere, nec ſufficit adducere legis præſumptionem quę habet quẽ viuere poſſe ad annos centum vſque in l.finali. C. de ſacroſanc. eccleſijs. vt in terminis noſtræ legis in caſu occurrenti adduxit Gregorius Lopius in.l. 14. verbo. *Abonda que prouar.* titul.14 partita tertia.& in.l. 16. titul. 17 partita ſeptima.ex Bartol.ad finem.l. ſi inter. & ibi Sorino.ff.de rebus dubijs. Ratio poteſt eſſe,quia eſt præſumendum pro poſsidente, ideo agens debet oſtendere probare fundamentum ſuæ intentionis,in quo ſe fundat ad repellendam mulierem à poſſeſſione matrimonij, in qua eſt vere,& non præſumptiue in præiudicium matrimonij,ad cuius diſſolutionem requiruntur teſtes omni exceptione maiores.capitul.primo. & ibi gloſ ſa.verbo.maiores.de conſanguinitate & affinitate. Couarruuias late in ſecunda parte. Epitomes quarti Decretalium.capitul. octauo. §. duodecimo.numero.ſeptimo.verſicu. Oportet tamen iudicem cautum eſſe. Nam quanuis à principio non debuit contrahi, contracto tamen debet conſeruari in ſuo eſſe,nec diſſoluendum erit, quouſque conſtet vere viuere primum coniugem Collecta. in dicto capitulo in præſentia. numero. ſecundo. per textum in capitul. Dominus noſter.de ſecundis nuptijs.ibi, Quod ſi poſt hoc de prioris coniugis vita conſtiterit,relictis adulterinis complexibus,ad priorem coniugem reuertatur. Ergo ſi non conſtiterit,erit in ſecundo matrimonio, niſi vere oſtenſum fuerit de vita præſenti primi coniugis ab accuſatore. Quod eſt menti tenendum in practica.

¶Ley. IIII. Que la huerfana que queda en poder de los hermanos ſi caſare ſin ſu licencia pierda la herencia:

¶El Rey don Iuan.II. en Ocaña.Año de xxij.

¶El miſmo en Valladolid. Año de xlvij.

ORdenamos, que muriendo la madre teniẽdo en ſu poder alguna ſu hija: y aquella quedo en poder

¶Lex. IIII.

a ¶*Ordenamos.* Soror,quæ mortua matre ſine licentia fratrum contraxit matrimonium, amittit hæreditatem ſibi debitam tam ex parte patris,quam matris.Similem legem habes infra hoc libr.quinto. titulo ſexto. l. vnica. vbi vide de intellectu iſtius,ac illius, earumque materiam,cum idem contineret conſtet, hanc.l.citat Gregorius Lupus in

de los hermanos para la tener y auer de caſar ſi ella caſare ſin voluntad y plazer de los hermanos que pierda la herencia que le podra perteneſcer por fin de los dichos ſus padre y madre:y que acerca deſto ſe guarden las leyes de nueſtros Reynos que en ello hablan: no embargante que por luengo tiempo no ayan ſeydo guardadas:pueſque por otras nueſtras leyes no fueron reuocadas.

ADDICION.

¶Concuerda la ley vnica.titulo:de de los deshere dedamientos en eſte libro.

¶Ley, V. Que las mugeres biudas puedan caſar en el año que embiudaren.

¶Pragmatica del Rey don Enrique Quarto, En Segouia Año de mil y cccc.

EStatuymos, q̃ las mugeres biudas puedan libremente caſar dentro en el año que ſus maridos murieren con quien quiſieren ſin alguna pena y ſin alguna infamia : no obſtantes qualeſquier leyes defueros: ordenamientos, y otras qualeſquier Leyes que en cõtrario ſeã fechas y ordenadas: las quales nos annulamos y reuocamos : y mandamos a los nueſtros juezes y Alcaldes de la nueſtra caſa y corte y chancilleria : y de

pus in.l.octaua.gloſſ.ſecunda.ad finem. titul. 14. patti.ſeptima.ad optimam quæſtionem,ab eo propoſitam.

¶Lex.V.

¶Mulieres viduæ libere ſine aliqua labe infamię, ſeu pœna intra annum luctus nubere poſſunt, & ſic conuolare ad ſecundas nuptias, nec iudires, hac cauſa aduerſus eas procedere poſſunt, nec contra ſuos viros ſecundos ſub pœna duorũ millium quadratorum cameræ Regis applicandorum : non obſtantibus quibuſuis legibus cõtrarijs, quæ per iſtã derogantur, reuocantur, & annihilantur. Hoc dicit hęc lex.

¶Oppono, mulier, quæ intra annũ luctus nubit viro, iniuriam facit marito defuncto, & propter repentinas nuptias colligitur præſumptio contra ipſam de incontinentia, & forte adulterio perpetrato cũ tali viro ſecũdo invita prioris marini. ex. l. ſi qui adulterij, C. ad legem Iuliam. de adulterijs.l.vndecima.titul. ſeptimo. parti. ſeptima.l.13.titul.14.part.tertia.gloſſ.in authenti. de reſtitut.& ea quæ parit in vndecimo menſe.§. vnum.in verbo.maligne. collatio. quarta. & quæ notat Andre.Alciat. de præſumpt. regul. prima. præſump.40.ergo impune non poterit ſecundũ matrimonium iotra annũ luctus contrahere, imo de adulterio propter ſupicionẽ, quæ ex facto reſultat, eſſet punienda. Cuius contrariũ in pręſenti lege habetur, derogando omnes leges pœnales contrarias, igitur minus iuridice. Sed non obſtat, quia ſecundum legem diuinam hoc inſtiturum eſt, dicẽre Apoſt.1.ad Corinth.7. Mulier mortuo viro ſuo, ab eius lege ſit ſoluta, & nubẽdi cui vult tãtum in domino habeat facultatem, ideo non debet legalis infamiæ ſuſtinere iacturã, quę licet poſt viri obitũ intra tempus luctus (ſcilicet vnius anni ſpatium) nubat, concesſa tamen ab Apoſtolo, vtitur poteſtate, cũ in his præſertim ſeculares leges nõ dedignẽtur ſacros Canones imitari.ex optimo iuris reſponſo Innocent.3.in. capitu. cum ſecundum Apoſtolum. de ſecundis nupti. Ideo nulla præſumptio contra mulierem ſecundo nubentem eſt in iſto caſu.cũ id faciat autoritate Apoſtoli & iuris Canonici, quę iura ſeruãda ſunt in materia ſpũali, omiſſa Iuriſconſultorũ ſanctiõe, à qua receſſerũt nr̃i Cæſares Rex Henricus, & Fernandus Catholicus, prout vides in p̃ſenti lege, quæ correctoria eſt legũ iuris ciuilis in pluribus, quæ contra mulieres ſecũdo nubẽtes imponebant plures pœnas. Ideo nunc ſileant, ſtante hac Regia conſtitutiõe, & pręſumptionibus prædictarum legum, quia ex facto

illicito, & nõ ex licito pœna debet irrogari. c. cognoſcentes. de cõſtitu. l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de adult. l. iuſte. ff. de acqui. poſſ. Et ſic non obſtat ratio adducta in contrarium, vbi eſt caſus particularis, in quo iura id ſtatuerunt, maxime cum contrarium inueniamus expreſſum in dict. capit. cum ſecundum apoſtolum.. & in capit. ſuper illa quæſtione. de ſecund. nupt. l. 3. in princi. titul. 12. part. 4. & libr. pragma. regum Catholico. l. 98. vbi hæc verba in ſcribuntur. *Porende yo viendo que cumple à ſeruicio de Dios y mio, q̃ las gentes de mis Reynos crezcan y multipliquẽ ayũtãdoſe por matrimonio de la ſancta Igleſia, doy licencia a todas las mugeres biudas, que quiſieren caſar y caſaren, para que ſin embargo de la dicha ley, y ſin pena, y ſin infamia alguna lo puedan hazer, y que no pierdã por ello coſa alguna de ſus bienes dotales, como patrimoniales, y otros qualeſquier q̃ en qualquier manera les pertenezcan, y perteneſcer deuan de derecho.* Quo fit ceſſare. l. 13. titul. primo. libr. tertio: for. leg. cum adductis ſimilibus ibi à Montalu. verbo. *Pierda la meytad.* ſcilicet. l. ſed cum in matrimonijs contrahendis. titul. ſecundo. libr. tertio. foro iuzgo. l. fina. titul. 12. part. quarta. l. quinta. titul. tertio. part. ſexta. quæ ponit pœnam & duas cauſas prohibitionis, ne intra annum luctus mulier contrahat ſecundum matrimonium. l. prima. & authenti. eiſdem pœnis. & l. ſecunda. C. de ſecũd. nuptijs. & in authenti. de non eligend. ſecundo nubent. in princip. collatio. prima. & in authenti. de reſtitutio. & ea quæ parit in vndecimo menſe. §. vnum ſiquidem. collatio. quarta. Mulier tranſiens ad ſecundas nuptias, nõ retinet priuilegium & immunitatem primi viri, ſecundum Ioannem Garronem in repeti. rubr. C. de ſecund. nupt. l. 6. vbi dixi in verb. *E mantuuieren deſpues caſtidad.* titul. ſecũdo. lib. 4. ſupra. Eſt & alia pœna, quod cõtrahentes ſecundas nuptias non ſunt benedicẽdi, & ſacerdos eos benedicens, puniendus eſt pœna ſuſpenſionis ab officio & beneficio. text. in capit. primo. de ſecund. nupt. Cuius litera ſic ſe habet, Capellanum (quem benedictione cum ſecunda conſtiterit celebraſſe) ab officio, beneficioq́ue ſuſpenſum, cum literarum tuarum teſtimonio ad ſedem apoſtolicam nullatenus deſtinare poſtpona. Sed intelligitur text. ille, dum dicit, cum ſecunda, ſcilicet viuente prima, nondum priori matrimonio ſoluto, benedicens ſcienter incurrit in pœnam huius text. quæ grauiſsima eſt. Et hunc intellectum aſsignauit in proprio loco Ioan. Andre. quem ſequuntur Antoni. Panormit. & Præpoſit. & approbatur in. l. ſecunda. titu. 12. part. 4. Sed contra hunc intellectum communem doctorum eſt text. contrarius in cap. vir. de ſecund. nuptij. in ratione in eo poſita ibi, quia cum alia vice benedicti ſint, eorum benedictio iterari non debet, & ſic ſiue vir ſiue mulier alias in primo matrimonio receperit benedictionem, non debet benedictio iterari, quia communis eſt vtrique, nec vnus ſine altero eam recipere valet. Hoſtien. de ſecundis nuptijs. §. an licitum ſit. verſic. in aliquibus. Ergo in clerico benedicente ſecundas nuptias matrimonio priori ſoluto, in quo interfuerunt benedictiones, quo caſu ſecundæ nuptiæ nõ erant benedicẽdæ, loquitur. Et poteſt dici, quod tempore. capitul. prim. de ſecundis nuptijs. erat conſuetudo, vt prædicta decretalis ſeruaretur, vt ſcilicet quando vterque eſſet benedictus, non benedicerentur: vel quando vir ſolus erat benedictus, & ducebat ſecundam non benedictam, vt eſt conſuetudo in aliquibus locis, in alijs vero partibus vtuntur diſpenſatione Ioannis. 22. incipit. Concertationi antiquæ, vt quando alter ſolum eſt benedictus, ſiue vir, ſiue fœmina, vterque de nouo benedicantur. Quæ conſuetudo erit ſeruanda, etiam ſi conſtitutio ſcripta non eſſet. Quia iſtæ benedictiones non ſunt ſacramenta, ſed ſacramentalia. ex mente gloſſæ in capitu. tertio. de ſecundis nuptijs. Benedictiones enim iſtæ ſunt de ſolennitate ſacramenti, non de eſſentia. Sotus in quarto ſententiarum diſtinctio. 26. quæſtione ſecunda. articul. tertio. pag. 64. colum. prima. Et in hac re eſt addendus Ioannes Bernard. in praxi Canoni. crimina. capitu. 68. & Gregor. Lopius in. l. ſecunda. gloſſ. ſecunda. titulo. 12. partit. quarta. Et benedictiones vnde traxerint originem, ponit Thomas Vvaldenſ. de Sacramentis. capit. 133. numer. tertio. Auguſtinus in libr. quæſtio. veteris & nouæ legis. capit. 127. Illefonſus à Vera cruce in Speculo coniugio. prima. part. articul. 13. qui citat Sanctum Thomam in quarto. diſtinctione. 28. articul. tertio. quæſtione quarta. & Sylueſt. verb. Nuptiæ. §. ſecundo. Tenor autem extrauagãtis Ioannis. 22. circa correctionem & declarationem. capit. primi. de ſecundis nupt. quia typis non eſt excuſus, ideo ſubijciendum fore in præſenti ſtatui.

Concertationi antiquæ finem imponere cupientes, præſenti declaramus edicto, quod licet vir, vel mulier ad ſecundas nuptias tranſiens benedici non debeat, cum alias ſit benedictus, contrahens tamẽ ſecum benedici debebit: quia ſi forſan alter eorum, vel ambo ad ſecũdas nuptias trãſeuntes in primis benedicti non fuerint, danda erit benedictio in ſecundis. Sane antiquum volens recuperare rigorem ſtatuimus, vt presbyteri: qui ſecundas nuptias benedixerint ſcienter, ad ſedem apoſtolicam ex hoc venire minimè teneãtur, ſed à pœna ſuſpenſionis hoc caſu à iure inducta, per ſuos poſsint diœceſanos abſolui. Si qui autem juxta opinionem Doctorum ex hoc hactenus ſe

non re-

Digitized by Google

non repræſentantes ſuſpenſos quoſlibet ordines, ſeu beneficia vere reperiuntur diœceſani eorum à pœnis ſuſpenſionis ſupradictæ Epiſcopos abſoluere, ac ſuper executione, ac receptiõe beneficiorum huiuſmodi cum eis valeant diſpenſare. Datis Romæ &c. ¶ Intelligas quod ſuſpenſio prædicti c.1. de ſecund. nupt. non eſt canon latæ ſed ferendæ ſententiæ, & ſic declarat verbum, Suſpenſum, id eſt per ſententiam Epiſcopi, non tamẽ ipſo iure. Henric. in cap. vir. de ſecund. nup. Hoſtië. & Panormi in c.1. eodem titu. Palud. in.4. ſentẽ. diſtinct.42. quæſt.3. artic.1. concluſi.4. Item cum huiuſmodi ſuſpẽſio fuerit hominis reſeruatur Papæ in dict. capit. primo. Hodie vero epiſcopo per prædictam extrauagan. Concertationi. & pœna illius capit. erat arbitraria in benedicente ſecundas nuptias ſoluto matrimonio ſecundum Panormita. in dict. capit.1. & ſic vſu receptum eſt in orbe Chriſtiano.

Quæri poteſt, Vtrum ſecundæ nuptiæ ſint licitæ? Ex noſtro text. conſtat reſponſio, cum intra annum luctus permittantur, ſoluto priori matrimonio abſque aliqua labe infamiæ, alteriuſve iacturæ. Tum etiam, quia Apoſtol. 1. ad Timoth.5. in viduarum inſtructione ait, Volo, inquit, iuniores nubere, filios procreare, matres familias eſſe, nullam occaſionem dare aduerſario. & ad Roma. 7. Quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro alligata eſt legi: ſi autem mortuus fuerit vir eius, ſoluta eſt à lege viri. Et ſubdit, igitur viuente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro. ſi autem mortuus fuerit vir eius, liberata eſt à lege viri, vt non ſit adultera ſi fuerit cum alio viro. Eademq; verba refert.1. ad Corinth.7. dicens, Mulier alligata eſt legi, quanto tẽpore vir eius viuit: quod ſi dormierit vir eius, liberata eſt: cui autem vult nubat tantum in Domino. Et ſic nuptiæ ſunt licitę, contra aliquos hæreticos, nẽpe Nouatianos & Cataphrygas Montani diſcipulos ſecundas nuptias damnantes, appellantes eas fornicarias. Et Tertullianus huic hæreſi fautor fuit, & audacter conſenſit in libello de Monogamia. quos inter hæreticos commemorat. D. Auguſtinus lib. de hæreſib. cap.26. & capit.86. Alphonſus à Caſtro de hæreſ. verb. Nuptiæ. cap.2. Ioan. Arboreus lib.4. Theoſophiæ. cap.29. Domi. Sotus in.4. ſentent. diſtin. 42. quæſt.3. & ibi. quæſt.3. artic. primo. tenet pręſcriptam concluſionem Paludan. Couar. in Epitome.4. Decreta.2. part. cap.3. §. nono. num.4. Igitur libere poterit mulier ad ſecundas nuptias tranſire abſque aliqua pœna, ſoluto matrimonio, & intrà annum luctus ſeu intra aliud ſimile tempus: nec defendendæ ſunt leges contrariæ tanquã contrariantes ſacramento matrimonij. vt per Couar. vbi ſupra. num. quinto. contra Iacobum Curtium libr. tertio. coniecturalium. cap.9. qui nimis audacter leges ciuiles quo ad pœnas nubentium intra annum luctus abſque vllo iure defendit.

Eſt tamen inquirendum, Vtrum leges inferentes pœnas contrahentibus ſecundas nuptias, omnes ſint inualidæ? Reſpondeo non omnes eſſe inualidas: ſed eæ, quæ in fauorem filiorum ſunt impoſitæ mulieribus valent niſi illa quæ infert infamiã. Quæ vero impediunt liberũ congreſſum ad contrahendum ſoluto matrimonio in præſenti lege amouentur, & ſecũdũ ius Canonicũ. ex mente glo. in c. fi. in verb. Legalis infamiæ. ibi, Quidam tamen dicunt, quod propterea. de ſecund. nupt. vbi Innoc. Ioan. Andr. Anto. Henri. & Præpoſit. gl. fi in c. vlti.2. q.3. & tenent oẽs Canoniſtę ſecũdum Bar. in. l.1. nu.2. C. de ſecũd. nup. Vincẽ. Herculan. q.7. colũ.7. & eſt cõis opinio ſcdm Panor. & Præpoſit. in. c. fi. de ſecund. nupt. quanuis vellent recedere à cõi per aliqua fundamenta, quæ per te ſunt vidẽda. Sed prædicta opinio eſt tenenda in iudicando, & eſt magis cõis ſecundũ Matth. de Afflict. deciſio.75. nu.5. Ioan. Neuizan. in libr.2. Syluæ nuptial. nume.78. Feli. nume.57. verſic. Secunda declaratio. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſt. vbi Deci. col.14. verſ. Secunda cõcluſio Abbatis. nu.35. poſt Panor. ibi. nu.20. in rep. Ioã. Coraſ. lib.3. Miſcellan. iuris. c.1. Nicol. Boeri. deciſio.186. nu.2. Rip. in rep. rub. C. de ſecũd. nup. n.16. & Ioan. à Garroni. n.24. Et dixit cõem ac eſſe temerarium ab ea recedere. Idem Garron. in rep. l.1. col. fi. num.137. C. de ſecund. nup. Couar. dicit cõem, nec eſſe tutum à prædicta cõi opinione recedere. in epito.4. Decret.2. part. c.3. §.9. num.5. Præpoſit. Alex. in. §. fin.2. quæſt.3 qui optime loquitur ad vtramq; partem in hoc dubio. Et tandẽ fatetur cõem, & ꝙ graue eſſet recedere ab ea in cõſulendo. Paul. Pariſius conſi.29. col.4. nu.33. & nume.42. libr.3. ¶ Ex qua doctrina primo infertur, pœnas omnes poſitas in. l.1. C. de ſecund. nup. atque etiam in. l. fin. tit.12 par.4. aduerſus fœminas intra annũ luctus contrahentes, locum hodie etiã in foro ciuili non habere, per iſtam noſtram legẽ Regiam cum capi. fina de ſecund. nupt. Et ſic deducitur, vt fœmina intra annũ luctus ſecundo nubens, non amittat proprietatẽ, nec vſumfructum bonorũ, quæ ſibi prior maritus reliquit, quamuis in dict. l.1. contrarium ſit ſtatutum. & comprobat Ioan. à Garroni. in repeti. l.1. n.132. verſic. Tertia eſt opinio Innoc. C. de ſecund. nud. Quæ opinio locum ſibi vendicare fatetur. Panor. in capi. fina. de ſecundis nupt. etiam ſi poſt mortem mariti intra menſem vidua ſecundo nubat viro. Idem Panormi. in cap. eccleſia. nu.20. & Areti. & Feli. nu.57. de cõſtitutio. Ioannes Garro. vbi ſupra refert propter periculum quod inſtat ex commixtione

Digitized by Google

ſanguinis primi & ſecundi ad prolis certitudinem vt Bald.in.l.1.C.de ſecund. nup. & in.l.liberorũ.§.1.ff.de his qui notantur infa. annotauit & Philipp.Corne.conſil.21.nu.20.colu.3. ad fin.lib.1. quia non eſt veriſimile,quod ius Canonicum velit darẽ filium primi viri ſecundo.l.prima.§. quãuis.ff.de vent.inſpiciend.ſecundum Corne. vbi ſupra.colum.4.in princi.& videtur opinio multum æqua,& rationabilis teſte Gregor.Lopio in dict.l.final.tit.12.par.4.Sed ex generalitate iſtius tex. probanda eſt prior opinio,quæ verior eſt de iure ſecundum eundem Gregor. Lopium in allegat.l.final.in verb. *Faſta vn año.* Et ſequitur Couar.in epitom.4.decretal.2.part.capi.3.§.9.num.5.

Deducitur etiam pœnam impoſitam mulieri ob non petitum tutorem & redditam rationem adminiſtrationis,ſi eam habebat antequam ad ſecundas nuptias conuolaret,non ceſſare,imo locũ habere hodie perdictam communem doctrinam, quæ ait,pœnas ſecundo nubẽtium inductas fauore filiorum,adhuc iure canonico ſtante,& ſic iure Regio,cui concordat, vigere.Conarruuias loco præcitato.Quinimo plus videtur iſta puniri,quia nec filijs ſuccedit ex teſtamento iure ſubſtitutionis,vel ab inteſtato,ſi moriantur in pupillari ætate.vt in.l.omnem.C.ad Tertul.ex mente. Azon. in ſum.de ſecund.nupt.§.quas autem pœnas.Hoſtien.in ſum.eiuſdem titul.col.5. Præpoſi. in rub. de ſecund.nupt.col.2.& Ioan.à Garroni.in repe. authen.eiſdem pœnis.3.not.nu.5.C. eodem titu. qui alios huius ſententiæ refert.

Idem dicendum erit,ſi mulier accepta tutela liberorum non nubat,ſed luxurioſe viuat, ſecundũ eundem Ioan.Garro. in dict. authen. eiſdem pœnis.nu.6.verſ.Addo quod idẽ dicẽdum eſt.& in.l. generaliter.nu.20.C.eod.tit.vbi idem dicit habere locum in viro luxurioſo poſt mortẽ vxoris.& in authen.eiſdem pœnis.nu.18.eod.tit.l.3.tit.12. part.4.dum dicit. *Y la miſma pena deue auer,ſi ante que paſſaſſe el año fizieſſe maldad de ſu cuerpo.*text.in authen.eiſdem pœnis.C.de ſecund.nupt. & in authen.de reſtitutio.& ea quæ parit in vnde. mẽſe.§.fina.Eo enim ipſo ꝙ peccat in corpore, amittit omnia priuilegia,& tutelam filiorum.Bal.in.l.his ſolis.C.de reuo.dona.Panor.in.c.vxoratus. notabi.2.de conuerſio.coniug.Rip.in rep. l. fœminæ. nu.31.C.de ſecund.nupt.Facit.l.fina.titu.4. infra iſto lib.5.ordi.glo.in authen.ſacramentum. verb. contractis nuptijs.C.quando mulier tutelæ offi. fungi poteſt.quæ eſt generaliter intelligenda iuxta iura,quæ citat,ſiue viuat luxurioſe intra annũ luctus,ſiue poſt durante tutela,ſeu cura.Iacob. de Bellouiſu in authen.de reſtitu. & ea quæ parit in vndecimo menſe.§.fina.& alij plures,quos refert & ſequitur Ioan.à Garron.in dict.rep.authẽ. Eiſdem pœnis.num.23.verſ.Adde quod iſta opinio. C.de ſecun.nupt.¶ Item per matrimonium ſecũdum amittit tutelam filiorum,authent. ſacramentum.C.quãdo mulier tutel.offi.fungi.pote. l.5.titu.16.parti.6.Item amittit lectum quotidianum, ſi intra annum luctus nubat ſuperſtes coniux,ſiue vir,ſiue fœmina ſit.l.6.tit.6.lib.3.for.leg.

Item tenetur reſeruare filijs primi matrimonij proprietatem bonorum habitorum à primo matrimonio,vel ex ſucceſsione filiorum prioris matrimonij.l.fœminæ.C.de ſecund.nup.l.15. Taur. vbi Ciſnent.& Anto.Gomez. Couar. in epitom.4.Decretal.2.part.ca.3.§.9.nu. 6. vbi videas alias duas illationes.ſcilicet.4.&.5.ad materiam huius legis.Septuaginta & ſex pœnas,quas incurrunt ſecundo nubentes,poſuit Ioan. à Garron. in repet. rub.C.de ſecund.nupt.à nu.8.vſque ad nu.110.& ibi deſignantur remedia,quibus vti debent ſecundo nubentes,vt illas pœnas euitare valeant, quæ ibi ſunt videnda à nu.111.cum ſequent.Et primũ remedium ſit, quod petat licentiam contrahendi matrimonium ſecundum à filijs primi matrimonij.gloſ.in authenti.de non eligendo ſecundo. nubent.in princ.verb.copulantur.collat.1.ſingul.ſecundum Angel.in.l.mater.C.ad Tertul. Roman. conſil.219.in ſingula. 248. Bartol. Cæpol.cautel.238.Iaſ.in.l.filium quem habentem.colum.8. C.famil.herciſcun. & in.l.ambiguitates.nu.4.C. de indict vidui.tollend.Cremenſ.ſingu. 74. Philipp.Deci.conſi. 206. verſicu. Et prædicta.col.2. Gomez Arias in.l.46.n.2.in legib. Taur. Ciſontanus in.l.15.Tauri in.1.limitatione.Nicola. Boetius deciſio.113.nu.6.Et eſt opinio communis & indubitata apud omnes doctores ſecundum Ioã. à Garronibus in dict.repe.rub.C.de ſecund.nup. nume.116.Ideo ſit cautus aduocatus,qui conſulit ſecundo nubenti habenti filios ex priori matrimonio,quia per talem conſenſum mulier omnes pœnas vitabit, ſecundum Angel.in dicta authen.de non eligend.ſecund.nuben.in princi. colum. tertia.nu. octauo. Sed quid erit cum non habeat filios ſed nepotes? Reſpondendum , quod ſimiliter euitabit pœnas,ſi de licentia eorum contrahat ſecundas nuptias.Ioan.Garroni.vbi ſupra.nu. 117. & requiritur licentia expreſſa filiorũ,nec ſufficit præſentia cum taciturnitate : quia in actu odioſo & vituperabili,ſeu non delectabili præſens & tacens non habetur pro conſentiente.glo. in.l. qui patitur.ff.manda.tenet Ioan. Garro. loco proxime citato n.159.¶ Circa præmiſſa eſt dubiũ notabile& neceſſariũ,vtrũ requiratur cõſenſus omniũ filiorum,vel ſufficiat,ꝙ aliqui aſſentiantur , licet alij diſſentiant ,& contradicãt,vel ſint minores,& ſic in infantili ætate,qui nec habent diſcretionem conſentiendi,vel contradicendi? Videtur dicendum

Digitized by Google

dum tantum iſtum conſenſum,& tacitam renuntiationem factam per conſenſum expreſſum extendendam fore in præiudicium conſentientium, non autem aliorum,quibus non debet parari præiudicium.per regu.iuris,Res inter alios acta, alijs nocere minime debet. ra. cum olim. ad fin. & ibi gl. de cauſ. poſſ. & proprieta. Dum etiam, quia vbi agitur de præiudicio ſingulorum in particulari, nō ſuffirit conſenſus,etiam ſi fuiſſet maioris partis. argu.l.per fundum.ff de ſerui.ruſtico.prædio.gl.1. c.cum omnes.de conſtitu. Et ſuadetur ex traditis à Bartho.Soci.in.l.ſi cognatis.n.23.verſic. Circa ſecūdam fortiſsimam opinionem. ff. de reb. dub. Et poſſent adduci,quæ tradi ſolēt in illa quæſtione tradita à Bartol.in.l.4.§.Cato.nu.33. cum ſeq. ff.de verb.obligat. Vtrum ſi ex forma ſtatuti requiratur pax cum hæredibus ſeu conſanguineis defuncti(vt in.l.22.titu.1.part.7.habetur) ſit neceſſarius conſenſus omnium hæredum; vel conſanguineorum, qui ſunt in primo & proximiori gradu,vel ſufficiat habere pacem à maiori parte, quanuis aliqui diſſenſerint? Et Bart. vbi ſupra tenet ſufficere pacē à maiori parte. Nam ſi hoc eſt conſtitutum fauore liberationis in cauſa ciuili, & pecuniaria,à fortiori erit in capitali:& criminali,ſecundum Paul.Caſtr.in.l.a.§. ex his. nume.3. ff.de verb.obligatio.Bald.in.l. cum inter veteres nume. 2. C. de fideicommiſſa. libert. Petrus Ancharra.in Clemen.Plures.nu. 4. de iure patronat. Angel.in dict.§.Cato.vlti.col.Floria.in.l. perfundum.col.fina.ff.de ſerui.ruſti. prædio. Et opinio Bart.communiter tenetur ſecūdū Franciſc. Areti.in.l.pro hærede.§.ſi ſepulchri.col.2.verſic. Sed aduerte ad hoc vltimum ff de arqui. hæredita. & eam videtur approbaſſe Angel.de Periglis in. d.l. 4.§.Cato.col.antepenul.nu.57. Ioan. Carron.in repet.rubr.C.de ſecund.nupt.nume.120.verſicu. Sed prædicta quæro de notabili,vtili, & neceſſaria quæſtione. Sed contraria opinio eſt magis cōmunis,imo quod nullo modo ſufficiat conſenſus maioris partis,ſed omnes debent conſentire,cum tanquam ſingulis cōpetat iſtud ius vindictæ propter iniuriam & mortem patris,ſeu teſtatoris, cuius perſonam repræſentant de iure. Quam ſententiam contra Barto.defendit Ludo. Roma. in.l. 4. §.Cato.nume.43.& Imol.colum.penul. Raphael

todas las ciudades villas y lugares de nueſtros Reynos y ſeñorios que no atienten de proceder, ni procedā por la dicha cauſa y razō cōtra las dichas biudas: ni contra aquellos que con ellas ſe caſaren [b]: ſo pena de dos mil marauedis para la nue-

Cuma.& Petrus de Belutio,& Vincen. Hercula. col.52.Iaſ.pen.& fina.col.qui notabiliter loquitur. Et eſt magis communis ſecundum Rip.colū. antepe.nu.103.verſicu. Hoc ſit diſcuſſo redeo ad quæſtionem.& opinio Barto.indiſtincte intellecta communiter reprobari ait ibi Alciat. col. fin. nu.226.Hierony. Butig. n. 175.refert communiter reprobari opinio Barto. quanuis ipſe eū defendit. Et eſt verior ſecūdum Io.Crott.in puncto iuris. quāuis Bar.opini.dixerit cōiter approbatā in n.151. col.43.vbi vi.Carol.Ruin.nu.101.verſ Quantū vero ad deciſionē principalis quæſtionis. Et Mar a. Soci.nu.273. dicit rōem ac de iure veriorem,& adducit aliqua fundamenta pro comprobatiōe eius, & latiſsime ad vtranq; partem comprobat Ludo. Bologni.a num.199.& tandem concludit contra Barto.dicendo quod requiritur conſenſus omniū hæredum.Gandi in tract.malefi. rub. An pax facta de vulnere,videatur facta de morte? verſi. Sed pone,ſtatuto cauetur,quod ſi bannitus habuit pacem. Nellus in tractatu bannito.3.parte ſecundi temporis. quæſtione.39. ampliſsime agit de hac quæſtione. Et iſtam opinionem approbaui in.l. prima.titul.vndecimo.libr. primo. ſupra in gloſ. prima.ad finem. Cum ergo pœnæ ſecundo nubentium ſint regulariter introductæ fauore liberorum primi matrimonij, ſi aliqui conſentiant, quo ad ipſos euitabit pœnas ſecundo nubentium indictas,quia poſſunt fauori ſuo renuntiare.l. penulti.C.de pactis.cum ſimilibus. Sed in præiudicium aliorum non conſentientium non valebit talis conſenſus,nec euitabit dictas pœnas in fauorem filiorum introductas.argum. dict. l. per fundum.ff.de ſeruitu.ruſtico.prædio. quia omnibus filijs facta eſt iniuria per tranſitum ad ſecundas nuptias. §. veniant. in authent. de nupt.& in.§. proſpeximus.in authenti.de non elig. ſecundo nub. ergo ab omnibus erit remiſsio facienda per præmiſſa.capit.quod omnes.de regulis iuris. libr.ſexto.Et iſtam partem firmat Ioannes à Garronibus in repeti.rubri.C. de ſecundis nupt. numer.120.vbi ponit alia remedia ad hoc vt mulier ſecundo nubens euitet pœnas hac ratione à iure inductas fauore filiorum.

b ¶ *Aquellos que con ellas ſe caſaren.* Non ſolū nubens intra annū luctus erat pœnis iuris rōis afficiendus

ſtra camara y los que lo contrario hizieren ſean emplazados que parezcan ante nos en la nueſtra corte.

EL rey no deue dar cartas para q̃ ninguna donzella ni biuda ſe caſe contra ſu voluntad: ſegun ſe contiene en eſte libro en el titulo de las cartas.

ADDICION.

Concuerda con eſta ley, la ley 3. tit.1.lib.5.de la Recopilacion.

ſtatutis aduerſus ſecũdo nubẽtes, ſed etiã ille, qui ſcienter cũ illa cõtrahebat infra tale tẽpus. vt in.l.2.in fi.& in.l.liberorũ.§.notaſ.ff.de his qui not.in fami.quæ tñ pœnæ hodie ſunt ſublatę per noſtrã legẽ.& Bar.annotauit in.d.§.notãtur.& Io.à Garronibus in repetitio. rubr. C.de ſecund. nupt. verſic. Vigeſimanona pœna. nu. 65.& in.l.1.n. 14.eod. titul. ideo *hic* optime amouẽtur hmõi pœnæ tam ex parte contrahentis ſecundas nuptias, quã reſpectu tertij accedentis ad binubiũ, etſi conſiderata ſua perſona eſſet prius matrimoniũ, cũ licite ex poteſtate ſibi cõceſſa ab Apoſtolo contrahat, ſoluto primo matrimonio p ea, quę in prima gl.annotata fuerunt: nã alias diſpoſita in vno ex correlatiuis, diſpoſita cenſebãtur in altero, etiã in materia odioſa & pœnals. l.fi. C. de indict. vidui. tollend.l.vni.C de Cupreſſ.lib.11.Et in terminis nřæ materiæ probat R'p.in rep.l.fœminę. còl.1. nu 2.C.de ſecũd.nupt.per tex.in.§.ſi vero expectet.verſi.Et hæc cõis mulieris & viri pœna.in authen.de nupt.& in.l.gñaliter.iu prin.C.de ſecũd. nup.gl.in.l.fœminę.§.illud,C.eo.tit.in verb. poſſeſsione.quæ ait oẽs pœnas ſancitas aduerſus ſecũdo nubentes eẽes eſſe vxori & viro quã ibi Bart. & cõiter doct.ſequuntur ſecundũ Ripã vbi ſupra qui citat Oldrald.cõſi.24.& Roma.cõſil.182.Plures vltra eũ refert Phili.Deci.cõſi.230.in.1.dubio. col.1.cũ ſeq.Et pro hac opinione eſt.l.15.Tauri, quæ locũ habet in pœnis ſtatutis fauore filiorũ, ex ſupra dictis in prima glo.¶Circa præmiſſa dubitatur, An cõiux poſsit remittere pœnas, quę hodie habent locũ aduerſus cõtrahentes ſecũdas nuptias cõiugi infra annũ luctus? Videtur ꝙ nõ: quia talis remiſſio eſt cõtra bonos mores, ergo non valet.l.ſi quis inquilinos.§.fin.&.l.turpia.de lega. 1. Bald.in.l.1.col.3.nu.6.C.de ſecund.nupt.Roma. conſi.219.In contrariũ verſatur tex.in.c.fin.de ſecund.nup.Et iſta lex cum libere permittat ſecundas nuptias intra annũ luctus.ex Ripa in.l.fœminæ.col.4.verſic.Decimotertio dubitatur.nu.27. C.de ſecũd.nup.vbi hãc partẽ veriorẽ exiſtimat, & Ioã.Garr. in repet.rub. nu.112.C.de ſecũ. nupt. late ď hoc agit, & dicit priorẽ opinionem cõiter teneri, quãuis exiſtimet vltimam veriorẽ, ampliſſime eam defendit ipſe Garro. in repe.l.1.nu.80. verſi. Secũda cõcluſio eſt, quod marit. C.de ſecund. nupt. Adde ad materiam huius legis q̃ notantur ab Augu. Beroi. deciſ.119.col. fi. nu.7.& in deciſ.66.incip.Matre poſt ſuſceptã tutelã & Mathe.de Afflict.deciſio.357.incip.In cauſa appellationis.num.1.¶Vtrum autem pater obligatus maneat ciuiliter in aduentitijs in pœnam trãſitus ad ſecũdas nuptias? De quo dubio per Ioan. Garro. qui plura cumulat in rep.rubr.C.de ſecund. nup. verſi.Decimatertia pœna.nu.25.Et videtur, ꝙſic, cum teneatur poſt mortem reſtituere filijs primi matrimonij proprietatem plenam, & ſic de talibus bonis reſeruatis, quo ad proprietatẽ propter ſecundas nuptias poterunt filij primi matrimonij quibus applicantur teſtari. ſecundum eundẽ ibi. nu.53.pœn.27.Ergo videtur quodammodo obligatio ciuilis orta per talem contractum. Tu tamẽ vide in dicto nume.25.

Titulo. II. De los teſtamentos y mandas.

¶Ley.I. De los teſtigos que ſon neceſſarios para que el teſtamento ſea firme.

El Rey don Alonſo en Alcala. AEra mil ccclxxxvj.

¶Fuero.

SI Alguno ordenare ſu teſtamento a, o poſtrimera volũtad, en qualquier manera cõ eſcriuano publico

¶Titulus.II.De Teſtamentis.

Lex.I.

a *¶Teſtamento.* Pro huius.l.declaratione, quatenus de teſtamentis tractat, nõ parum vtile cenſui, præmittere formam, quæ in ordinatione teſtamenti ſeruati debet: ipſumq; deinde per partes exponere.ita, vt vltimarum voluntatum materia taliter maneat expedita.vt ibi amplius, quod reliquum ſit, deſi-

deuẽ endeſer preſentes a lo ver otorgar. iij teſtigos alomenos vezinos del lugar do el teſtamento ſe fiziere, y ſi lo fiziere ſin eſcriuano publico, ſean en de cinco teſtigos alomenos vezinos, ſegũ dicho es: ſi fuere lugar do ſe pudieren auer: y ſi fuere tal el lugar que no ſe pudiere aſsi auer Eſcriuano publico: deuen ay ſer preſentes cinco teſtigos vezinos, ſi pudieren ſer auidos en el dicho lugar, y ſino pudieren ſer auidos cinco teſtigos en el dicho lugar alomenos ſean preſentes tres teſtigos: y ſea valedero

ſit. deſiderari non poſsit. Forma autem ordinandi teſtamentum ſecundum hodiernum Stylum. ſequens eſt.

In nomine omnipotentis Dei Domini noſtri, eiuſque matris Mariæ virginis intemeratæ, ſit manifeſtum omnibus præſentis Teſtamenti formam inſpecturis, quod cum ego. N. mortis venturæ certitudinem, eiuſque horæ ineuitabilis incertitudinem animaduerterem cupiens eam ordinationẽ teſtamenti prouidere, vt pote corporis in ualetudine laborans, racione autem & intellectu, quem mihi Dominus noſter tribuere dignatus eſt, ſanus. (Si autem corpore etiam valuerit, dicat, Cum & corpore, rationeq; & intellectu, quem mihi Dominus noſter tribuere dignatus eſt, valerem) Teſtamentum, & vltimam volũtatem ordinare, & condere ſtatui forma ſequenti.

Et primùm ad Dominum Deum noſtrum toto corde conuerſus, confiteor ſanctam fidem Catholicam, quam habui ſemper, & credidi, habeboque & credam vſque in articulum mortis. & in ea viuere, morique proteſtor tãquam fidelis Chriſtianus, nullam fidem tribuens, atque abijciẽs omnia illa, quæ ſunt, fuerintve contra eam: meque ſemouens, anathematizando omnem hæreſim, omnemque eius ſpeciem, quæ contra noſtram ſanctam fidem Catholicam, aut contra quæ ſancta eccleſia Romana omnium Chriſtianorum mater tenet, creditque, & docet, prodierit, prodidit ve vnquam. In cuius ſignum confiteor ore, dicens Credo in vnum Deum, &c. Confiteor prætereà me grauiter peccaſſe, Dominumque & Deum noſtrũ Ieſum Chriſtum grauiter offendiſſe omnibus diebus vitæ meæ. Qua propter omnipotentẽ Deum deprecor, vt propter ſuam miſericordiam, clementiam, & pietatem omnium peccatorũ, defectuũ q; meorum veniam mihi donare dignetur: eiuſque ſacratiſsimam matrem virginem Mariam vnicam aduocatam noſtram, & ſanctum Michaelem Archangelum, & Petrum apoſtolum totius eccleſiæ caput, omneſque ſanctos in cęlis commorantes humiliter oro mihi apud Deũ patrocinari, meãq; animam ante eius diuinam maieſtatem præſentare dignentur, vt in extremo, atque tremendo die iudicij mihi veniam concedat, vt ab æterno luctu, pœniſq; inferni anima mea liberetur, & remiſsionem pœnarum purgatorij mereatur. Ad cuius ſubſidium, et confirmationem ante omnia peto tanquam fidelis & catholicus Chriſtianus ſacramenta ſanctæ matris eccleſiæ, & extremam vnctionem ſuo tempore debito mihi dari ſecundum ordinem ſanctæ matris eccleſiæ.

Prætereà & ſecundo condo, & præcipio, vt omnia debita mea, quæ adhuc non ſunt liquidata, nec impræſentiarum poſſunt ſolui, aut liquidari, quàm breuiſsimè fieri potuerit, ſoluantur. Si autem ea non ſit ſoluendo, de eis tamen mentionem faciat, vt ad eorum ſolutionem bona eius vendantur. Si tamen cui ſit ſatisfaciendum non meminerit de aliquo debito, de quo tamen meminit, etiam de eo faciat mentionem. Quæ tamen viuus ſine teſtamento ſoluere potuerit, nequaquam differat ad ſolutionem in teſtamento, decedet enim in peccato, cum ipſe ſit in culpa, non ſoluendo quæ poteſt. Item & tertiò commẽdo animam meam eius creatori omnipotenti Deo: corpus autem meum ſepeliri iubeo in tali templo, & ſuper imponi lapidem ſepulchro, cui aptentur inſignia mea, & circunſcribatur nomen meum. (Pro ſepulchro autem tres aureos nummos, aut, melius, plures, ne videatur ſimoniam committere, aut ſolitum eccleſiæ ſolui præcipiat. ¶ Item & quartô præcipio lugubres veſtes dari meis conſanguineis pauperibus (nam ſi eleemoſynæ nomine non dentur, melius eſt tales veſtes non ferri. ¶ Item & quinto iubeo, vt pro me tot miſſæ dicantur, totque funera anniuerſaria fiant: eas autem dicẽtibus, iubeo pro ſuo labore decem nummos aureos dari, aut quod voluerit. ¶ Item & ſexto volo dari. P. I. &. F. tot nummos (in qua voluerit quantitate. Hic prætereà po

neoda ſunt pia mandata, vt eleemoſynæ, & miſſę, quæ pto ſe, vel pro quibus voluerit, vel pro quibus teneatur, iubeat dici.

Item & ſeptimò iubeo tot nummos dari famulo meo. N propterea quòd mihi fideliter, & conſtanter ſit famulatus. (Hic præterea interponenda ſunt mandata remuneratoria. ¶ Item & octauò præcipio dari. N. decem modios tritiei. (Hic etiam mandata voluntaria ſuot inretponenda.

Deinde dicat ſic. Item & nonò ad complemeotum iſtius noſtri Teſtamenti, & ad executionem omnium in eo contentorum, conſtituto executores, & teſtamentarios, quos vulgari ſermone dicimus Albaceas, A, & I. quibus, & vnicuique eorum in ſolidum coocedo plenam poteſtatem petendi debita à meis hæredibus, alijſque quibuſcunque debitoribus in iudicio & extra, & intrandi mea bona, ſiue ſit adita ſiue non hæreditas, accipiendique ex eis omne, quod ad huius teſtamenti complementum opus fuerit, vendendique bona, etiam ſi hæreditas fuerit ab hæredibus repudiata. In bonis autem, quæ remotis ad huius teſtamenti complementum neceſſarijs, remanſerint, inſtituo hæredem vniuerſalem. N. (quem ſemper explicet ſuo nomine proprio: prætерquam ſi in aliqua reparticulari voluerit aliquē inſtituere: debet enim talem, antequam vniuerſalem hæredem, inſtituere. Præterea, ſi aliquem filium ſuum exhæredauerit, debet cauſam exhæredationis exprimere: aliàs enim, ſi filius tempore teſtamenti manebat ſub patria poteſtate, poteſt teſtamentum rūpere. Si autem eſt emancipatus, vt ſunt in hoc regno filij, qui iam vxorem duxerunt: & in alijs regnis, vbi ceſſat patria poteſtas poterit de inoſſicioſo teſtamento querelare. Si autem non exhæredauerit, tamen inſtituerit, poterit eum extra legitimam pa tet, in quibus ſibi viſum fuerit, ſubſtituere: pro facultate tamen, quæ io iſtis regnis per. l. 27. Tauri conceditur: & imponere ei quodcunque reſtitutionis, fideicommiſsi, vinculi, ſubmiſsionis, ſubſtitutionis ve grauamen, dicens. Et tales domus, hortos, & prædia, in quibus filium meum. N. hæredē inſtituo, volo ipſe habeat, & teneat extra legitimam ſuam omnibus diebus vitæ ſuæ: & poſt eius obitum eius filius maior ſucceſsiuè: vbi autem vir fuerit, in æquali gradu ſemper præferatur fœminæ, etiam ſi vir fuerit minor. Si autem deſcendens defuerit, ſuccedat conſanguineus mihi, dictoque filio meo propinquior: & ſemper maior ætate minori præferatur, dummodo ſint æquales in gradu: & vir minor ætate, fœminæ etiam maiori præponatur. Volo etiam, quòd dicta bona, quæ ſic vinculata relinquo, non poſsint vendi, diuidi, mutarive vllo modo, à iure pro alienatiooe habito, etiam ſi talis alienatio, in manifeſtam vtilitatem, & commodum ipſorum bonorum fuerit. Pręterea non poſsint alienari, nec per alienationem voluntariam, nec neceſſariam: nec per aliquem titulum onerosum, aut lucratiuum, etiam arrharum, dotiſve, aut donationis propter nuptias, aut redemptionis captiuorum, aut conſtructionis alicuius eccleſiæ. (Circa iſtam prohibitionem omnino eſt videndus Gregor. Lopez in. l. 6. titu. 11. parti. 6. in part. *Que la non pudieſſe vender.*) Si autem dictus filius meus. N. aut quilibet alius, qui dicta bona, & vinculum poſſederit, voluerit ea alienare, vendere, pignotare, mutare, aut diuidere, aut per longius tempus nouem annis locare, ipſo facto ſit dicto bonorum vinculo priuatus, trāſeatque ipſo iure ad ſequentem in gradu, etiam ſi illa alienatio ſit ſolius poſſeſsionis. Pater poterit filium, vel filios impuberes pupillariter ſubſtituere. ¶ Item & decimò conſtituo tutores, & curatores filiorū meorum. I. & F. ¶ Item & vndecimò volo ſit hoc Teſtamentum validius omnibus, quæ ante hac condidi. Si autem aliquod poſthac condidero, volo ſit hoc firmius eo: dum tamen in eo non fiat huius integrè, & expreſsè mentio de verbo ad verbum: aut per me ponatur io eo tale verbū, In Deo faciemus virtutem, & ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros. Aut ſalutatio angelica, Aut aliud ſimile integrè. (Si autem apparuerit aliud teſtamentum per has eaſdem clauſulas conſtitutū antehac, vt per hoc reuocetur illud, dicat ſic. Volo autem, quòd ſolùm hoc teſtamentum ſit validum, & nullum aliud, quod antehac condiderim, etiam ſi in eo contineatur clauſula, quod ad reuocationem ſui fiat de eo expreſsè de verbo ad verbum mentio in teſtamento poſt illud condendo: aut quôd fiat mentio de aliqua oratione, aut de alio ſimili, quòd hic habeo pro expreſſo, & inſerto ad validitatem, & firmitatem huius mei teſtamenti, quod ſolum volo & iubeo ſit validum, & non aliud. Si autem illud teſtamentum propter aliquam prætetitionem, alioſve defectus cuiuſvis ſolennitatis non valuerit vt teſtamentum, valeat vt codicillus. Si autem non valuerit, vt codicillus, valeat vt vltima voluntas. Rogoq; conſanguineos meos, qui aliquod ius ſuccedendi mihi ab inteſtato, aut alio quouis modo habuerint, vt bona, hæreditatemque meam reſtituant. N. quem in hoc teſtamento meum hæredem vniuerſalem nomino, & inſtituo. ¶ In primis inquirendum eſt, Quid ſit teſtamentum? Et reſpond. quod Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri vult. Ita Vlpian. in l. prima ff. iſto titul. Hanc definitionem Iuriſconſulti tenent ibi doctores, & Panormi. in rubr. extra. eod. Iaſ. in rub. ff. de legat. 1. col. 3. nu. 6. & in. l. ſciendum, nu. 3. eod. tit. Sylueſt. verb. Teſtamentum.

tum.& Couarru.de teſtamen.in ptima part.rubricæ.nume. 3. & Hoſtien. in ſumma eiuſdem tituli. §.quid ſit teſtamentum.videtur probate eandem Iuriſconſulti definitionem. Ab aliquibus additur verbum, Cum inſtitutione hæredis.

Dictum eſt in definitione, voluntatis noſtræ iuſta ſententia.eo quôd perfecta ſit & ſolennis cum omnibus requiſitis, vt colligitur ex Areti. in dict. l.prima.& Marco Antonio in prin.Inſti. de teſtamen. num.4. Non enim eſſet perfecta voluntas, ſi quid ex ſolennibus ad inducendum teſtamentum neceſſarium deficeret, vt hæredis inſtitutio.tex.in §.ante hæredis. Inſtit. de legat. Vel ſi deficerent teſtes requiſiti à lege, non eſſet teſtamentum, nec ex vi teſtamenti valerent contenta in eo.

Ex quo infertur, quòd lex ciuilis inducens ſolennitatem teſtamentatiam iuſta eſt, intantùm, quòd ſi eius ſolennitas ſit omiſſa, relicta in teſtamento non debentur, etiam in foro animæ, vt præter alios fundamenta adducendo probat Couar. in cap.cum eſſes.de teſtamen.de cuius veritate latius agam in commento huius legis. ¶Ex quo infertur ſecundò non bene dixiſſe Hoſtieñ. quatenus declarando definitionem dixit, Iuſta ſententia, non dico, id eſt, ſolennis, vt quidam, ſed iuſta, ad literam: Nam ſi iuſta eſt, pro ſententia, & pro lege ſeruanda eſt.l.1.ff.ad legem Falcid.§.diſponat. in authenti.de nupt.& in princ. Iuſtit.de lege falcid. Secùs ſi impia vel iniuſta. Hactenus Hoſtien. Ex quo colligitur, quòd ſolemnitatis omiſſio non reddit teſtamentum iniuſtum. Quod tamen falſum eſt. Cõfirmatur ex Vigilio in princ. Inſtit. de teſtam.num. 29. Et huic intellectui adſtipulatur. l.1.ff.de iniuſto rup.dicens non iure factum teſtamentum, cui ſolennia iuris defecerunt. vbi gloſſ. verb.ſolennia.dicit circa teſtes, & ſigilla, & ſimilia &c.text.etiam in princi.Inſtit.de hæredi. quæ ab inteſta.deferun.cuius pulchra verba ſunt. Inteſtatus decedit, qui aut omnino teſtamentum nõ fecit: aut non iure fecit: aut id, quod fecerat, ruptum, irritum ve factum, aut ſi ex eo nemo hæres extiterit. Et ibi gloſſæ hoc prædicant in verbo, non iure fecit, & in alijs ſequentibus. Igitur contra interpretationem Hoſti.in loco præmiſſo. Facit text. in.l.cùm filio.ff.de legat.3.vbi dictio, Iuſta, declaratur, id eſt, perfecta. Si perfecta, nil de neceſſarijs deficere poterit: aliàs nulla erit talis diſpoſitio: Nihil etenim actum eſſe credimus, dum aliquid addendum ſupereſt.l.pen.C.de his quib.vt indig. c. nihil.7.q.1.& capit.1.in fin.de renuntia. Quibus ſuffragatur quod notat Alcia.lib.4.Paradox. c. 7. vbi iuſta ſententia in definitione teſtamenti intelligitur de plena, perfecta, & ſolenni, cuique maior diligentia addi non poſsit. ¶Et nota, quòd teſtamentum dicitur ſententia, & ſic valet arg. de vno ad aliud.l.1.ff.de teſtam. l. hac conſultiſsima. C.qui teſta.facere poſſunt.l.1.ff.de teſtam.Alex. conſi.4.nu.2.lib.7.Auiles in capit.prætto. cap. 36. in glo.verb. *Firmadas.* ¶Subdit Vlpianus in definitione, de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri voluit.ad conſtituendam differentiam inter teſtamentum & contractus, qui inter viuos celebrantur, vt nondum expectatà contràhentium morte effectum ſortiantur. Diſtat etiam ab alijs vltimis voluntatibus, in quibus non eſt neceſſaria hæredis inſtitutio, ſicut in teſtamentis requiritur.l. proxima. ff. de his quæ in teſtam. delentur.ibi, Non poteſt illud teſtamentum valere, quod hæredem non habet.

Contra prædictam definitionem talem argumentum proponi poteſt. Omnis bona definitio debet conuerti cum ſuo definito.l. 1. ff. de dolo. tradit Bart.in.l.prima.ff.de teſtam. Bald. in capi. contingit.de dolo & contuma.Neuizanus in Syl-ua nupt.libr.primo.num.159.Sed prædicta definitio non conuertitur cum ſuo definito, quia comprehendit codicillos & legata.l.legatum.ff. de legat.1.&.l.legatum.ff.de legat.2.& tamẽ codicilli non ſunt teſtamenta.l.ſi idem.C.de codicil.l. non codicillum. C.de teſtamen. Et idem in donatione cauſa mortis. vt in tit. ff. de donat.cauſa mort.de cuius materia agit Couar.in rub.extra iſto titulo. in.3. parte. Ergo prædicta Iuriſconſulti definitio non eſt bona. ¶Iſta tamen difficultas dilui poteſt per interpretationem poſitam ſuprà ſuper verbo, Iuſta.quatenus dixi, accipiendamque eſſe pro ſolenni, & perfecta diſpoſitione, & ſic ſecundum ſubiectam materiam, de qua agimus. argum. text. in cap.intelligentia.& in cap.præterea.de verbo. ſignificat. & in. l. ſi vno.ff.locati. cui addendus eſt tex.in.l.plenum.§.equitij ff.de vſu & habita. vbi verba teſtatoris ſunt accipienda ſecundum perſonam, ad quam diſpoſitio confertur. Facit.l. fin. ad fin.C.ad Macedo.Barba.conſil.39.num.9. lib. 1. & quæ notat Feli.in.c.cauſam quæ.nu.9. de re iudica.Iaſ.in.l.ſed ſi hac.§.liberos.ff.de in ius vocan. Hippolyt.in ſingu.397.& in rub.C. de probatio. num.12.Ioan.Lup.in repe.rubr.de dona. inter virum & vxorem.§.11.nume. 9. ad fin. ¶Vel aliter poteſt ſolui, quod verba definitionis ſunt accipiẽda in potentiori ſignificato.l.ſi vno.ff. locati. Hippolyt.in.l.eos.nu.16.ff.de falſ.text.in.c.penul.de ſententia excommuni. ergo definitio eſt intelligenda de vltima voluntate, quæ fit in teſtamento ſolenni, quæ eſt præſtantior, & dignior cæteris vltimis voluntatibus. Et hæc expoſitio conſtat a ſituatione rubr.ſub qua eſt ſita dicta.l.1.ff. de teſtamen.vbi aſsignata eſt prædicta definitio teſtamẽti. Ex quibus igitur colligitur, quòd eſt optima definitio, cùm propriè ſumpta conuertatur cum ſuo defi-

ſuo definito.vt Bart.in dict.l prima. declarat. Nã
inquantum dixit, Teſtamentum eſt voluntatis
noſtræ,denotat genus. Nam præter Teſtamẽtum
plures actus dici poſſunt ſententiæ voluntatis, vt
eſt donatio cauſa mortis, & codicillus, de quibus
ſpeciatim agendum erit in declaratione iſtius ma-
teriæ. Teſtamentum autem largè comprehendit
ſub ſe quamlibet vltimam voluntatem tanquam
quoddam genus apritudiue,& potentia, licet non
ſemper actu, cùm ſit voluntatis noſtræ &c. Et ꝙ
appellatione Teſtamenti largè comprehendatur
quælibet vltima voluntaſ,eſt glo.& ibi Bald. in.l.
ſecunda. C. communia de legat. ¶ Ex quo infer-
tur,quòd teſtamentum eſt genus, & conſequen-
ter cæteræ vltimæ voluntates tanquam ſpecies cõ
prehenduntur ſub eo. Vnde fit,quod cui eſt licitũ
teſtari,eſt etiam fideicommiſſum relinquere, ſeu
codicillari.Bar.in.l.intantum.ff. de ſeruo corrup.
Ratio eſt:quia affirmatiuê cui conceditur quod
eſt maius & potentius,conceditur & id, quod eſt
minus text.in.l.neque ea.§.primo.ff. de adulter.
vbi habetur,quòd qui poteſt adulteros occidere,
poteſt etiam eos caſtrare,vel aliter ad libitum vul
nerare. Ad quem text.eſt addendus Pala. rubr. in
repetitione rubr.de dona.inter vir. & vxor. §. 88.
num.8.& in tracta.de iuſtit.& iure.in. 4. parte. §.
primo.colum 6.Ciſuent.in.l.82.Tauri. colum. 2.
Decius in cap.quia in num.7. de præbend. Gigas
de penſio.quæſt.18.& tex.in.l.in ſuis.in fin.ff. de
liber.& poſthu.& regu.cui licet.de regu.iur.in.6.
& in capit.per venerabilem.qui filij ſint legi. Cui
autem eſt inhibitum teſtamentum,non poterit co
dicillum facere.Quia cui remouetur genus, remo-
uetur quælibet eius ſpecies.l. ſi quid earum. §.an-
teremptum.de legat.3.glo.in.l.prima. §. fin. ff. de
ſuis & legi.Et prædictam cõclutionem tradit Iaſ.
in.l.ſciendum colu.1.ff.de lega. 1. & Doctor del
Caſtillo in.l.3.Tauri in parte codicillos. ¶ Et qua
tenus dixi,poſt mortem,deciditur quæſtio propo
ſita ab Imol.col.fin.poſt Bal.ibi in.l.ſi alienum.§.
in extraneis.ff.de hære.inſtit.quòd ſi aliquis mori
tur ab inteſtato relicto filio fratre minore, qui po
ſteà efficitur clericus,vel Epiſcopus, & ſic capax
ſucceſsionis,quòd non debet admitti ad hæredita
tem, quia inſpicitur capacitas ſecundum tempus
mortis. Idem eſſet ſi feciſſet teſtamentum,& eſſet
eo tempore, quo confirmatum fuit morte teſta-
mentum filius inhabilis ad ſuccedendum patri.

Secundò dubitatur, Quo iure fuerit introdu-
cta Teſtamenti factio? Et videtur quòd à iure na-
turali,cùm conſiſtat in declaratione propriæ vo-
luntatis,quæ erat penes omnes homines à princi-
pio & origine creationis,antequàm ius poſitiuum
eſſet conditum: & ſic patres antiqui diſponebant
de ſuis bonis,vt conſtat paſsim in ſacris literis, &
in ſpecie patet Gen.21. vbi habentur hæc verba.
Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo
Iſaac. Verbum autem, hæres, intelligitur per te-
ſtamentum.l.proximè.ff.de his qui in teſtam. de-
len §. ante hæredis inſtitutionem. Inſtit.de lega.
ergo teſtamentum fuit de iure primæuo naturali,
& diuino. ¶ In oppoſitum tamen videtur, quod
ſit de iure poſitiuo,vt conſtat in titulis.ff.& C.de
teſtam.& probat Cato Sachus in repe.l.admonen
di.num.89.ff.de iure iuran. Pro cuius reſolutione
ſit talis concluſio. Teſtamentum origine,& inuen
tione fuit de iure gentium ſecundario: quoad ſo-
lennitatem autem,& alias adiectiones, eſt de iure
ciuili. Iſtam concluſionem probat Barto. in. l. in-
terdum.ff.de condi.indebi.colum.3.num. 7. & in
l.prima.colum.4.quæſt.3. C. de ſacroſan.eccl. &
in rubr.ff.de acqui.hæredi.num.2.& ibi Iaſ.n.11.
Martinus de Laude in tracta. de primogenitura.
quæſt.5.Tiraquel in tracta.de primogenio. quæ-
ſtione.7.nume. 5. Et egregius Doctor Antonius
Gomez in.l.3.Tauri.quæſtio.1.Et ſic accipienda
eſt glo.in.l.prima.verb.noſtræ ciuitatis. ff. de ac-
qui. rerum domi.quæ magiſtra eſt, quatenus ex-
plicat ea,quæ ſunt introducta à iure ciuili Roma-
no:& inter alia ponit teſtamentum. Deci. in con-
ſil.455.nume.3.& conſi.403.nu.14.& conſil. 557
nume.5.& conſil.908.nume.5.& conſi.455. n. 5
vbi tenet,quod teſtandi ſolennitas eſt de iure po-
ſitiuo. ¶ Circa prædicta eſt dubium, Vtrùm teſta-
menti factio competat cuilibet de iure commu-
ni,an de iure ſpeciali? Et videtur quòd de iure com
muni, cum iure gentium id competebat,vt ſuprà
proximè dictum eſt. Tum etiam, quia hæreditas
repræſentat perſonam defuncti.l.hæreditas. ff. de
acquirendo rerum dominio.l.mortuo.ff.de fideiuſ
ſo. Et iſto reſpectu defunctus etiam poſt mortem
videtur retinere dominium,quod poſteà adita hæ
reditate transfertur in hæredem.l.cum hęredes.ff.
de acquiren.poſſeſſ.

Tertiò probatur. Quia contrahendo, obligatio
poteſt conferri poſt mortem, & effectus ipſius cõ
tractus.l.vnica. C. de action. ab hærede & contra
hære.& in.§.poſt mortem,Inſtit.de inutil. ſtipu.
l.12.tit.11.part 5.ergo idem videtur dicendum in
teſtamentis.l.in teſtamentis.ff.de regul.iur. Vali-
dum enim eſt argumentum de contractibus ad vl-
timas voluntates.l.prima.§. veteres. ff. de acquir.
poſſeſſ.l.diuortio.&.l.ita ſtipulatus.verſ. Idemq;
defendebat.ff.de verborum oblig.l.ſeruum filij.§.
eum qui chirographum. ff. de legat. 1. l. pactum
inter hæredem.ff.de pact.l.ſucceſſori.ff. de nego.
geſt.ibi, Sicut autem in negotijs viuorum geſtis
ſufficit negotium vtiliter cœptum, ita & in bonis
mortuorum,licèt diuerſus exitus ſit ſequutus.

Quarto facit textus in.l.prima.C. de ſacroſan.
eccleſ.

eccle.vbi dicitur,quòd nihil magis debetur hominibus,quàm ſupremæ eorum voluntates habeant locum,ergo de rigore iuris. ¶His tamen non obſtantibus, contraria opinio validiori argumento defendi poteſt. Nam certum eſt, quòd nullus teſtari poſsit de iuris rigore:quia diſpoſitio teſtatoris confertur in tempus inhabile poſt mortem, quia mors omnia ſoluit. text.in authenti.de nuptijs.§.deinceps. Cui adde Hippolyt. in. l. finali. ff.de quæſtio.& in repet.rub.C. de probatio. nu. 248.vbi plura,quæ diſſoluuntur morte, explicat, ergo non videtur valere.l.eum qui,ff. de iuriſdict. omn. iudi. l. quod ſponſæ. C. de dona.ante nupt. vbi datur regula,quòd illud, quod fit tempore permiſſo, ſi conferatur in tempus prohibitum, non valet.Et dicit gloſſ.in capit.apoſtolica.8.quæſt.1. quòd Papa non poteſt ſibi eligere ſucceſſorem, quia effectus confertur in tempus, quo non erit Papa. Quam dixit ſingularem Panormi. in capit. apoſtolicæ. num. 9. & ibi Barba.nu. 11. de donatio.Idem Panormi.in capi.accepimus. de pact. & in rubr.iſto titul.num. 2. Barba. in tracta.de præſtan.Cardi.1.quæſt.num. 46. Iacobat. in tract. de concil.pag.334.litera.B.& eſt gloſſ.ſimilis. verb. non poſsit.in capit.ſi tranſitus.79.diſtin. ſigularis ſecundum Philipp.Franc.in capit. vbi periculum. de electio.libr.6.

Secundò cõfirmatur ex gloſ.in.l.illa inſtitutio. verb.pendere.ff.de hæred. inſti. quæ tenet, quòd ex gratia eſt conceſſa facultas teſtandi. quam ſequũtur Panor.in rub.de teſtam.nu. 2. Chriſtoph. Porc.in prin Inſti.de teſtam.Guillel.Bene. in. ca. Raynutius.verb.Teſtamentum.1.nu.5.de teſtam. Deci.in rubri.C.qui teſtam. fac. poſſunt. & in. l. eum qui.num.4.ff. de iuriſdi. omni. iudi. Campegius in tract.de ſtatutis loquentibus de dote. quæſtio.69.nume.6.Gerardus Mulert in prima additione ad tract.dictum Flos teſtamentorũ. Rollandini Paſſagerij,Iaſ.in dict.rubr.C.qui teſtam. fac. poſſunt.num.2.Barba in cap.ad hæc. num. 4. de teſtamen.Et videtur,quòd iſta ſit communis opinio,quæ ſuadetur tali fundamento.Nam certi iuris eſt,quòd id,quod conceſſum eſt contra regulam iuris,dicitur conceſsio gratioſa, & ſpecialis. l. peregrè.§.quæſitum.ff.de acquirend.poſſ.l. iuſto. §.nondum.ff.de vſucapionib. ſed facultas teſtandi confirmatur in tempus inhabile, contra prædictam regulam. d. l. quod ſponſæ.ergo eſt de iure ſpeciali,non autem de iuris rigore. ¶Nec his obſtare videntur allegata ſuprà in contrarium.Et primò non obſtat, quòd talis facultas de iure gentiũ competeret.quia ſpecies noſtræ quæſtionis loquitur ſecundùm ius ciuile, quo inſpecto, & attenta regula.d.l.quod ſponſæ.aduerſatur iuri gentium, vt non poſsit referri confirmatio teſtamenti poſt mortem,cum ſit tempus inhabile.¶Nec obſtat ſecundò, quòd hæreditas repræſentat defunctum: quia illud eſt per viam fictionis. dict. l. mortuo. ibi,defuncti vice fungitur.Et in prin. Inſti. de ſtipul.ſeruor.ibi perſonæ defunctæ vicem ſuſtinet: fictio autem eſt de iure ſpeciali, quia ex æquitate contra veritatem inducitur.l.poſtliminiũ.in princip.ff.de captiu.& poſtlim reuer.l.in rebus. C. de iure dot. ¶Nec etiam obſtat, quòd in contractibus obligatio poteſt conferri poſt mortem, quia hoc non erat inſtitutum de iure antiquo. argum. d.l.quod ſponſæ.ſed hoc poſteà cõceſſum fuit per iura noua,quæ vlterius proceſſerunt ita diſponendo,vt in iuribus præcitatis.Et iſta opinio videtur verior,communior, & tenenda de iure,quicquid alij ſenſerint in oppoſitum.

Præterea & quarto inquirendum eſt, Quæ perſonæ ſint habiles ad faciendum teſtamentum? In qua quæſtione dicendum eſt,quòd regulariter omnes admittuntur, quæ expreſsè prohibitæ in iure non reperiuntur. Quia edictum de teſtamentis condendis eſt prohibitorium gloſſ. in. l. ſi quæramur.verb.quæramus. ff. de teſtam. quæ ſignanda eſt ſecundum Barto.ibi num. 4. & eſt magiſtra ſecundum Paul.num.6.tenet Specul. de inſtru. editione.§.compendioſe.col.prima.num.1.Panor.in rubr.de teſtamen.nu.2.glo.in.l.2.ff.de lega.1. Cæſar Lambetti.de iure patro.in. 7. quæſtione principal.primæ partis lib. 1.nu.4.&.l.15.titul.primo part.6.¶Ex quo infertur, quòd dicens teſtamentum nullum,vel inualidum propter inhabilitatem teſtatoris ad diſponendum, tenetur prohibitionẽ probare,quia præſumptio eſt pro teſtatore, quod potuit inſtituere,vel legare per prædicta. l. cætera.vbi Iaſ.hoc notat col.2.nu.3.ff.de legat. 1. Tũ etiam, quia habens pro ſe regulam, habet intentionem ſuam probatam, & allegans contra eam, tenetur oſtendere.cap.quoniam.de coniug.lepro. cap.ſecundo.de reſti.ſpolia.lib.6.l. ab ea parte. ff. de probatio.glo.in.l.omnis definitio. ff. de regul. iur.Alciat.in tracta.de præſumptio.regul. 1, præſumpt.28.num.8.& ibi Ioan. Nich. in additione. Et ſic petens miſsionem in poſſeſsionem rerum hæreditariarum viſo teſtamento à iudice in ſui prima figura non ruptum,nec cancellatum,ſeu aliter ſuſpectum, eſt mittendus in poſſeſsionem, quam petit.l.fina.C.de edict.diui Adria.&.l.2.titul.14. part.6.quæ hoc corollarium expreſsè probat. Et eſt addendus Barto.in conſi.91.Deci.conſi.84.Segura in repetitione.l.ſi ex legati cauſa.nume. 60. ff.de verbo.oblig.Suarez in repetitio. l. poſt rem iudicatam.§.adde quartum.fol.122.col.4. ff. de re iudica.Petrus Ferrarien.in ſua practica in forma libelli,quo petitur hæreditas ex teſtamento.

Perſonas autẽ,quæ ſunt prohibitæ teſtari, enumerat

merat glo.in.l.ſi quæramus ff. de teſtam. & gloſſ. in.§.fin.Inſtit.quib.non eſt permiſſ. fac. teſtamẽ. in verb.ex lege Cornelia.Specul. in titu.de inſtrumen.editio.§.compendioſe. verſi.Primò ergo oppone,Nepos de Montealbano.in tract.exceptio. rub.Exceptiones contra teſtamentum. pag. 468. Rollan.in arte notariatus.a.parte c.8. rubr. Quibus perſonis prohibetur facere teſtamentum. fol. 238. colum. 2. Et inter alias perſonas filius ſub patris poteſtate teſtari prohibetur. Nam iſte etiã de conſenſu patris non poteſt teſtari,nec de aduentitio,ſeu profectitio peculio. l. qui in poteſtate. ff. de teſtam.l.ſenium.C.qui teſtamen.fac.poſſunt.l. 53.titu.1.part.6.Ratio eſt,quòd patris conſenſus nihil operetur:quia teſtamenti factio eſt publici iuris,& priuatorum pactis non læditur. l. teſtamenti factio.ff.de teſtamen.c.licet.de ſepult.lib. 6.gl. in dict.l.qui in poteſtate.& in.d.l.ſenium. vbi Alexand. Nec etiam filia nupta de bonis maternis, vel eius dote ſi eſt in poteſtate.Alexan.conſil.17. colum.3.nume.1.libr.2.niſi ad pias cauſas cum patris conſenſu.Alexand.in dict. l. ſenium. declarat Socin.ſeptem modis in tracta.fallenti. regul. 153. Barba.in rubri.de teſtam.lectu.1.nume.14. In regno autem noſtro filius,vel filia ſi habet legitimã ætatem,& non ſit aliter prohibitus de iure, teſtari poterit,per.l. 5. Tauri. vbi de materia per Ioannẽ Lup.& Didac.del Caſtillo. Idem dicendum eſt in regnis,vbi filij familiàs non ſubijciuntur patriæ poteſtati,vt in regno Aragoniæ,& in regno Franciæ ſecundum opinionem aliquorum,dicentium Francigenas ſub patria poteſtate non eſſe. Quod etiam vltimum probat glo.ſingularis in prin. Inſtit.de patria poteſtate.in verb. ciuium Romanorum.quam dixit ſingularem Bald.in capit. 2. circa finem.de fratribus de nouo beneficio inueſti.& in cap.1.An maritus ſuccedat vxori in beneficio. Segura in.l.Imperator.nume.97.ff.ad Trebellia. vbi probatur in additione,quod parentes non habent vſumfructum in bonis filiorum, qui non ſunt ſub poteſtate,nec poſſunt eis ſubſtituere pupillariter. De intellectu prædictæ glo. Adde Arias Pinel. in rubr.C.de bon.mater.2.parte.nu.9.

Eſt tamen notandum, quod filius in poteſtate, vel adultus ſub curatoris adminiſtratione conſtitutus poterit facere teſtamentum ſine eius conſenſu.gloſſ.in.l.Aurelius. §. Caius Seius. verbo. intra legitimam.ff. de liberatio. leg. notabi. ſecundum Paul.de Caſt.in.l.qua ætate.num.3.ff. de teſtam. & in.l.is cui.numer.3.eod.titul.Iaſ.in. l. nemo ex lege.num.3.& in.l.ſi frater.num.2.C. qui teſtam. fac.poſſunt.Deci.in cap.in præſentia. num. 35. de probatio. Tiraquell.in repetitione.l.ſi vnquam. verb.donationem largitus. num. 204. C. de reuocan.dona.& in.ll.connubiali.l.15.gloſ.3.num.66. Boeri.deciſio.23.num.79.Segura in.l.ſi ex legati cauſa.nume.12.ff.de verb.obliga.Ratio huius concluſionis ea eſt : quia poteſt tale teſtamentum reuocare,& propterea non competit ei in integrum reſtitutio ſecundum Seguram vbi ſupra.

Intellige tamen,quòd poterit facere teſtamentum iuxta.l.6.Tau taliter , quòd non inducat patri præiudicium in vſufructu tertiæ partis, de qua diſponere poteſt,quia in ea fuit ſibi acquiſitus vſuſfructus propter patriam poteſtatem.vt in.l. 3. C. de vſufructu.Colligitur ex Bartol.in. l. prima. §. lex falcidia.num. 2.ff.ad.l.Falcid.Bald.in.l. ſi quæramus.ff.de teſtamen.Et hunc intellectum ad dictam.l. Taur. poſui ad Seguram in repetitione.l. Imperator:num.78.ff.ad Trebell.Præterea , quia dicta.l.etiam ſi nihil adderet iuri communi , eſſet intelligenda taliter , ne pater ſentiret damnum. glo.Bartol.& Iaſ.num.12.in.l.ſcimus.§. in computatione.C.de iure deliber. Et conceſsio principis ſine damno tertij eſt intelligenda.l.2.§. merito. & §.ſi quis à principe.ff.ne quid in loco publico. ca. ſuper eo.de officio deleg. Deci. in conſil. 595. nu. 27.Nec eſt inutilis facultas, quam habet filius familias teſtandi, ſicuti aliqui defendere conantur, cùm ſatis ſit,quòd diſponere poſsit quo ad proprietatem dictæ tertiæ partis,& poſsit vendi , vel conſumi,& ſic de proprietate vti. Et iſtam opinionem credo veriorem,& tenendam : quamuis egregius Doctor Anton.Gomez nouiſsimè cõtrariam defendat in.l.6.Taur.num.14.

Quintò quæro Vtrum furioſus poſsit facere teſtamentum? Et eſt dicendum,quòd non.text. in §.prætetea.verſi.Item furioſi. Inſti. quib. non eſt permiſ fac.teſtam.l.furioſum.C.eo. tit.l. filiusfamiliàs.§.Marcellus.ff.de teſtam.glo. in cap. cùm dilectus.de ſucceſ.ab inteſta.l.13.titul.1.part.6.& l.5.titu.5.lib.3.for.Anto.Gomez in.l.3.Taur.nu. 6.vbi in num. 7.dicit diſpoſita in furioſo in quæſtione propoſi a locum habere in mente capto. l. in aduerſa.ff.de teſtamen. cuius verba ſunt,in aduerſa corporis valetudine mente captus eo tempore teſtamentum facere non poteſt.l.furioſi.C. de nupti.l.humanitatis.C.de impu. & alijs ſubſti. Idem eſt etiam in phrenetico:quia ſi ex grauitate morbi ſuperueniat phreneſis,nõ poterit teſtari. Bald.in.l.2.nu.13.quæſt.10.C.de reſcind.vendit. Bald.in.l.humanitatis.& ibi Franc.Curti. iuni. C. de impub.& alijs.Idem Bald.in.l. quidam in ſuo. ff.de conditio.inſti.Facit text. in.l. ob quæ vitia. ff.de ædilit. edict. Et ita per illum text.tenet ibi Cæpol.in.§.idem Iulianus.nu.49. Iaſ.conſil. 141. num.6.libr.4.&.B.in. l. furioſum. C. qui teſtam. fac.poſſunt.colum.2.nume.1.Barba. in capit. quia ingredientibus.num.15.de teſtamen. Facit tex.& ibi idem Barba.nu.7.in cap.cum dilectus. de ſucceſſ.ab

ceſſ.ab

Digitized by Google

ceſt. ab inteſta. Srephanus Brrtrandus conſil. 178. nume.4.lib.3.Guill.Benedi.in repetitione. capit. Raynutius.verb.adiectæ impubrri. num. 86. Suarez allega.1.col. 4. Quia phreneſis dicitur vitium corporis occupans corpora,& penetrans vſque ad animam.Ita tenet Bald. allegando Ariſtotelem in dict.l.ob quæ vitia.quem ſequitur ibi Cæpola in. §.Itrm Iulianus.

Et furioſus olim & hodie in eodem furore duraſſe præſumitur.glo.in rap.fina. verb. compotē. de ſucceſsion.ab inteſta. quam glo. ibi ſequuntur Ant.Panor.& alij doctores.Et rſt opinio eius cōmunis ſecundum Præpoſi.in capi.dilectus. col. 2. nume.2.deſponſal.& ſecundum Iaſ.in. l. patre furioſo. numrr. 6. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Borri.deciſio.23.num.86.Card. in clemrn. vnica. de homici.nume.4.quæſtio. 2.& ibi Anchar. Iaſ. conſi.178.nume.1.libr. 2. cum alijs concordantijs adductis à Petro de Dueñas in allegatione, quam fecit in cauſa ſuç matris.col.3.Et rſt glo.ſimilis.in capit.indicas Hermanum.3.quæſtio. 9. Alciat. de præſumpt.regu.2.præſumpt.18. Quod procedit, quando non interuenit longum interuallum temporis poſt furorem, quia tunc abſque dubio præſumitur eſſe in furore tempore actus geſti.argum. trxr.in.l.ſi ventri.§.ſin.ff. de priuileg. credi. & in l.lecta.verſi.dicebam.ff.ſi cert.pet.& in.l. pretens. C.de pact.& in capi.officij.de elect. Et hanc opinionem teuent Bald.Alexan. & Corne. nu. 4. & Iaſ.in dict.l.furioſum.Inol.in.l. qui teſtamētum. §.furioſum.ff.de teſtam.Bald.& Marcus Ant. nume.26.in.§. Item furioſi.Inſtit.quib. non eſt permiſſ.fac.teſtam.Angel.in.§.teſtes.Inſtit. de teſtament. Bartholom. Cæpol. in. d.l. ob hæc vitia §. Idem Iulianus.nu.51.Florian.in.l.ſed rrſi.§. iniuriam.nume.6.ff ad lrg.Aquil.Stephan. Bertrādus conſi.48.nu.24.lib.1.Alex.conſil.86.nu.12.lib.2. Boeri.deci.23.nu.89. Vel eſſet per plures menſes furioſus ſecus ſi per momentum,& feciſſet teſtamentum ex interuallo,vt declarant prædicti doct. & Soc.in.conſil.42.col.2.lib.1.Bart.l.2.ff. de bono.poſſ.fu.infanti. delat. Si tamen ante nunquam eſſet alienus à mente, præſumitur ſanus, & furor eſt probandus ab aduerſario: quia quilibet ſanæ mentis præſumitur.l.nō codicillum.C. de teſtam. l.2.C.qui teſt.am.fac. poſſunt. Furor autem quot modis probetur,declarat Couar. in epitom. 4. decretal.2.part. cap.2.num.6.

Quæro, Vtrum hæreticus poſsit facere teſtamentum,vel excommunicatus propter hæreſim? Et eſt dicendum quòd non. Autheuti. credentes. C.de hæret.cap excommunicamus. §. credentes. eod.titul.l.Manichæos.C.de hæreti.l.16. titul.7. part.6.glo.in.l.is cui lege.ff.de teſtam. nec hæres inſtitui.l.4.& ibi Gregor.Lopius tit. 3. partita.6. in verb. *Hereje*. ¶Eſt autem optimum conſilium, quòd teſtator in ſuo teſtamento confiteatur ſanctam fidem Catholicam: quia corde creditur ad iuſtitiam,ore autem confeſsio fit ad ſalutem,ſecundum Apoſtolum ad Roma. 10. capi. vnico.§. quia verò Chriſtus.de Sacra vnctio.& Matthæ.10. dicit Chriſtus,Omnis ergo,qui confitebitur me coram hominibus,confitebor & ego eum coram patre meo,qui in cælis eſt: qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & eum coram patre meo,qui in cælis eſt.& Marci.8.cap.ad fi.Et proteſtabitur ſe victurum, & moriturum in prædicta fide,de qua in.l.prima.titu.1.lib.1.ordi. & per Baptiſtam Cactalup.in tracta.de modo ſtudendi. documento.1.Et proteſtatio eſt optima:quia qualis fuerit animus proteſtantis declarat. vt notatur in l.Nr ſennius.ff.de nego.geſt.& in.l.qui in aliena. §.fina.ff.de acqui.hæred.Couar. in epitom. 4. decretal.2.parte.cap.2.num.3.& capi.5.§.5.num.12 Ludoui.Gomezi.in regul.Cancellariæ. De impetrando beneficium vacans per obitum familiaris. quæſtione.9.Ripa latè agit poſt Felin. de materia proteſtationum.in cap.cum.M.num. 67. de conſtitu. Anchar.in cap.paſtoralis.nume. 18. de cauſa poſſ.Cardin.in clem.1.quęſt.12.de procur. Quod eſt bonum,& vtile conſilium pro illis,qui aliquando inculpabantur de crimine hæreſis,vt proteſtentur maximè in extremis fuiſſe & eſſe catholicos, & tenuiſſe,& tenere fidem catholicam, quam tenent catholici doctores,& prædicat Romana eccleſia,& cum eadem fide vixiſſe & mori velle. Ita Cæpol.cautela.155.& eſt repetita.nu. 185.

Item dubitari poteſt, Vtrùm excommunicatus poſsit teſtamentum facere? Et videtur, quòd non,quia repellitur ab agendo in iudicio,a patrocinando, à teſtificando,& ab alijs actibus ſimilibus, quia cum eo nō eſt communicandum propter periculum communionis.cap.1.de except.lib. 6. ca. decernimus.de ſententia excommunicationis.lib. 6.cap.intelleximus.de iudic.

Secundò confirmatur,quia excommunicato nō ſolum actus iudiciales, ſed etiam extraiudiciales, legitimi ſunt prohibiti.text.in capit.licèt. de ſententia excommunicationis.lib.6.Sed actus teſtamenti eſt huiuſmodi,ergo &c.

Tertiò confirmatur ex nouem fundamentis adductis à Barba.in dict.cap.intelleximus. num. 52. vſque ad 58. vbi probat,quòd excommunicatus non poteſt facere teſtamentum. Ioan. Monach. in cap.quanquam.de vſur.& Hoſtien. in capit. 1. de exceptio.in.6.glo.in capi.decernimus. de ſententia excommunica.lib. 6. in verb. teſtificando. quam glo.dixit ſingularem Philipp. Franc. in rubri.de teſtamen.lib.6.caſu.16.D.Dueñas in tract. fallen.regu. 272. quaſi deportato æquiparetur ex commu-

communicatus. Hoc tamen non eſt admittendum, quia falſa ratione iuuatur, cum excommunicatus regulariter teſtari poſsit. Quod probatur ex eo, quod omnes teſtari poſſunt, qui iure expreſſe nõ prohibentur. l. ſi quæramus. ff. de teſtament. §. fin. Inſtit. quibus eſt permiſſ. face. teſtam. l. prima. C. de ſacroſanct. eccle. dixi ſuprà quæſt. 4. principali. ſed excommunicatus non prohibetur teſtari, igitur poteſt teſtamentum facere. Secundò caſus ſpecialis denotat ius commune eſſe in contrariũ. l. ius ſingulare. ff. de legibus. excommunicato autem propter hæreſim eſt prohibitum. authen. credentes. C. de hæreti. capit. excommunicamus. §. credentes. eod. tit. Nec excommunicatus ex percuſsione Cardinalium poteſt teſtari. cap. fœlicis. de pœnis. in. 6. ergo excõmunicatis propter alias cauſas non eſt interdicta teſtandi poteſtas. Et iſtã ſententiam tenet Innocent. in cap. cum voluntate. de ſententia excommuni. Archidia. in cap. pia. nu. 4. de except. in. 6. Io. de Ana. in d. § credentes. nume. 8. Panormi. in cap. veritatis. num. 32. de dolo & contuma. Barto. & Bald. in. l. ſi quæramus. ff. de teſtam. gloſſ. in. l. 6 titul. 9. part. 1. & eſt communis ſecundum Francum in rubri. de teſtamen. num. 32. lib 6. Felin. in cap. ad probandum. num. 1. de re iudi. Barba. in dict. cap. intelleximus. nu. 52. de iudi. Barthulo. Chaſſanæ. in conſil. 1. dubio. 5. nume. 17. Socin. in tracta. fallen. reg. 133. Dueñas, vbi alios plures ad id citat in dict. regula. 272. Couar. in rubr. de teſtam 2. parte. num. 18. Anto. Gomez in. l. 2. Taur. num. 15. Et eſt veritas ſecundum Robert. Marant. in repeti. l. is poteſt. num. 121. ff. de acqui. hæred. Ampliatur habere locum in publico excommunicato ſecundum Aretin. in. l. ſi quæramus. colum. 5. ff. de teſtam. vbi dicit, quòd eſt communis opinio & Felin. in dict. capi. ad probandum. & Couar. in dict. nu. 18. verſi. Nec refert an ſit publicè, vel occultè excommunicatus. tenet Ioan. Andr. in dict. capit. decernimus. in nouella. Federicus in conſi 71. Francus in dict. rubri. de teſtamen. nu. 72. Selua de beneficio. 3. parte. quæſt. 4. nu. 4. Socin. in reg. 133. vbi allegat alios doctores. Intellige tamen, niſi quis fuiſſet anathematizatus, ſeu ſolenniter excommunicatus, & denunciatus publicè, quia talis teſtari non poteſt ſecundum Bald. in. l. fina. num. 7. C. ſi à non compet. iudi. & in. l. 3. nume. 6. C. ſi pendente appella. mors interue. Idem probat in. l. prima. nu. 3. C. de ſecun. nupt. Bart. in conſi. 238. Ioan. Monach. in capitu. quanquam. de vſur. in. 6. Quod probatur, quia talis excommunicatio inducit ſuſpicionem hæreſis ſecundum Francum in rubr. de teſtam. num. 31. lib. 6. Secundo, quia cum tali excommunicato eſt omnino prohibita communio cum alijs. gloſſ. in cap. primo. verb. periculum. de except. in. 6. capit. illud. l. & ibi glo. verb. vitari. de cleri. excommuni. miniſtr. S. Thom. in. 4 ſenten. diſtin. 18. quæſt. 2. artic. 4 & ibi Gabriel dubio. 1. Archiep Florent. 3. part. titu. 25. cap. 2 § 2. Nauarr. in capit. 1. §. labo ret. colum. fina. de pœni. diſtin. 6. Si ergo abſque peccato ipſe excommunicatus, neque alij cum eo poſſunt communicare, & teſtamentum debet fieri cum communicatione tabellionis, & teſtium, neceſſe erit fateri & ipſum teſtamentum, cum non poſsit fieri ſine tali communicatione, eſſe prohibitum excommunicato. argumen. l. oratio. ff. de ſponſal. in. l. ad legatum in. l. ad rem mobilem. ff. de procur. Item etiam ex extrauagan. Ad vitanda ſcandala. poſita in ſanctione Gallicana. ſub tit. de excommunicatis non vitan. Et quia iſta permiſſio teſtandi pararet alijs cauſam delinquendi. communicando cum excommunicato, & excommunicato communicando cum alijs: quod non eſt admittendum tanquàm abſurdum. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact. l. conueniri. ff. de pact. dotali. Et in excommunicato denuntiato intelligo procedere dictũ Cæpolæ. cautel. 17. vbi expreſſe tenet, quod excommunicatus non poterit teſtari durante excommunicatione. Et ſic poſſumus reſtringere, & intelligere communem opinionem, de qua tu. rũ, dicentem excommunicatum quantumcumque publicum teſtari poſſe, quod habeat locum in non denuntiato particulariter & expreſsim, iuxta formam text. in dict. extrauag. Ad euitanda ſcandala. Et ſi quis ſimpliciter velit defendere communem opinionem, dicat, quòd excommunicatus eſt prohibitus à legitimis actibus pertinentibus ratione officij, ſecus tamen in illis, qui ſibi competunt vt priuato, nam ab illis non remouebitur. Cardina. in cap. perpendimus. quæſt. 30. de ſententia excõmunica. Deci. in cap. intelleximus. nu. 4. de iudi. Neque communi opinioni obſtat glo. in dict. cap. decernimus. quia quæſtionem propoſitam indeciſam reliquit, & noluit quicquam decidere: determinauit tamen Ioan. And. idem quod communis ibi, num. 7. in nouella.

Quid autem in damnato ad mortem. Et eſt dicendum, quòd condemnatus ad mortem naturalem, vel ciuilem, non poteſt teſtamentum facere. l. eius qui. §. fina. ff. de teſtamen. vbi Paul. Imol. & Areti. dicunt iſtam eſſe communem opinionem. gloſſ. in authen. ſed hodie. C de dona. inter vir. & vxor. traditur à Ioan. Lup. & Anto. Gomez in. l. 4. Taur. & eſt communis ſecundum dict. Couar. de teſtam. in rub. 3. parte. n. 27. & l. 15. tit. 1. part. 6. Idem eſt ſecundum eum in condemnato ad mortem ciuilem. vt eſt tex. in dict. l. eius qui. §. primo. & in damnato ad perpetuos carceres. Bart. in. l. 2. ff. de his, quæ pro non ſcrip. Bald. in. l. prima. C. qui non poſſunt ad libert. peruen. Hippolyt. ſingu. 565.

gu.565. Et eſt cõmunis in laicis ſecundum Panor. in rubri iſto titulo. colum. 2. & Couar. in dict. 3. parte. col. 33. vbi dicunt idem eſſe in clericis. & Ioan. Bernar. in praxi canoni. criminali. capi. 129. Hodie verò cõdemnatus ad mortem naturalem, vel ciuilem poteſt facere teſtamentum per. l. 4. Tauri. Conrord. lex Luſitaniæ libr. 4. titul. 94. l. vnica. incip. *Achamos.* Idem dicendum eſt de monacho profeſſo. text. eſt in authenti. Ingreſſi. ibi, Neque de his teſtati poſſunt. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in authenti. de mona:his. § illud. l. 17. titu. primo. parti. ſexta.

Quid de prodigo, cui bonorum adminiſtratio à lege, vel à iudice interdicta eſt? In quo dubio text. in. l. is cui lege. ff. de teſta. & in. §. Item prodigus. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. face. teſta. &. l. 13 titu primo. part. 6 decidunt quòd non. Ratio autem huius dicti eſt, quòd prodigalitas arguit vitiũ animæ, & defectum iudicij, & intellectus, & ideo non reputatur integra, & perfecta perſona, vt poſſit rectè diſcernere, & regulare cui bona relinquat. Quod probatur ex Ariſtotele dicente, quòd prodigus eſt quaſi procul à regimine, & ideo æqui paratur pupillo. l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi cert. peta. & furioſo. l. is qui. ff. de tutor. & curato. datis ab his Et prodigus ſecundum Ariſt. 4. Ethica. 1. eſt ille, qui dat plus, quàm oportet, & quibus non oportet, & cùm non oportet. Cui adde Seguram in. l. Imperator. nume. 141. ff. ad Trebel. Ant. Gomez in. l. 3. Taur. num. 14. ¶His ſic præmiſsis, quæ proficiunt ad obiectionem contra teſtamentum ex defectu perſonæ teſtatoris, vel ad cognoſcendum de eius habilitate, nunc erit tractandum de iuſtitutione hæredis tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, & ex quibus cauſis reddatur nulla, vel iniuſta talis inſtitutio.

De inſtitutione hæredis.

VLTERIVS principaliter quæro, In qua parte teſtamenti ſit ſituanda inſtitutio hæredis? Et videtur, quòd in capite teſtamenti. text. in. l. prima. ff. de hæred. inſtit. & in §. ante hæredis. Inſtit. de leg. Quibus eſt addendus Alciat. in libr. 4. iuris Parerg. cap. 6. Sed hodie de iure nouo ſufficit, quod ponatur in principio, in medio, in fine, vel in qua liber alia parte teſtamenti. text. in. l. ambiguitates. C. de teſtamen. & in. l. præpoſteri. eod. titu. & in dict. §. ante hæredis. Inſtit. de lega. & ita communiter ſeruatur, quòd inſtitutio ponitur de communi Stylo in fine teſtamenti poſt legata, & fideicommiſſa ſecundum Baldum in. l. hac conſultiſsima. colum. 2. num 6 C. qui teſta. face. poſſunt. Imol. & Ba d. in. l. prima. ff. de hæredi. inſtit. ¶Quod tamen fallit in teſtamento cæci: quia in eo requiritur pro forma, quòd hæredis inſtitutio ponatur in principio, & capite teſtamenti. text. in. l. hac conſultiſsima. verſic. Deinde exprimat nomen hæredum C. qui teſtamen. fac. poſſunt. vbi ita tenent Petrus, Cynus, Aret. Alberic. Richard. Mal & Fulgoſ. Angel. in dict. §. ante hæredis. & in. §. cæcus. Inſti. quib. non eſt permiſ. fac. teſta. Et vid tur idem probare. l. 14. tit. 1. part. 6. Sed tamen defendi poteſt contraria opinio, imò quòd etiam in teſtamento cæci poſsit fieri inſtitutio in qua libet parte teſtamenti. Primò quia omiſsio leuis ſolennitatis non debet vitiare actum vt in. l. prima. §. fin. ff. de ventre inſpi. Et illa dicitur leuis ſolennitas, quæ non eſt ratione munita, vel quando eius omiſsio facti ſubſtantiam non mu rat, vel ſi omittatur, eſt nullius, vel modici præiudicij, argu. text. in. l. Gallus. §. primo. ff. de liber. & poſthu. & in. l. cum pater. § fidei ſuæ. ff. de lega. 2. Eleganter firmat Bald. in dict. l. hac conſultiſsima. colum. 2. num. 6. & Barto. in. l. prima. §. ſi plures. ff. de exerci. actio. 2. lectura. num. 13. Bartol. in l. fin. §. ſi verò. C. de iure deliber. Egregius doctor Anto. Gomez in tract. de teſtam. capi 2. nume. 5. vbi plura alia fundamenta ad comprobationem iſtius partis adducit.

Ex quo fundamento decidituur dubium, Vtrùm omiſsio diuini nominis in principio teſtamenti vitiet tabel ionis ſcripturam? Et vltra prædictum fundamentum videtur quòd non, quia forma tabellionibus eſt tradita conficiendi inſtrumenta, & tamen in ipſa non eſt eis iniunctum, quod ponatur nomen Domini. vt patet in authentica. vt proponatur nomen Imperatoris. collatione quinta gloſſ. in. l generali. verbo. ſeruitutis. C. de Tabular. libr. decimo &. l. 54. titul. 18. part. tertia. Nec Rollandinus in practic. notariatus libr. primo, capitul. octauo. in forma teſtamenti inuocationem Domini appoſuit. Tum etiam, quia appoſitio diuini nominis non eſt enumerata inter ſubſtantialia, ergo eius omiſsio non debet vitiare teſtamentum, ſeu quodlibet aliud inſtrumentum, ſecundum Balduin. vbi Philippus Decius in eius additione in rubrica. C. de nouo codic. compon. numer. primo. Alexand. in rubrica. ff. de nouũ oper. nuntiatio. vbi dixit hanc opinionem communem. Panormita. & Felin. nume. 2 in cap. 1. de fide inſtrumen. vbi alios idem tenentes adducit. Et eſt etiam communis teſte Ripa in cap. cùm eccleſia nu. 1. de cauſa poſſ. Et ne aliqua. quæ in contrarium poſſent adduci, obſtent, est videndus Alexan. loco proximè citato nume 8. vſque ad 13. vbi probat etiam ſi de conſuetudine eſſet receptum, quia eſt omiſsio leuis, & non ſubſtantialis ſolennitatis, At eſto quod eſſet ſubſtantialis, negligentia notarij non debet inducere præiudicium teſtatori, ſeu

ri,ſeu aliter contrahenti, cùm talis clauſula ſolita ſit apponi,& ideo pro appoſita habetur.l.quòd ſi nolit.§.quia aſsidua.ff.de ædili.edict.l. fina. C. de fideiuſſo. Segura in repetitione.l.tertiæ.§. fina.nume.31.ff.de liberis.& poſthom. Couarru.in rubri. de teſtamen.2.parte.nume. 14. Et quia teſte Ariſtotele,verba tranſpoſita non vitiant ſenſum diſpoſitionis,l. præpoſteri. C.de teſtamen. ergo inſtitutio facta in teſtamento cæci,quouis loco ponatur,non vitiat illud. Adde Bald.in.§. ſed ſi inſtituto.colum.prima.Inſtit.de vulg.ſubſtit. ¶ Præterea dubitatur, Vtrum directa hæredis inſtitutio poſsit fieri inqualibet vltima diſpoſitione? Et eſt reſpondendum,quòd in nulla, præterquam in teſtamento.l.hæreditatem.C.de codicil. §. codicillis.Inſtit.eodem.l.non codicillum. C. de teſtamē. Rolandinus in practic.notariatus.2.parte.cap. 8. rubri. In qua vltima voluntate fiat hæredis inſtitutio.l.proximè.ff.de his quæ in teſta. delen. vbi abſque hæredis inſtitutione non valet teſtamentum.Facit.l.quod per manus.ff.de iure codicil. & quod determinat Bald.in dict. l. non codicillum. in fin.& Iaſ.in authenti.Nouiſsima.numer.25. C. de inofficioſo teſtamento.

Eſt tamen optima quæſtio, Vtrum poſsit teſtator inſtituere omnes homines de mundo ſimpliciter & abſolutè? Et videtur,quòd ſic.text.in.§.& vnum.Infl it.de hæredi.inſtit.vbi probatur, quòd mero iure valet talis inſtitutio.Infirmatur tamen, & vitiatur propter impoſsibilem aditionem, ſecundum gloſſ.ſingularem ibi,quam ibi ſequuntur Doctores. Tenet etiam Paul.in. l.captatorias.C. de teſtamen.milit.col.a.& Imol.in l.captorias.ff. de hered.inſtituen.col.5.Probatur cōcluſio gloſſ. vltra doctores:quia diſpoſitio,per quam redditur impoſsibilis aditio hæreditatis,nō valet,iuxta nota.in.l.ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligationi.

Secundò, Quia pro forma & validitate teſtamenti requiritur,quod teſtator exprimat nomen vel nomina hæredum, vel eos demonſtret indubitabili ſigno.text.in.l.quoties. §. ſi quis nomen. ff.de hæred.inſti.& in l.iubemus.C. de teſtamen. Quod in ſpecie propoſita noſtri caſus non poteſt fieri,ergo. Præterea, Quia ſi hæreditas eſſet diuidenda inter omnes homines de mundo, quanuis eſſet opulentiſsima,redderetur ad nihilum: & ſic talis inſtitutio eſſet illuſoria, & inutilis.arg. tex. in.l.cùm poſt.§.gener.ff.de iure dot. Et id, quod in iure dicitur,quod diſpoſitio vniuſcuinſque debet eſſe realis, & non verbalis.l.2. C. communia de lega.l.fin.C.de dona.& in prin.Inſtit. quod cū eo. Et has rationes pro iſta vltima parte ſentiunt Bar.Io.Faber.Ange.& Nieaſ.in.d.§. & vnū. Inſt. de hæred.inſti.Sed his non obſtantibus eſt dicendum, quòd talis inſtitutio valeat,& confirmetur aditione vnius hominis de mundo, & alio non adeunte,tota hæreditas ſibi pertineat. Alio vero, vel alijs poſtea adeuntibus acquiratur etiam eis pars quota ſecundum numerum ipſorum. argument. text.in.l.ſi nemo.ff.de teſtamentar. tutel. & partes non adeuntium eis accreſcunt.vt in. l. liber homo.§.ſi Titius.ff.de hæred. inſti. ſecundum Ioan. Fabr.numer.ſecundo.& Angel. nume. primo. in dict.§.& vnum. ¶ Nec obſtat quod adducitur de infinitate,quæ eſt vitanda.vt in.l.vnica.C.de ſententijs quæ pro eo quod inter.& in cap. cum multis.de reſcript.libr.ſexto.& gloſſ.in. l. fina. ſuper verb.infinitum.de ſacroſanct.eccleſ.C. ¶ Nec etiā obſtat quod dicitur de incertitudine, quæ etiam vitiat vltimam voluntatem.§.incertis.Inſtitu. de leg. Quia incertitudo hæredis ideo vitiat vltimā voluntatem, quia ex parte perſonæ inſtitutæ eſſet dubia aditio hæreditatis:dubitaretur enim quis eam adire teneretur:in inſtitutione autem omniū hominum de toto mundo, nulla eſt dubitatio aditionis hæreditatis: quia omnes inſimul inſtituit, nemine dempto. Vt ſi quis(verbi gratia)inſtitueret omnes alicuius domus,qui etiam ſi non nominarentur,valeret talis inſtitutio.

Eſt dubium, Quo titulo legitima ſit relinquenda filio? Et eſt dicendum,quòd titulo inſtitutionis. Salicet.in authenti.nouiſsimè.& ibi Iaſ.C.de inofficio.teſtamen.qui firmant hanc eſſe communē opinionem. Curtius Iun.in.l.hac conſultiſsima, §. ex imperfecto.nume.13.C.de teſtamen. Segura in. l. cum patronus.num.quarto.ff. de leg. 2. vbi plura congeſsi pro confirmatione iſtius communis opinionis. Roderic.Suarez in repetitione.l. quoniam in prioribus.15.limita. C. de inoffic. teſtamento. text.eſt in.§.aliud quoque capitulum.in authenti. vt cum de appellatione cognoſcitur.& in. §. eadē. Inſtitu.de hære.quæ ab inteſta.deferunt. Et eſt cōmunis ſecundum Curti.in authenti.ex cauſa.num. 51.C.de libe.præteritis.

Ampliatur locum habere etiam, attenta diſpoſitione iuris Canonici,quo iure filius eſt honorandus titulo inſtitutionis.gloſſ.per text. ibi in capi. ſi pater.in verb.inſtituit. de teſtamen. in. 6. quam ibi ſequuntur Ioannes Andr. Anchar. Domi. & Franc. Et hanc ſententiam communem fatentur Imol.in capit.Rainutius.numer.31. eodem titulo. vbi Couarru.in.§.primo.numer.primo. Iaſ. in authenti.Nouiſsima.nume.31. C. de inofficioſo teſtamen.& in rubri.ff.ſoluto matri.numero. 32. & ibi Ripa numero. 44. Et eſt communis opinio & verior ſecundum Alexandrum conſil. 70. colum.ſecunda.libr. 2. Quanuis ipſemet Alexan. ſibi contrarius dixerit in.l.inter cætera. ff. de liberis & poſthumis. quòd de iure Canonico non requiri-

Digitized by Google

requiritur, quòd relinquatur legitima titulo inſtitutionis, ſecundum Baldum in.l. fina. C. familiæ herciſcundæ. Et iſtam dicit communem Alexan. loco proximè citato. Nec obſtat textus in dict. capit. Rainutius.in verb.relinquo. Quia ibi non dubitabatur de viribus teſtamenti: Ergo dicendum eſt, quòd ibi dos fuerit relicta titulo honorabili inſtitutionis, iuxta reg.capitu. primi. de ætate & qualitate. libr. ſexto. ſecundum Ripam vbi ſupra colum.51.numero.44 Et plures alios intellectus ad illum textum videre poteris per Docto. Couarru.in dict.capitu.Rainutius.§.primo. Ampliatur locum habere etiam de iure Regio ſecundum Rodericum Suarez vbi ſuprà fol.58.in.l.fori. ibi inſerta.§.ad principalem huius. Pro qua opinione facit. Quia idem ſtatutum eſt de iure Canonico, & de iure ciuili.argumen.text. in capitul. cùm expediat iura iuribus concordare. de electio. libr. ſextu. Et eſt regia.l.quinta.titul.octauo.part.ſexta. Quamuis contrariam opinionem ſenſerit. Baldus in.l.maximum vitium. C. de liber. præter. & Segur.in loco præallegato. numero.42. Iaſ in dicta authenti.Nouiſsima.numer. 24. quatenus tenet, quôd quotieſcunque ſtatutum derogat iuri communi, vel corrigit illud, nunquam recipit interpretationem ab eo, nec intelligitur ſecundum eum, ſed ſimpliciter prout iacet. Et Ioan. Lup. in l. ſexta. Taur.numer. tertio. Nam reſponſio, ſeu inſtantia ad dictum Baldum ne obſtet huic noſtræ ſententiæ colligi poteſt ex Iaſ. in authenti. Nouiſsimè. numer. 24. verſi. Iſtam limitationem Bald.reprehendit &c. [illegible]

3 Et quôd ſit relinquenda titulo inſtitutionis, eſt communis, vt dixi, & tenenda, quanuis Iaſo. contra eam aliquibus fundamentis teneat in dict. authenti.Nouiſsima.numer. 16. videlicet, quando teſtamentum eſt conditum inter liberos. Cui ſatisfacit Curti. Iunior in dicto.§.ex imperfecto. colum.tertia.nume. 14. Et probatur ex generalitate tex.in .§, aliud quoque capitulũ. in authen. Vt cùm de appella.cognoſc.vbi titulus legati excluditur à legitima, & filiorum inſtitutionem parentibus iniungit, non facta diſtinctione, an teſtamentum eſſet inter liberos conditum, an cum extraneis ſimul. Quam opinionem tenent Cynus, Salicet.& communiter Doctores in dict. authen. Nouiſsima.Guillelm.Benedict.in dict.capit. Rainutius.verbo.relinquens in primo. numero. 136. gloſſ.verbo.inſtituit.in dict.capitul. ſi pater. vbi Philippus Prob.de teſtamen. libr. ſexto. Antonius Rube. conſil. 72. Carolus Molinæ. in additio.ad Alexand. conſil. 168. libr. quinto. Couar. vbi ſuprà. qui omnes tenent iſtam eſſe communem opinionem. Nec obſtat text. in dict. capit. Rainutius.qui præter alios intellectus ita exponi poteſt, vt filias ibi hæredes inſtitutas fuiſſe potius conſideremus, quàm in certis coniecturis contrarium diuinemus.

Ampliatur, vt etiam filius fictus, ſicuti eſt monaſterium.capit.in præſentia. de probat. & filius legitimatus debet habere legitimam titulo inſtitutionis, ſicut & filius verus.gloſſ.in authenti Si qua mulier.in gloſſ.magna. ſuper verb. competere.C.de ſacroſanctis eccleſijs. quam ad hoc ibi adnorauit Salicet.in quinta colum.& Iaſ. in authen. Nouiſsima.colum.quarta. C. de inofficioſo teſtamen.& in rubri nume.octauo.ff.de liberis & poſthumis. Iaſ. dict. authen.ſi qua mulier.numer.18. Et confirmatur, quia teſtamentum rumpitur per religionis ingreſſum. ſecundum Romanum conſil.237. Oppoſitionem hanc. vbi citat ad hoc quatuor rationes. Item in ſpecie propoſita idem firmat Petrus de Vnzol.in pract.artis notariatus. rubri.de monachatione.nume.tertio.in.12.volu. tracta.diuerſorum docto. Et aſsignat duas rationes. Prima, quia capite minutus eſt. vt Inſtitu. quibus modis teſtamenta infirm.§. non tamen. Secunda, quia quaſi filius agnaſcitur ſibi monaſterium, vnde ad inſtar filij poſthumi rumpet teſtamentum. vt in authenti.de monach.§. illud. quod ante ingreſſum poteſt teſtamentum facere, & alios inſtituere eſt inſtituto monaſterio in ſua parte legitima, aliàs tanquam poſthumus præteritus dicere poterit teſtamentum nullum.§.ſecundo.Inſti. de exhereda.libero.Prædicta vera ſunt, quando ingrediens non habebat liberos, & antequam de rebus ſuis inter eos diſponat, monaſterium intret, poteſt & inter liberos diuidere, ſi vult poſt ingreſſum, & aut vult dare eis minus, quam poteſt, & tunc ſaltem partem legitimam habet eis relinquere, quia illam eis diminuere non poteſt, & quod eis non dederit, monaſterio applicabitur: ſi autem plus velit dare filijs, quàm poteſt, tunc ſua perſona filijs connumerata, partem ſibi retineat, quæ monaſterio competere debeat, id eſt dicere: tantũ ſibi retinere debet pro monaſterio, quantum debet dare cuilibet filiorum. Sed ſi poſt ingreſſum moriatur antequam inter filios diuidat, filij legitimam percipiant, quia illam nunquam perdunt niſi exhæredentur, reliqua ſubſtantia monaſterio competere debet. vt not. in dict. authenti.Si qua mulier.& l.17.titul.1.part.6.

Sed in quæſtione propoſita, Vtrum teſtamentum conditum ante ingreſſum rumpatur per ingreſſum? Reſpon.reſolutiuè poſt multas opinio. de quibus per Bartolum in dict.authenti. Si qua mulier.quæſt.prima & ibi Bald.colum.4. poſt Iacob.Butri.& Iacob.de Belloui.& Odoff.dicũt, quod ſi teſtando cogitauit de ingreſſu teſtamentum nõ rũpitur per ingreſſum: ſed ſi non cogitauit, rumpitur

pitur tanquam per nouam voluntatem. In dubio verò dicit ibi Bald. in quarta colum. præſumitur cogitatum de ingreſſu incontinenti poſt teſtamentum ſecuto, non ex interuallo. Quod eſt notandum. Tenet Bertachi. in loco infra citando. & glo. Montalui in.l.17.titul. primo.part.6. Quæ opinio eſt communis ſecundum Ripam in. l.ſi vnquam.quæſt.35.nume.94.C.de reuocan. dona. Deci.conſil.31.nume.3. Quamuis contrariam, imò quòd indiſtinctè reuocetur, tenet gloſ.in dict. authent.ſi qua mulier.& glo.in authen. de monach. §. illud. quarum opinio eſt communis ſecundùm Imol.in.l.prima.nume.11.de teſta.& Iaſ.dict. authen.ſi qua mulier.num.17.Galdenſ. in de arte teſtandi.tit.3.cautel. 9. ¶ Quando autem eſt ingreſſus monaſterium mendicantium, pùta fratrum minorum, vel prædicatorum, & ſit incapax indiſtinctè non rumpitur per ingreſſum ſecundum Bald.in dict.authenti.ſi qua mulier. & in addi. ad Specula.de ſtatu monacho.verſic. An per ingreſſum. Et tenet Bertachi. in tracta. de eſpiſcopis. in 4.part.de poteſta.epiſcopi in temporalibus circa res eccleſiarum.num.13.

Eſt notandum, quòd filius debet inſtitui in teſtamento patris, aut expreſſè cum cauſa exhæredari, aliàs teſtamentum erit nullum. text. in prin. Inſtit.de exhæred liber.l.ſi filius qui in poteſtate. &.l.inter cætera.ff.de liberis & poſthum.&.l. filio præterito. ff. de iniuſto rup. Igneus in auth. ex cauſa.C.de liber.præter. Ille autem propriè dicitur præteritus, qui non eſt inſtitutus, aut exhæredatus.text.in.l.quidam filium. C. de fideicommiſſ.ibi, nec hæredem, nec exhæredatum fecit vbi Paul.de Caſtr.num.2.text.in. §. eadem. Inſtit. de hæredi.quæ ab inteſt.defe.l.10.tit.7.part.6.

Quid autem erit, ſi teſtator non habet deſcendentes: ſed aſcendentes, an teneatur eis relinquere hæreditatem titulo inſtitutionis? Et videtur, quòd ſic: quia parentibus eſt debita huiuſmodi hæreditas in bonis filiorum ſic vt è conuerſo filijs in bonis parentum.l.6.Taur.l. nam & ſi parentibus.ff.de inoff.teſtam. Item, quia titulus inſtitutionis eſt honorabilis: & ideo maiori ratione erit debitus parentibus.argument.text. Exod. 20. & Deuteronom. 5. Præterea iſta eſt communis opinio ſecundum Iaſ.in authen. Nouiſsima. num. 37. C.de inoffic.teſtamen.vbi plura in articulo dicit, ſubijciens, quòd eſt quæſtio ſubtilis, & diſputabilis. Et eandem tenet Paul. de Caſtr. in.l. pater filium.nume.14.vbi per Curtium in additione.ff.de inoffic.teſtamen.

Dubitatur, Vtrùm idem erit in fratribus teſtatoris? Et eſt dicendum, quòd non tenetur quis fratrem inſtituere, nec bona ſua relinquere. Turpi tamen perſona inſtituta, frater agit contra teſtamentum fratris.l. fratres. vbi Iaſ. C. de inoffi. teſtamen. Ioan. Bernard. in tracta.fallen. regul. 634. Segura in.l.cùm patronus. nume. 44. ff. de legat. ſecundo. vbi dixi. ¶ Eſt dubium, Vtrum filius naturalis habeat ius dicendi nullum, ſeu querellandi teſtamentum patris, eo quòd non inſtituit eum. Reſpond. quòd non. gloſſ. ſingul. in. l. prima. ff. de bon. poſſeſſ. contra tabul. ſecundum Seguram in.l.cohæredi.§.cùm filiæ.nume.31. ff. de vulgar. Et eſt vnica & ſingularis ſecundum Antonium Gomez in.l.nona. Tauri.num.11.vbi plures commendationes allegat. Et eſt regia. l. octaua. titulo. 13.part. ſexta. Contra matris teſtamentum filius præteritus poterit agere, deſcendentibus legitimis non extantibus, vt dixi in additio.ad Seguram loco præallegato. gloſſ. in. l. ſi qua illuſtris. C.ad Officia.in gloſſ.fina. gloſſ.in.§. tam autem naturalis.in gloſſ.prima. Inſtitu. de inoffic.teſtamen.Bald.in.l.fina. colum. ſecunda. numero. tertio.C.familiæ herciſcundæ. text. in. l. ſi ſuſpecta. verb.de inofficioſo.ff.de inofficio. teſtamen. vbi gloſſ. Odoffred. Albet. Bald. Angel. & Paul. Et eſt communis, ſecundum Ioannem Baptiſtam. Caccialup.in dicta. l. ſi qua illuſtris. numero.94. Antoni. Gomez in dicta.l. nona.nume.12.vbi tenet poſt Baldum, quòd quantum ad matrem naturales habent iura legitimorum, & ſuccedunt tales filij ex teſtamento & ab inteſtato, etiam ſi mater habeat aſcendentes.l.nona. Tau. quam ibi notat Anto. Gomez num.10.

Eſt etiam notandum, quòd pater poteſt filium naturalem inſtituere in omnibus ſuis bonis excluſis parentibus.l.10.Taur. Quod eſt nouum, & notandum. ¶ Eſt tamen dubium, Vtrum illegitimi poſsint aliquo titulo conſequi bona à ſuis parentibus clericis. Et eſt dicendum, quòd non. glo. in capitu. per venerabilem. verb. Adulterinis. qui fil. ſint legiti. gloſſ.in.§.legari. Inſtitu.de lega.& in authenti.ex complexu.C.de inceſt.nup.l.22. tit. 3. lib.1.ordinamen.l.ſecunda.tit.3.lib. 5. ordinamẽ. l.nona. Tauri.l.tertia.titul.21.part.quarta.l.41.titul.6.part.1.

Tamen eſt pulchrum & neceſſarium dubium tractare, Quibus cautelis fretus, poſſet filius talis habere bona patris excluſo fiſco tutè, & in foro animæ. In quo duodecim cautelas ponit Cæpol. cautel.38. Gualdenſ.de arte teſtandi, titul. primo. cautel.14.fol.23.ponit quindecim: & illam exiſtimat meliorem, quòd inſtituat Spurium, cum fuerit capax, id eſt legitimatus à principe. l. in tempus.ff.de hæredi.inſtitu.quam ponit Segura in repeti.l.cohæredi. §. cum filiæ. nu.121.ff.de vulga. & pupil. vbi ponit effectum notabilem, interim quo legitimus efficiatur, & ſic pendente conditione, quòd petat bonorum poſſeſsionem ſecundum

Tabulas

Digitized by Google

Tabulas;& habebit bona hæreditatis tanquam adminiſtrator,interim quo conſequitur legitimationem.Idem probat Ioan.Lup.in repetitione rubri. de dona. inter vir. & vxo. §. 29. nume. 4. & Couarru.in. 2.parte Epitom. decret. cap.8.§.quinto. num. 12. Quod eſt menti tenendum. ſingulariter Anto.Gomez de vltim.volunta.cap.2.nu.13. qui ampliſsimè loquitur in iſto propoſito,& meliùs quam alius.¶Alia cautela eſt, vt inſtituat hæredē amicum fide dignum , vel donet bona ſua abſque pacto,vt det filio ſuo,aliter enim veniret fiſcus in dictis bonis propter tacitum pactum inter eos celebratum , ſed ſolum requiritur ſimplex inſtitutio,& inſtitutus reſtituet hæreditatem filio ſpurio ſecundum votum patris,& ſine ſcrupulo conſcientiæ locum habebit iſta cautela, quam praxis iam recepit.Et eam ponit Specul.de ſucceſſ. ab inteſta §.primo.num.30. Couartu.2.parte.decretal. cap.8.num.11.Alia aſsignatur cautela,vt inſtituat vxorem filij ſpurij : quia cum in ea non fuerit facta prohibitio,& materia priuationis ſit pœnalis, non habebit locum , niſi in caſu,in quo loquitur. cap.ſtatutum.de elect.libr.ſexto.glo. in capi. fin. de iure patro.Iaſ.in.l.illam.nu.12.C.de colla. Vel inſtituat nepotem legitimum natum ex filio ſpurio.Bald.in.l.ſi quis inceſti.nume. 2. C. de inceſt. nup.Alexan.in.l. Gallus. §. quid ſi is colum.fina. ff.de liber.& poſthu.vbi Iaſ.nume.19.Couar. vbi ſupra fatetur iſtam communem in nume. 14. poſt Anto.Corſet in ſingul.verbo. fornicatio. Suarez in.l.9.titu.11.libr.primo.for.colum.2.fol. 73. vbi iſtam ſententiam dicit magis communem. Præterea eſt alia cautela,vt relinquat ei quintam partem bonorum nomine alimētorum.Couar. vbi ſuprà. nu.12. Roma.conſil.43.col.3.verſic.Tertia cautela.& Alciat.lib 4.iuris Parerg.cap.5.

Vel alia, quòd legitimetur à Principe in vita patris ad habenda bona ipſius. Et iſta erit melior, & ſecurior cautela in vtroque foro tam exteriori, quàm conſcientiæ. Et ſic poterit hæres inſtitui. Catheli.Cotta.in memor. iur.verbo. Spurius. in princi.l.17.titu.ſexto.libr.tertio.for.vbi gloſ.Ad de quæ de legitimatione notat Iaſ.in.l. Gallus. §. & quid ſi tantum.nume.84.ff.de liberis & poſth.

Aliam cautelam ponit additio.Bartol.in. l. & ſi pepercerit.verb.matris.ff. de liberis & poſthum. Tres etiam aſsignat gloſſ.in.l. 10. verb. & adulterio.tit.quinto.lib.tertio.for.

Dubitatur , Vtrùm pater clericus poſsit filiam in ſacerdotio genitam dotare ? Videtur quòd non ex Barto.in conſil. 119.vbi omnino indignam reputat ad legatum adipiſcendum à ſuo patre cauſa etiam dotis.Sed dicendum eſt , quòd nomine dotis poteſt relinqui filiæ ſpuriæ legatum, vel dos inter viuos,ſi filia non habet vnde ſe alat , ſeu poſsit dotari argumeot.text.in capitu. cum haberet vbi Panormita.firmat de eo, qui duxit in matr. quam pollu.per adult Ioan.Lup.in repeti capit.per veſtras.§.decimo.fol.89.colum.4.Anto. Capit. deciſio.181.Ioan. Lup.in.l.nona.Taur. nume. 18. & in dict.capit.per veſtras.§.23.nume.7.fol. 97. vbi refert in nume.quinto. Plures doctores tenentes contrarium. Boetius deciſio. 127.nume.7.Et eſt communis opinio ſecundum Couarru. in. 4. Decreta.2.parte.cap.8.§.ſexto.nume.11.Et ſic eſt accipienda doctrina Bartol. in loco præallegato eo caſu,quo filia haberet vnde ſe poſſet dotare, & alimenta recipere,in cuius locum ſuccedit dos. vide regu.367.verſi.Ampli.3.

Dubitatur etiam , Vtrum , quemadmodum ſacerdos non poteſt filium ſpurium hæredem inſtituere,ita nec mater poſsit? Reſpond. affirmatiuè, quòd ſic. Suadetur primò Nam quod iudicamus de cauſato ab ipſa cauſa , idem èconuerſo de ipſamet cauſa iudicamus. l. affinitatis. C. communia de ſucceſſ.l.non facile.ff. de gradib. Probatur ex Deci.conſil.13.nume.4.Franc.Curt.iunii in l. ſecunda.§.mutui numer. 7. ff. ſi certum peta. Item etiam hac ratione clericus æquiparatur militi , & donatio ab eo facta concubinæ affectionis cauſa, eſt prohibita ſicut à milite ſeculari. Felin. in capi. cùm ex officij. nume. 2. de præſcript. Ioan. Lup. de donat.inter virum & vxor.§.39. nume. ſexto. Et facit quod notat Paul. Caſtrenſ. in. l. maritus. C.de procura.& Curt. vbi ſuprà. nume. ſexto. Si igitur cauſa prohibitionis eſt,ne detur cauſa luxuriæ , quæ eſt ipſa mater : ergo & ſucceſsio matris erit prohibita.

Præterea eſt.l.9.Taur.pro iſta parte, ſicut eam inducit Ioan Lup.ibi nume.37. vbi Cifuen. quæſtione.9.Ioan.Lup.in.l.16.nume.12.in legib.Tauri. vbi tenet , quòd mater filiorum clerici in ſacris ordinibus conſtituti,ipſis filijs non poteſt ſuccedere , ſicut nec ei filij ſuccedunt. Idem notat Couar.in.2.parte decreta.ca.8.§.quinto.num.17.Syl ueſter verb.filijs.quæſt.4.

Eſt etiam aliud dubium , quando fiſcus ſuccedat in bonis teſtatoris? Reſpon. Quando teſtator inſtituiſſet aliquem indignum , ſecus tamen ſi aliquem incapacem , quo caſu venient duntaxat venientes ab inteſtato,ex mēte Bal.in. l. eam quam. colum.quinta.nume.18.C. de fideicommiſſ. Vide Hieronym. Verium in.l.ex facto numero. 27. ff.de vulgar.Spurius autem non eſt indignus , ſed incapax. ipſe enim nullum peccatum commiſit, eo quòd ita à patre genitus ſit.Bartol.in. l. hæreditas.C.de his quib.vt indig.colum.vltima. ad fin. & in.l.teſtamenti.ff.de teſtamen.cap.accedens.de purgati.canon.& capit.naſci.56.diſtio. Et eſt notandum , quòd quando ſpurius eſt inſtitutus palàm,ve-

Digitized by Google

liam, veniunt hæredes ſuccedentes ab inteſtato. Si autem tacitè, fiſco adiudicatur. Vt quando quis ab aliquo eſt hæres inſtituurus, cui fidem præſtat de reſtituenda hæreditate ſpurio: nam is, qui fidem hanc præſtat, vt indignus priuatur ab hæreditate. l. non intelligitur. §. ſi quis palàm. &. l. ita fidei, ff. de iure fiſci. l. prædonis. ff. de petitione hæreditatis. l. in tacitis. &. l. Lucius. §. fi. ff. de legat. 1. Couar. in epitom. a. parte decreta. ca. 8. §. quinto. num. 6. Bald. in. l. etiam. nu. 3. C. ad legem Falcid. Ratio eſt, quia quando ſacerdos tacitè inſtituit filium per tertiam perſonam, peccat contra legem, damnum & fraudens ei inferendo, inſtituendo illum tertium ad effectum, vt filius incapax ſuccedat in hæreditate. Tamen quando expreſsè, ſecùs eſt, cum non ſenſerit habere animum relinquendi hæreditatem filio, ſed ſolum, vt ſui veniẽtes ab inteſtato ſuccedant. d. l. non intelligitur. §. ſiquis palam. &. l. ita fidei. &. l. Lucius. §. primo. ff. de legat. 1. Per quam declarationem datur optimus & verus intellectus ad. l. primam. ff. de iure fiſc. & ad. l. etiam. C. ad leg. Falc. & ad. d. l. in tacitis. ff. de lega. 1. Quæ iura ſolum loquebantur in filijs ſpurijs tacitè conſtitutis. Et de hac indignitate, quæ procedit ex tacita fide de reſtituendo incapaci hæreditatem, adde. L. 13. &. 14. tit. 7. & l. 5. tit. 15. parti. 6.

Succedit notabile dubium, Vtrùm hæres ſcriptus teneatur in foro animæ hæreditatem reſtituere ſpurio? Et eſt dicendum quòd non, etiam ſi de hoc tacitam fidem præſtiterit. Couar. vbi ſuprà nu. 9. Hinc deducitur, quòd etiam ipſe poterit retinere prædictam hæreditatem, nec tenebitur fiſco reuelare tacitam fidem, quam dedit de reſtituendo incapaci. vt per Couar. vbi ſuprà num. 10. cum certi iuris ſit, quòd ipſe ſit verus hæres, & in pœnam delicti inductum eſt, quòd fiſco applicetur hæreditas, quæ in foro animæ non habent locum glo. in cap. fraternitas. 12. quæſt. 2. ſingularis ſecundum Seguram in repetitione. l. filius dum in ciuitate. nume. 15. & ibi dixi. ff. de verbo. oblig. & Gomez in. §. ex maleficijs. nu. 14. vbi dicit eam communem. Inſtit. de actio. quamuis ſumma Roſella. verb. filius. §. ſexto. teneat, quòd fiſco in foro animæ ſit reſtituenda huiuſmodi hæreditas in ſpecie propoſita, nec ſibi, nec ſpurio reſeruare. Quem ſequitur Segura in. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. nume. 124. Ioan. Bernar. in practi. canon. crimina. cap. 58. Quod tamen, cum ſit pœna, nec aliquid abſit ex ſuo fiſco, quia nil perdidit propter tacitam fidem hæredis, non erit reſtituenda talis hæreditas in foro conſcientiæ ei, vt diximus. Et iſtam opinionem tenet Hierony. Paul. in practica cancella. apoſtol. pag. 88. verſic. Bona quæ auferuntur damnato.

Quæritur, Vtrum concubinarius poſsit concubinam ſuam inſtituere vniuerſali titulo, vel particulari? Et eſt dicendum quòd ſic, dummodo ſit talis, cum qua licitè poſſet matrimonium contrahere. ita Iaſ. conſ. 37. li. 3. vbi optimè loquitur. Fallit etiam in milite. l. miles ita. §. mulier. & ibi per Bartol. ff. de milit. teſtamẽ. de hoc latius dixi in mea quæſtione. 454. Et adde. D. Couar. in regu. Peccatum. a. parte. §. ſecondo. nume. ſecundo. de regul. iur. in ſexto. ¶Filius autem debet inſtitui, aut expreſsè exhæredari, cauſa inſerta, dicendo, Exhæredo filium meum, quia talem ingratitudinem erga me habuit. de quibus ſit mentio per gloſ. in capit. quintauallis. de iure iurand. & eſt text. in authen. vt cum de appel. cognoſc. §. cauſas. collatione. 8. Nec ſufficit dicere, Maledico filium meum ingratum, quia manus violẽtas in me conieeit (vel quid ſimile) ad hoc vt cenſeatur exhæredatus, quia pro forma requiritur ad valorem teſtamenti, quod inſtituatur, vel expreſsè exhæredetur per verbum, inſtituo, vel exhæredo. Sed forma non ſeruatur, quando cauſa exhæredationis explicatur per verbum, maledico, ergo non cenſebitur exheredatus. Ita Bald. in procem. decreta. verb. Gregorius. colum. pen. quæſt. fina. numer. 33. Iaſ. in. l. ſi pater tuus. nume. 7. C. de hæred. inſtit. & in. l. ſi quis in fundi vocabulo. nume. 21. col. 3. ff. de legat. 1. & in l. & ſi peperecerit. nume. 4. ff. de liberis & poſthu. & in authenti. non licet. nume. ſecundo. C. de liber. præter. Ioan. Lecerier. in tracta. de primogenitura. libr. 2. quæſt. tertia. numer. 14. & Guillel. Benedict. in repetitione. capit. Rainutius. verb. in eod. teſtamento. 2. nume. 9. de teſtament. Et cauſas ingratitudinis vltra glo. in dict. c. quintauallis. ponit glo. in. §. fin. Inſtit. de inoffic. teſtam. & eſt alia in. l. 49. Taur. & in ordinamento Luſitaniæ lib. 4. titul. 72. & Couarru. in capit. Rainutius. in princip. de teſtamen.

Dubitari tamen poteſt, Vtrum ad cauſas ingratitudinis habentes eandem, maiorẽ ve rationem ſit referendum, quòd filius poſsit exhæredari, ſicut ſi committeret aliquam cauſam ingratitudinis de expreſsis in dict. §. cauſas? Et reſpõdendum eſt, quod ſic ex identitate, vel maioritate rationis. Petrus Gerardus in ſingul. 1. vbi refert Alexã. hoc idem tenentem in locis per eum citatis. Feli. in capit. paſtoralis. in princ. de reſcript. Ioan. Lupus in rubri. de donatio. §. 16. nume. 10. Euerardus in locis legalib. capitu. tertio. colum. 51. verb. Quintò iſtud. Roder. Suar. in. l. 2. for. fol 71. coln. 1. verſic. Tertiò inquãtũ iſtæ leges. Et dixi ad Segu. in. l. prima. §. ſi vir vxori. nu. 119. ff. de acqui. poſſeſsio. & Chaſſanæ. in conſue. Burg. rubri. 7. §. 2. num. 2. fol. 231. Hippolyt. ſing. 78. Ripa in. l. fi. nu. 138. C. de reuoc. dona. & eſt opinio cõmunis ſecundum Alex. nu. 4. in authenti. non licet. & ibi Curti. iuni. nu. 23.

ni.nu. 23. C. de liber. præter.& ſecundum eũdem Alexan.in.l.ſi quis id quod.nu.19.ff. de tur. omn. iu li.Couar.in cap.Rainutius.in prin.nu.17. de teſtamen. Et ſequitur Pet.à Plaç.de delict. capit. 1. nu.15.& 16.plures in hoc referendo.Pinel in.l.1. a.part.nu.27.C.de bon.mat. Sed iſta opinio non videtur poſſe procedere,quia eſt pœnalis.c. ſtatutum.de elect.in.6.c.is qui.de ſenten. excom. cod. lib.Secundo ex.l,donationes.ibi.& ex cauſis,quæ legibus continentur.C.de reuocã.dona.& ex.l.8. titu.7.part.6.verb. *Mas ſi por alguna*.Et ex tribus fundamentis contra iſtam communem adductis per Curt.Iun.loco proximè allegato. Quod ergo lex non imponit, nec à nobis imponendum eſt: cùm maiorem,ſeu molliorem pœnam,quàm à iure ſancita eſt,non ſit licitum imponere. argu. tex. in.l.ſiue.C.ne ſanctum baptiſ.reiter.& tenet Vigli.in.§.fin.nu.8.de exh.lib.Grego. Lopez in. d. l.8.verb.*Otra razon qualquiera*.¶ His ſic præmiſsis, Pater poterit ſubſtituere filios impuberes ſubſtitutione pupillari, non autem ſubſtitutione fideicommiſſaria,quæ eſt onus, & ideo reijciendum à legitima.l.cùm patronus.ff.de legat.a.l. quoniam in prioribus.C.de inoffi. teſtam. Et quod dicatur grauamen fideicommiſſum,eſt.l.cohæredi.§. cum filiæ.vbi Segura.nu.271.de vulga.Iaſ.in.l. ex tribus.C.de inoffi.teſt.Poterit tamen filius onerari grauamine fideicommiſsi in eo, quo eſt honoratus à teſtatore vltra legitimam.text.in.l. cùm proponas.vbi optimè Deci.n.2.C.de pact. Et ita procedit text.in cap.in præſentia.de probatio.vbi fit mentio de ſubſtitutione fideicommiſſaria.&.l.27 Taur.Pro declaratione autem iſtius materiæ notandum eſt,quot ſint ſubſtitutionum ſpecies? Et reſpon.quòd plures, vt notat glo.in.c. Rainutius. de teſtam.& ibi Couar.§.4.& Lancel.Politus; & Zaſius in ſuis tracta.ſubſti.& gloſſ.magiſtra. in.§. qua ratione. Inſtit.de pupill. ſubſti.& Anto. Gomez in tracta.de vltim.volun.c.3.vbi agit de vulgari ſubſtitutione. & in ca. ſequenti.de pupillari, & in ca.5.de fideicommiſſaria.& in ca.6. de exemplari.& in cap.7.de compendioſa. In quibus locis optimè loquitur,& latè.

Dubitatur, An commiſſarius poſsit in legitima filiorum facere ſubſtitutionem vulgarẽ? Quæſtionem iſtam mouet Iaſ.in.l.ſi parer. C. de inſti. & ſubſti. & ipſam ad vtranque partem examinat Ioan.Lup in.l.31.Tauri.nume.95.vbi agit de iſta vulgari ſubſtitutione in numeris ſequentibus. & in nume.89.de pupillari ſubſtitutione.aliqua proponit. ¶ Notandum etiam eſt, quod prohibitio de non alienando poſita in teſtamento impedit, quòd hæres non poſsit talia bona ſubiecta reſtitutioni alienare, nec dominium transferre. tex. ſingularis in.l.fin.§.ſin autem.C.communia de leg. & in authen.res quæ.eod.tit. Iaſ. in.l. ſi à ſubſtituto. nu.3.ff de lega.1.& in.l.fin.§.ſi pupillus. nu.4. ff. de vulgar.& in.l.Marcellus.§.res quæ. ff. ad Trebel.& in.l.ſi ſocius.num.4.ff.ſi cert. peta. Intantum procedit,quòd bona maioratus prò dote, vel donatione propter nuptias non poterunt obligare abſque Regis licentia, vt dixi ad Seguram in.l. cohæredi.§.cum filiæ.num.243.ff. de vulga. gloſ. in.l.prima.titu 3.fol.10.col.3.lib.1.for.legum.Et in caſu, quo non ſunt alia bona ſufficientia, quo caſu poſſunt obligari,& in dotem dari. Soci. conſil.75.colum.1.lib.1.Et eſt addendus Couar. lib.3. Varia.reſolut.ca.6.vbi in nu.10.quærit,vtrum res ſubiectæ reſtitutioni,vel titulo maioratus,poſsint alienari cauſa dotis:& an princeps valeat derogare voluntati teſtatoris, qui expreſsè prohibuit alienationem etiam ex cauſa dotis.

Circa prædicta dubitatur de quæſtione quotidiana. Vtrum hæres,vel Epiſcopus, vel executor poſsit legatum relictum ad certum pium vſum cõuertere ad alium pium vſum? Exemplum poteſt poni. Teſtator diſpoſuit,quòd tertia pars bonorũ ſuorum diſtribuatur pro certis miſsis dicendis,vel pro capella conſtruenda:modo hæredes, vel exactores volunt in alium vſum conuertere,ſeu commutare,ſcilicet,pro puellis maritandis, aut pro põte,vel publica via reficienda, An hoc facere poſſint? Diſtingue. Aut voluntas defuncti non poteſt adimpleri prout ipſe voluit,quia fortè illa tertia pars legata non ſufficit pro capella conſtruenda, vel pro illo numero miſſarum dicendarum: iſto caſu talis commutatio poteſt fieri in alium pium vſum,& tale relictum non efficeretur caducum.text.in capit.nos quidem. de teſtamen. vbi habetur,quòd ſi relictum non poſsit ad vſum deſtinatum deputari, commutabitur in aliam piam cauſam,eo,quia vbi intentio non poteſt adimpleri in caſu; in quo teſtator voluit, commutabitur in alium.& in.l.legatum.ff.de vſu & vſufructu lega.vbi dicitur, quòd relictum ad opus illicitum, debet conuerti ad opus licitum. Notandum eſt, quòd licèt iſta diſpoſitio poſsit conuerti in aliam piam cauſam, tamen talis operis iniuncta commutatio non poterit fieri per ſolum hæredem,nec etiam per ſolum Epiſcopum, ſeu eius vicarium, vel officialem,ſed requiritur conſenſus vtriuſque, ſcilicet,hæredis,epiſcopi,vel executoris, ſi datus ſit.vt notat Panormi per textum ibi in dict. capi. nos quidem.verſi.Ordinari teneantur. & text. in dict.l.legatum.verſi.Adhibitis hæredibus &c. Et eſt vtile ſcire pro illis,qui fundant capellanias, vel pia legata,& volunt, ꝙ miſſa in tali altari dicatur, & non in alio.Certè ſi in illo non poſsit celebrari, quia eſt interdictum, vel deſtructum, vel eſt alia iuſta cauſa, propter quam voluntas defuncti non

poteſt obſeruari, prout teſtator diſpoſuit, tunc cõuerſio debet fieri in aliam piam cauſam per hæredem, & Epiſcopum ſimul, vt in dict. cap. nos quidem. in verſi. pias voluntates defunctorum epiſcopali diceus eſt ſtudio adimpleri.

In caſu verò, quo diſpoſitio teſtatoris poſsit adimpleri, prout ipſe diſpoſuit, tunc non poteſt in alium vſum commutari, ſed debet adimpleri in forma ſpecifica, niſi commutatio fiat de licentia Papæ, qui non facit de poteſtate ordinaria, ſed de abſoluta. per text in clem. quia contingit. & ibi expreſse notat Car. in. nu. 3. de religio. domi. Iacob. Butri. in. l. ſi quis ad decluſundam. §. ſin autem. C. de epiſc. & cleric. & in dict. l. legatum. Vnde dicit Bartol. in. l. 1. C. de his quæ pœnæ nomi. quòd legatum relictum pro virginibus maritandis, non poteſt conuerti ad alium pium vſum, eò, quia legitima voluntas non pertinet ad arbitrium alicuius. & Bald. in authent. niſi rogari. colum. 2. C. ad Trebel. dicit expreſsius, quòd executor datus ad virgines maritandas, non poteſt dare illam quantitatem virgini intranti religionem, ex quo voluntas defuncti aliter ſe habeat. Et ita tenet Guido Pap. deciſio. 556. vbi dicit, quòd certa diſpoſitio teſtatoris reſpectu perſonæ, vel cauſæ, non poteſt per Epiſcopum alterari. Et refert ita fuiſſe iudicatum in Parlamento Dalfinali. Facit text. in. l. hac lege. de aquæductu. lib. 11. vbi dicitur, quòd Præfectus conuertens aurum aquæductus ad aliud opus, tenetur reſarciri de ſuo. ¶ Et pro comprobatione iſtius partis eſt addendus Cæſar Lamberti. de iure patro. 24. artic. 3. quæſt. princip. 1. part. lib. 1. Barb: in capit. tua nos. nu. 13. de teſta. Bermond. Chouer in tracta de publi. concubina. pag. 177. verſic. Secundo quæri poteſt an hæres. Capell. Toloſa. deciſi. 26. Ex quo infertur Principem ſine iuſta cauſa non poſſe dare licentiam ad alienãdam rem Maioriæ ſubiectam reſtitutioni, nec clauſulas Maioriæ etiam eius authoritate conceſſæ. Tradit Menchac. contra Couar. lib. 1. de ſucceſsio. crea. §. 1. nu. 32. Gregor. Lopez in. l. 6. glo. 4. verſi. & licèt. titu. 5o. part. 6. Sed intelligo Couar. poſſe cum cauſa. vt ex allega. colligi poteſt in lib. 3. vati. ca. 6. nu. 1.

Et licet Papa poſsit de plenitudine poteſtatis alterare, & commutare voluntatem defuncti, tamen non videtur, quod illa vtatur, ni apponat clauſulam. Non obſtante, per quam clarè apparet, quòd vult vti illa ſuprema poteſtate. Et ita debet intelligi Clem. quia contingit. verb. ſedis apoſtolicæ. de relig. domi. ſecundum Bald. in. l. ſi teſtatum. C. de teſtamen. Legatus tamen de latere non poſſet facere iſtam commutationem voluntatis. Cardi. in dict. clem. quia contingit. vbi glo. dicit, quòd non ſufficit poteſtas legati de latere, ſed requiritur poteſtas Papæ. Ideo dicit Bart. in dict. l. legatum. quòd ad talem peruerſionem voluntatis requiritur authoritas Principis: ergo non ſufficit conſenſus hæredis, vel authoritas Epiſcopi, vel legati de latere. Et ita concludit Aufreri. deciſi. 26. quia inferior à Papa non poteſt alterare ius commune. cap. fina. de officio Archipresby. Ioan. Andre. in capit. 2. de conſtit. in. 6. Et hoc tenet Feder. de Senis. conſ. 7. Et licet inferior à Papa poſsit ius commune adiuuare, vt dicit gloſ. in clem. Ne Romani. verb. tolli. de elect. non poteſt tamen illud alterare: quia voluntas defuncti ſiue concernat temporalitatem, ſiue ſpiritualitatem pro lege ſeruanda eſt. cap. vltima voluntas. 13. quæſt. 2. Et ſic Epiſcopus non poteſt in hoc diſpenſare. capitu. dilectus. de tempo. ordi. Ratio eſt: quia quando canones imponunt legem Epiſcopis, ipſi non diſpenſant, niſi eis in ſpecie reperiatur conceſſum, niſi ex cauſa maxima & vrgenti, vt videtur probare text. in dict. Clem. quia contingit. dum dicit, quòd ea, quæ ad certum vſum fidelium ſunt deſtinata, ad illum debeat conuerti, & non ad alium, ſalua authoritate ſedis apoſtolicæ. Barba. conſil. 23. libr. 1. Rochus Curt. de iure patron. verb. pro eo. quæſt. 15. nu. 33. Concludendum eſt igitur, quòd ſolus Papa diſponere poteſt de pijs relict. prout vult Clemen. dudum. de ſepult. verſi. Penitus reuocamus, caſſamus, vacuamus. & irritamus. Eſt enim Papa gubernator in ſolidum eccleſiæ vniuerſalis, cuius Romana curia eſt caput, ergo ad eum tanquam ad caput ſpectat ſingula membra commutare. capit. cuncta per mundum. 9. quæſt. 3.

Dubitatur, Vtrùm teſtamentum poſsit fieri per procuratorem, vel nuntium? In qua quæſtione reſpondendum eſt cum Guil. el. Benedi. in repet. c. Rainutius. verb condidit. in. 1. nu. 55. de teſtam. quòd non, & ſic requiritur præſentia teſtatoris eo tempore, quo teſtamentum fit. Hodie tamen vid. per Segur. in repe. l. cohæredi. §. cum filiæ. nu. 19. ff. de vulga. vbi latè remiſi quid tenendum de iure regni. ¶ Dubitatur prætereà, Vtrùm teſtamentum conceptum ad interrogationem alterius, ſit validum? Et in hac quæſtione glo. in. l. iubemus. verb. quemadmodum. C. de teſtamen. tenet quod ſic, videlicet teſtamentum eo modo factum. cum notarius dicit, Inſtituis Titium hæredem? Et reſpondet teſtator, Inſtituo, vel verba ſimilia, non expreſſo nomine inſtituti. Idem firmat Bart. in. l. hæredes palàm. num. 9. vbi Alexan. ad eum dicit, quòd iſta eſt communis opinio. ff. de teſtam. Roman. conſi. 306. Propoſita conſultatio &c. verſic. Quod ad ſecundum dubium. Et eandem ſententiã viſus eſt tenere Collectariu. in cap. quia ingredientibus. nume. 9. de teſtam. Et dicit communem Aymon Crauera conſil. 117. num. 1. vbi eam optimè intelligit & Roderi. Suarez allegatione. 1. fol. 116 colum. 2.

colum. 2. verſi. Sed oportebit nũc inſiſtere. & Gómez Arias in. l. 29. Taur. num. 5. Sed iſta communis opinio videtur non poſſe procedere de iuris rigore, neque etiam de iure Regio, vt ex Roderi. Suar. conſtare poterit. Eam tamen probat Greg. Lopez in. l. 6. verbo. *Diziendo*. titu. 3. part. 6. Et eſt communis, vt per plura firmat D. Couarru. in ca. cum tibi. nu. 4. de teſtamen. ſecundum quem intellige hanc communem ſententiam.

Quæro, Vtrum pater, qui potuit filium exhæredare, poſsit præmiſſa, & oſtenſa cauſa ingratitudinis in teſtamento recedere ab ea, & legitimam relinquere filio ingrato cum onere reſtitutionis, & fideicommiſsi, vel ſub alia conditione dandi, vel faciendi? In qua quæſtione videtur dicendum quod ſic. Nam cui licet imponere maiorem pœnam, licet imponere minorem. l. in ſuis. ff. de liberis & poſth. l. neque ea. ff. de adulte. Ergo ſi licitũ eſt patri totam legitimam auferre à filio, licitum erit ei ipſam relinquere cum grauamine prędicto.

¶ Secundo, quia ingratus cenſetur mortuus, vt notat Segura in repetitione. l. cohæredi. §. cum filiæ. num. 49. ff. de vulg. & pupil. vbi decidit quæſtionem, quod exhæredatus non facit alijs partẽ, de qua per Iaſonem in authen. Nouiſsima, nume. 47. C. de inoffic. teſtamen. & in. l. plane. §. ſi duobus. num. 22. ff. de legat. 1. ergo poterit ei imponere grauamen. cum non poſsit petere legitimã, probata cauſa exhæredationis.

Præterea relictum ſub conditione, vel cum aliqua qualitate, ſeu cauſa, ea deficiente, actus corruit. l. prima. C. de condi. cauſ. data. capit. verum. cum ibi notatis. de condi. appoſitis. l. ſi quis locuples. ff. de manumiſſ. teſt. Sed pater reliquit legitimam in euentum conditionis, ſeu purificatiõis grauaminis, & ſic ſub ea qualitate voluit recedere ab exhæredatione commiſſa per filium. ergo ſequitur, quod ſi ceſſaret, exhæredatio haberet locum, cum fuit expreſſa in teſtamẽto, licet ex poſt facto receſſerit, & remiſerit ſub conditiõe, & qualitate prædicta. ¶ Et in tantum arbitror procedere, quod poſſet prædictam legitimam filij ingrati relinquere alteri extraneo, excluſis filijs legitimis, vel filio legitimo vna cum ſua legitima, & tertio & quinto bonorũ. Quod fundatur: quia quando aliquid aufertur ab aliquo in fauorem alterius propter crimen contra eum cõmiſſum, tale ablatum ei eſt applicandum, & fit ſuum. l. poſt legatum. §. amittere. ff. de his quib. vt indig. l. pen. C. de legat. l. defunctus. C. de ſuis & legit. hæred. ca. epiſcoporum. §. fina. de priuileg. lib. 6. ibi. Ad arbitrium eius, cuius ſententiam contempſerunt &c. Tradit Roman. ſingu. 692. Iaſ. in. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. nu. 4. ff. de lega. 1. Ripa in. l. ſi vnquam. quæſt. 44. C. de reuoc. dona. Gomez in §. ſuper- eſt. nume. 21. Inſtit. de actio. Ex quo datur intellectus nouus ad. l. 49. Taur. cum ſimil. Inferturque cautela optima ad hoc, vt pater poſsit filio grato aliquid relinquere vltra id quod poteſt à iure cõmuni & regio, ſcilicet, vltra legitimam ei debitã, & per legatum tertiæ & quintæ partis bonorum. Nunc autem eſt dubium, Vtrum pater gratia remunerationis poſsit vltra legitimam & tertium & quintum bonorũ aliquid relinquere filio grato, & qui ei ſeruiuit? Reſpõdeo poſſe quando miniſteria, operæ, beneficia, ob quæ remuneratoria donatio fit, eius eſſent conditionis, vt in iudicio pater conueniri poſsit ad remunerationem: nempe, quia prædicta ſeruitia facta patri à filio emancipato tali, qui ad ea non tenebatur, ſed tanquam extraneus fecit animo repetendi. Segur. in repet. l. cohæredi. §. cum filiæ. num. 175. verſi. Fallit in ſimili. ff. de vulga. vbi hoc ita modificatum aperte tenet Aymon. Sauill. conſil. 165. colum. 2. Couar. in cap. cum in officijs. colum. pen. & fin. nume. 11. de teſtam. & Caſtell. ita eſt intelligendus in proœmi. legum Taur. verbo. *Gratia de Dios*. Singulariter declarat modo præmiſſo Domi. Doct. Anto. Gomez in. l. 29. Taur. num. 23. verſi. Decimo infero. Philipp. Corne. conſi. 144. num. 11. lib. 2. Idem conſuluit Ioan. Lup. de dona. inter vir. & vxo. §. 50. num. 12. Filius enim in hoc eſt creditor, ac per conſequens non debet eſſe deterioris conditiõis, quam alius extraneus, cum quod iuſte debetur, conſequatur ex donatione remuneratoria, quæ non eſt liberalis, nec ex mera gratia, ſed ex debito, vt prædicti firmant. Segur. in repet. l. ab exhæredati. num. 95. & ibi dixi. ff. de legat. 1. Rip. in repeti. l. ſi vnquam. numer. 29. C. de reuoc. dona. & lib. 3. reſponſo. cap. 13. n. 5. ¶ Vnde infertur, quod mulier tranſiens ad ſecundas nuptias non tenetur reſeruare proprietatem rerum ſibi donatarum à marito filijs prioris matrimonij. ſecundum Ioan. Lup. in. l. 14. Tauri. num. 8. vt donatio remuneratoria in recõpenſam nobilitatis, vel virginitatis, ſeu iuuentutis, quæ ſtatim valet, etiam dote non recepta à viro ignobili, ſeu ſene facta. gloſſ. in. l. ſi voluntate. C. de dotis promiſ. Paul. Pariſiẽ. conſi. 86. colum. 3. num. 18. lib. 3. vbi hanc firmat eſſe cõmunem opinionem poſt Iaſ. in l. ſi diuortio. num. 4. ff. de verbo. obliga. & Socin. in. l. prima. nu. 72. ff, ſoluto matri. Bald. Nouell. de dote. part. 10. nu. 7. Panormi. in cap. 1. num. 8. & ibi Addi. de adult. Segur. in. l. cohæredi. §. cum filiæ. nume. 162. ff. de vulga. & pupilla. Deci. conſil. 232. numer. 4 Ioan. Neuiz. in ſylua nuptiali. lib. 2. nu. 28. Curt. Iuni. conſil. 6. nume. 20. colum. 11. Couar. in epitom. 4. decretal. 2. part. cap. 3. 8. 3. num. 2. vbi ponit vnam ampliationem, quam videas. Alia & ſingularior fit. quod talis dos promiſſa à viro ignobili, vel ſe-

ne in remunerationem nobilitatis , ſeu iuuentutis debet ſolui mulieri ab hæredibus mariti,etiam ſi copula nõ fuerit ſequuta.Paul.in.l. eum fuerit. ff.de cond.& demonſtr.& in.l.ſi diuiſione. ff. ſoluto matr. & in. l. ſi donaturus. ff. de cõd.ob cauſam.vbi Alexan. plures concordantias citat Bal. in.l.Deo nobis.C.de epiſc.& cleri. Matth.de Afflictis in deciſio.61.num.3.verſi.Fallit, niſi vxor ſit nobilis. Vtrum autem talis donans ex cauſa remunerationis teneatur de euictione,eſt videndus Deci.in.l.ſi donatione.num.55.C.de collationib. Et illud,quod ſic ſoluitur, debet eſſe vere debitũ filio ex præmiſsis operibus factis patri, quemadmodum alius extraneus poſſet habere. Et de his puto patris confeſsioni non fore ſtandum,niſi de eis conſtet fratribus,cum de eorum præiudicio,& ſuarum legitimarum tractetur. Ioan.de Plat.in.§. item ſi quis in fraudem,num.23.Inſti.de actio.Iaſo in.l.poſtea quam.§.Sed & ſi quis.num. 2. ff.de iure iurand.& in auth.ſo. Nouiſsima.num.3.C.de inoffi.teſtam.Segur.in dict.repet.§.cum filiæ. nume.127.Andr.Alciat.in lib.præſumptio.regul.1, præſump.16.nu.3.

Alius modus relinquendi filio vltra tertium & quintum excogitari poſſet, quando pater, ſeu mater,auus,vel auia habent hæreditatem, vel prælegatum ſiue à ſuis aſcendentibus,ſiue à deſcendentibus,ſiue ab alterutro coniuge,cum facultate diſponendi libere de eiſdem bonis vltra ſubſtãtiam hæredis,ſeu legatarij in perſonam , ſeu perſonas, quas elegerit,prout fuimus interrogati à quodam nobiliſsimo viro.Et hoc fundatur,dato,quod prælegans potuit diſponere de illis bonis in quem libet extraneũ,ergo & legatarius poterit vltra ſua bona tertij & quinti prælegare vni filio,vel extraneo.l.cum pater.§.à filia.ff.de lega. 2.vbi teſtator reliquit filiæ ſuæ centum,vt poſt mortem cui vellet ex liberis relinqueret. Ecce vbi teſtator potuit relinquere ius eligẽdi vni ex liberis.Idẽ probat text.in dict.l.cum pater.§.hæreditatem.l.codicillis.§.matre.ff.eo.vbi ex diſpoſitione teſtatoris legitimus hæres legatarij,priuatur legato ſuo teſtatori relicto.Conſtat igitur ibi teſtatorẽ poſſe relinquere in liberam poteſtatem & voluntatem legatarij,cui det rem ſibi relictam.ergo potuit eũ ad hæc aſtringere.Præterea de hac quæſtione eſt mihi tex.formalis in authẽ.vt lice.matri.& auiæ. in princ.vbi inquit text.quod pater,vel mater poteſt filio ſuo in reſiduo vltra legitimam apponere grauamen,ne ad patrem , vel matrem proprietas vel viuſfructus perueniat.Redditur optima ratio in text.dicendo,Hoc enim & extraneis relinquere poterat,vnde nulla vtilitas parentibus naſceretur.Item verba ita debent intelligi,vt aliquid operentur.l.ſi quando.de leg.1.l. ſi quando. de inoff. teſtam.cap.ſi duo.de procur.lib.6.Bart.in.l.4.nume.2.ff.ſi quis cauti.ſed præmiſſa ſi hoc non induxiſſent,eſſent nullius operationis in legatario, ergo &c.¶Item adſtipulatur. Nam cum teſtator eã partem reliquit legatario liberam ab omni ratione,viſus eſt eam ita voluiſſe ad ſucceſſores eius trãſire,cum tam in contractibus,quam in vltimis voluntatibus initium ſit ſpectandum.l. vnum ex familia.§.ſi de falcidia.de legat.2.l.item veniunt. §. tum prædixerimus.ff.de peti.hæred.l.cum filius. § hæres meus.de legat.2.Sed hæc bona in legatario fuerunt libera tempore , quo fuerunt relicta, & adita,ergo & poſt libera erunt in legatarij perſonam , vt cui libuerit tanquam primi teſtatoris poſsit relinquere. ¶Idque præterea ex quadam æquitate venire eſt intelligendum. Nam cum vetuit rationẽ ab eo exigere, viſus eſt teſtator quod non teneretur reſeruare filijs primi matrimonij, ſi vxor eſſet legataria per præmiſſa verba,nã hæc fuit coniecturata mens teſtatoris , quæ ſequenda eſt.l.cum in te.in fine.C.de fideicom.liber. Tum etiam , quia voluntates poſtremæ defunctorum ſunt late interpretandæ.l.in teſtamentis.&.l.quę conditio.ff.de condi. & demonſtr. l. qui inſulam. ff.de verbo.obliga.ſed ſi legatarius,legatariave in ſpecie prædicta,non poſſet vltra ſua bona prælegare eſſet ſtricta interpretatio,quod dicendũ non eſt.ergo.&c.Præmaxime , quia collatio ceſſat ex præſumpta voluntate defuncti.l.ex parte.§. primo.ff.famil.herciſcun.ita in quæſtione propoſita voluit hanc quintam partem in quemcunque tranſierit,liberam à collatione.ergo &c.l. 1.& authen.ex teſtamento.C.de colla.Pet.Stella de collationib. ¶Item probatur. Nam filius,qui patri, & fratri ſucceſſit,poteſt ſeparationem hæreditatum petere,vt fratri,non patri ſuccedat. l. ſi filius qui patri.ff.de vulga.Ergo ita dicendum eſt in caſu propoſito,vt poſsit partem ſibi relictam libere,à ſuis bonis ſeparare,& cuiuis relinquere.Item facit illud, Quod per me poſſum,& per alium.l.legatus.ff.de offic.proconſul.Sed primus relinquẽs potuit rem legare extraneo , relictis liberis.ergo & eius ſucceſſor.Facit.l.legatarius.ff.de leg.1.

Huc etiam accedit talis conſideratio : nempe, quod legatarius,legataria ve poſſet hanc quintam partem,vel aliam ſibi prælegatam prælegare alteri ea ratione, qua ſibi fuerit prælegata:vt quã ſemper liberam habuerit,& diſtinctam à reliquis bonis,& ita non confert cui legata fuerit,cum legatarius non conferat.Iaſ.in.l.ſi emancipati.col.10. verſi.Tertio princ.nu.4.C.de collat. Facit gloſſ. fin.in.l.illud.C.de colla.vbi donator donans ſimpliciter non expreſſe cauens de collatione,donatarius non confert. Quod intelligendum eſt , vt per Bart.Paul.& Iaſ.ibi.vel ſi fuerit facta donatio

ex bene

ob bene merita,vt dictum eſt,quo caſu filius non confert,glo.in.l.ſi donatione.C.de colla. Bart.iu princi.ff.veteris.nume.14.Ripa in.l.iu quarram. nome.150.vbi de hoc late.ff.ad legem Falcid. In relligeodum tamen non fuerit donatio excedens merita,vt ſupra dixi,nam in eo rantum eſt valida.argum.l.ſi pater.§.primo. ff. de donat.l. donationer.§.pater qui.&.l. donationes. §. ſpecies. ff. eod.titu.alias inofficioſa iudicabitur.l.29. Tauri.

Quid autem eſſet,quando oon fuerunr relicta bona quinræ partis in caſu prẹmiſſo libere,&adiecta claulula,quod de eis diſponere poſſet vltra tertium,& quintum ſuæ ſubſtan:iæ in quem voluerit,licet pleno iure,& abſque onere rationis fuiſſet relictum? Cooſului,talem teſtatorē non poſſe præiudicare. nec demandare in præiudicium deſcendentium , niſi vnum quintum totius peculij habiti quocunque titulo,& cauſa : quia totum eſt vnum:& non diuerſum patrimonium , ergo iure diuerſo nou debet iudicari.Nam aditione pars relicta cōfuſa eſt cum bonis eiuſdem.l.ſi quis ædes. ff.de ſerui.vrb.prædiorum.l.ſecunda.§.fina. ff. de hæredi.veodi.ergo rer prælegata non poterit vltra quintum alteri relinquere : eom poſtquam legatum acceprauerit,fuerit factum vnum patrimonium,& oon ſint duo cum bonis ipſius legatarię. l.vnica.§.cum igitur.C.decadu. tolleu.l.ſi tibi homo.§.com fundus.vbi Alexan.num.6.dicit communem.ff.de lega primo.l.à Titio.ff.de furr. Ego prædicta legataria ſicut nou poteſt facere uiſi vnam meliorationem de tectio & quinto , ita oec de quinto à marito , vel ab alio relicto,tanqoā de peoprio patrimonio , nam alias duos quintos relinqueret,& ſic eſſet modus fraudandi leger: eum lege regia ſancitum ſit,nō poſſe duo ſtertios, ſeu quintos relinquere,uiſi taotum vnum. l.28.in deciſio.Taur.eum ſit totum vnum & idem patrimoniom.l.fina.in fin.C.de inoffi.teſta.ergo non debet,vt dixi,diuerſo iure ceuſeri. l. eum qui ædes. ff.de vſucapionib.

Item expreſſe facit.l.ſed ſi plures.§.filio. ff.de vulga.& ſie vnica,& oon diuerſa ratione debet iudicari.¶ Suadetur etiam. Nam prohibitus ſuecedere patri,non eſt prohibitus ſuceedere fratri , qui hæreditate patris adita mortuus eſt:noraut doct. in.l.prima.§.veteres. ff. de acquiren.poſſeſsione.

Fundari etiam poteſt ratione oon vulgari.Certi enim iuris eſt,quod peculium caſtreuſe in collationem ooo veoit.l.prima.§.nec caſtenſe.ff. de colla.bono.tamen ſi pater mortuo filio io eius caſtrenſe peculium veniat, ſit collatio.l.prima.§.ſi is quibona.ff.decolla. bono.ita ergo in præſentia quod liberum erat peoes matrem, patremve, erit collationi obuoxiumin eius hæredibus.vid. l.penul.cum gl. fina.C.de collationib.

Eſt dubium , Vtrum in relictir à patre quatenus lex reſiſtit,vt in ſpurijr,iuxta.l.9.Taur.etiam ſi ex errore facti putaret ſe legitimum,poſſet vllo tempore relictum vſucapere? Salicet.poſt antiq. in.l.nihil.C. de vſucapio. pro hæredi. tradit non poſſe.Gloſſ. memorabilis idem tradidit in. l.nemo.ff.de vſucapio.pro lega.Bald.in.l.nullo. C.de rei vendi,Alexan.notabiliter.conſi. 74. nu. 7.lib. 3.fuſius Balbus de præſcrip.4.part.4.part.quęſt. 58.Ripa in.l.prima.num.8.ff.qoorum bonorum qui videndi ſunt,quia nō eſt omnino ſine dubio ſecundum Pinell.Luſitanū ingenio, & literis optime præditum in rubri.C.de bon.matern. 2. part. nume.43.verſi.Quod vtiliter amplio.

Dubitatur præterea, Vtrum filius poſsit petere legitimam a patre mortuo ciuiliter per ingreſſum religionis,ſequuta peofeſsiōe? Quod poſsit, eſt communis Caooniſtarum ſecundum Iaſ.in authen.ſi qua mulier.nu.51.C.de ſacroſan. eccleſ.tenet Panormita.in capit.in præſentia. numer. 59. de probatio.Felin.ibi refert alios idem teoenter. nume.55.& probat late Antoni. Corſet. iu verb. legitima.Et iſtam communem Cauoniſtarū profitentur Bald.nouell.iu tracta.de dote.1.parte.nume.11.Pyrrhus iu tracta.de ſuitate.quæſt.4. n.8. adducit gloſ.in.l.prima. ff. de teſt. vbi late Imol. qui dicit,quod teſtameotum impletur per mortem naturalem , non ciuilem. Quantum vero ad legitimam,quæ debetur ſuis hæredibus iure naturæ procedit iſta communis opinio Canoniſtarū, per cap.eum ſimos.de regula.vbi inquit eſſe tex. expreſſum,non diuinando,nee violando literam, in quo ponitur caſus de filio,non de extraneo hærede,ipſe ibi citat palæſtram diſputationis, mulra alia fundamenta.Quod dictum Imol. reputat val de ſingulare.Ioan.Pyrrhus loco præcitato.nu.10 Et opinionem hanc communem quod poſsit petere legitimam filius profeſsione patris ſequuta, tenet glo.in cap.tranſmiſſæ.verb.mota.& ibi Panormi.qui filij ſunt legiti.gloſſ.iu authent. Nunc autem.C.de epiſco.& cleri.glo.in autheu.de monach.§.illud.verb.detur.colla.1.Couar.in capi. 2. num.7.de teſta.iſtam fatetur communem, & nos ad Segur.in.l.Imperator.nu. 123.ff. ad Trebelli. Paul.Pariſ.in dict.cap.io præſentia.num.165.vbi iſtam partem tenet & latiſsime examinat Dueñ. io regul.356.num.6.tetigit Acoſta in.§.& quid ſi tantum.num.12.part.2. Et eſt vtroq; foro ſeruanda proprer eius æquitarem.Couar.vbi ſupra.Contraria eſt communis opinio *Legiſtarum* , vt conſtat ex glo.Bart.num.8.Sali.nu.12.& Iaſ.n.50.in authen.ſi qua mulier.C.de ſacroſan.ecel.Guillel. Benedict.io repet.capit,Rainutius.verb. mortuo itaque teſtatore.nome.299. de teſtamē. Panor.& communis in ea.eum ſimus.de reg. ſequitur Feli. & Deci.

Digitized by Google

& Deci.in capit.in præſentia.de proba.vbi optime eam defendit Auguſti.Beroi.nume.534. Suarez in allegatione.20.verſi. Præterea eſt communis ſententia ex quibus hanc communem tenendam eſſe firmabis.Et eſt magis communis opinio ſecundum Couarru.in prædict.cap.2.num.7.

Ex qua infertur ante mortem naturalem filium non poſſe à patre petere legitimam,quamuiscam ſit veroſimile,quod diſsipauit. Quia cum ſint bona propria patris,poterit de eis ad libitum etiam abutendo diſponere.l.ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti hæredi.ibi.Dum re ſua abuti putant, non præſtabunt &c. ſingul. ſecundum Iaſ. in.l. more. nume.1 ff.de iuriſdi.omni.iudic.colum.2. & in.l. Polla.col.ſecunda. C.de his,quib.vt indig & in.l. prima.colum.fin.num.29.C.qui teſta. facere poſſunt.& in.l.filius fami.§.diui.colum.2.num. 9. ff. de legat.1.Ludouic.Gomezi.in.§.quædam nu.17. Inſtit.de actio.Gomez Arias in l.15.nume.69.in deciſioni. Taur.Si ergo eſt moderator & arbiter in re propria.vt in.l.nemo exterus.C.de Iudæ. l. in re mandata.C.manda.etiam abutendo.vt in di-cto.§.conſuluit.& eſt text.ſimi. in. l. ſi quid poſſeſſor.§.quicunq;. ibi, tunc enim quia quaſi ſuam rem neglexit,nulli querelæ ſubiectus eſt.ff de peti.hæred.conſequens erit,quod nec patri eſt faciẽda prohibitio bonorum ſuorum in ſua vita , cum ſit ſatis abſurdum,vt Iaſ.in diuerſis quæſtionibus in locis præcitatis fatetur.

Secundo,Nam viuente patre filius non poteſt petere legitimam:præmatura eſt enim ſpes collationis , cum adhuc viuat is,cuius de bonis quarta debetur.vt probat formaliter tex in l.prima. §. ſi impuberi.ff.de colla.bono.l. ſecunda. §. interdũ. ibi,improbum eſſe,Iulianus exiſtimat,eum qui ſollicitus eſt de viui hæreditate.ff.de vulga.& pupilla.& per prædicta in opinione communi Legiſtarum paulo ante relata.ergo pro confirmatione corollarij.

Tertio,Quoniam certum eſt patrem tanquam proprium dominum rerum ſuarum poſſe in præiudiciũ filiorũ bona ſua proijcere in mare. Bald. in princi.C.colum.fin.num.9.Philip.Deci. conſil.557.verſic.Venio ad ſecundum dubium.nu.7. & num. 8.nec poterit filius patre viuente exigere legitimam,vt probat Bald.conſi.304. Quidam de inſula.nume.1.libr.4.Ergo non poterit in vita prohiberi,ne ſuis bonis vtatur ad libitum.

Quarto,Nam certi iuris eſt.quod allegare contra patrem diſsipationem bonorum, eſt indecens & inhoneſtum legibus diuinis , & humanis , quæ de ſeruando honore parentibus loquuntur. Potius enim quis fame perire debet,quam eum peccato alimenta repetere modo præmiſſo. l. palam. §. non eſt ignoſcendum ei,qui obtentu paupertatis turpiſsimam vitam elegit.ff.de ritu nuptia.Igitur hæc petitio tanquam inhoneſta non erit admittenda.

Quinto iſtam ſententiam tenet Bald.in.l. non poteſt.1.lectura.ff.de adopt.quam ipſe exornaui ex pluribus eam ſequentibus ad Segur. in repe.l. Imperator.nume.118.ff.ad Trebell.quos iſto anno. 1557. nouiſsime reaſſumpſit præclari ingenij vir,Luſitaniæq; optimum ornamentum Arias Pinel.in.l.prima.3.part.num.75.verſicu. In hanc partem. C. de bonis maternis. Et ſequitur Ioan. Baptiſta Caccialup.in repe.l.frater à fratre.§.quæſitum.nume.12a.ff.de condi.indebi. Quod conſtat,cum Bal.allegauerit vltimo loco, nec ab eius opinione receſſerit , quamuis aliquando fuerit iudicatum pro eo , aliquãdo aliter fuerit proceſſum prædixerit.Et pro iſta parte conſuluit Socin.conſil.6.lib.primo.Et eſt communis opinio,teſte Io. Rubeo in repet § Imperator.l.Titia.num. 33.ff. de legat.2.Et eſt verioris iuris ſecundum Iaſ.in.l. ſi is qui pro temporali.§.ſed & ſi quis.nume. 4.ff. de iureiuran.& dubitans eam videtur approbare. Idem Iaſ.in authen.nouiſsima nu 8. C. de inoffi. teſtamen.ſequitur Sylueſt.in.§.præterea.nu. 54. Inſtit.quibus mod.ius patri poteſta.ſolui. Et de iuris rigore veram eſſe dicit Ducñ.poſt Iaſ.in tracta.fallen.regul.356.ampliat.1.

Contrariam opinionem tenet Bald.in.l.ſecunda.num.3.C.ſi quid infraud.patro. imo quod ſuccurrendum eſt filijs, quando pater bona diſsipat, vt ex his aliqua ſeparentur pro alimentis& legitima.Quod reputat ſingul.dictum Segur. in dict.l. Imperator.nume.118. & plures relati à me ibi ad eũ.Et ab Arias Pinel.vbi ſupra. qui eſt huius opinionis,dicendo ex numero ſcribentium receptiorem hanc ſententiam eſſe ſuo ſenſu. tenet Hierony.Cagnol.in repet.l.final.num.fina. C. de pact. Ioã.Lup.in repe.c.per veſtras.§.17.n.14.de don. inter vir.& vxorem. Et eſt communis ſecundum Paul.à Monte Pico in.l.poſt contractum.nu. 31. ff.de dona.Sed contrariam dixit communem.nume.24.Doct.Couar.late in capit.Rainutius.§.10. nume.6.de teſtamẽ.imo , quod alienata per patrẽ titulo oneroſo non reuocantur per filium , etiam concurrẽte fraude.Probatur in.l.non vſque adeo. in ſui ratione.ff.ſi quis à par. fue. manu. & Ioan. Hannibal.in dict.l.poſt contractum.nume. 54.Si ergo ſecũdum iſtam communem alienata in fraudem non poteſt reuocare , per text.in dict.l.non vſque adeo,nec petere poterit aſsignationem legitimæ in vita patris etiam loco alimentorum ex iuris rigore,cum hoc non ſit iure cautum in patre diſsipante bona propris.De æquitate non ſcripta Bald.opinionem procedere non dubitaui : quæ æquitas cum alio modo poſsit præuideri conſtin-

do de

do de prodigalitate, per text. in. l. is qui bonis. ff. de verb. obliga. iniquitatem potius iudicarẽ. nam cauſa pia contra ius alterius non eſt ſequenda. es-pit. ex tenore, de foro compe. ea. ouper. de dona. inter vir. & vxor. Declaretur ergo prodigus ipſe pater, & prouidebitur filio, ne bona diſsipentur: cum interſit Reipublicæ, ne quis re ſua male vtatur. Et ſi noluerit filius propter rationem, text. in l. Imperator. ff. ad Trebell. mores mutabuntur, & de prodigo forſan reddetur auarus, ſic ceſſabit diſſipare. Bald. dictũ in. l non poteſt. procedere poteſt, quando non ſunt bona ſubiecta reſtitutioni, quo caſu non debetur legitima ante mortem naturalem, nec filius poterit ante mortem naturalẽ petere, nec venditionem etiam in filiorum fraudem impedire. Poterit tamen alimenta exigere, quæ à patre debentur filio ante mortem, & continer æquitatem, vt eſt Bald. traditio in dict. l. ſecũda. C. ſi quid in fraud. patro. Aut ſunt ſubiecta reſtitutioni filio, & tunc procedit. l. Imperator. ff. ad Trebell. Vel tractatur tanquam de quota legitimæ in vita patris, & non datur legitima cum viuat. Aut petitur non tanquam quota, ſed tanquam alimenta per mẽſes, ſeu annos, & debebitur, æquitate ſuadente.

Quæro, Vtrum licitum ſit bona vinculare, & vni filio relinquere ad conſeruationem, & memoriam familiæ? Et videtur, quod ſic. l. cum pater. §. Iulianus. de legat. 3. qui text. loquitur de Primipilario. Et iſta eſt principalis ratio deferendi domũ principalem primogenito à parentibus, conſuetudine, vel à ſtatutis, ſecundum Socin. conſil. 47. colum. 2. nume. 5. verſi. Secunda ratio. lib. 3. ſcilicet, vt bona vnita conſeruentur in perſonis primogenitorum. Nam ex conſeruatione bonorum, conſeruantur dignitates familiarum. Bald. in. l. maximum vitium. C. de libe. præte. Ioan. Andr. in additio. 1. ad Specul. in titul. de ſucceſsio. ab inteſta. Bart. in rub. de ſucceſsio. ab inteſta. Paul. Pariſi. in cõſi. 72. nu. 81. lib. 4. And. Tiraq. de nobil. c. 37. nume. 22. late in tracta. de primogeni. quæſt. 72. nume. 2. Poteritque fundans maioricarum prohibere, ne fœminæ veniant ad eum. Iaſ. conſil. 46. colum. 2. libr. primo. & in. l. omnes populi. num. 41. ff. de iuſti. & iure. & ibi Ioan. Crott. nume. 18. colum. 4. Paul. Pariſi. conſi. 72. num. 19. lib. 4. Roderi. Suarez in repe. l. quoniam in prioribus. ampliatio. 10. num. 52. C. de inoffic. teſtam. Hinc eſt ſtatutum excludens fœminas ſtantibus maſculis eſſe fauorabile, quia conſeruat familias. Tiraquel. in legibus connubiali. in. l. prima. gl. 1. verſi. Denique non prætermittant. nu. 88. De quo ſtatuto facit mentionem. D. Segue. in repeti. l. cohæredi. §. cum filiæ. nume. 86. verſic. Tertio facit. vbi plura de eo ſcripſi. ff. de vulgar. & pupilla. ſubſtitutio. Ratio iſtius ſtatuti ea eſt, vt familiæ conſeruentur in ſtatu primo, ne agnationis nomen ſit ſine bonis paternis, Bald. in. l. maximum vitium. cõlũ. 1. C. de libe. præte. Fortunius Garcia in. l. Gallus. §. idem credendum. nume. 38. ff. de liberis & poſthu. Sebaſtian. Sapia in repet. l. primę. nume. 58. verſi. Ex iſta ſublimitatione. ff. de offi. eius, cui mand. eſt iuriſdict. vbi probat tale ſtatutum eſſe fauorabile. Ex qua theorica poteris intelligere legẽ Caroli Imperatoris, olimq́; Regis Hiſpaniæ, in qua ſancitum eſt, exiſtentibus maſculis, quod fœmina nõ poſsit à patre meliorari ex cauſa dotis tacite, nec expreſſe per contractum inter viuos. l. 101. in Curijs habitis in oppido de Madrid ann. 1534. ibi, *Mandamos que ninguno que houiere hijos varones legitimos no pueda dar, ni prometer por via de dote, ni caſamiento de hijo tercio, ni quinto de ſus bienes, ni ſe entienda ſer mejorada tacita, ni expreſſamente por ninguna manera de contracto entre viuos, ſopena, que todo lo q̃ de mas de lo aqui cõtenido diere, o prometiere ſegun dicho es, lo haya perdido, y pierda.* Secundum iſtam literam tranſcripſit Celſus in reperto. legum Reg. verb. *Dote*. verſi. 4. fol. 112. col. 1. quæ verior eſt, quam ea, quæ habetur in communiter impreſsis Salmanticæ An. 1550. ¶In tantum, quod huiuſmodi Maioriæ ſunt licitæ in foro animæ, cum lege permittente id fiat. l. Gracchus. C. ad legem Iuliam. de adulte. cap. qui peccat. 23. quæſtio. 4. tenet Albe. in. l. Barbarius. colum. 7. nume. 10. ff. de off. præto. & Tiraquel. de iure primogeniorum. quæſt. 4. numer. 13. Anto. Gomez in. l. 40. nu. 56. verſic. Secundo principaliter quæro. in deciſioni. Tauri. Ioan. Lup. in repeti. capit. per veſtras. §. 26. fol. 99. Sequitur Ciſonta. in dict. l. 40. Tauri. quæſtio. 8. Et magis communiter talis inſtitutio Maioricatus eſt approbata. Couar. lib. 3. Varia. reſol. capi. 5. num. 5. vbi vide.

Vtrum, autem pater, vel mater cõſtituens maioriam teneatur in cõſcientiæ foro eligere digniorem, vel meliorans aliquem filiũ in tertio, & quinto bonorum? Quod teneatur diſtribuere digniori, pater: quia in diſtributione bonorum in præiudiciũ tertij verſari debet publica vtilitas, qua ceſſante, quis ſuo iure etiam à Principe non eſt priuandus, prout eſt clarum iuris fundamentum, ergo nec pater poterit ex legis poteſtate, principiſue facultate filium dignum priuare tertio, & quinto bonorum ſine cauſa, & admittere indignum. Item ſi eſt ad conſeruationem agnationis, non debet fieri in indigno, ſed in bono, cum ex bono bonum producatur, quod perpetuo appetẽdum eſt à fundatoribus maioricarũ, vinculorũve. Quod in electoribus, & patronis beneficiorum quarum liber eccleſiarum expoſitum eſt à nobis ſupra lib. primo. titul. ſexto. in. l. ſecunda. colum. 253 verſi.

Quæro

Digitized by Google

Quæro etiam, Vtrum dominus noſter Rex.

Secundo iſtius ſententiæ eſt Ioan. Lup. in dict. §.26. dicens eſſe quæſtionem vtilem pro ſalute animarum, quod ſi pater, vel mater ex affectione paterna præferret filium minus meritũ, peccaret: quia facultas regis ipſum patrẽ inter filios iudicẽ conſtituit: qui ſi abutatur facultate, minus dignum, digno, vel digniori præferendo, peccaret. Qui autem habet facultatem, in foro conſcientiæ, tenetur eligere digniorem, nec ſatisfacit eligendo dignum, ſi magis dignum potuit eligere. capi. licet. 8. quæſt. prima. Induci etiam ſolet ad hoc text. in cap. ſi quis iuſto § porro. de elect. libr. ſexto. vbi vox ſimpliciter commiſſa capitulari, non poteſt diuidi. Quia quod putat dignum apud ſe, debet etiam in voto ſibi commiſſo iudicare. Eſt caſus vnicus ſecundum Ludo. Roma. ſingula. 76. Citat Lapus allega. 22. num. 1. Et quod teneatur eligere dignum, probat Deci. conſil. 502. nume. 7. & Ludoui. Gomezi. in cap. ſecundo. nume. 22. de conſtitu. libr. ſexto. Et vide Præpoſi. & Cardi. Turrecremat. in dict. cap. licet. Adducitur etiam text. in. l. fœminæ. C. de ſecundis nuptijs. ibi, in quem contemplatione meritorum, quem dixit ſingul. Ioan. Lup. vbi ſupra nume. 4. Et quanquam lex illa ſit hodie correcta per authen. Lucrum, nihilominus eius ratio viget.

Item eſt text. in. l. cum quidam. ff. de legat. 2. vbi dicit text. Qui habet poteſtatem à teſtatore eligendi aliquem de familia teſtatoris, non poteſt eligere indignum, nempe illum, qui offenderit teſtatorem. Et in terminis ſenſum Doct. Ioan. Lup. vbi ſupra ſequitur Ferdin. Gomez Arias. in. l. 15. Taur. nume. 90. & Anto. Gomez in. l. 40. nu. 56.

Contrarium tenet Segur. in repeti. l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum. nume 71. ff. de lega. 2. Couarru. in reg. Peccatum. 2. part. §. ſeptimo. num. 7. de regul. iuris. libr. 6. Hanc concluſionem nouiſſime declarat. ¶Iura autem pro Ioan Lup. citata ſolum loquuntur in electione præciſa perſonarum & ad officium, ſeu beneficium, in quo requiritur prouideri eccleſiæ de digniori. Nos autem loquimur in voluntaria electione. Nempe dicit lex, vel Regis facultas, ꝙ poſsit omnia bona ſua, vel partẽ bonorum relinquere vni ex ſuis filijs quem velit, cum tali onere fideicommiſsi, vel ſine eo: quo caſu conſtituens erit tutus in conſcientiæ foro, nulla adhibita diſtinctione, an eligat dignum, vel indignum, gratum ingratumve.

Quæro, Vtrum legatum relictum pro dote alicuius puellæ ſit conditionale, an purum? Videtur quod cõditionale, cum intelligatur tale relictum ſi nupſerit viro. ſi ergo ante nuptias deceſſerit, nõ debetur tale legatum, nec transfertur ad hæredes legatariæ, ſed remanebit apud hæredes teſtatoris,

Bart. per text. ibi in. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demonſtr. colum. 2. nu. 3. quem ſequitur ibi Bald. Pari. conſi. 110 colum. 1. lib. 4. Hanc poſt alios opinionem profitetur communem eſſe, optimis rationibus conſuluitque Lud. Romæ. conſil. 134. Pro declaratione primę dubitationis. verſic. His ergo præſuppoſitis. colu. 2. Et eſt communis ſecundum Philipp. Corne. conſil. 209. incip. Licet claram arbitrer hanc conſultationem. colum. 1. libr. 4. Couarru. alios ad hoc idem probantes citando in cap. 3. nume. 11. de teſtamẽ. text. in. l. Publius Mæuius. in princi. ff. de condit. & demonſtr. l. ſi ego. in prin. & l. tali. & l. promittendo ff. de iure doti. Bart in. l. ſecunda. §. fina. ff. eod. titul. Ant. Capici. deciſi. 204. nume. 1. & Aufre deciſi. Capel. Toloſa Bald. in. l. ſi plures. num. 16. C. de cond. inſertis. Corn. conſil. 40. n. 15. lib. tertio. Quam communem intelligit bene Couar. loco paulo ante memorato, quem videas pro intellectu huius dubij. Intellige tamen, niſi ex coniecturis contrarium ex mente diſponentis deprehendi poſſet, vt poſt alios explicat Couar. vbi ſupra verſi. Vtrunque vero. vſque ad verſic. Septimo excluſiue.

Quod autem legatum dicatur conditionale, & quot ſint eius conditiones, declarat Doctor Didacus del Caſtillo in. l. 27. verb. *Condicion*. in deciſio. Tauri. Dixi in meis quæſtionibus. quæſt. 1. incip. Quidam Licentiatus. col. 1. ¶Quæri poteſt, An legatum factum puellæ, *para ayudar a ſu caſamiento*, ſit modale, vel conditionale? Quod ſit modale, ſcripſi late in dict. quæſtio. 1. vbi ita conſului poſt Bald. conſil. 249. libr. 4. Vtrum autem valeat legatum, ſi nupſerit cum Titio, vel cum alio talis generis perſonarum, nempe cum Titio, Henrico, vel &c. Quod valeat tale relictum, eſt text. in. l. legatum. & ibi gloſ. C. de condi. inſertis. quem citat Hierony. Cagnol. in. l. diem functo. nume. 32. ff. de offi. aſſeſſo. ¶Secundus eſt caſus formalis in. l. cum ita legatum. verſic. videamus. ff. de condi. & demonſtr. ibi, Si ita legatum ſit, ſi Titio nupſerit: & quidem ſi honeſte Titio poſsit nubere, dubiũ non erit, quin niſi paruerit cõditioni, excludatur à legato: ſi vero indignus ſit nuptijs eius iſte Titius, dicẽdum eſt, eam beneficio legis cuilibet nubere &c. In tantum, quod ſi per eam non ſtetit, quominus nuberet Titio, debet habere legatum, text. in. l. pater Seuerinam. ff. de cond. & demon. Et eſt notandum, quod litera eſt corrupta, ibi, filia nubere voluiſſet. debet dicere, noluiſſet. De cuius legis intellectu vide Acoſtam Luſitanum in. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. §. part. numer. 4. ff. de liberis & poſthu. & in. l. cum tale. §. ſi arbitratu. in princip & in vltim, notabi. pag. 113. ff. de cõdi. & demon. D. Couar. lib. 1. Variar. reſolut. c. 19. nu. 9.

Talem

Digitized by Google

Talem legatum non inducit viduitatem,ſed Incri ſpem,ſi voluerit Titio contrahete,'cum poſsit nubere viro alij,ſi libuerit.d.l. cum ita legatum. Caſus formalis in.l.Tirio cenium.§.Titio. c.io.1. ff.de cood.& demonſt.aliud inquit tex. Eſt enim eligeodi matrimonij pœnæ metu libertatem auferri,aliud ad matrimoniũ inuitari.Explicat Guilhel.Beoedi.in tepet.cap. Rainntius. verb.cuidam Petro.nume.8 de teſtamen.Couar.libr.1. Variar. reſolut.cap.19.num.10.Oldrald.conſil.t6. Paul. in.l.hoc genus.nume. 4. ff. de condi.& demonſt. Felin.in cap.ſecuudo.colum.fina.verſi.Fallit ſexto.de treuga & pa.Ioan,Lop.in repe.capi.per veſtrar.§.21.num.3.fol.94.de dona.inter vi.& vxo. text.in.l.io teſtamento.2.ff.de condi. & demon. l.14.verſicu.*Pero ſi el teſtador*.titul.4. part.6.&.l. 22.ritu.9.ead.6.parti.quibus iuribus probarur, fir mum eſſe tale legatum. Et Anto. Gomez tracta. de vltim.volun.capi.12.fol.126.col.5.nu.68.

Eſt tamen notãdum,legatum alicui puellæ relictum,vt ea nubat Titio , oon deficere, etiam ſi Titius moriatut ante matrimonium, ſi illa puella pauper ſit,ac velit alteri nubere.Quod ſecus erit, ſi prædicta puella diuer ſit.Couar.in capit.tertio. nume.11.verſicu.Quinto inde colligiınr.de teſta meo.dicens expreſsim hoc adnotatum eſſe à Bal: in.l.legatum. C. de cond. inſer. quo in loco hanc concluſionem non potui reperire. Nec certe in meo libro eam ponit modo præmiſſo , ſed aperte probat Bald.nouell.de dote.6.part. priuileg.76. num.4.ad fin.& priuileg.77.num.5.

Legatum relictum pro puella maritanda,an verificetur,ſi fuerit ingreſſa religiooem? Diceodum quod ſic,quia eſt eſtecta ſpõſa Chriſti. Tom etiã, quia relictũ fuit pro anima teſtatorir , quod ideo verificari debet in iſto caſu.Bald.per tex.optimũ ibi in authen.Niſi rogati.C.ad Trebell. Bald. nouel.de dote.6.parte.priuileg.77.Stephan. Aufreri.deciſio.Capellæ Toloſa.183.Antoo.Capici.deciſio.204.num.2.Loazes io repe.l. filiusfamilias. §.diui.nume.139.ff.de legat.1.

Dubium eſt qnotidianum , Relictum pro Catharina maritanda,an ei debeatur,ſi iam erat maritata tempote teſtamenti? Bald.in.l.fina. circa fin. C.de ſeoten.quæ ſine cert.quanti. notabiliter reſpondet deberi.Iaſo in repe.l.quo minus.no.157. ff.de flumini.citat.l.ſi iam facta.ff. de cond.& demonſtra.l.antepe.C.de inſtit.& ſubſti. Secus tamen erit ſecundum eos,ſi eſſet factum legatũ pro incerta puella maritanda : quia tale legatom non haberet locum in maritata. Quod eſt beoe notandum ſecundum Iaſ.vbi ſupra.Hippolyt.in pract. §.ſecunda.nume.53.¶ Qoæri etiam poteſt, Legatum eſt factum à viro ſuæ vxori donec caſte vixerit in domo viri, Vtrum per tranſitum ad ſecundas nuptiar amittat legatum? Reſpõd. ipſum amittere.Bald.in.l.voluntaris.fina.col.C.de fideicom. Iaſ.in.l.prima.C.de legat.n.4.Et Ioannes de Garrootbus in repet.rubri C.de ſecund.nupt.nu. 31. in verſicu.15.pœna eſt.Deci.conſi. 485. num.13. Paul.Pariſi.conſi.95.nu.17.lib.2.D.Couar.in epitom.4.Decretal.2.part.cap.3.§.nono.oum.12.

Dubitatur, Vtrum facta traditione rei legatæ in vita teſtatoris ab ipſo poſsit renocari? Videtur quod non.quia quod ſemel placuit in vita per talem actum,non debet poſſe reuocari , qui dicitur contractur potius inter viuos,quam in vltima voluntate.Paul.de Caſt.conſi.236.col.2. in. dubio. lib.4.Sed contrarium eſt dicẽdum.vt probat Andre.ab Exea lib.pactotum.nume.118.Bald.in.l.1 C.ſi quis omiſſ. cau. teſtamen. & in. l. fina.C.de vſur.& fruct.lega.Cremenſ.ſingul.15,Segur.in repeti.l.prima.§ ſi vir.nu.65.ff.de aequi. poſſeſsio. Imo cum fructibus eſt facienda rei legatæ reſtitutio.l.cum quis.ff.de cond.cauſa data. vbi litera ſic ſe habet , Cum qui mortir cauſa donationem feciſſet, cum conualuit donator , condicit,fructus quoque donatarum rerum,& paratur,& quod aceeſrit rei donatę,repetere poteſt.l.videamus.2.§. item ſi indebitum. ff. de vſur.ſingulariter probat Carol.Molioæ.in conſuetu.Pariſien.titul.1.§.30. quæſt.8.ou.30.&declaraui ad Segur.in repe.l.primę.§.ſi vir.num.77.ff.de acqu.poſſeſſ. Ioan. Copus de fructibns.lib.3.capit.6.in.1a.volun.tracta. Ratio eſt : quia donatio cauſa mortis legatumve contioet à principio tacitam conditionem , niſi conualuerit donator,& ſic reuocatur vt ex tunc, & veniunt fructus,tãquam percepti ex re aliena.

Quando autem ſit reuocatio donationis perfecte,vt ex oune,quia eſt dooatio inofficioſa, non veniunt fructus,quia eor percepit ex re propria. Aoto.Rubeus conſil.34.colum.ſecunda.nume.3. verſi.Quarto conſiderandum. Vel ex alia qualibet cauſa fiat reuocatio donationis inter viuor nõ veniunt fructus petcepti à dooatario.Caro.Mol. & Segur.in locis præcitatir.gl.in.l. generaliter.§. ſi qoir alienum.verb.ex aliqua cauſa. ff. de fideic. libert.ſingu.ſecundum Segu.in dict.repe.§.ſi vir. num.73.vbi plura addidi.ff.de acqui. poſſeſsione.

Quæſtio ſatis dubia his conijci poteſt,legatum fuit factom Magdalenæ mille aureorum pro dote : pater conualeſcens matrimonio eam tradidit minori dote,nempe ſexcẽtis aureir:quia vita functus,legato noo reuocato,eſt dubium, Vtrum filia dotata poſrit reſiduum repetere? Videtur repetitioni quadringentorum aureorum locum non eſſe,quia cauſa legati fuit ad eam maritãdam, quæ functa eſt ſuum effectom,ergo amplius de ea non eſt agendum,cum ex facto legantis fuerit receſſum à tali legato. Quod ſuaderi põt de his,quæ in reuoca-

Digitized by Google

reuocatione expreſſa & tacita ſcripſit. D. Couar. in rubr. de teſtamen. 3. part. num. 19. verſi. Quarto his proxime accedit.

Secundo, quia per legatum alimẽtorum ſecundo loco factum in minori quãtitate in codicillis, receſsiſſe à priori facto in teſtamẽto maioris ſummæ teſtatorem eſt probabile iuris fundamentum. l. libertis. 2. in princi. ff. de alimen. & ciba. lega. Tenet iſtam partem Dyn. quẽ ſequuntur Paul. cum & Imol. in. l. Lucius. ff. de legat. 2. idem Imol. in cap. filius noſter. de teſta. ruinus in. l. huiuſmodi. §. cum pater. ff. de legat. primo. Campegi. de dote. 2. parte queſt. 36. Bald. nouell. de dote. 5. parte. nume. 12. in fine. hanc opinionem communem eſſe fatetur. ¶ Huic ſententiæ communi, aduerſatur alia contraria, imo quod petitioni ſit locus in quadringẽtis. Quæ ſuadetur. Nam cauſam legati, hoc eſt matrimonij, in ſpecie propoſita, contingere, potius confirmat relictum, quam illud minuat, aut extinguat. l. ſi iam facta. ex. l. conditionum. ff. de condi. & demonſtra. dixi ſupra. verſi. Dubium eſt quotidianum. tenet Bart. in dict. l. Lucius. Baldus, Angel. Salice & Docto. in. l. filia legatorum. C. de legat. & Ancha. in dict. c. filius. & ibi Barba. nume. 14. Ioan. Lup in repet. cap. per veſtras. notabil. 3 §. 12. Socin. conſil. 101. colu. 2. libr. tertio. dicens hanc opinionem communem eſſe. Quod etiam teſtatur Decius conſil. 81. colum. 3. num. 6. & Alexand. conſil. 7. colum. 4. num. 10. lib. 2. Iacobi. in dict. l. filia. Coua. in capi. officij. num. 10. de teſtamen. Philip. Corne. cõſil. 230. col. 1. lib. 4.

Quæri poteſt, Vtrum debitor legans creditori, cenſeatur id legaſſe animo compenſandi? Videtur quod ſic, quia factum debitoris eſt accipiendum, prout ei vtilius ſit. l. optima. ff. de ſolut. Sed huiuſmodi erit, ſi præſumatur debiti compenſatio. ergo &c. Præterea eſt text. in authenti. præterea. C. vnde vir & vxor. vbi legatum factum à teſtatore computandum eſt in. 4. debita ſuæ vxori legatariæ. Segur. in repet. l. cohæredi. §. cum filiæ. num 110. & ibi dixi. ff. de vulga. & pupill. ſubſti. Couar. in capit. officij. nume. 2. de teſtamen. poſt Imol. num. 10. qui bene loquitur ¶ In oppoſitum videtur. Nam ſi debitor creditori ſuo quod debet legauerit, inutile eſt legatum, ſi nihil plus eſt in legato, quam in debito: quia nihil amplius per legatum habet. §. ſi quis debitori. verſi. Ex contrario. Inſtit. de legat.

Secundo eſt. l. creditorẽ. ff. de legat. 2. vbi quando quantitas eſt legata creditori à debitore minime in quantitate relicta, admittitur compenſatio. cui eſt text. ſimil. in. l. vnica. §. primum itaq; verſ. ſciendum. C. de rei vxo. actio. l. 16. tit. 9. part. 6. l. 16. Tauri. ibi. *no ſe le cuente en la parte que ha de auer.* Pro declaratione facio ſequentes concluſiones. Quarum prior ſit. ¶ Legatum à debitore inuoluntario, legis authoritate, eſt compenſandum cum tali debito legali. tex. in dict. authen præterea. & l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſolut. matri. vbi legatum factum filiæ à patre, qui dotẽ filiæ à genero exegerat, cuiuſque cauſa debitor filiæ erat, compenſatur cum ipſa dote à patre exacta. Eſt etiam argumentum in. l. omnino. & in. l. quoniam nouella. C. de inoffic. teſtamen. quibus iuribus, in legitimam filiorum portionem legata imputantur. Et confirmatur ex adductis à Doctore Didac. del Caſtill. in. l. 16. Taur. verbo. *a ſu muger.* numer. 28. Eſt opinio communis ſecũdum Coraſ. lib. 3. Miſcell. capit. 1. nume. 9. ¶ Ampliatur locum habere hæc computatio legati in eo, quod ex legis obligatione debetur, fieri debet, ſiue legatum fiat ab eo, cui onus ex lege incumbit, ſiue ab illius hærede, qui ſucceſsit in eadem obligatione legali, ex eadem ratione. Anchar. conſil. 20. colum. 2. Paul. de Caſtr. conſi. 35. libr. 2. Aymon Crauetta cõſil. 131. colum. penul. num. 14 lib. primo. vbi optime hanc concluſionem defendit aduerſus Corne. cõſil. 292 lib. 1. contrarium conſulentem.

Secunda concluſio. Legatum non compenſatur cum debito conuentionali, & ex volũtate partium contracto. Et hoc in loco intelligenda ſunt iura allegata in verſic. In oppoſitum. Couar. in. c. officij. nume. 2. de teſta. Hanc diſtinctionem communem teſtatur, & vltra eum Paul. Pariſi. conſil. 95. colum. 2. num. 10. lib. 2. Et iterum dicit cõmunem ibi colum. 5. nu. 37. Alex. conſil. 19. 12. lib. 6. Quam intelligendam exiſtimarem, niſi ex coniecturis appareat teſtatorem voluiſſe compenſare cum tali debito. Panor. conſi. 81. col. 2. libr. 1. Philipp. Corne. conſi. 115. col. pen. lib. 4. Aymon. Crauet. conſil. 149. lib. 1. duodecim referens coniecturas, ex quibus præmiſſam teſtatoris voluntatem deprehendere poſſumus. Quos ſequitur. D. Couar. loco proxime citato.

In dubio tamen vt verba effectum liberalitatis habeant, & aliquid operentur, crederem compenſationis intellectum non admittendum. argum. l. licet Imperator. ff. de legat. 1. & illud vulgare, verba non debent eſſe abſque effectu operandi. tex. in. l. ſi quando. ff. de legat. 1. qui aperte probat noſtrum intellectum in illis verbis Africani Iuriſcõſulti dicentis, Non de alijs donationibus eum videri ſenſiſſe ait, quam de his, quæ de iure valituræ nõ ſint, alioquin & fruſtra legaturus ſit. Tum etiã ſi legatum forte eſſet relictum conſanguineo, vel affini creditori, quo caſu magis affectione ſanguinis, quam ex alia cauſa cenſetur factum. l. Proculla. ff. de probat. Barto. in. l. libertis. §. primo. ff. de alimen. & ciba. lega. Ioan. Crot. in repeti. l. ſi conſtante. nume. 116. ff. ſolut. matri. Confirmari latius

poterit

poterit ex Purpur.in.l.cum quid n.128.ff.ſi cer,
peta.vbi hanc opinionem communem fore teſta-
tur.& Iaſ.ibidem profitetur in.l. quædotis. n. 78.
ff.ſolut.matri.Aleiat.in tract. de præſumpt.rep.1.
præſumpt.32.nu.5.Item poteſt confirmari ex du
bio tradito à Camillo Viſitarino in rep.rub. ff.ſo
lut.matri.n.93.verſi. Ad idem pro iſta opinione,
quem ſupplico videas. Et quod legatum nõ com-
penſetur cum dote, tenet Alexan.conſ.99.nu.10.
lib.7.¶ Succedit præterea aliud dubium non con
temnendum, nempe, Vtrum legatum ſimplici-
ter factũ pro pauperibus, poſsit dari eccleſiæ, quę
indiget reparatione? Ioan. And.& Domi.in.c.fin.
de teſtam.lib.6.concludit poſſe.Bald.in.l. ſi quis
ad declinãdam nu.10.col.4.& in.l. omnes. nu.7.
per tex.ibi in verb.diſpenſatorem pauperum. C.
de epiſc.& cleri.Ioan.Crot.in.l. ſi conſtante. nu.
55.ff.ſolut.matr.vbi reſpondet ad ea, quę poſſent
cõtrouertere, & amin omiam facere huic quæſtio
ni. Dixi ſupra verſic. Circa prædicta dubitatur de
quæſtione quotidiana, Vtrum hæres, vel Epiſco-
pus. Et eſt ſententia ab omnibus recepta ſecundũ
Crott.vbi ſupra.nu.56.Quibus dubijs & illud an
nectendum mihi venit in mentẽ, eo quod ſit diffi
cile, & ob id non omittẽdum. Quid ſi teſtator le
gauit vxori domum, vel certam pecuniæ ſummã
toto tempore vitæ ſuæ, donec caſte, & honeſte vi
tam vidualem ſeruauerit, & poſt eius mortẽ ſub-
ſtituit Petrum, An illa ad ſecunda vota tranſeun-
te. ſtatim admittatur ſubſtitutus: an vero expecta
ri debeat mors naturalis vxoris? Io.Andr.ad Spe-
cul.titul.de ſecund. nupt. concludit Petrum ſta-
tim admittẽdum eſſe: quia conditio expreſſa per
æquipollens dicitur adimpleta.l.mulier.in princ.
ff.ad Trebell.l.ſi mater.C.de inſti.& ſubſtit.Quã
probant Bart.in authen.quod locum.C.ſi ſecund.
nupſe.mulie. & alij plures relati à ſubtili Carolo
Ruino in.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.nu.51.qui
contra hanc deciſionem plura adducit. Denique
eam communem dicit.ff.de lib.& poſth. Paul. &
Areti.in.l.ſi quis hæres ita ſcriptus.ff.de aeq. hæ-
redi.Andr.Tiraq. de cauſa ceſſante.1.part.nu.79.

Quid autem erit in tali quæſtione. Maritus re-
liquit vxorem ſuam vſufructuariam omnium bo-
norum ſuorum, ſtantibus filijs, An conſequatur
totum? vel quam partem vſusfructus in bonis ma
riti? Dicendum eſt tantum conſequi poſſe vſum-
fructũ in illa quinta parte, de qua diſponere poſ-
ſet in proprietate, vltra enim tam in proprietate,
quam in vſufructu non poſſet. Segur.in repeti.l.
vnum ex familia.§.ſed ſi fundum.nu.105.ff.de le-
ga.2.Rodc.Suarez in repe.l.quoniã in prioribus.
ampliat.3.num.5.C.de inoffic.teſtamen. Ferdin.
Gomez Arias in.l.quarta.Taur in nume.105.Paul.
Pariſi.conſi.93.nu.37.lib.ſecundo.qui eſt viden-
dus conſi.97.num.20.eodem lib.ſecundo. Quod
eſt ſingulare ad declarationem legum regiarum,
quibus cautum eſt, ſtantibus deſcendentibus, om-
nia bona patris eſſe legitimam, præter quintam
partem bonorum.l.28.in deciſio.Tauri.nam hæc
legitima eſt relinquenda abſque aliquo onere, ſeu
grauamine filio, vt prædicti fatentur.tex.cum gl.
communiter approbata in authen.nouiſsima. C.
de inoffic.teſta.vbi idem ſtatuitur de onere vſuſ-
fructus antiquo iure correcto. Quod idem faten-
tur gl.Bar.Paul.& Iaſ.in.l.quoniam in prioribus.
C.de inoffic.teſtamen.Et ita probat.l.11.titul.4.
part.6.ibi, *ſin ningun aggrauiamiento.&c.* Paulus
de Monte Pico in repe.l. Titia.§.Titia cum nube
ret.num.35.ff.de lega.2.In regno Aragonum iure
viduitatis ſuperſtes habet vſumfructum bonorũ
mortui.alimenta tamen interim filijs præmortui
tenetur dare.vt habetur in conſtitu.Ab experto,
titul.De alimentis.lib.5.fororum Aragon.fo.123
col.4. Viduitas vero perditur per matrimonium
de præſenti, etiam copula non conſummatũ, nec
in facie eccleſiæ contractum.eod.lib.5.conſti.Ir-
refragabili.ſub titul. De iure viduitatis. In viduis
vide diſpoſita in tit.10.&.11.lib.4.ord.Luſitaniç.
& in lib.6.tit.6.libr.3 furo leg, regni Caſtellę. &
dict.for.Arago.libr.5.titul.De ſecund.nuptijs.

Nunc tamen quæro. Hæreditate non adita, an
debeantur legata relicta in teſtamento? Reſpon.
quod non.l.ſi nemo.1.ff.de teſtam.tutel. vbi Põ-
ponius ait, Si nemo hæreditatem adierit, nihil va-
let ex his, quę teſtamento ſcripta ſunt.l.ſi hæredi
tas.eodem titul.l.tertia.§.ſi patronus.ff. de bonis
liber.l.proxime.ff.de his quæ in teſta.delen. l.ſe-
cunda. §. aden. ff. de vulgar.l.prima. §.primo.ff.
de legat.tertio.l.prima.§.ante aditam.ff.ſi quis te
ſta.lib.eſſe iuſſus fue.l.filium.§. ſed cum exhære-
datio.ff.de bono.poſſ.contra tabul. l. eam quam.
C.de fideicom.Ioã. Baptiſ. Cinatorius idem no-
tat in rep.l.legatum.nu.17.ff.de legat.1.Anto.Go
mez de vltimis voluntatibus.ca.12.nu.11.Couar.
in rubri.de teſtamen.3.part.nu. 21. vbi diuerſum
fore cenſet in donatione cauſa mortis, quæ ante
aditam hæreditatẽ ſola morte cõfirmatur. Quod
ſecus eſt in legatis, vt dixi. Aditio hæreditatis eſt
enim illa, quæ vires tribuit teſtamentis, ac omni-
no omnia in teſtamento contenta confirmat. Bal
dus in.l.omnium. C. de teſtamen. Guilliel.Bene-
dict.in ca.Rainutius.verb.mortuo itaq;.1.n.329.
de teſtamen.qui eſt videndus à nume.326.præce-
denti.Adde gloſſ.in.l.qui filio.ff.de hæred.inſti-
tu.Corneus conſil.324.colum.quarta.nume. octa
uo.lib.4.Pariſi.conſi.46.col.2.nu.18.lib.3.Andr.
de Beſetis in repe.l.primæ.nume.148.C.de ſacro
ſanctis eccleſ.vbi quid in milite, vel in cauſa pia.
Angel.in.l.vni.in fin.princ.C. de cadu. tollen. &

in dict.l.eam quam. ¶ In tantum hoc procedit, modo legata relinquantur in ipſo teſtamento, modo in codicillis factis ante, vel poſt, quia ſemper requiritur aditio ex ipſo teſtamento.l.tertia.§.fina. ff.de iure codicill. Procedit etiam ſi ab inteſtato ſint facti codicilli, in quibus relinquantur legata, quia etiam hoc caſu poſteriori eſt neceſſaria aditio per venientes ab inteſtato.glo.in.l.qui filio.§.primo.ff.de hæredi.inſti.quam glo.plures ſequuntur,de quibus per Anto. Gomez in tract.de vltimis voluntatibus.cap.1 a.num.1 2.l.ſecunda.ff.de fideicom.liber.quem ibi not.Bart.& Albe.§.primo.&.a.Inſtit.de eo, cui lib. cauſa bona adi. Cuius ratio poteſt eſſe:quia hæres per aditionem hæreditatis videtur quaſi contrahere cum creditoribus,& legatarijs,& ſe obligare,& adſtringere ſolutioni.l.apud Iulianum.§.hæres. Inſtit. de obliga. quæ ex quaſi contract.naſc.ergo neceſſe eſt fateri,quod ante legata non debentur. Secunda ratio aſsignanda eſt: quia omne iudicium requirit perſonam actoris,rei,& iudicis.l.in tribus. ff. de iudi. Dixi ſupra in tit.de iudi.Sed in noſtra ſpecie propoſita ſine aditione hæredis,non reperiretur perſona rei in qua reſideret,& fundaretur actio paſſiua,quæ poſſet conueniri. ergo &c. Tertia ratio erit,quia hæreditas repræſentat defunctum interim,quo iacens eſt,non tamen hæredem, & per conſequens non tenetur ad legata, quemadmodum nec defunctus.argum.l.legatum eſt.ff.de legat.1. &.ff.de legat.2.l.legatum.& vtrobique eſt communis nota glo.& docto.

Hodie tamen iure iſtius regni Caſtellæ bene valent legata, & omnia alia contenta in teſtamento,vel codicillis, hæreditate non adita ex teſtamento, vel ab inteſtato.vt eſt text.in hac.l.prima. *De los teſtamentos*.quæ ſic eſt intelligenda. Tamen eſt neceſſarium, quod adeatur hæreditas ab his,qui ſucceſſuri ſunt ab inteſtato.Couar.in cap. Raynaldus.§.tertio.numer. octauo. de teſtamen. per glo.ff.dict.l.qui filio.§.primo.ff.de hæred.inſtit.quam rurſus citat.nume.11.ad fin.

Quæro, Vtrum legata debeantur hæreditate non adita ex nullitate teſtamenti,nempe ex cauſa præteritionis,vel exhæredationis? Reſpond.deberi.text.in authenti.ex cauſa.C.de libe.præter. ibi,cætera namque firma permanent. Corne.conſil.158.nume.36.libr.ſecundo,& conſil.245. col. prima.nume,ſecundo.libr. tertio. & conſil.244. colum.prima libr.quarto. Ludo. Gozadi. conſil. 49.colu.n.fina.num.22.Singulariter Paul. Pariſi. conſil.64 colum. ſecunda. libr. ſecundo. firmans eſſe communem etiam in poſthumo præterito ignoranter. Quam concluſionem ait ſecundum communem non ſolum procedere in relictis, ſeu fideicommiſsis particularibus, ſed etiam in fidei commiſſo vniuerſali,ibiq; plura allegat, quæ omnino ſunt hic addenda. Et pro hac opinione eſt hic Regia lex id diffiniens,inquantum dicit, *Vala el teſtamento en las mandas, y en las otras coſas, q̃ en el ſe contienen*. Concordat.l.11.in fine.titu.ſeptimo. &.l.7.tit.8.par.6.concord.etiam cap. ſecundum. titu.71.libr.4.ordi.regni Luſitaniæ.

Quæro, Vtrum legata debeantur rupto teſtamento fratris turpi perſona inſtituta? Et eſt dicendum quod nõ ſecundum magis communem opinionem teſte Iaſ.in.l.fratres.nume.3.C.de inoffi. teſta.Caſtell.in.l.7. verb. ab inteſtato.in legibus Taur.Et Grego.Lopez in.l.12.verb.*El teſtamento*. titul.ſeptimo.part.6.Vtrum autem reuocet in totum,vide Iaſ.& Caſt.vbi ſupra quod ſic ſecũdum communem opinionẽ Matth. Afflict. deciſ. 204. Quamuis cõtrarium velit ipſe,& Suarez in.l. quoniam in prioribus.fol.4.colum.3.C.de inoffi. teſtam. Et iſtam vltimam dicit magis communem Corne.conſi.176.col.3.nu.4.lib.4.Et Grego. Lopius in.d.l.12.verb.*La heredad*. Primam tamen tenet in l.fin.verb.*El fijo*..tit.8.part.6.Dubitari poterit de quæſtione praxi ſubiecta. Vtrum ſpurio inſtituto,omiſſo fratre legitimo,frater poſsit querelare fratris teſtamentum tanquam turpi perſona inſtituta? Et conſultus reſpondi poſſe:quia illegitimi ſunt infames infamia facti.Iaſ.in.d.l.fratres.C.de inoffic.teſta.& in conſi.71.nu.2.libr.1. Alex.in.l.ex facto.nu.22.ff.de vulgat.& pupilla. Ioan.Lup.in repe.cap.per veſtras.§.10.fol. 90.n.1 n.de donat.inter vir.& vxor.Dixi in reperto.ad Seguram.verb.Baſtardi. Nouiſsime probat Gabriel Palæot.in tract.de nothis.ſpurijsq; filijs.ca. 55.nu 5.Quod eſt notãdum. ¶ Sed eſt pulchrum dubium,An in caſu dict.authen.Ex cauſa.& legis Regiæ conſeruentur tabulæ pupillares:Glo. in.l. 1.§.ſubſtituere.ff.de vulg.& pupil.tenet partẽ affirmatiuam q̃ conſeruentur.Bart.in.l.filio præterito.num.12.ff.de iniuſto rupt. Idem probat ipſe Barto.in.l.in pupillari.nu.2.ff.de vulga.& pupil. & in dicta.l.prima.§.ſubſtituere.numer.3.& in.l. nam quod.§.ſi quis compulſus.num.1.ff.ad Trebellia. Iſtam tenet ipſe Bart.Paul.& Salic.in dict. authen.Ex cauſa.Et eſt opinio communis ſecundum Rip.num.32.in.l.2.ff.de vulga.& pupill.qui reputat hanc quæſtionem dubiam.Etiam communem fatetur.D Couar.in cap. Raimutius.§.ſexto. nu.3.de teſtam.quamuis ab hac communi velit recedere,cum Ioan Ignea in rep.authen. Ex cauſa, nu.172.C.de lib.præte.qui à nu.167.plura fundamenta adducit pro ſententia Bar.quæ forte extraxit à Raphaele Fulgoſio in dicta authenti.Ex cauſa.numero. 46.qui pro parte affirmatiua adducit octo fundamenta, & alia octo pro parte negatiua.Denique facit diſtinctionem, quam ſcripſit Ripa in

Ripa in dict.l.ſecunda. Et quod non conſeruentur tabulæ pupillares, nouiſsime approbat Gregor. Lopius in.l.10.titu.5.part.6. Viſis autem adductis pro vtraq; parte, videtur inhærendum opinioni Barto.& communi præſertim cum in ſeno his non audiui contrariam fore tenendam, imo firmabant tenendam eſſe Bart. ſententiam. Et ita temperi in quadã apoſtilla Doctoris à Peralta totius iuris prudentiæ, abſque iniuria alterius, emporiũ fertiliſsimũ, ac præceptorem communẽ dignisſimum. Et non ab eo diſsimile audiui ab alio præceptore Alvaro à Grado, literis, moribus, ac ſumma virtute in præclara iuris Cæſarei diſciplina prædito. Et prædictam glo.l.prima.§.ſubſtituere.dixit notabi & approbat iam Iaſ.in.l.ſi ita ſtipulatus fuero.§ Chryſogonum.n.31.ff.de verb.obliga. Eam tamen de iure Regni non admitterem: quia expreſſa conſtitutiõe cautum eſt, quod diſſoluatur ſubſtitutio pupillaris rupto teſtamento. L.10.tit.5 part.6. cuius verba ſunt, *Otroſi dezimos, que ſeyendo quebrantado por alguna razon derecha el teſtamẽto q̃ ouieſſe fecho algun teſtador, e que ouieſſe dado ſoſtituto al padre a ſu fijo, o alguno otro en la manera q̃ es dicha pupillar, que ſe deſata otroſi la ſoſtitució por ende.* Nec refragatur tex. iſte & lex Luſitaniæ, quæ firmant æqu ſtne, quod non adita hæreditate ab hærede ſcripto legata, & cætera ſcripta in teſtamento ſeruanda eſſe: nam intelligenda eſt in his, quæ præciſe inſtitutionem hæredis non requirunt: ſecus vero in his, quæ abſque hæredis inſtitutione minime ſubſiſtunt. vt docet Couar. in dict. §. ſexto. num.4. Ex quo conſtat non obſtare.l.24.Tauri. cum loquatur in prælegato tertiæ & quintæ partis: quod, videlicet ſi in codicillis, vel in alia qualibet diſpoſitione fuerit relictum abſque aliqua hęredis inſtitutione, ergo nimirum ſi non conſeruetur fracto, ruptoque teſtamento. Ergo exhæredato ſit ſubſtitutio pupillaris, & tamen non eſt ibi inſtitutio ergo &c. ¶ Reſpon. habere locum, quãdo pater rite filium exhæredauit. exhæredatio enim loco inſtitutionis habetur. Ex quibus infertur inualidam eſſe ſubſtitutionem pupillarem contentam in teſtamento inualido ex cauſa iniuſta exhæredationis, vel præteritionis: rupto nanque teſtamento, non datur hæredis inſtitutio, nec aditio, quæ requiruntur ad validitatem ſubſtitutionis pupillaris, etiam ſtante iſta lege. Quanuis minus bene firmauerit aliud Antoni. Gomez de vltimis voluntatibus.capi.4.num.4. hanc legem. ı. in ſpecie citando.

Quę autem ſolennitas ſit neceſſaria in teſtamẽtis, eſt inquirendum. Et præmittẽdum eſt, legem noſtram procedere in teſtamento nuncupatiuo, ſecundum interpretationem traditam à Carolo Cæſare Hiſpaniarum Rege, qui euolauit ad cælum 21. die mẽſis Septembris, hora ſecunda ante meridiem illius Anni 1558. in.l. tertia. Tauri. in quo requiritur forma & ſolennitas hic tradita, ſcilicet, quod teſtamentum nuncupatiuũ debet fieri coram notario, & tribus teſtibus. Si vero coram notario non fiat, adeſſe debere teſtes quinque, ſi eo in loco, quo celebrari debet, ſit copia: alioqui ſufficere tres teſtes ipſi teſtamẽto præſentes eſſe. Et hoc eſt quod dicit iſta lex ſecundum verum & vetuſtiſsimum codicem, quæ vitio impreſſorum ad hæc vſque tempora fuit corrupta. Ex qua apparet maxime mutatum eſſe eius intellectum his verbis, quæ modo in vulgari impreſsione habentur, prout teſtatur Doct. Couar. (Archiepiſcopus Sancti Dominici quondam deſignatus, nunc vero Epiſcopus Ciuitatẽ. meritiſsimus) in ca. cum eſſes. de teſtamen. nume. ſecundo. eademq; ſolennitas eſt ſeruanda in teſtamento facto inter liberos. Regia.l.tertia Tauri Iure autem Luſitaniæ in teſtamento nuncupatiuo ſunt neceſſarij quinque teſtes, & ſubſcriptio partis & tabellionis in locis, vbi teſtium copia poteſt haberi.l.prima.titu.76. libr. quarto. ordinamen. Portugalliæ. Sin vero factum ſit in locis, vbi deeſt copia teſtium, ſufficiũt tres teſtes in teſtamento nuncupatiuo, ſiue in codicillis, ſiue in teſtamento in ſcriptis.l.fin.eodem titu. ibiq; in lege ſeu §.ſecundo. aſsignatur forma & ſolennitas requiſita, ſuo iure, in teſtamento in ſcriptis. Requiruntur tantum quinq; teſtes, cum ſigno inſuper tabellionis. In codicillis requiruntur quatuor teſtes, vna cum publico tabellione. ibi.§.ſexto.incip. *E querendo algũ fazer codicillo.* Iure vero Aragonum habetur libr. ſexto. titul. De teſtamentis. vbi regnicolæ videre poterunt. De iure autem communi Romanorum teſtamentum nũcupatiuum fieri debet coram ſeptem teſtibus. l.hac conſultiſsima.§.per nuncupationem. C.eodem titul. de teſtamen. cum qua concor. l. prima. titu. primo. part. ſexta. §.fina. Inſtit. de teſtamen. Ioan. Lup. de teſtamento nuncupatiuo late agit in.l.tertia. Tauri. vbi Michael de Cifuentes. quæſtione.4.& alij interpretes. In codicillis iure noſtro requiritur numerus teſtium, qui eſt neceſſarius in teſtamento nuncupatiuo.l.tertia. Tauri. vbi Cifuentes quæſtione.7.numero.10.& Ioan. Lup.numer.59 qui concordantes adducit. De teſtamento in ſcriptis quæ ſit eius forma & ſolennitas, eſt.l.tertia Taur. & ibi Ioan.Lup. Ciſonta. Dida. del Caſtillo, & vterque Gomezius ſatis agunt de eo, ideo nõ eſt cur in præſentiarum de illo agamus, cum (vt dixi) lex noſtra.1.loquatur in teſtamento nuncupatiuo. ¶ In primis eſt dubium, Vtrum numerus teſtium potuit à lege iſta augmentari, & ſic copia probationum ex defectu teſtium reſtringi, cum teſtimonium duorum ſufficiat in

ficiat in omni cauſa,iuxta verbum Domini Matthæi.18.& Lucæ.17. in ore duorũ vel trium ſtat omne verbum,tranſumptiué in.c.licet vniuerſis. de teſtib. Eſt reſpondendum poſſe ex cauſa limitari & interpretari lex diuina,vt falſi ſuſpicio vitetur,non enim illam derogat , ſed facit , vt melius veritas ſeruetur : quod poteſt facere inferior lege ſuperioris.glo.ſing.in clem.Ne Romani.verb.tolli.delectio. not. Barb.ad Bald.in.l. programma. C.comm.vel epiſtol.Felin in.c.quæ in eccleſiarum.de conſti.& in.c.1.n.13. deſponſalib.Ludo. Gomez.in.c.2.§.ſtatuto.n.22.& nu.55.de cõſti. libr.6.D.Couar.in epito.4.decreta.c.6.nu.18. Et latiſsime ſcripſi ſuper ead.gl.verb.tolli.Itẽ etiam teſtamentum quo ad formam , & ſolẽnitatem eſt iuris ciuilis ſecũdum communem,quam in princ. iſtius legis poſui,quæſt. 2. Ergo lex eſt rationabilis , in certis caſibus requirens plures quam duos teſtes.Panor.cap.licet num.3.col.2.de teſtibus.

Vel aliter reſpon.ꝙ illud,In ore duorum &c. ꝙ prius membrum neceſsitatem deſignat, & ſufficientiam: poſterius vero,abundantius cõplementum.Domi.Soto lib.de iuſt.& iur.5.q.7.art.3.pagin. 468. Vel aliter ſecundum glo.in. l.ius autem ciuile.in glo.2.ff de iuſti.& iure.gloſ.in.l.omnes. verb.generali.C.ſi contra ius vel vti.publi.glo.2. in.c.à nobis.de deci.quibus cautum eſt,legem ſuperioris adiuuari,& diſtingui poſſe per inferiorẽ. Facit quod not.Bart.in.l.cunctos populos.nu.22 C.de ſum.Trini.Feli.in dict.c.quæ in eccleſiarũ. nu.19.de conſtit.dixit communem. vbi per Auguſti.Beroi.nu.89.& Decius nu.13.Iaſo in.l.quo minus.notabi.3.num.5.col.1.& col.2.ff.de flumi nib.Ioan.Anto.Rubeus,Alexandri.in.l.naturaliter.§.nihil commune.nu.108.ff.de acqui.poſſeſſ.

Vel aliter reſpondeo,vt prædixi, ꝙ ſolennitas illa fuit iuris ciuilis , in qua Imperator,ſeu Princeps non recognoſcens ſuperiorem poterit facere quicquid rectum ei viſum fuerit , augendo,aut diminuendo eam.§.Sed & quod Principi. Inſtit. de iu.natural.gen.& ciui.l.digna vox.C.de legib. c.propoſuit.de conceſſ.præbend. Ideo nimirum, ſi per conſuetudinem poſsit minui ſolennitas tradita à iure in teſtamentis cõdendis. Ratio,quia eſt inſtitutum iuris poſitiui , in quo multum poteſt cõſuetudo præſcripta,quæ loco poſterioris legis ſuccedit,derogatq; iuri ſcripto. l. de quibus.ff.de legib. Singulariter probat Bart.in.l. cunctos populos.nu.22.col.7.C.de ſum.Trin.vbi late per Iaſo.à nu.71.vſque ad nu.81.vbi fatetur hanc cõmunem opinionem eſſe. Et idem tenet Ciſuent.in.l. 3.Tauri.q.17.& ibi latius Io.Lup.nu.36.limitans locũ habere in cõſuetudine nota ipſi Principi,nõ alias. Tum,quia conſuetudine non obſtante,procedũt leges huius libri & Tauri. quemadmodum ſtatutum eſt in.l.1.Tauri.Sed ad hoc reſponde vt ſupra dixi in quæſ.8.procem.& quæſt.13.vbi corrigo gloſ.in clem. Statutum. verb.conſuetudine. de electione,ſecũdũ quam literam eſt cõmuniter approbata.tenet Rip in.l.nemo poteſt.de lega.1. num.36.¶ Eſt tamen dubiũ, Vtrum teſtator poſſit teſtari,omiſſa forma,& ſolennitate huius legis Regiæ.in hoc regno,vel aliarum in regnis Aragonum,Luſitaniæ,& ſimilibus? Videtur dicendum, quod non:nã iſta eſt forma,& ſolennitas ſubſtantialis propter ius publicum conſeruandum introducta,quæ à particularibus remitti non poteſt. l. ſi vnus.C.de teſta.vbi probatur , ꝙ ſolennitas eſt de forma , ideoq; teſtamentum eius defectu nullum eſt.Facit bonus text.in. l.cum eo.ff.de teſtib. l.nemo poteſt.ff.de legat.1.l.ius publicum. ff. de pact.c.ſi diligenti.de for.comp.c.cõtingit.de ſententen.excom. Cum igitur numerus teſtium,de quibus in noſtro iure,ad teſtamentum conficiendum ſit de forma ſubſtantiali.vt not.glo. communiter approbata ſecundum Rip.ibi nu.27.in dict. l.nemo poteſt.merito à teſtatore non poſſet remitti, vt valeat in vim teſtamenti , ſecus in vim alterius vltimæ voluntatis , quia ſubiungit in teſtamento clauſulam. Si autem illud teſtamentum propter aliquam præteritionem alioſve defectus cuiuſvis ſolennitatis non valuerit,vt teſtamentum, valeat vt codicillus: ſi autem non valuerit vt codicillus, valeat vt vltima voluntas.Rogoq; conſanguineos meos,qui aliquod ius ſuccedendi mihi ab inteſtato.aut alio quouis modo haburint,vt bona , hæreditatemq; meam reſtituant Petro, quem in hoc teſtamento meum hæredem vniuerſalem nomino,& inſtituo. ¶ Tum,cum conſtet de voluntate teſtatoris,omnia contenta in minus ſolẽni voluntate locum habebunt tam in foro fori,quam in foro animæ,ceſſabitq; quæſtio illa,vtrum debeãtur in foro conſcientiæ relicta in minus ſolenni volũtate? In qua ſunt,qui vtranq; partem defendũt, & vnuſquiſque ſuam partem communem dicit. Decius communi contra communem dixi infra in gloſſ. *Si el teſtador inſtituyere heredero.* ¶ Limita in Principibus,qui habent poteſtatem legis cõdendæ,nam poterunt abſque ſolennitate iuris teſtari. Bal.Alex.& Lancelotus Galiaula in.l.Centurio. nu.56.verſi.Sexta cadit dubitatio. ff. de vulga.& pupilla.Facit:quia eo in loco eorũ dicta.ſunt lex. Tum etiam,quia eorum contractus vim legis habent.l.Cæſar.vbi Barto.ff.de publica.l. penul. C. de donatio.inter vir.& vxor.notat Paul.in.l.ex imperfecto.C.de teſtam. id habere locũ , qñ ipſe Princeps teſtatur expreſſe ſe nolle teſtari ſecũdũ ius cõe,alias præſumitur teſtari ſecũdum regulas iuris communis.Ita Paul. quem ſequitur Lancel. vbi ſupra.Et confirmatur ex traditis ab eo ibi. numero.132.

me.132.in d.l.Centurio. verſic. Secũdo nota.ibi, iure communi capiat. ¶ Quid autem erit in teſtamento facto tempore peſtis, an validum ſit minori numero teſtium? Barto.in.l.prima. ff. de bono. poſſ.ex teſtam.milit. Angel.in. l. conficiuntur.§. codicillis.ff.de iure codicill. Paul. Fulgo.& Alexand.in.l.fina.C.de teſtamen.tenent non valere. & Ciſuent.in.l.tertia.Taur.dicens hanc communem.num.4 quæſt. 2. Eandem fatetur communẽ Rip.in tracta.de peſte. rub. de priuilegijs vltimarum voluntatum cauſa peſtis.colũ.2.nu.7.fol.10 vbi refert tenentes contrarium:eſtque communis teſte Alexan.conſi.70.col.4.nu.16.lib.2.Pariſiẽ. conſil.32.nu.48 libr.2.Anto.Gomez in.l.3. Tauri.nu. 48. Quo loco hanc opinionem probat per iſtam.l. 1. Item ſuadetur:quia in lege noſtra,nec in.l.5.Tauri iſte caſus nũquam fuit exceptus, ſed generaliter appoſuit formam,& ſolennitatem ſeruandam in teſtamẽtis,ergo generaliter erit accipienda Ioan.Lup.d.l.3.Taur.nu.30.Contra hanc communem conſuluit Deci.conſil.284.dubio.1. & Gerard.Mulert.in additio.ad Roland.in tract. Flol.teſt.titul.34.nume.2.in.2.volu.tract.diuerſ.

Dubitari ſolet, quid ſit obſeruandum in teſtamento ad pias cauſas? Bart.& doct.in.l.1.C.de ſacroſan.eccl.tenent hanc ſolẽnitatem non eſſe ſeruandam. Panor.& alij in.c.cum eſſes.de teſtamẽ. text.& ibi D.Couar.qui omnino eſt vidẽdus pro extenſione huius reſpõſi,quia ad illud citat nr̃am legem in.c.relatum.1.de teſtamẽ. Ciſonta. q.3.n. 5.in.d.l.3.Taur.l.21.in fin.tit.1.par.6.hęreditate nõ adita an debeautúr legata pia. Deciſ.capel. Tolo.89.concludit,ꝙ ſic.& ibi plura in additi. inuenies.Guid.Pa.ſing.381.Satis neruoſe tractat Couar.in.c.Rainutius.§.3.n.11.de teſtam. Hodie cũ etiam legata debeantur per iſtam regiam legem, non eſt inſiſtendum in pijs relictis à maioritate rationis. Probatur hic,ibi,*mãdas*,ſcilicet ad pias cauſas,quæ ſunt, quũ relinquitur aliquid pro anima. glo.in ſi quis Titio.ff.de leg. 2. ſing. ſcd̃m Guid. Papã ſingu.381. Omne iam.& Andr.de Beſſetis in rep.l.habeat.nu.39. C.de ſacroſan.eccle. vbi in n.30.declarat,quæ dicatur cauſa pia. & Ciſont.in l.30.nu.5.in legib.Taur.legatũ piũ quod dicatur, declarat.l.4.& ibi nouiſsime Grego.Lopez.ti.11. part.6.Siue ad non pias cauſas. Ratio ea eſt:quia poſtremæ voluntates decedentiũ ſeruandæ ſunt. c.vltima volũtas.13.q.2.l.1.C.de ſacroſan.eccle. Item ſunt ſ. lucnda debita, quæ in teſtamento cõfitetur ſe alijs debere:cum non remittatur peccatum,niſi reſtituatur ablatum,ſeu debitũ.reg. Peccatũ.de reg.iur.lib.6.text.eſt hic ibi,*Y en las otras mandas*.Facit optima lex.32.in conſtitutio.Taur. ibi,*pagãdo ſus deudas,y cargos de ſeruicio,y otras deudas ſemejantes &c*.Eſt tamen neceſſaria aditio hæreditatis ſaltim à venientibus ab inteſtato.glo.in l.qui filio.§.1.ff.de hæred inſti. Citat Couar.in.c. Rainutius.§.3.nu.8.&nu.11.de teſtamẽ.Diximus ſupra in verſi. Nunc tamen quæro hæreditate nõ adita. Quid rupto teſtamento agnatione poſthumi? Dic deberi legatum pium. Deciſi.capel. Tolosa.334.Si teſtamentum fuit ¶ Dubitari licet, an teſtamentum factum coram parochiali ſacerdote, & duobus teſtibus,ſit firmum? Videtur quod nõ, quia ibi non ſunt teſtes requiſiti,nec ſolẽnitas tradita ab iſta lege:ergo detracta forma,& ſolennitate iuris regni teſtamẽtum nullũ erit: omnis enim actus ſubſiſtit in voluntate , & potentia.l.nemo poteſt.ff.de legat.primo.c.cum ſuper. de offic.de lega.Bald.adnotatum reliquit ex Boetio in repetitio.l.1.C.de ſacroſan.eccl.num.55. Per leges autem regni nõ poteſt quis teſtari modo præmiſſo in titulo quæſtionis,ſed cum ſolennitate hic tradita,cum alias ab eo potẽtia auferatur,ergo ea minime ſeruata,actus corruit. ¶ In contrarium eſt text.in.c.cum eſſes.de teſtam[illegible]n.vbi habetur validum eſſe teſtamentum coram duobus teſtibus, & cura parochiali factum.Specul. de inſtr. editio.§. compendioſe.nu.11.ſed locum habet de iure Canonico,& in terris ſubiectis eccleſiæ quo ad temporalem iuriſdictionem:in his etenim caſibus teſtamentum ſolenne eſt , ſi fuerit conditum modo prædicto , quanuis ad pias cauſas factum non ſit. glo.Ioan.And.Anchar.Card Henri.Imol.& Couar.nu.12.in dict.c.cum eſſes.Fortun.in tract.De vltimo fine vtriuſque iur.illat.15.Domi.conſ.49. nu.4.vbi inquit hanc ſententiam de iure ſequendam fore.Freder.cõſi.217.dicit moribus receptã eſſe.& Philipp.Deci.conſ.284.col.4.n. 7. lib.2. & eſt magis communis opinio ſecundum Alexã. conſi.177.col.1.nu.2.libr.2. Et eam communem eſſe fatentur Corne.conſi.261.col.fina.n.31. libr. 4.Carol.Ruin.conſil.14.nu.4.libr.2.& conſil.51 n.11.lib.1.Nicol.Boeri deciſio.93. Angel. Areti. in tracta.de teſtam.gloſſ.109.nu.7.Corne.conſil. 168.col.2.nu.3.lib.2.& conſ.297.n.6.col.2.lib.4. vbi hanc dicit communem opinionem in vtroq; foro canonico,& iudiciali.Et eſt communis & ſequenda in iudicãdo,& conſulendo. Pariſi.cõſi.51. col.1.lib.3.Corn.conſi.215.n.6.lib.2.& conſil.31 nu.4.& 10.eo.libr.vbi eam teſtatur communem.

Ex qua communi annotandum eſt, neceſſarium eſſe presbyterũ parochialem vltra duos teſtes adeſſe.Quod fatetur Panor.col.4.& Barb. col. 6. in dict.c.cum eſſes.Albert.Brun.de potentia & effectu formæ.30.fallẽ.Domi.cõſi.49.Corn.cõſi.77. libr.1.Fortun.Garcia de vltimo fine.illatio.15.& cõiter oẽs vbi ſupra.Et iſte,eſt proprius ac verus ſenſus.d.c.cum eſſes.ſecundum Couar.ibi.Quamuis Aleiat.in capitu.ꝰnouit. nume. 47. de iudi. la-

plus fuerit in eius intellectu. Scripſit em̃ deciſio. text. in dict. cap. cum eſſes. in foro conſciẽtię procedere, non in iudiciali canonico ſeruãdam eſſe.

Quæ communis procedit, etiam ſi notarius ſit talis presbyter, & vt notarius prædicto teſtamento præſentiamq; ſuam adhibuerit, nam duobus teſtibus valebit teſtamentum ex ratione text. in. d. c. cum eſſes. Quem in hac ſpecie intellexit Paul. Pariſi. conſi. 51. n. 5. lib. 3. & Couar. in dict. c. cum eſſes. num. 11. verſic. Cæterum hæc interpretatio.

Quæſtio dubia eſſe poteſt, Vtrum valeat teſtamentum, ſecundum communem intellectum ſupra adductum ad capi. cum eſſes. ſi alter ex duobus teſtibus eſſet mulier? Et videtur ꝙ non. Nam iura, quæ detrahunt ſolẽnitatem & iuris rigorem in teſtamentis condendis, non cenſentur tollere ea, quæ alias ſtatuta ſunt circa perfectionem illius actus, vt eſt, quod teſtes ſint legitimi, & rogati, licet in minori numero ſufficiant, vt in caſu. c. cum eſſes. & legis Regiæ. 1. tit. de teſtamentis, quam nunc commentamur. &. l. 1. tit. 5. lib. 3. foro legũ. ibi, *buenas teſtimonias*. cum ſimilibus. Probat text. in. l. ſancimus. in ſui ratione. C. de teſtamen. ibi, quod enim nõ mutatur, quare ſtare prohibetur? Et ibi inferius, dum dicit, per teſtes idoneos. Pulcherrimus caſus in. l ſi quãdo. in prin. C. de inoff. teſtam. De iure autem ciuili non poteſt eſſe teſtis l. qui teſtamento. §. mulier. ff. iſto titul. & in. §. teſtes. Inſtit. eod. glo. in cap. forus. de verb. ſignifi. l. 17. tit. 16. par. 3. Sexus enim mulierum inſtabilis, ac fragilis eſt. d. c. forus. tex. in. c. de viduis. 2. 27. q. 1. in illis verbis, ſexus fragilis, ac inſtabilis Corne. conſil. 168. col. 3. lib. 2. Alphonſ. Montalu. in. l. 1. titu. 7. libr. 4. for. legum. Alciat. de præſumpt. regul. 1. præſumptio. 47. nu. 3. Quibus adſtipulatur illud Virgilianum libr. 4. Aeneidos.

Varium & mutabile ſemper Fœmina.

Cui concinit text. in. l. filia in orbitate. ibi, nec ex momentarijs volũtatibus matris. & ibi doct. not. C. de inoffic. teſtamen. & Ioan. Fab. in. l. vltim. C. de iur. & fact. igno. Andr. Tiraquel. in lege connubiali. 9. num. 129. vbi plura memorabilia de leuitate mulierum refert. Et in ſpecie illud Tibulli lib. tertio. Elegorum, cum de muliere loqueretur.

Sed flecti poterit: mens eſt mutabilis illis.

Et Terenti. in Phormione Mulieres, inquit, ſunt ferme, vt pueri, leui ſententia. Titus Liuius quoque ſcribit, animum mulierum eſſe paruis rebus mobilem: cuius hæc verba ſunt ex libr. ab Vrbe cõdita. 6. Cæterum is riſus ſtimulos paruis mobili rebus animo muliebri ſubdidit. Et libr. 4. belli Macedonici, Virorum, ait, hoc animos vulnerare poſſet, quid mulierculam cenſetis: quas etiam parua mouent? Propertius item libr. primo. ad Gallum. & libro ſecundo. ad Mecœnatem.

Non eſt illa vagis ſimilis collata puellis.
Si memini, ſolet illa leues culpare puellas.

Nec defuit huic ſententiæ Ouid. libro. 2. De arte amandi. Parua, ait, leues capiunt animos. ſcilicet mulierum, De quibus loquitur. Et alibi inquit. libr. 2. Elegiarum.

Verba puellarum folijs leuiora caducis,
Irritaq; vt viſum eſt, ventus & aura ferunt.

Et Iulius Titus Calphurnius Siculus in Bucolico carmine Ecloga. 3.

Mobilior ventis o fœmina.

Igitur eius teſtimonium tanquam ſi non eſſet in teſtamento, iudicandum eſt, ac proinde teſtamentum tanquam imperfectum ratione ſolennitatis nullum eſt. Tum etiam, quia in teſtamentis legitimi debent eſſe teſtes. capi. cum eſſes. ibi, idoneis. & in cap. relatum. ibi, legitimis. de teſtamen.

Sed mulier non eſt teſtis omni exceptione maior, quamuis in aliquibus caſibus admittatur. Cæpol. conſil. 32. col. 2. inter cõſil. criminalia. Decius in. l. fœminæ. ff. de regu. iuris. numer. 35. verſic. Et caſu quo mulier. Hippolyt. conſi. 5. verſic. Veniomodo. colum. 5. libr. primo. Aymon Crauet. conſil. 99. colum. ſecunda. numer. 5. Ludoui. Gozadi. conſil. 74. nume. ſexto. idem viſus eſt probare. & Tiraquell. in legibus connubialibus. l. nona: num. 73. Igitur in teſtamentis etiam de iure Canonico non erit admittendum teſtimonium mulierum, niſi lex dixerit. vt late per Alexan. conſ. 70. colum. penulti. nume. 13. lib. 2. & conſil. 177 col. 1. num. 5. eod. libr. Et reputat probabiliorẽ eſſe hanc ſententiam Couar. in cap. cum eſſes. de teſtamen. nu. 14. Albert. Bran. in tracta. de correct. & relax. ſolen. & formæ, quæſtione. 8. fol. penul.

Sunt etiam plurimi hanc ſententiam fauentes, inquantum volunt id procedere in legatis ad pias cauſas. Et in his eſt Spec. de teſtam. §. primo. verſi. Itẽ quod eſt mulier. Collect. in dict. c. cum eſſes. Frede. de Senis. cõſil. 217, in fine. Roman. in authen. Similiter. 16. Speciali. vltima volũtat. C. ad leg. Falcidam. Benedict. Capra. conſi. 75 colum. 7. verſi. Ad idem. lib. 3. Barb. in cap. relatum. de teſtamen. & conſi. 58. Clementiſsimi. col. antepen. libr. primo. & conſi. 38. colum. 8. lib. 3. Soci. qui tamen dubitat conſi. 92. col. 2. verſi. Quinimo diſputatur. nume. quinto. libr. tertio. Quæ opinio confirmari poteſt ex traditione ſing. Bald. conſi. 264. in fin. libr. quinto. quod licet in teſtamentis ſufficiant duo teſtes, debent tamen eſſe omni exceptione maiores, ac ne leui quidem macula aſperſi: at mulieres non eſſe huiuſmodi, ſupra dictum eſt. ergo &c.

Oppoſitam ſententiam tam in teſtamentis cõditis ſecundum formam & ſolẽnitatem iuris Pontificij dict. capi. cum eſſes. quam in legatis ad pias

cauſas

Digitized by Google

cauſas ſufficere hos teſtes eſſe viros, vel mulieres, non habita ſexuum diſtinctione firmat Panorm. colum. prima. & ibi Anchar. & Con:rru. in allega. capitu cum eſſes. Et eſt communis lectura ſecundum Philippum Corne. conſi. 261. colum. prima. nume. 4. lib. primo. & conſi. 215. colum. 3. num. 6. libr. ſecundo. Et eſt opinio communis ſecundum Ioan. Crot. in tractat. de teſtibus. 1. part. num. 10. Calder conſil. 8. ſub rubri. de teſtamen.

De legatis vero ad pias cauſas, vel teſtamentis, quod ſint mulieres teſtes idonei, tenent plures numero, & authoritate, quam ſint fauentes contrariæ, de qua ſupra habitũ eſt in hac quæſtio. Nempe iſtam affirmatiuam tenet Corne. in conſilijs paulo ante citatis Bald in conſil. 196. Licet regulariter. libr. quinto. & conſil. 230. Teſtamentum. eodem libr. quinto. vbi tamen dicit, id eſſe dubium. Angel. conſi. 233. In cauſa prædicta. coln. prima. Paul. de Caſtr. conſil. 317. Dubium facit. libr. primo. & conſi. 456. Viſis, & examinatis. eod. libr. 1. Alexan. conſi. 177. colum. ſecunda. libr. ſecundo. & conſi. 105. colum. quarta. libr. quarto. & conſil. 102. colum. ſecunda. verſi. Circa ſecundum. lib. 7. Corne. conſi. 168. colum. tertia. libr. tertio. Socin. in tracta. fallen. regu. 310. in. 36. priuilegio. Petrus Belluga in Specul. Princip. rubri. 17. verſi. Videamus. colum. penul. vbi tamen notat. Bald. in. l. prima ante fin. in lectura & iterum in repet. colum. 14. verſi. Oſtenſo de principalibus perſonis nu. quarto. C. de ſacroſanctis eccleſ. Petr. Ancbar. in dict. cap. cum eſſet. 4. notabi. & Panormi. colum. prima. & col. fina. de teſtamen. idem Panormi. in capit. relatum colum. prima. eod. titulo. Lanfran. Orian. in repet. capit. quoniam contra falſam. verbo. teſtes. nume. tertio. verſicu. Primo quæritur. ibi, inter liberos. Et ibi Felinus & Deci. de probatio. Felin. & Deci. colnm. ſecunda. verſic. Retenta communi opini. de teſtibus. Idem Deci. in. l. fœminæ. nume. ſecundo. ff. de regulis iuris. Laurent. Calcan. conſil. 13. colum. tertia. verſic. Vndecimo quia mulier. Iaſo in. l. hac conſultiſsima. in princ. colum. fina. nume. ſecundo. C. de teſtamen. Probari poteſt, Nam mulieris teſtimonium regulariter valet. l. ex eo. ff. de teſtib. l. prima. ff. eo. Catellia. Cotta in memorialibus iuris. verb. mulier regulariter. Paul. Pariſ. expreſſe in noſtris terminis notat cõſi. 51. col. 2. verſi. Rurſus mulieris in codicillis & vltima voluntate. lib. 3. l. 10. & l. 17. tit. 16 par. 3. quibus cauetur mulieres bonæ famæ in omni cauſa, excepta teſtamenti, teſtificari poſſe. ergo fœminæ attenta iuris Canonici diſpoſitõe poterunt in teſtamentis teſtificari, pariterq́; in omni alia vltima voluntate, cum in numero, & non in qualitate ſexus canonica inſtitutio diſpoſuerit, nec etiam ius diuinum differentiam inter maſculum & fœminam conſtituit, reduxeritq́; teſtamẽti ſolennitatem ad ius gentium, quo quidem iure non diſtinguitur teſtimonium fœminę à teſtimonio viri. Nec obſtat, quod presbyteri parochialis authoritatẽ, præter iuris diuini, aut gentium ſolẽnitatem ius canonicum deſiderauit, quia fuit conſtitutum, vt legalius ſolennitas iuris gẽtium abſq; vlla fraude ſeruaretur, quod in maiori numero ius primæuum diuinum, aut iuſgentium non negauit poſſe fieri in numero & qualitate à ſummo Præſide, qui Dei vices in terris gerit. & eius factũ; Dei inſtitutum eſt. cap. inter corporalia. & capit. licet. de tranſla. epiſcopi vel electi. ¶ Vtrum autem de iure regni mulieres poſsint eſſe teſtes in codicillis? Videtur quod non. Nam in teſtamentis non poſſunt, ergo nec in codicillis, in quibus præceptum eſt à. l. 3. Tauri ſeruari eandem ſolennitatem, & ſic quo ad ſolennitatem a pari procedunt. ¶ In cõtrarium eſt noſtra opinio, imo quod poſsint fœminæ teſtes eſſe in codicillis. Nam in dict. l. 3. Tauri dicitur, quod huius legis ſolennitas ſeruetur in codicillis, nempe, quod numerus teſtium, qui in teſtamẽtis requiritur, ſit neceſſarius in codicillis: attamen qualitas teſtium, ſcilicet, an debeant eſſe viri vel fœminæ, remanet in diſpoſitione iuris communis, quo cauetur poſſe. gloſ. in l. fina. verb. quinque teſtes. & ibi Bald. nume. 27. C. de codicillis. Cum qua eſt communis opinio ſecundum Iaſ. in additionibus ad Chriſtophorum Porc. Inſtit. de cod. col. fina. num. 3. Roland. Paſſageri. eam approbat in tracta. de codicillis. rubr. 2. numer. 8. & communiter tenetur ſecundum Ioan. Lup. in. l. 3. Tauri. nu. 35. & Ciſonta. queſt. 7. vbi tenet, quod etiam hodie teſtes teneantur ſe ſubſcribere in codicillis nuncupatiuis. Corne. conſil. 119. nume. 1. libr. 2. & conſil. 170. num. 1. lib. 3. & conſil. 298. lib. 1. num. 14. ¶ Dubitatur. An legatarius poſsit eſſe teſtis in teſtamento, in quo eſt ſibi factum prælegatum? Videtur quod non: quia teſtis debet deponere, vbi nullum intereſſe, ſeu cõmodum, vel affectio euenire poſsit, ſed hic eſt huiuſmodi, ergo &c. l. nullus. ff. de teſt. l. omnibus. C. eod. titu. ¶ In contrarium eſt text. in. §. legatarijs. Inſti. de teſta. Cuius litera talis eſt, Legatarijs & fideicõmiſſarijs, quia nõ iuris ſucceſſores ſunt, & alijs perſonis eis coniunctis teſtimonium non denegamus. & l. qui teſtamento. in prin. ff. eo. tit. l. dictantibus. & ibi glo. verb. prohibetur. eo tit. C. Bal. in. l. 1. §. huius ſtudij. nu. 5. ff. de iuſti. & iur. Iaſo in. l. ſi quis nec cauſam. colũ. 2. ff. ſi cert. peta. Paul. Pariſi. conſi. 32. col. fi. n. 52. lib. 2. Barb. cõſi. 58. colum. 8. lib. 1. Corn. conſil. 261. nu. 7. lib. 1. & conſi. 166. nume. 4. lib. 3. & conſil. 61. n. 16. eo. lib. tertio. conc. l. 8. & ibi glo. tit. 5. lib. 3. foro legum. & l. 15. titul. 1. & ibi Montãlu. part. 6.

Vtrum autem hæres, vel fideicōmiſſarius vniuerſalis poſsit eſſe teſtis in teſtamēto, in quo ſunt inſtituti modo præmiſſo? Reſpon. quod non: quia ad vtilitatem propriam nullus eſt idoneus teſtis. l. qui teſtamento. ff. de teſtamen. concord. dict. l. 8. titul. 5. libr. 3. for. leg. & l. 11. titul. 1. part. 6. quę etiam repellit conſanguineum hæredis ad quartū gradum vſque à tali teſtimonio. Corne. conſ. 266. colum. 3. num. 6. lib. 4. ¶ Eſt etiam dubiū, Vtrum teſtes debeant eſſe rogati ad teſtamenti valorem? Reſpond. quod requiritur rogitus teſtiū. l. hæredes palam. §. in teſtamentis. & ibi gloſſ. ff. de teſtamen. text. in authen. rogati. C. de teſtib. & in authen. de teſtib. §. & licet. collatio. 7. & l. 8. titul. 5. libro. 3. foro legum. l. 1. l. 4. & l. 7. titul. 1. parti. 6. Corne. conſil. 308. col. prima & 2. nume. 4. libr. 3. Et foro Arago. libr. 6. de teſtamen. conſti. 1. Et ſecundum ius commune erit intelligenda lex. 1. tit. 76. libr. 4. ordin. Luſita. quæ de rogitu nihil diſponit, cum caſus omiſſus maneat ſub declaratione iuris communis, vt eſt notum.

Dubitatur, An rogitus teſtium à teſtatore fieri debeat? Bart. cōcludit quod ſic in. l. nemo poteſt. vbi Ioan. Annibal nume. 126. ff. de legat 1. Bald. in l. fin. C. de fideiuſſ. Idem in rubri. colum. 3. C. de fide inſtrumen. Intellige ſiue ab ipſo, vel à notario, vel ab alio fiat rogitus, & acceſſio teſtium, eo præſente, & non contradicente, vt communiter teſtes cōuocari, & acceſſiri ſolent, ſufficit. Ita conſuluit Alexan. conſi. 47. colum. 2. nume. 4. lib. 2. Et iſta eſt opinio magis communis ſecundum Iaſo. in. l. hac conſultiſsima. colum. 1. n. 2. C. de teſtamen.

Ratio poteſt eſſe: quia vbicunque lex, vel ſtatutum plures teſtes ad aliquid requirit pro illius formali ſolennitate, ſemper neceſſe eſt illos teſtes fore rogatos à parte. glo. eſt in. l. nullū. ff. de diuor. ſingul. ſecundum Ludo. Roma. in. l. admonendi. colum. 12. verſi. Septima. nume. 60. ff de iure iurā. vbi Catus Sachus nume. 69. verſi. Septimo vbi de ſolennitate formali. ¶ Vtrum autem præſumantur rogati teſtes? Reſponde quod non. niſi de rogitu eorum conſtet, quia eſt ſolennitas extrinſeca. Cyn. in dict. l. hac conſultiſsima. Specula. de teſte. §. primo. Barto. in. l. ſciendum ff. de verb. obligat. gloſſ. in. l. 8. verb. rogadas. titu. 5. libr. 3. for. legum. Et eſt magis communis opinio teſte Alex. conſil. 153. Videtur prima conſideratione. colu. ſecunda. verſi. Non obſtat ſi diceretur. n. 9. lib. 2. vbi plures concordantias ſcripſit Carol. Molinę.

Sed veritas eſt, quod ſi notarius ſcribit, & ſubſcribit, præſumitur rogitus. Iaſ. poſt Aret. in di. l. ſciendum. colum. 12. gloſ. in authen. de Tabellio. §. nos autem. verb. iniungatur. colum. 4. Bald. in cap. cum in iure peritus. colum. fina. nume. 18. de offi. delegat. Imol. in. l. hæredes palam. §. in teſtamentis. ff. de teſtamen. & alij plures hanc ſententiam firmantes refert. Carol. Molinæ. ad Alexan. dicto conſi. 153. lib. 2. qui hanc dicit communem opinionem eſſe. Quamuis de hac opinione dubitauerit Alexan. conſi. 48. colum. 2. nume. 6. lib. 5.

Item teſtes eo ipſo, quod ſunt in inſtrumento ſubſcripti, prę ſumuntur fuiſſe rogati. vt per Paul. in. l. hac conſultiſsima. in princ. C. qui teſtam. fac. poſſunt. glo. nouiſsima. l. prima. titul. primo. parti. 6. verb. *Que ſean llamados*. Alexand. & omnes in dict. l. ſciendum. Hierony. Gratus conſi. 30. col. 2. nume. 13. libr. 2. deci. conſil. 11. colum. antepe. nu. 17. lib. primo. qui loquitur, quando vltra diſpoſitionem iuris communis à ſtatuto, formaliter, & conditionaliter requireretur rogitus. Et cōcludit plura, citādo, quod ſufficiat deſcriptio, & in notario ſola præſumptio. ergo & in ſpecie propoſita. Adde Aleiat. de præſumptio. reg. 3. præſumptio. 13. nume. 21.

Dubitatur, Vtrum teſtes debeant eſſe vicini? Dicendum eſt, quod ſic, aut rogati. C. de teſtibus. ibi, non fortuiti, vel tranſeuntes veniant. text. eſt hic in illis verbis. *Vezinos del lugar*. Ratio eſt, ne falſitas committatur: quia vicini præſumuntur agnoſcere vicinum. cap. quanto. de præſumptio. glo. in ca. paratus. verb. neſcire. 23. quæſt. 1. Bart. in. l. prima. colum. 5. verſi Quæro quid in teſte. ff. ſi certpeta. & ibi Iaſo notabi. 4. Lanfrāc. de teſtibus. nu. 21. in. 4. volumi. tract. Guido in tract. præſumpt. nume. 17. Troilus Maluiti. de Canonizatio. Sancto. §. reſtat quartum. num. 12. in. 9. volumi. tract. Facit. l. ſi vicinis. & ibi Cyn. & Bartol. C. de nupt. glo in. l. ſecunda. C. quando fiſc. vel priua. Bart. in l. mutus. in fin. princip. ff. de acquiren. hæred. Specul. de compet. iudi. adi. §. primo. verſic. Sed nunquid. cap. quoſdam. de præſumpt. Curt. Seni. conſil. 82. colum. 2. num. 4. Paul. Pariſ. conſil. 23. col. 24. num. 218 lib. 1. Vicini autem qui dicantur, declarat Andr. Tiraquel. De vtroque retract. lib primo. §. primo glo 9. n. 21. & latius nu. 26. & Ioan. Montholo in promptuario ſuo. 2. part. verb. Vicinus. ¶ Quid autem eſſet, ſi teſtis non eſſet vicinus. tamen eſt notus. & fidelis, an valeat eius teſtimonium? Et videtur quod ſic. nam in iſto ceſſat præſumptio falſitatis, qua de cauſa fuit ſtatutum, quod fuiſſet vicinus, ergo ſufficit quod ſit notus. Item ſuadetur. Nam ſolennitas probatoria teſtamenti ſat eſt adimpleri per æquipollens, quamuis contrarium ſit in forma ſubſtantiali, vt eſt nominatio hæredis. ſecundum Barthol. Socin. in. l. prima. colum. fina. num. 12. ff. de liber. & poſt h. Item probatur in finalibus verbis huius legis, quatenus probat validum eſſe teſtamentum cum bonis teſtimonijs. teſtis autē notus eſt huiuſmodi, & ceſſat in eo fraudis præſumptio. ergo &c.

Vtrum

Vtrum monachus poſsit eſſe teſtis in teſtamento, pluries dubitari contingit? Reſpon. quòd poſſunt etiam mendicantes, cum licentia prælati. Iaſ. poſt Bald. ibi in authen. Ingreſsi. num. 19. C. de ſacroſanctis eccleſ. Facit text. in. c. primo. §. verum. de iur. calum. Specu. de teſte. §. ſequitur. numer. 5. Paul. l. cum clericis. §. memorati. numer. 6. C. de epiſco. & clericis.

Quis autem teneatur probare qualitatem vicinitatis? Reſpon. eo ipſo, quod expreſſa eſt à tabellione, eam allegans tenebitur oſtendere contra aſſertum à tabellione, pro quo, & eius officio extat præſumptio fidelitatis. Præſumptio enim eſt pro Notario, quod fideliter exercuit officiũ ſuũ. capit. ad audientiam. ibi, nec credentes ipſum Scriniarium aliud ſcripſiſſe, quã à teſtibus diceretur. de præſcriptio. Alciat. de præſumpt. regul. 3. præſumptio. 13. Confirmatur ex Bald. in capi. primo. §. ſi inſtrumentum. de notis feudo. Refert, & ſequitur Francisc. Curti. Senior conſi. 49. verſ. Dum autem vltimo, nume. 75. idem Bald. in. l. ſecunda. nume. 27. C. de reſc. vendi. dicens, quòd ſi Tabellio dicat, Titius ex certa ſcientia & non per errorẽ vendidit Mæuio, probabitur ſcientia venditoris. Et aſsignat rationem: quoniam ex inſtrumento publico tres oriũtur præſumptiones. Prima, quod ſit verum inſtrumentum. Secunda: quod ſit ſolenne. Tertia, quòd omnia verba prolata in eo cenſeantur prolata à partibus. Refert Alciat. loco proximè citato præſumpt. 13. nume. 9. Volens probare contrarium, afficeretur durioribus probationibus: cùm ſit præſumptio pro ſcriptura Tabellionis. Panorm. in cap. quia veriſimile. colum. 2. numer. 2. de præſumptio. Philipp. Deci. conſil. 105. nume. 4. libr. primo. Et ſi de qualitate vicinitatis non conſtaret, teſtamentum factum ſecundum formam huius legis, eſſet inualidum. vt ſingulariter probat, hanc legem citando optimus aduocatus Nunius Auendanius reſponſ. 14. per totum. Quales debeant eſſe teſtes in caſu huius legis? Reſpon. quòd legitimi, & idonei, omnique exceptione maiores. vt in ſimili caſu noſtri text. conſuluit Deci. in dict. conſi. 105. col. 3. ad fin. verſi. Tertiò reſpondetur, & dico. vbi citat Bald. & alios, de quibus per eum. Idonei teſtes dicuntur, omni exceptione maiores, id eſt, qui nulla exceptione repelli poſſunt. glo. in. §. Item verborum. verb. idoneos. Inſtit. de inuti. ſtip. Refert Paul. Pariſi. conſi. 83. colũ. 3. nu. 19. libr. primo. glo. in cap. at ſi clerici. in prin. de iudi. & in cap. primo. de conſang. & affini. quas omnes commendat Chaſſan. in conſuetu. Burgund. rubr. prima. §. 7. nume. 5. verſi. legitima probatio. fol. 79. Præpoſit. in dict. capit. primo. colum. 12. dixit mirabiles eſſe Barba. in rubri. de probatio. nu. 29. ſingu. Iaſ. ad Chriſtopho. Porcium in dict. §. Item verborum. Corſet. in ſing. verbo. integer. Et fuſius agit de hoc Arnald Alberti. in repe. c. quoniam. col. 105. verſic. Et quia ſuprà dixi. quæſt. 16 nu. 25. de hæretic. libr. ſexto. Couarru. in epitom. quarti lib. decretal. 2. part. cap. 8. §. 12. nu. 7. Curti. Senior conſi. 55. col. 3. verſi. Sed ad iſta omnia. nu. tertio. Iaſ. conſi. 22. col. 2. ver. Teſtis. nu. 3. lib. primo. Cæpol. in tract. de ſerui. ruſticorum prædiorum. capit. 9. Et non ſolum in cauſis criminalibus, ſed etiam in ciuilibus debent eſſe teſtes omni exceptione maiores, ſecundum Philipp. Deci. in dicto cap. at ſi clerici. num. 33. contra Andr. ſic ibi aduerſam partem defendentem. Facit capit. 1. de teſtib. & l. idonei. ff. eod. titul. ¶ Erit tamen optima quæſtio, Vtrùm debeat inſeri in teſtamẽto, quòd teſtes ſunt legitimi, cùm iſta qualitas requiratur in. l. prima. ibi, *por buenas teſtimonias*, titul. 5. libr. 3. fori. Et hic, ibi, *con buenos teſtimonios*, Greg. Lopez in. l. prima. verb. *ante ſiete teſtigos*, vbi hanc legem refert titul. primo. part. 6. ergo erit exprimenda. capit. primo. quot teſtes ſunt neceſſa. ad proband. in grat. ibi, niſi quinque teſtibus ſummæ, atque integræ opinionis probatum fuerit manifeſte. lib. feud. refert Roman. ſingul. 463. Nam vbicunque optima opinio teſtium eſt cauſa inductiua plenæ probationis, quæ aliàs plena eſſet, tunc de plena & optima opinione eſt articulandum, & probandum. Ita notabi. dixit Angel. in. l. vel negare. ff. quemadmodum teſtam. apec. Hippolyt. in ſingula. 187. qualitas appoſita. Grego. Lopez in. l. 15 verb. *De buena fama*. titu. 9. parti. 4. Quæ ſententia procedere poteſt eo caſu, quo allegaretur de inhabilitate teſtium ad ipſius teſtamenti ſubuerſionẽ: nam hoc caſu qualitas requiſita ab hac lege, eſt deducenda & probanda ad obtinendum, vt quia non eſt conſanguineus intra quartum gradum. l. 13. tit. primo. part. 6. Item ſi dicatur quod non fuit rogatus. Item ſi allegetur non vicinus, vel huiuſmodi, quæ ſuaderi poſſunt dominis Luſitanis ad intellectum regiæ legis. titul. 76. libr. 4. ſuarum regal. ordin. ibi, *que tenha cinco teſtimunhas varões libres, ó reputados por libres, e ſeiam mayores de 14. annos*. Cui concordat. l. prima. titul. primo. part. 6. In dubio tamen idonei reputantur. Curti. Senior conſil. 55. nume. 3. Cùm autem lex vel ſtatutum minuat numerum teſtium, teſtes debent eſſe omni exceptione maiores. Bald. in. l. qui accuſare. nume. 4. C. de edend. Angel. in. l. ſecunda. §. diem. ff. qui ſatiſda. cogan. Philipp. Deci. conſi. 105. num. 4. Et ita fuit pronuntiatum in ſummo Prætorio noſtri Regis in cauſa vnius teſtamenti ſecundum Gregor. Lopez in. l. prima. verb. *Siete teſtigos*. titul. primo. parti. 6. Quanuis ipſe de hoc dubitet ratione loci deſerti: nam ſufficit diminutio teſtium in numero, non tamen in qualitate, circa quam nihil eſt diſpoſitum,

ſpoſitum,nec immutatum. Et hoc etiam contingit in teſtamento condito tempore peſtis, & tamen minori numero teſtium non valet ſecundum communem opinionem,de qua ſuprà hac gloſ. ergo &c. ¶ Dubitatur, an teſtamentum nuncupatiuum iam ſcriptum debeat palam teſtib' legi, teſtatore præſente, & confirmante? Reſpond. quòd ſic, aliàs erit inualidū. l. hac conſultiſsima. §. At cum humana fragilitas. C. qui teſta.face.poſſunt. Notat Marcus Antonius Notthæ,in repetitione authenti. quòd ſine.quæſtione prima. C.de teſtamen. vbi Bald. & Anto.Panormi. Felin,nume.17. Deci nume. 14. in cap.primo.de ſide inſtrum. Specula.de inſtrumento.editio.§.oſtenſo.nume.35.& Carol. Ruin. conſil.1.num.21.lib.primo.& conſil.12. lib. ſecundo. quicquid in contrarium Paul.de Caſtr.dixerit conſil.37.lib.primo.l.54.tit.18.part.3.Anto. Gomez in.l.3.Tauri.nu.107.

el teſtamento que en tal manera fuere ordenado en las mandas[a], y enlas otras coſas que en el fuere ordenado, aunque el teſtador no aya hecho heredero alguno: y entonces herede aquel que ſegun derecho: o coſtumbre de la tierra auia de heredar: ſi

Quarto vlterius, An hodie ſtante iſta lege requiratur teſtatoris ſubſcriptio? Videtur quòd nō, nam in teſtamento in ſcriptis tantum hoc expreſſum eſt in.l.2. Tauri. in qua habetur legem iſtam ſeruandam fore in teſtamento nuncupatiuo: at in præſenti nullum verbum eſt de teſtatoris ſubſcriptione.ergo &c. Item facit, quòd licèt nuncupatiuum redigatur in ſcriptis,dum tamen nota ſint teſtibus contenta ab eo, cenſetur nihilominus tanquàm ſi ſcriptum non eſſet nuncupatiuum, vt in hac lege.gloſſ.in.l.hac conſultiſsima.§.per nuncupationem.in gloſſ.prima.C.de teſtam.Grego. Lopez in. l. prima. verb. *O por eſcripto.* titul. primo. part.6.l.103.tit.18.parti.3. Ciſonta.in.l.tertia. in ordina.Tauri.quæſt.22.nume. 25. Ergo quemadmodum valeret voce tantum emiſſum coram teſtibus,ita debet valere in hoc caſu. ¶ Præſertim cum iſta ſentētia locum habeat etiam eo caſu, quo potuit adhiberi Tabellio, & teſtator noluit eum vocare.text.eſt hic,ibi. *Y mandamos otro ſi que valga el teſtamento que fuere hecho con buenos teſtimonios.* Quo caſu requiruntur ſeptem teſtes, aliàs non valet,vt dicam in glo.fin.infrà hac lege. ¶His minimè refragantibus,tenendum eſt,quòd in teſtamento requiratur ſubſcriptio, cum in contractibus id requiratur, quemadmodum Pragmatica ſanctione ſtatutum eſt per Reges Catholicos in pragma. facta in villa Complutenſi fol. 192. libt. Pragma. Anto.Gomez in.l.3.Taur.num. 30. Sed nomine inſtrumenti venit Teſtamentum, aliaque quælibet vltima voluntas.glo.prima.in.l.ſi idem. C. de codicill. ergo &c. Præterea id ſtatutum eſt in inſtrumentis propter falſitatem repellendam: quæ ratio magis viger in vltimis voluntatibus, quàm in cæteris contractibus, vt eſt notum. ergo eadem iuris diſpoſitio locum habere debet. Ita tenet ad iſtam legem Gregor.Lopez in.l.ſecunda.verb. *Su nome.* titu.1. part.6.ibiq; reſpondet ad contraria, & dicit, quòd multoties dubitari vidit de hoc in regio auditorio, & tutiorem, verioremque hanc ſententiam iudicat. ¶Requirit etiam ſubſcriptionem teſtium, vt ſingula.probat Matth.de Afflictis in deciſ.166. Fuit dubitatum ſi ad probandum teſtamentum, qui omnino eſt videndus, & non loquitur in teſtāte,ſed in teſtibus adhibitis iuxta formam regiæ cōſtitutionis in teſtamento nuncupatiuo. Teſtium ſubſcriptio non requiritur de iure communi,ſecūdùm Anto.Capici. referentem Paul. de Caſtr. in quodam conſil.is inquam.in deciſ. Neapolita. 29. nume. primo. latius probat Anto. Gomez in dicta.l.tertia.num.30.

¶Item quarto, Cùm lex iſta exigat, quòd teſtes ſint vicini,an in dubio ſi non conſtet de alio domicilio,præſumantur vicini? Videtur quod ſic, cum in dubio nullus præſumatur foreſis.Feli. in capit.quoniam.de offic.ordi. Ita concluſum reliquit Gregor.Lopez dict.l.prima. verb. *Ante ſiete teſtigos.* titul.primo.part.6. ¶Vtrum autem ſufficiat,quòd ſit familiaris, vel inſeruiens alicui ex vicinis loci? Videtur quòd ſic,cum etiam ſerui dicantur de plebe.glo.in cap.Rogationes. de conſe. diſtinct.3.quam ad iſtam cōcluſionem adduxit Gregor.Lopez vbi ſuprà.

a ¶*En las mandas.* Legata conſeruantur hæreditate non adita, qualiſcunq; ſpeciei fuerint,ſiue ad pias cauſas,ſiue ad non pias cauſas,vt declaraui in glo. ſuprà proxima.¶Hic inquirendum eſt. Quo iure peti poſsint? & vtrum exigi valeant ordinariè,vel executiuè? ¶Ad primum dicendum eſt,in caſu huius.l.primæ.de teſtament. quòd legatarius debet petere legatum ex conditione huius, vel officio iudicis.Bald.in.l.prima.col.fin. num. 9. C. ſi quis omiſſ.cauſa.teſtam.Iaſ.in.l.prima.num.101. ff. de legat.primo.Antoni. Gomez in tracta.de vltimis volun-

volunta.c.12.num.11.Facit in argumen.text.in.l. prima.C.de cond.ex lege.& io.l.prima.ff. eod.titul.iunctis notatis à gloſſ. & communi opinione ibi.¶ Competit etiam legatario actio hypothecaria,& rei vendicatio, vt optimè in caſu noſtræ legis.1.Declarat Anto.Gomez loco præcitato. Data priùs curatore ipſi hæreditati iacenti, cum quo formati valeat iudicium.l.prima.ff. de curato. bonis dand.Facit ad.l.final.titu.69.lib. primo. ordinament. Luſitaniæ.ibi, *O qual defendera a dita herança das demandas*.¶ Ad ſecundum videtur dicendum, quòd via executiua & non ordinaria ſit procedendum in ſolutione legatorum, quando legata ſunt contenta in ſcriptura publici Tabellionis: nam ſcripturæ,& contractus publici habent executionem paratam.l.5.titu.8.lib. iſto.3. ordinam ſuprà.& ibi declaraui, ergo & teſtamentum, ſeu alia quæuis ſcriptura manu publica facta, in qua legatum continetur: cui enim verba competunt, & eius diſpoſitio competere neceſſe eſt:tum, quia de contractibus ad vltimas voluntates valet argumentum.l. ſucceſſori. ff. de nego. geſt. l. pactum inter hæredem.ff.de pact.cum ſimili.& quia nomine inſtrumenti venit vltima voluntas.gloſ.l.ſi idē. C.de codicillis.

Secundò ſuadetur ex text.in.§.illud.in authen. de hære. & falc.coll.1.ibi,neceſſitatem imponētes omnino intra annum poſt aditionē & legata ſolui,& quæ à teſtatore ſunt relicta compleri ſecundum ſui naturam,& omnia agi, quæcunque priùs ediximus.Initiū autem anno damus ſicut prius iā diximus ab admonitione ex iudiciali decreto facta.inquit glo.ſingul. & non alibi ſecundùm Angel.ibi in verb.decreto,per quodam interloquutoriam quod præcipiat ei vt ſoluat. ergo ſummatiè abſque diffinitiua. Idem firmat Iaſ. in.l. fina. nume. 6. C. de edict. diui Adria. tollen.Et tenent moderni reſtante ibi Deci.nume.16. Iaſ. in.l.quæ de legato.nume.5.ff.de legat.primo. Segur. in repeti.l.ſi ex legati cauſa.nume.66.verſic. Ex ſupra dictis infertur.ff. de verb obligat. vbi in expreſſo hanc partem tuetur: reputatque notandam ad legum regni expoſitionem, quæ loquuntur in præ legato quintæ partis bonorum:nam oſtendendo teſtamentum iudici ſine aliquo vitio, idem iudex ad inſtantiam legatarij præcipiet ſtatim voluntatem teſtatoris exequutioni mandari. Boeri. deciſio.295.nu.12.citat gloſ.in dict.verb.decreto.

Prætereà de iure regni eſt.l.43.titul.9.partit.6. ad ſin.in illis verbis.*E ſin alongamiento, è ſin eſcatima ninguna*.Ergo ſimpliciter,ſummariè, & executiuè.Quanuis Gregor. Lopez ibi contrariū voluerit.Quod conſtat ex eo quòd ſe remittit ad Roderi.Suarez in loco infra à nobis citato.& eſt.l. 6.titul.10.part.6.ibi,*lo mas ayna que pudieren ſin alongamiento.y ſin eſcatima ninguna*.ca.nos quidem.ibi, ſine alteratione.&c.de teſta. Addendus eſt Corn.in authen.Ex cauſa.nu 46. C. de liber.præter.

In contrarium, quòd lega ita non habeant paratam executionem,tenet Alexan.in.l.ſi cùm dotē. §.eo autem tempore,nu.6.ff.ſolu.matri. & in.l.ait prætor.§.ſi iudex.col.2.num.5.ff.de re iudi.& ibi Vincent.Herculan.num.15. Guillel. Benedict.in repet.ca.Rainutius.verb.Si abſque liberis.2.num. 191. chart. 77.de teſta. Roderi. Suarez in rep.l. poſt rem iudicatam.fol.123.col.2.§.Sextus caſus. ff.de re iudica.Gomezi.in.l.45.Taur.nu.137.Peralta in.l.1.nu.85.ff.de legat.2.Auiles in capitibus Præto.capit.10.verb.*Execucion*.nu 8. Grego.Lupus in.l.fin.tit.9.part.6.

Fundant ſe in dict.§. ſi iudex. ibi, condemnet. quod verbum intelligunt per diffinitiuam ſententiam,tale enim pronuntiatum non nobis ſatisfacit,cum ſi tale verbum induceret de neceſſariò ſententiam diffinitiuam aduerſaretur dict. l. fin. quæ diffinitiuam non requirit in teſtamento, ſed ſufficit interloquutoria, cum in eo procedatur executiuè,vt eſt communis aſſecla doctorum, de quibus loco præſcripto, qui conſtituunt differētiam inter hæredem,& legatarium. Tenet etiam Ang. in.l.cum antea.colum.ſecunda. verſi. Sequitur in litera.ibi.executioni.C.de recep.arbi. ¶ Vel poſſumus dicere pro concordia, quod ſi legatarius oſtendit teſtamentum in præſentia iudicis, rogatuſque à iudice hæres, an præmiſſum eulogium fuerit conditum à P. contento in eo,ac ab ipſo fuiſſe ſtatutum, & diſpoſitum omne id, quod in ipſo eſt conſcriptum,ipſeq; hæres ſimpliciter fateatur,tunc abſque dubio executioni mandādum erit propter recognitionem,& confeſsionem,maximè ſtante Pragmatica regia Caroli Cæſaris,quę præcipit tales ſcripturas,ſeu quid aliud recognitū à debitore in iudicio executioni fore mandandum quemadmodum inſtrumenta publica, & guarentigia in.l.fina.condita in oppido de Madrid Anni 1534. & ſic etiam de iure hodierno procedere debet prior opinio. ¶ Aut ſic rogatus hæres ipſe negat,redditque cauſam dubiam, & litem inducit, quo caſu poſteriori ſpectanda eſt diffinitiua ſententia.ex mente Bald.in authenti. Hoc amplius. C.de fideicom.opp.2.Guillelm.Benedict. vbi ſuprà.& Suarez etiam in dict.§.Sextus caſus. nu. 6. Et iſtud vltimum membrum, quod oppoſita exceptione contra teſtamentum, vel aliam ſcripturam publicam quòd ſperatur diffinitiua, & interim amittit naturam ſummariarum.Bald.in.l. prima.§.is videtur.nume. 3. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. Robertus Marantanus in Specul.aduo. 4.part.9.diſtinctio. iudicio. nume. 56.¶ Vtrum autem ſit ſummariè procedendum remedio aſſignato

gnato ad conſequendã hæreditatẽ hæredi ſcripto ex edicto Diui Adriani? Rñdendum eſt, quod ſic. l.fin. C. de edict. diui Adri. tollend. l. ſecunda.titul.14.part.6.Bald.conſi.344.& conſi.400.lib.1.& coonſi.118.libr.2.Angel.conſil.135. Anchar. cõſil.145.Bart.conſi.91.Alexand.conſil.102.colum.vltima.libr.2.Matthei.ſing.69.Deci.cõſi.84.col. prima.libr.primo.Ludo.Gozad.conſil.21. nu.10. Petrus de Ferrar.in pract.in forma libelli,qua petitur hæreditas ex teſtam.fol.208 Hieroay.Grar. libr.1.reſponſ.140 numero.1.Curti.Iunior. conſil.31.colum.penul.nume.9. Vtrum autem remedium huius. l. fin. competat Hoſpitali, quando ei eſt factum fideicommiſſum vniuerſale? Reſpondetur competere ſecundùm veram,& communem opinionem,teſte Iaſo.conſil.214.colum.pen. nu. tertio. libro. 2. ¶Succedit ſolenni dubium, An diſpoſitio legis prædictæ fin. locum habeat in cauſa noſtræ legis Regiæ in teſtamento nũcupatiuo, poſtquam ex teſtium depoſitionibus eſt à iudice iuſſum reddi in ſcriptis, & ſunt redacta dicta teſtium in ſcriptis, Vtrùm habeant vim teſtamenti? Gloſſ.in dict.l. fin. reſpondet quòd ſic in verb. depoſitionibus.quæſt.fina.Iacob. Butri. Guillel. de Cuno.Bart.Bald.quæſt. 3. Angel. qui eam dicit ſingul.Salyce.Corne. Alexan. Deci. Sebaſtianus Sapia.nuio.82.Et Hubertinus Zuchardus ibi in reperi.num.346.qui ait hanc communem opinionem eſſe.Iacob.Butri.in.l.vltima.& ibi Bald. colum.3.C. de fideicom.Deci.in capi. ſecundo. colum.fina.verſi.quæro.nume.10. de probat. Alex. conſil.93.colum.fin.num.18. dicens hanc opinionem magis communem eſſe lib.6.And. Tiraquellus libr.1.de retraict.Lignagier.§.ſecundo. gloſ.1. num.14.l.4.tit.2.part.6.Boeri.deciſio.295.nu.11. fol.280.¶Adeò locum habet,quòd etiam ſi cedatur remedium diui Adriani tranſit in ſucceſſorem. Andr.Tiraquellus in dict.tract.lib.1.§.25. gloſſ.3 nume.19. Et quòd ſit ſummarium ex eo conſtat, quia eſt poſſeſſorium, vt vltra prædictos probat Paul.Pariſi.conſi.11.colum.1.libr.2.Quid autem. ſi competat remedium dict. l. fina. contra titulo poſsidentes? Dic qood ſic. Alexan.conſi.4.ou. 13. libr.2.¶Vtrùm autem remedium.l.fina. præcitatæ impediatur mediante alio remedio à lege, vel ſtatuto addito in fauorem hæredis vel ſucceſſoris,quo cautum eſt tranſire in eum poſſeſsionem ciuilem & naturalem à morte anteceſſoris abſque aliqoa apprehenſione? Et eſt dicendum quòd ſic. Bald.in rubri.de cauſa poſſ. & propriet. col. pen. verſi.Quæro quæ poſſeſsio.Deci.conſi.84.col.1. Ripa lib.1.reſponſo.cap.primo.num.81. Nam & ſi propter legem,vel conſuetudinem acquiſita ſit poſſeſsio iuris,non tamen poſſeſsio facti, cùm perfectè non poſsit fateri, quod habeat plenam poſſeſsionem quouſque habeat detentationem corporalem. ſecundum Cynum, Petr. de Bellaperri. & Bald.in.l.ea lege.nume.10.C.de condi. ob cauſam.Paul.Alexan.& Iaſ.in.l ſi ſorori. col. 1. C. de iure delibe.Dixi latiùs ad Segur.in repet. l. quem admodum.nume.103.colum.penult. & fina. ff. de aequi.poſſeſsio.De quo ſtatuto, dicens poſſeſsionem ciuiliſsimam habereque omnes iuris effectus, agit Paul.Pariſi.conſi.41.col.ſecunda.ou.6. lib. 1. Qood eſt ſummè cordi tenendum ad intellectum. l. 45. Tauri. Vtrum autem remedium dict.l.fina. competat hęredi inſtituto in certa re dato ſibi vniuerſali? Reſpon. quòd non,ſecundum communẽ, teſte Iaſone io dict.l.ſina.num.7. & in. l. quoties. nume.8.C.de hæred.iuſti.Ripa in. l. hoc interdictum.num.18.ff.quorum bonorum. & eſt verior. Quanuis communem contradixerit Corn. conſi. 203.nume.5.libr.2. ¶Hodie tamen fui rogatus de vna quæſtione,nempe, ſi mater teneatur reſeruare proprietatem filij primi matrimonij? Et dixi teneri. Eſt tamen tantum hiſce in rebus vſufructuaria ſtantibus filijs prioris coniugij,qui ad hæc bona ſunt vocati ex peculiati pœna in eorum fauorem poſita propter iniuriam eis iniunctam ab ipſa matre tranſeuote ad ſecundas nuptias. Ideoq; ad hæc ſunt vocati præcipoè,nec alij vterini ex ſecundis nuptijs habebũt concurſum cum illis, quibus,vt dixi,facta fuit iniuria,ac ea ratione cum tali onere fuit decreta hæreditas & ſucceſsio ex parte primi viri eiuſque filijs matri.l.fœminæ. C. de ſecund.nuptijs.Ioan.Lup.in.l.14.Taur.l.15. in eiſdem ordin.vbi interpretes,præcipuè. D. Caſtell. & Antoni.Gomez.¶Text.in.§.nec illud quoque in authen.de nupt. collatio. 4. probat deciſionem huius quæſtionis.& in eod. authen. §. hinc nobis. §.ſed quanta quidem.Corne.conſil.309.colum.3. num.2.libr.3.l.23.titu 11.part.4.l.26.tit.13.part. 5.Franciſc.Cremenſ. ſing.172. & ſingul. 74. qui omnino eſt notãdus pro declaratione,& limitatione iſtius concluſionis, vbi dat cautelam aduocato mulieris tranſeuntis ad ſecundas ouptias, vt faciat conſentire filios primi matrimonij,quia tunc ceſſabit dicta pœna.Angel.in autheo.de non eligendo ſecũdo ouben.in princ.vbi eſt gloſ. verb. copulantur.ſingu.ſecundum Roman.conſil.219.col. 2. verſi. Quartô idem probatur. ad hoc matrem ſecundò oubentem poſt annum luctus voluntate filiorum primi matrimonij pœoas præmiſſas minime incurrere.Idem Roma.ſingula. 248.Tu ſcis quòd ſi mulier nubat. Bartholom. Cæpol. cautel. 238.Si mater tranſit.colum.1.Iaſ.in. l. ambiguitates.col.2.nu.4. C. de indicta viduita. tollen. & in l.filium quem habentem.col.6.nume.13.C. familiæ herciſcun.Bald.& Ange.in.l.mater. C. ad Tertullianum.Deci.conſi.206.colum.1.num.3. lib. 2.

Gomez

Gomez Arias in.l.46.numer.2.in ordina. Tauri. Ciſuentes in.l.15.Tauri.colum.3.verſic.Primo limita.Boeri.deciſio 113.num.6.Guill lu.Benedi. in repeti.cap.Raynutius.verb qui cum alia matrimoni.nume.266. Quam concluſionem intellige ſecundum eom poſt Rom Iaſon. & alios ſupra citatos,de licentia nubendi,ſeu filiorum poſt annum luctus,quia tunc remittere poſſunt propriam iniuriam,ſecus intra annum luctus, quia talis licentia eſſet contra bonos mores ſecundum prædictos doctores.quod nota Perdit etiam veſtes lugubres, ſi intra annum luctus ad ſecũ la vota tranſierit mulier. Couar.de matrimo.2.part.ca.3.§.9.n.10.vbi alios ad hoc citat. Quæ faciunt ad intellectum.l. 23. in fin.tit.11.part.4.& ad.l.fori, quæ de lecto loquitur.l.6.tit.6.lib.3.for.leg.

Succedit dubium ſingulare, Vtrum eo caſo, quo teſtator prohibuit certam rem alienare, eamque perpetuo voluit inalienabilem eſſe, perpetuoque durare in ſua familia,deſcendentiumque, ſi ab aliquo vendicetur contra poſſeſſorem non citato ſucceſſore & vocato ad eam,ſententia contra eum lata,præiudicet tali ſucceſſori? Et videtur, quod ſic. Certi enim iuris eſt, vnumquodq; negotium per prius, & non per poſterius conſiderari. l. ſi quis nec cauſam.ff.ſi certum peta. l. ſi in emptione. Et ibi Bart.notat.ff.de contrahend emptio. Gomez Arias in.l.44.num.3.&.4. in ordi.Tauri.ergo ita dicendum eſt in propoſita quæſtione,quod ſit cauſa prima conſideranda, hoc eſt rei poſſeſſor, non autem vocatus poſt eius vitam,cùm ſit quid poſterius,& acceſſorium.nam ad primordium tituli poſterior quoque formatur euentus.l.vni.§.res verò. C.de impo.lucrati deſcriptione. Curti.Senior conſil.69.col.1.nu.3.Ludoui.Gomez.in.§. Sed iſte quidem.nu.24.Inſtit.de actio.

Secundò ſuadetur ex textu formali in. l. prima. §.quamuis.verſi denuntiari.ff. de vent.inſpici. vbi quando lis vertitur ſuper hæreditate, vel bonis alicuius defuncti ſolus eſt citandus hæres vniuerſalis,ad quem principaliter, & immediatè ſpectat negotium:non verò ſubſtitutus, vel alter, cui ſecũdariò bona poſſunt pertinere. Quem notat Ferdinan.Loazes in.l.filius fami.§.diui.num. 126. ff. de legat.primo.Anton Gomez in.l.40.nu. 73. in ordina.Tauri.Arias Pinel in.l.prima part.3.num. 48.C. de bon. mat. Ex quibus conſtat hanc opinionem communem eſſe,vt Loazes fatetur, & receptiorem & veriorẽ eſſe. teſte Pinel. vbi ſuprà. Andr.Tiraquel.de primogen.quæſt.35.n.17.Michae.lib.2.de ſucceſſ.creat.§.15.nu.16. vbi nouiſsimè refert duas opin.contrarias.Quam ſententiam approbat Barto.per.d.§. denuntiari. dicens illum notandum in. l. in diem. colum. prima. num.primo.ff.de aqua pluu.arcen.& in.l.ſi dia.ff.ex quib. cauſ.in poſſ.ea.& in.l.ſi quis inſtituator. §. item ſi conditioni col.ſecunda.ff.de hær.inſti.& in. l. eo tempore.C.de remi.pigno.colum. 2. Hippolyt. ſingu.256.& conſi.59.nu.10 lib 1. Diximus poſt Segur.in repeti.l.1.§.ſi vir vxori.nu. 63. ff. de acqui.poſſeſsio.Quibus competit text. in Clemen. fin.& ibi boniſa. de præben.vbi principale,& non acceſſorium attenditur.

Tertio his adſtipulatur text.in.l. ſi patroni. §. actiones.ff.ad Trebel.vbi ſecundum vnum intellectum ſententia lata contra hæredem nocet fideicommiſſario nõ citato. ¶Quartus eſt caſus pro hac communi ſententia in cap. primo. §. ſi vaſallus.in vlti.ſi de feudo defuncti. fue. conten. inter domi. & agnatos vaſſalli. vbi definitur, quòd ſi vaſſallus agat,vel conueniatur ſuper re feudali, valet iudicium & ſententia etiam in præiudicium ſucceſſoris,ad quem feudum debet peruenire. tex in capit.primo.de controuerſ.inter vaſſallum & aliũ de beneficio. ¶ Contrariam opinionem bis, communem eſſe fatetur Deci.in conſi.445. nume. 29. libr.4.Pinel.etiam eum & alios refert loco præcitato,& poteſt fundari ex adductis ab Anton.Gomez in.l.40.nume.73.quæſt. 19.in ordina. Tauri. & ex cap.cùm ſuper.de re iudi. vbi ſententia lata inter aliquos, non præiudicat tertio,cui intereſt, ſed pro ſuo iure poterit appellare. res enim inter alios acta, alijs non debet præiudicium parare. vt ibi in text.& in gloſſ.ca.cum olim. de cauſa poſſ. & proprietatis.Igitur ſententia.tertio non vocato,nec citato, & ignoranti lata contra rei poſſeſſorem non nocet. Itaq; pro hac communi cõtraria. ¶*Que ſegun derecho*. Scilicet ab inteſtato. Ex teſtamẽto aliqua in ſuperioribus gloſsis annotata ſunt: hic autem pro perfecta huius legis expoſitione aliquæ regulæ in materia ſucceſsionum ab inteſtato facili ſtylo deſcriptæ ſubijcere ſtatui. ¶Illud in prima tractatus huius fronte notandum eſt, in lege Moſis,id eſt antiqua, inter alia myſtica præcepta fuiſſe & illud,quod de ſucceſſoribus loquebatur.Numer.cap. 27.quòd an noſtra tempeſtate in Iudæorum cauſis ſeruandum ſit narrat, eſt videre apud Coraſium in lib.5.cap.16.à num. 6. miſcell. Cui adde Roma.conſil.154.Iaſ.in. l. qui ſe primo. nume.24.C.vnde liber. Et Chaſſanæ. in conſuet. Burgund.rubri.7.§.primo.verb. *Le plus*. nume.1. Sed ea hodie ceſſante inter Chriſtianos teſtante Ioan. Imol. in. l. ſtipulatio hoc modo concepta. colum.3.de verbo.obliga. In huiuſmodi ſucceſsione conſiderantur tres gradus,aſcendentium, deſcendentium, & tranſuerſalium. Authen. de hæred.ab inteſt.veni.in prin.verſi. Quia igitur omnis &.l.ſecunda.titul.13.part.6. Anto. Gomez in tracta.de teſtamen.capi.primo.nume.1.regula.1. Laico ab inteſtato decedenti primo loco ſuccedunt

dunt liberi legitimi, & naturales. §. inteſtatorum. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſta. deſe. l. pronuntiatio. §. primo. de verb. ſigni. l. tertia. titul. 13. part. 6 Authen. in ſucceſsione. C. de legit. hære. ¶Extenditur hæc regula. Primò ſucceditur non habita diſtinctione ſexus. §. item vetuſtas. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſta. defer. l. 3. tit. 13. part. 6.

Secundò, non habita differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis. vide. l. meminimus. §. primo. C. de legit. hære. & authen. de hæred. ab inteſta. veni. §. nulla. colla. 9. Nam licêt Bart. dubitet, ſublata eſt huiuſmodi differentia tantum quo ad ſucceſsionem, tamen non quo ad modum ſuccedendi. glo. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. verb. emancipatur. ff. de liber. & poſthum. Sunt qui velint ſimiles eſſe gloſſ. in authen. ex cauſa. verb. irritum. C. de liber. præte. vel exhæ. & in. l. illam. verb. huiuſmodi. C. de collat. Eſt hæc communis opinio Matheſilano in tracta. de ſucceſ. ab inteſt. in prin. Iaſ. in. l. ſi emancipati. nume. 36. C. de colla. Alex. in l. fina. nume. 4. C. de repeti. hæred. Ang. §. emancipati. nume. 3. Inſtit. de hær. quæ ab inteſta. deferuntur. Grego. Lopez in. l. 21. verb. *En poder.* tit. 3. part. 6. ¶Tertiò, nulla ratione habita natiue ſint, an poſthumi. §. ita demùm. verſi. Poſthumi quoq; Inſtit. de hæred. quæ ab inteſta. defer. eum ſuo cōmodo pro nato ſit. l. qui in vtero ff. de ſtatu hom. Nec mirum, cùm etiam aduerſus præſcriptionem reſtituatur. l. etiam ei, qui priuſquam. ff. de minorib. Et in inſtitutionibus ex præſumpta teſtatoris mente veniant. l. qui quartam. § fina. & l. qui filiabus. ff. de legat. 2. & cis negotia geruntur. gl. verb. agendum. l. cùm pater. ff. de neg. geſt. Quid quod & poſthumo ius retractus ſeruatur illæſum. docet Tiraquel. in de vtroque retract. titu. primo. §. primo. glo. 9. nume. 79. ¶Regula ſecunda. Nepotes auo ſuccedunt inteſtato quatenus patrem repræſentant. §. cùm filius. & §. fina. Inſtit. de hære. quæ ab inteſta. defe. Authenti. in ſucceſsione. C. de ſuis & legi. hære. l. tertia. titu. 13. part. 6 Eſt cōmunis Matheſ. vbi ſuprà. tamen ſuccedunt in ſtirpem, non in capita. gloſſ. d. authenticæ. repræſentant ſiquidem adeo patrem, vt ſuccedant non tantum in legitimam, ſed in fidei commiſſum familiæ relictum, ita vt in ſtirpes ſuccedatur, idque etiā cum patruo. glo. in. l. cum ita legatur. §. in fideicōmiſſo. verb. primo gradu. ff. de legat. 2. quam ibi Ioan. Imol. ſeq. Paul. & Angel. de Per. & Alexan. conſi. 88. & 137. volumi. 1. Iaſ conſil. 215. colu. 5. volumi. 2. Decius conſil. 87 & 427. Anton. Rube. conſi. 82. Bart. & Socin. in. l. ſi cognatis. colū. pen. ff. de reb. dub. quo videtur communis, & tamen reprobatur ab ijdem ferè omnibus, à Bald. in. d. §. in fideicommiſſo. Raph. Cuma. conſi. 71. Nam ſpeciale eſt, vt in ſucceſsione aui nepotes repræſentent ſui patris perſonam, vt inteſtato auo ſuccedant. Secùs verô ex teſtamento. l. tertia. §. ſi duo. ff. de legi. tuto. nam tunc proximior ſpectatur. ita tenent Angel. Aret. in. d. §. cum filius. & Alexan. conſi. 204. volu. 2. & conſi. 4. volumi. 4. Iaſ. conſi. 4. nume. 1. volu. 1. Decius in. l. ſi auiæ. C. de ſucceſ. ed. nu. 5. & conſi. 1. col. 2. & conſi. 79. nu. 2. cū ſeq. vbi negat glo. probare concluſionem; cum glo. & doctores eatenus probent, quatenus id quod allegant Bart. in. l. non ſolum. §. ſi liberationis verba. ff. de libet. legat quid quòd in tex. eſt, quandoque ergo non ſemper. Francis. Curt. Iuni. communiorem ait in dict. l. ſi auiæ. num. 11. contra gloſ. quem ſeq. Chaſſanæ. in conſuetu. Burgun. rubri. 7. §. 10. nume. 55. fol. 260. Sed opinio cōtraria poſſet eſſe vera, vt cum dictum foret ſuccederent ità: at ſi ab inteſtato ſucceſſuri eſſent &c. Tamen anniuerſariæ celebrationes conſtitutæ in certa hæreditatis portione, vel fundo, filium, non autem nepotes ſequuntur, vt nec ius retractus, cum hac proximioris debeatur. Tiraquel. de vtroque retract. titul. 1. glo. 9. §. 11. num. 2. & l. 7. titu. 7. iſto lib. 5. Nepotes autem ſucceſſuri auo, tunc demum patrem repræſentant, ſi tamen ante aui mortem concepti erant, non aliàs. §. cum autem quæritur. Inſti. de hæred. quæ ab inteſta. defer. Superior tamen regula fallit, cum filius morte vel ciuili, vel naturali damnatur, nam tunc pro nullo habetur. l. ſi necem. §. ſi deportatus. ff. de bon. lib. l. prima. C. de hæred. inſtit. §. quod autem. Inſtitu. de cap. dimi. Matheſ. vbi ſuprà. col. 3. nu. 7. Illud tamē notandum eſt, licèt deportati perdant teſtamenti factionem tam actiuā, quàm paſsiuam. l. ſi quis filio exhęredato. §. irritū. ff. de iniuſto rupt. & irri. f. teſt. & l. qui à latronibus. §. primo. de teſtamen. ff. l. 15. tit. 1. vbi Grego. Lopez part. 6. Tamen. l. 4. Tauri. eis actiuam teſtamenti factionem reſeruat ſecundum Cifuen. ibi, non tamen paſsiuam. Tamen Grego. Lopez contrarium probat in dict. l. 15. Tauri. imo quòd ſit hodie habilitatus actiuè, & paſsiuè.

Regula tertia. Legitimi, item lege facti filij, parentibus ſuis ſuccedunt, tamen diuerſimodè Legitimorum autem plures ſunt ſpecies, vt arrogati, adoptati, ficti, & ſpirituales. De quibus ſuis in locis. Tamen quòd breuitati ſtudemus circa diuerſas legitimationum formas, conſule. Angel. Peru. conſi. 17. & Præpoſit. in cap. per venerabilem. §. quod autem. qui filij ſunt legi. Inter omnes legitimandi formas ea eſt potior, quæ reſcripto Principis fit. l. quarta. titu. 15. part. 4. Licet quo ad ſpiritualia nihil commodet. glo. verb. quis. cap. ſi officia. 59. diſtin, glo. in cap. lege. diſtin. 10. Et latè Couar. in. 4. decret. 2. part. capi. 8 §. octauo. vbi plura in hoc videnda ſunt. Et tamen fit bifariam, vel integrè. Primo, cum reſtituendo naturalibus acſi le-

gitimè,

gitimè natus eſſet.l.prima.2.&.3.cum ſio.ff.de natali. reſti. aliàs verò tantum ad ſuccedendum, illa non poteſt fieri, vt hæc ſi liberi ſint alij legitimi, & naturales. De qua re conſule Rode. Suarez in l.quooiam in prioribus.limitatione.12. ad. l. fori. C. de inoffic. teſtamen. Et quid ſi defacto addatur, quòd cum alijs fratribus ſuccedat? Paul. in. l. ſed ſi hac. §.patronum.ff.de in ius vocan. & io. l. pactum quod dotali. C.de collatio. Et tu dic eum patri non ſucceſſurum, etiam ſi ſublatus ſit antequam pater vxorem duceret.per. l. 12. Tauri. tantum gaudet alijs priuilegijs gentilitatis, ſeu hidalguiæ, niſi tamen ſit filius ſuſceptus ex damnabili coitu. l. nona. in pragma. Anni. 1544. Poſterior modus legitimandi fuit, quando ſit capax eorum, quæ pater in teſtamento reliquerit, quæ quidem potius eſt diſpenſatio quædam, quam legitimatio Paul.in dict.l.pactum quod dotali.per capit. 1. de filijs nat.ex matr.ad Morg. contra. Vide Suarez vbi ſuprà colum 8.vbi etiam ait pactum validum eſſe, ne vxor lucretur vltra dimidium lucrorum. Quam communem ait Alexan.conſi. 25. volumi. 1.& conſi.30, volumi. 4. Decius in dict.l. pactum quod.nume.15. Facit text.& ibi Ange.Peruſ. in.l. ab eo.C. de legit.hæred.Bartho. Cæpol. in caute. 114.Guill.Benedict.in cap.Rainutius.verb. Duas habens filias.de teſtamen.nume.241. Illud tamen ex Paul.in.l.Sed ſi hac. §. patronum. ff. de in ius vocan.eſt notatu dignum, filium ita legitimatum fœminas non excludere, quæ aliàs ex ſtatuto excludi poterant, ex tantibus maſculis, licèt Alexan. inſurgat contra eum ibidem, vbi tamen mendoſe legitur ibi, ſpecialia prò ſpiritualia. Nam, vt dicebamus, ab Imperatore legitimatus, nõ dicitur perfectè legitimatus. Quod etiam ſenſit glo.fin.ca.ſi. 101.diſt. Quam opinionem cõmunem ait Alexã. quem dum Paul. impugnat, ait falli Decius in. d. l. pactum quod dotali. num. 25. Tamen ſi Princeps adderet, non tantum quoad ſucceſsionem, ſed & ad cætera legitimare vtique diſpenſatiue ſuccederet, reliquis gauderet vi legitimationis, cùm ſint diuerſa ius ſuccedendi, & legitimationis. Bartolus in.l.poteſt.ff.de acquiren. hæredit. Bartholo. Soci.conſil.246.volu.2.Facit ad cap. quamuis pactum.de pactis.libr.6. vbi filia hæreditati renuntians eſt filia. Ita in præſenti filius legitimatus ita eſt legitimatus quo ad omnia, tamen ſuccedet tantum in his, in quibus pater volet. Vnde ità legitimato pater in relictis poteſt grauamẽ etiam de totis relictis reſtituendis imponere.& ita limitatur. l.quoniam in prioribus. C.de inoffic.teſtam. conſule ibidẽ Suarez limitatione.12.ad leg.fori. Nec mirum, cùm huic legitima non ſit debita: tamen vt dubium tollatur, poteſt addi in reſcripto, vt ei poſsit quodvis onus imponi. Legitimatio, quæ fit per oblationem curiæ, iam exoleuit. Couar. latè in.4.decretal.2.parte.capit.8.§ ſeptimo.nume.4. &.l.5.&.l.6.ti.15.part.4.& ideo ceſſat diſpoſitio. l. communium. C. de natu. lib. Vide Pia poſi.in cap.per venerabilem.§.quod autem.num. 18. qui filij ſint legit.Ange.in authent.quib.mo. nat. eff. ſui.§.& quoniam variæ.per quem text. huiuſmodi legitimatione fiebant capaces legitimati vt ſuccederent cum legitimis & naturalibus, ita tamen, vt ne plus haberent, quàm cui minus relinquebatur.&c.conſule Socin.in conſi.246. volu.2. Bald. conſi.204.volu.3.& Iaſ.conſi.66.volumi.3.verſi. Sexto facit. Ludo.Roma in.l.neceſſarij. ff. de acquiren.hæred.Franc. Cremenſ.ſingul.51. Age vero, an legitimatum pater meliorare poſsit, quod vocant in hoc regno, in tertio, & quinto, vidẽdum eſt? Et Suarez vbi ſuprà ait poſſe, quocunque modo ſit is legitimatus. Ange.Peruſ. vbi ſuprà. & Alexan.in.l.ex facto.§.ſi quis rogatus.colum. 6. ff. ad Trebel.Iaſ.in.l.prima.numer.31. C. quando non pet.par.acc. Decius conſ.392.vbi communem ait. Anto.Gomez in.l.nona.Tauri.nume.68.fol. 58. colum.2. ¶Nec tamen dubij ratio ceſſat in legitimato per ſubſequens matrimoniũ, cui pater, quicquid volet, relinquit, & ita ceſſat ratio.dict.l. communium. Alexan.in dict.§. ſi quis rogatus. Iaſ.in dict.l.prima.nume.31.Bald.in cap.per tuas.de maior.& obedi.Anto. Gomez in dict. l. nona. num. 66. Et expreſsè tenet Couar. admittendum tale in filium in.4.Decreta.2.part.cap.8.§.ſecundo. nu. 22. Eſt & adoptiuorum ſpecies legitimorum, de quibus eſt conſulenda gloſ.in princi. Inſt. de adoption Hi ſuccedunt patri adoptanti tantum ex teſtamento, in quibus pater vult.l. cum & adoptiuis §.ſed ne.verſ. Quis enim materna. C. de adop. Doctores in dict.§.ſed hodie. Vide.l.8. tit.16. par. 4. Eſt communis Mateſi. vbi ſupra.art.1.memb. 3. Nec citra voluntatem ſuccedit, ne fraudes comminiſcantur ad excludendum venientes ab inteſtato &c. Hinc eſt adoptiuum non contraтabulare.l.prima.§.de adoptiui patris.ff. de bonor. poſſ. cont.tab.nec ſuccedere in feudum.capit.primo.§. adoptiuus.ſi de feudo defuncti.in vſib.feud. Item nec gaudere priuilegio donationis inofficioſæ reuocandæ, de quo text.& Tiraqu.in. l. ſi vnquam. C.de reuocand.donat.verb.ſuſceperit liberos. nume.2.idque, ne fraus fiat donationibus perfectis. Item nec petere alimenta ab adoptante.glo. verb. tantummodo.§.ſed ea omnia.Inſt. de hæred. quæ ab inteſta.deferun.Sequuntur ibi Ange.Faber. & Guillel.Benedict.in cap.Rainutius. verb. & vxorem nomine Adelaſiam.nume. 721. de teſtamen. vtcunque inſurgant in contrarium Speeul. & Ioã. Andr.in titul.qui filij ſint legit.§.primo. verſicul. Quid de filio adoptiuo. & Bald. in authenti. Niſi

rogari.

rogati.colum.4.C.ad Trebell.& in.l.cùm in adoptiuis.colum.2.C.de adopt. ¶ Illud quæri poteſt hic, An in filium adoptiuum potentiorem liceat alienare rem litigioſam, cùm potentioribus impares ſimus per. l. 3. ff. de alien. iud. mutand. cauſa ſa. Et prima fronte videtur id fieri poſſe. quod gl. inter ſuos.id permittat.glo. verb.intereſt.ad medium.l.ſi ita quibus.2.§.ea lege.ff. de verb. oblig. Vnde in noſtris ſcholis in ſcholaſticum cauetur ne fiat alienatio, niſi ſit filius, vel nepos: tamen dicendum eſt in adoptiuum huiuſmodi alienationem minimè fieri poſſe, teſtante Bald.in. l.ea lege.colum.penul.quæſt.5.C. de condi. ob cauſam verſi.Quinto quæro.Et tamen alias in filium, vel nepotem fieri poſſe communis opinio eſt in dicta glo.Ioan.Imol.Alexan.& Iaſ.quãuis naturalis, ſeu ſpurius ſit, vt dixi in.d.l. prima. verbo. *no la pueda allegar*.col.1030.titu.8.lib.3.ſuprà.Quod eſt optimum ad.l.25.in libro Pragmati.reg.Catholicorũ. Adoptiuus caret beneficio trium legum diſponentium, vt ſi pater grauatus de reſtituenda hæreditate filios ſuſcipiat, liberetur ab ea reſtituẽda.l. cum auus.ff.de condi.& demonſt.l.cum acutiſsimi. C. de fideicom. l. generaliter. §. cum autem.de inſt. & ſubſt.ſub.con.fa.Nam adoptiuus filius non facit ceſſare fideicommiſſum, vt communis tenet, teſte Iaſ.colum.5.Deci.colum.6.in dict. §. cum autem. Ab inteſtato ſuccedit adoptiuus adoptanti cum legitimis & naturalibus.d.verſic. Quis enim materna.d.l.cum in adoptiuis. &. §. ſed ea omnia. Inſtit.de hæred.quæ ab inteſt.defer.§. ſed hodie. Inſtit.de adopt. Eſt communis Matheſ. vbi ſuprà membro.3.arti.1.Et guillel.Benedict.nu. 747. & 749. Quod quidem adeò verum eſt, vt excludat parentes, & quoſvis aſcendentes adoptantis ab inteſtato.l.ſecunda.§.liberi.ff.ad Tertul.glo.1.in.§. præferuntur.Inſtit.ad Tertul.eſt etiam communis eiſdem. Tamen ſuperior opinio limitatur, quando adoptiuus foret in fraudem aſcendentium adoptatus, & tamen adoptans data opera moreretur ab inteſtato. Tunc ſiquidem parentes poſſent inofficioſæ donationis querelam intentare, vt tenent Matheſ.vbi ſuprà membro.3.art.1.nu.1.& Guillelm. Benedict.in dict.nu.749.idque argumento.l. primæ.C de inoffic.dona. Item ſi emancipetur non ſuccedit.§.at hi qui.Inſti.de hæredi. quæ ab inteſtã.defer Eſt communis opinio ibidem Fabro & Ange.& Guillel.vbi ſuprà.nu.751. Et tamen legitimi & naturales emancipati ſuccedunt eo tantũ, quod ius ciuile poſsit tollere, quod introduxit, ſcilicet ius adoptionis, non tamen ius naturæ, ſcilicet eum filium verè eſſe.

Quæ hactenus in filio adoptiuo dicta ſunt, habent etiam locum in filia.& nepotibus. l. cum in adoptiuis.§.quæ in filio.C.de adopt. Viſo de adoptiuo in poteſtatem non tranſeunte, ſubdam de adoptiuo, id eſt arrogato, qui ſtatim tranſit cum ſuis omnibus bonis in poteſtatem adoptantis.§. ſed hodie. Inſtitu.de adopt.l.ſi adoptauero. ff. de precario. is autem ſuccedit vt legitimi & naturales. Guillelm.Benedict.vbi ſuprà nume.746. & eandem querelam habet, quam cæteri: nam niſi ex cauſa pater arrogator non poteſt ei non relinquere quartam ſuam.§.cum autem.verſi. Sed & ſi decedens.Inſtit.de adopt.l. ſi arrogator. ff. eodem. Ab inteſtato tamen adeò ſuccedit, vt excludat aſcendentes, cùm habeat conſanguinitatis iura.l. prima.§.fina.ff.de ſuis, & legit. hæred. Hanc teſtatur communem Matheſila.& Guillel. Benedict. vbi ſupra numer. 747. adeò vt parentes aſcendentes querelam intentare nequeant inofficioſæ donationis, vt contra eum, qui in poteſtatem adoptantis non tranſit.

Inter legitimos connumerauimus & filios fictos: hi autem ſunt, vt cum monaſteria filiorum loco habentur gloſſ.l.ſi ita quis.§. ea lege. verbo intereſt.ad medium.ff. de verborum obligationi. gloſſ.verb.inſtituit.in princip. in capi. in præſentia.de probat. Tamen in puncto iuris ſecùs eſt. Tiraquell.in.l. ſi vnquam. verb. ſuſcepit liberos. C. de reuoc.donat.nume.21.& Barba. in dict.cap. in præſentia. ¶ Filij ſpirituales etiam dicuntur legitimi. vt in titul.de cogn.ſpirit. Hi reuerentiam ſuis parentibus ſpiritualibus debent.capit. primo. 30. quæſtione.3.Hos ſi parentes necent, grauiùs peccant, quàm ſi carnales parentes occidant. gl. verb. parentem.cap aut facta de pœni.diſtinctio.1. approbat glo, Hippolyt.in.l.diuus.ff.ad leg. Pomp. de parric. Inter hos non permittitur matrimoniũ. capitu.Pictatium.30.quæſtione.3.quò fit, vt rarò diſpenſetur.Abb. in capitul. fina. de purga.cano. Guillel.Benedict. vbi ſupra nume. 764. Hinc poteſt conſiderari quantum crimen ſit rem habere cum filia ſpirituali. Sed hi cum non ſuccedant parentibus ſpiritualibus, an alimenta vt legitimi debeant habere, quæri poſſet. Et poſſe ait Bald.& Salycet.in.l.prima. C.de alen.libe.& Bald. in authẽ. Niſi rogati.verſi. Quartò vlterius quæro. colum. fina.C.ad Trebell.Philipp.Franc.Peruſ. in capit. primo.de cogna.ſpiritua.libr.6.Franciſ.Curt.tracta.de teſti.colum.30.Tamen contraria eſt vera, cum ſit communis. Anto.de Butrio in.c.tranſmiſſa.qui fil.ſint legi.& Card. in. c. per venerabilem. qui filij ſint legi.Deci.in conſil.399.& Guil.Benedict.vbi ſupra nu.761.Andr.Tiraquel. vbi ſuprà. nu.21.Nec mirum: ſi enim adoptiuo, qui ab inteſtato adoptanti ſuccedit, alimenta non debentur, nec his debebuntur, qui non ſuccedunt, & ideo ceſſat in eis authenti.res quæ. C. communia delegat.&.d.l.ſi vnquam. Conſule Guillel. & Tiraq. vbi ſu-

vbi ſuprà.illum num.731.hunc.21.Tamen ne illud intactum omittamus, legitimus videtur is, quem nutrices alunt, cùm tamen in nihilo ſit, & ideò non ſuccedit.l. nutritoris. C. communia de ſucceſſ. ¶ Præterea agamus de ſucceſsione naturalium, qui ſpurij in multis præſtant. Dicendum in primis eſt, vt naturalis per ſubſequẽs matrimonium fiat legitimus,iuxta.cap. tanta.qui filij ſint legit.non eſſe in inſtrumentis dotalibus opus: & ſic ceſſat diſpoſitio.l.cum quis.C.de natur. liber. quæ videri poterat ea requirere.Nam id dum ſimpliciter loquitur, videtur ſentire gloſſ. prima. in dict.ca.tanta.vbi pro hac opinione eſt doctorum communis opinio.& Salicet.in dict. l. cùm quis. Item illud notatu dignũ eſt,vim matrimonij tantam eſſe,vt etiam ſi conſtitutus in vltimo vitæ articulo velit ſuum naturalem legitimare, contracto matrimonio id poſſe quantumcunque dubitatum ſit à Doctoribus in.l.ſed eſt quæſitum. ff. de liber.& poſthu.& in.l.eam quam.C. de fideicom.Et hæc eſt verior & communior Ioan.And. Abb.Ant.& Præpoſi.in dict.cap. tanta. Abb. in cap.commiſſum de ſponſ.not.1.Iaſ.in dict. l. ſed eſt quæſitum.num.6.& 7.vidè Feli.num.15.Decium num. 56.in capit.in præſentia. de probatio. Egregiè probat Anton.Gomez in l.9.Tauri.nume.57.¶ Sit igitur quarta regula in naturalibus liberis,quæ plura habebit capita. Ex teſtamẽto naturalis ſuccedit patri ſuo,ſi alij filij exiſtunt,in vnciã vnam, quæ tamen eſt cõmunicanda cũ matre. l.matre.C.de nat.lib.l.prima.tit.6.lib.tertio.for. l.10.Tauri.Tamen nonnihil mutat.8.tit.3. part. 6.& dict.l.10.tamen ſi filij non ſunt, ſed tantùm aſcendẽtes,relicta illis ſua legitima,in omnia bona ſuccedit. Idque etiam immutat dict.l. 10. vbi nec filij, nec aſcendentes, nec alij deſcendentes ſunt in medio,diuerſa reperiũtur diſpoſita. Olim ſiquidem tantum ſex vncias pater poterat naturalibus eorumque matri mandare,hodie verò totam ſubſtantiam licet.authent.licèt.C. de natur. liber.& ſic.l.humanitatis.C.eod. corrigitur in illis ſex vncijs, quas permittebat ſolùm relinqui. Sed vt propius ad rem accedamus, ab inteſtato patri ſuo naturalis ſuccedit,extantibus alijs filijs, aſcendentibus vel vxore in nihilum dict. authen. licet.& authen.quib,mod.nat.effi.ſui col.4. ante fi.verſ.ſi verò filios non habens.& col.pen.verſi. ſi quis igitur habens. vbi tamen vult paſci à fratribus legitimis,quare ſola alimẽta ferunt. vide. l.8. tit.13.part.3.Ciſuen.in l.10.Tauri.Matheſi. vbi ſuprà art.primo.memb.a. Chaſſanæ. in conſuet. Burgun.rub.8.§.tertio.num.3.Petr.Vvald.in de ſucceſſ.ab inteſta.num.35.Guillel.Bened.vbi ſuprà.n.773.Xuarez in l.1.ti.6.lib.3.for. fol.9a.tamen vide.l.9.tit.13.part.6. Alimenta nõ tantùm filio naturali dantur,ſed & eius filio,id eſt,nepoti.At verò vbi naturales nullum habent in medio nec aſcendẽtem,nec deſcendentem, nec vxorem patris,patri ſuccedunt in duas vncias,auth. quib. mo.nat.effi.ſui col.4.ante fi.verſi. ſi quis autem. & d.auth.licet.¶ Nepotes autẽ ex filijs naturalibus ſunt naturales nepotes auo, etiã ſi ex legitimo ſint procreati matrimonio.vt etiã illi ſunt nepotes auo naturales,qui ſunt ſuſcepti à filio legitimo ex concubina naturaliter. Nepos igitur auo naturalis ei poteſt ex teſtamẽto ſuccedere, ſi alij filij, vel nepotes legitimi nõ ſint, in omnia bona l.fina.C.de nat.libe.vbi Salice.& Roder.Xuarez in dict.l.prima.ti.6.lib 3.for.fol.93.col.3. Tamẽ ab inteſtato capit quicquid pater eius naturalis poterat.authent.quib.mod.nat.effi.ſui. verſ. De nepotibus enim.Conſule Salice.in dict.l. fina. q. prima.Azonem in rubr.C.de nat. lib. in ſumma. Chaſſanæ. in conſuetu. Burgund.rubr.8.§.tertio. nume.3.& Xuarez vbi ſuprà part.a.& eſt hæc tenenda,quicquid velit Ioan.Baptiſt.de S.Seuerino in.l.ſi qua illuſtris.col.18.C.ad Orfic. & Mathe. vbi ſupra.art.1.memb.4 num.4.vide.l. 10. Tauri.Naturalis an matri illuſtri ſuccedat,videndum. Sed in primis circa perſonas illuſtres conſulas oportet Bart.in.l.1.C.de dignit.lib.12.& in l.prima.C.vt dignit.ordi.ſeru.& Purpur. in rubric.de offi.eius,cui mand.eſt iur.Chaſſanæus in catalogo gloriæ mundi.part.7.conſideratione.3.verſic. Septimus caſus.vide Couar. vbi ſuprà.n.15. Mulier autem illuſtris in præſenti ſpecie vocatur honeſto ex loco nata,vt pote vel nobilis, vel ingenua tam ratione ſui,quàm viri.l.11.tit.13.part.6. Xuarez in l.prima.tit.6.lib.3.for.num.98.pag.2 ad dictam.l.ſi qua illuſtris. Matris igitur illuſtris teſtamento naturalis eius filius nihil poteſt capere nedum ab inteſtato. dict.l. ſi qua illuſtris. maximè ſi legitimi extant. Conſule Ioan.Bapt.Xuarez,& Chaſſanæ.vbi ſupra.& Guil.Benedi.in ca. Rainutius.verb.Et vxorem nomine Adelaſiã.nu. 647.cum ſeq.de teſta.Bal.in.l.eam quam.nu. 25. C.de fideicõ.vbi tamen limitat ſi per vim fuit illuſtris cognita, nam tunc etiam cum legitimis ad hæreditatem venire poteſt.Barth.Soci.conſ.148 volu.1.Chaſſan.vbi ſupra.nu.14. Hippolyt. in l. 1.§.item diuus.col.a.ff.ad l.Corn.de Sicar. Cum quibus facit doctrina Ange.Peruſ.in l.1.§.remouet. ff. de poſtul.Quæ quidem omnia faciunt ad quæſt.illam,de qua in.c. commiſſum. de ſponſa. Nam ante copulã vtriq; coniugũ licet religionẽ intrare:quod quidẽ etiã habet locũ,ſi copula ante ingreſſum ſit per vim extorta ab ſponſo: cùm vis ei nocere nõ debeat. argum. l.prime. §. is quibus connumeramus.cum gloſſ.verb. ſponſam. C. de raptu virginum. & text. & gloſſ.verb. noluerit.

cap. raptot. 27. q. 1. Contrarium tamen notauimus. in l. 1. gloſ. prima. titulo. primo. ſupra iſto libro quinto.

§ Spurij adeò legibus odio ſunt, vt nec ex teſtamento, nec ab inteſtato patribus ſuis ſuccedāt teſtantibus. Alexan. in l. Gallus. §. Quid ſi is. num. ſexto. ff. de liberis & poſthum. Doctores in l. prima. C de nat. lib. & in authen. Ex complexu. per textum ibi. C. de inceſtis nupt. vbi etiam doctores volunt matris aſcendentibus nullatenus ſuccedere: nec mirum, cùm text. ibi alimento priuet eos. Tamen de æquitate canonica eis alimenta ſunt, qui velint præſtanda per cap. cùm haberet. in fin. de eo qui dux. in matr. quam pol. per adulte. Conſule Barto. in dict. authen. Ex complexu. & in l. 1. n. ff. de his quib. vt indig. & in l. fina. §. ſi à ſocero. ff. de his quæ in fraud. cred. & in l. Mæuius ff de legat. ſecundo. Eſt communis Bartho. Socino in conſil. 167. volum. 2. nume. primo. & Alexan. conſi 74. volumi. 3. Adde. l. 9. Taur. cum ſequentibus. vbi huiuſmodi alimenta conſtituuntur intra quintam, & ſiunt tranſmiſsibilia. Couar. vbi ſupra. cap. octauo. §. ſexto. num. 15. Ex ſpurijs filijs nepotes auo non ſuccedūt ab inteſtato. authen. quib. mo nat. effi. ſui. colum. fi. verſic. vltima ſiquidem. ibi, neque habebit quoddam ad præſentem legem participium ſi inferas cum. §§. præcedētibus, in quibus de filijs & nepotibus naturalibus diſpoſitum fuit. Vide Bartol. in dicta. l. Gallus. §. quid ſi is. vbi etiam communem teſtatur Alex. n. 6. De ſpuriorum ſucceſsione latè. D. Couat. in. 4. decreta. 2. par. c. 8 §. 5. & dixi in l. 2a tit. 3. lib. 1. ſupra. Ex ſpurijs filijs nepotes inſtitui nō poſſunt patris cōtemplatione, & tamen poſſunt propria, Bart. in d. §. quid ſi is. vbi magis cōmunem dicit Alex nu 7. ſed vbi dubitatur, cuius ſit contēplatione inſtitutus: potiùs ſua quàm patris cenſendus eſt inſtitutus. Eſt etiam communis docto. teſte Iaſ. in l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acq. hær. per gl. iunctam tex. in. l. auus neptis; ff. de iur. dot. verb. habuiſſet. vide Fort. Gaſ. in. d. l. Gallus §. quidam rectè. nu. 45. & Alexā. in d. §. quid ſi is. nu. 7. & 8. Extenditur etiam ad ſpurios; nepotes ex clericis. communis Alex. qui in omnibus cum patribus eodem iure cēſentur. vide Alexan. vbi ſuprà. nu. 8. Couar. in tract. de matrimo. par. 2. c. 8. §. 5. n. 17. & Ciſuen. cum Palac. Rub. in l 9. Tauri. & Nicol. de Vval. vbi ſupra. col. 4. Bartho. Soc. conſi. 161. volu. 2. n. 2. Reſtat videre, an huiuſmodi ſpurij matri ſuæ ſuccedāt? Et quidem de iure communi etiam cum legitimis ſuccedunt ab inteſtato matri. §. nouiſsimè. Inſtitu. de Senatuſconſul. Orificii. l. hac parte. & l. ſi ſpurius. ff. vnde cog l. 11. tit. 13. par. 6. l. ſi ſuſpecta. §. de inofficioſo teſtamento. ff. de inoffic. teſtam. communis Barto. Bald. & Salice. in dict. l. ſi qua illuſtris. Matheſi. vbi ſupra. art. primo. membro 2. nu. 2. Ang. in dict. §. nouiſsimè. Roderi. Xuarez in. l. 1. titu. 6. pagin. 5. fol. 98. verſic. Hæc de ſucceſsione maſtrulorum. Hæc autem quæſtio extendi poteſt. Primò ſpurium præteritum à matre etiā habere querelam inofficioſi. dict. §. de inofficioſo. idque etiā ſi expreſsè eū exhæredet ſine cauſa. Xuarez vbi ſupra. Secundò ſucceſſurum auo & aſcendētibus matris. Matheſ. vbi ſupra. Reſtringitur tamē quādo mater eſt illuſtris, vt dictū eſt ſupra, etiam in fillo naturali. Doctores in d. l. ſi qua illuſtris. Et is eſt caſus, in quo filio nocet matris nobilitas. vide Barthol. Chaſſanæ. vbi ſupra part. 7. conſidera. 3. verſi 7. quid in filijs presbyterorum an ſuccedant matri dixi in l. ſecunda. tit. 55. lib. 8. infra.

¶ Huiuſmodi autem ſpurij legitimari nō poſſunt à Comite Palatino ex facultate ſimplici legitimādi, vt doctores communiter docent in cap. fin. de fil. presbyt. Intellige tamen ſi ſint illuſtrium perſonarum, nō aliàs. At verò quomodo ſpurius poteſt naſci ex damnato coitu, etiam de huiuſmodi dicendum eſt. Volebat Angel. in dict. §. nouiſsimè. tunc naſci ex damnabili coitu, quādo ex coniugato & ſoluta naſceretur. Sed fallitur, etiā ſi ijs pœna imponatur. vt etiam in l. 2. tit. 15. lib. 8. & l. 81. Tauri. Nam is tantum ex damnabili coitu naſcitur, quando mater poterat plecti capite. l. Gracchus. C. de adulte. Eſt communis Matheſi. vbi ſupra. Socin. conſi. 148 volum. 1. Xuar. vbi ſup. fol. 98. Bald. & Salic. in d. l. ſi qua illuſtris. Vide Ciſuent. in l. 9. Tauri. nu. 2. Damnatus coitus quis dicatur, tractat Couatru. de matrim. 2. part. §. quinto. num. 15. l. 9. Tauri. ¶ Spurius igitur ex damnanabili coitu matri non ſuccedit glo. d. §. nouiſsimè. verb. admitti & glo. 2. d. §. de inofficioſo. glo. in authen. ex complexu. verb. indigni. gloſ. verb. cum legitimis in d. l. ſi qua illuſtris. text. in authē. quib. mod. nat. effi. ſui. Eſt communis Socin. conſil. 148. volumine primo. num. primo. Xuarez in dicta. l. prima. fol. 98. Matheſil. vbi ſupra. Bald. & Salicet. in dicta. l. ſi qua illuſtris. Verum eſt tamē ſi coitus ſit damnabilis ex parte tantum patris, non autem matris, vt cum vi fuerit oppreſſa, eum matri ſucceſſurū. Baldus in l. eam quam. C. de fideicommiſſ. nume. 21. Xuarez vbi ſupra. Sed hæc de iure regio aliter ſe habent: nam ſpurius cum alijs legitimis filijs non ſuccedit · vt nec naturalis, poteſt tamen ijs quinta relinqui. Vbi vero non ſunt legitimi, plebeiæ matri ſuccedit ordine ſuo. Illuſtri ſpurius non ſuccedit vt naturalis. Tamen illud notato quo ad legem nonam Tauri. vbicumque ſpurius matri ſuccedit, cum auo, proauo, & auiæ, & proauiæ cum cæteris aſcendentibus matris ſucceſſurum: nam. d. l. tan-

tùm à

Digitized by Google

tùm à ſucceſsione expellit, vbi legitimi extant. ¶ Quinta regula ſit de filijs clericorum, qui manſeres vocãtur, gloſſ. cap. niſi cum pridem. verb. manſeres. de renunt. non autem inceſtuoſi. vt volebat gl. l. a. verb. filij. C. de epiſcopis & cler. quæ communiter reprobatur à Bald. in capit. in præſentia num. 35. de probat. Manſeres ergo clerico non ſuccedũt nec ex teſtamento, nec ab inteſtato. gl. in authen. quib. mo. nat. effi. ſui. colum. fin. verſi. vltima ſiquidem. verb. participium. colum. 7. Bald. & Salicet. in. l. a. C. de epiſcopis. & cleri. Xuarez vbi ſuprà, colum penult. l. 22. tit. 3. lib. 1. ordi. ſuprà. & l. ſecunda. tit. 3. libro iſto. 5. & l. 9. Tauri. Hactenus de deſcẽdentibus actum eſt: nũc verò ſubdam de ſucceſsione aſcendentium, & ſit prima regula. ¶ Regula prima inter aſcendentes inceſtuoſos ab omni ſuceſsione excludit, & è cõtra. l. ſi quis inceſti. C. de inceſt. nup. Conſule ibidem Bald. nu. 3. authen. ex complexu. eod. titul. ¶ Regula ſecunda. Parentes legitimi & naturales ſuccedunt filijs in ſuas legitimas. glo. verb. titulo. in authent. Nouiſsima. C. de inoffic. teſtam. idq; adeò, vt ſi exhæredentur, poſsint querelam intẽtare contra teſtamentum inofficioſum, & præteriti dicunt nullum. l. 6. Tauri. vbi in tertio grauare permittit. vide Matheſil. in de ſucceſsionibus ab inteſt. artic. ſecundo. in princip. ſed dict. l. 6. imponit modum. l. prim. tit. 6. lib. tertio. for. Nã hæc permittebat ei, qui filijs carebat, cui voluiſſet, ſua relinquere, &c. ¶ Parentes legitimi & naturales olim ante ius authent. ita ſuccedebant ab inteſtato, vt pater matrem excluderet. l. ſecunda. §. obijcitur matri. colum. 3. ff. ad Tertul. l. 2 C. eod. text. & glo. in. §. præferuntur. Inſti. eod. Tamen hodie ex æquo ſuccedũt cum fratribus vterque parens. authen. defuncto. C. ad Tertul. atque adeò hi omnes pariter, tamẽ per ſtirpes ſuccedũt parentes, fratres vtrinque cõiuncti, & filij fratris præmortui ſi ſint. in authent. Vt fratrum filij. in princ. & in authen. de hæredi. ab inteſta. veni. §. ſi igitur defunctus. verſi. Vnde cõſequens eſt. col. 9. l. 4. titu. 13. part. 6. l. 10. titu. 6. l. 3. for. Matheſi. vbi ſuprà, Guillel. Bened. vbi ſuprà. verb. Et vxo tem nomine. num. 638. Id autem velim intelligas, etiam ſi pater filium emancipatit. De fiducia con tracta non eſt hìc curandum. l. 2. C. ad Tertul. Doctores in dict. authen. defuncto. Illud etiam notãdum eſt eos vocari, qui ſanguine iuncti ſunt, ſalua gradus prærogatiua, vt in dict. authẽt. Eſt videre, nam proximus quiſque præferri debet: nam matre extante, auus paternus etiam non ſuccedet, vtcunq; filium repræſentet. gl. 3. in dict. authen. defuncto. vbi etiam. 4. gloſ. inter auos ita vult diſtribui, vt ſi ex altero gradu ſuperſint auus & auia & ex altero tantum auus vel auia, illi duo capient non amplius, quam alter eorum. Superior autem eſt communis opinio Bald. & Sali. in. d. authent. defuncto. Matheſil. vbi ſuprà. art. a. in prin. Xuarez in l. 4. tit. 13. part. 3. Hìc non eſt, cur dicamus ſecundùm naturam fieri, vt deſcendentes, aſcendentes repræſentent, & ideò liberos patruis præ ferri, aut ſaltim æquari. Quod tamen in nepote ceſſat, ſcilicet, vt auum repræſentet ad matrem ex cludendam, nam foret contra naturam, vt viuacior auus ſuo nepote eſſet curſu naturali. Salicet. in dict. authent. defuncto. colum. prima. tamen l. 17. Tauri. corrigit. dict. authen. defuncto. & authenti. vt fratrum filij. colum. nona. Illud tamen notatu dignum eſt, præmortui filij bona ex æquo diuidi inter aſcendentes, vt ſuprà, ſi tamen ſint filij matre quæſita. Nam ea, quæ ab altera linea cõſtaret eum accepiſſe, vtique alterius lineæ aſcẽdentes non caperent. l. quod ſcitis. §. ſin autem. C. de bon. quæ libe. vbi vide Bart. & Paul. & Bart. in l. poſt dotem. ff. ſolu. matrimo. & Iaſo. ibi colum. fina. & Barto. in authentic. Itaque. C. communia de ſucceſ. & conſ. 18. Lud. Rom. conſil. 40. Abba. conſi. 75. volu. 1. Eſt communis Alexand. conſil. 150. volu. 2. & Matheſi. vbi ſuprà art. ſecũdo. nu. 18. & Bald. nouel. in de dote. part. vltima. quæſtione. 14. Eſt etiam communis Antonio Rubeo conſi. 79. Communiorem eſſe refert Gregor. Lopez in l. quarta. tit. 13. par. 6. Ciſuen. in. l. 10. Tauri. nu. 11. Guillel. Bened. vbi ſupra. nu. 636. Bart. Chaſſanæ. in conſuetu. Burgund. rubr. 7. §. 6. nu. 8. Facit. l. de emancipatis. verb. exceptis. C. de legit. hæred. Quam quidem cõcluſionem etiam ad nepotes Barto. & communis extendit. l. 10. tit. 6. lib. 3. for. Sed quòd hæc communis violet literam d. l. quod ſcitis. Bald. tenet contra Barto. & negat diſtinctionem faciendam in dict. authent. defuncto. num. 4. Imò quòd æqualiter debeant venire aui, ſeu parentes ad bona filij non facta diſtinctio ne vnde ei euenerunt. Ioan. Lup. in dict. l. ſexta. num. 19. & ibi optimè Antoni. Gomez in legibus Tauri. Couarruuias de ſucceſsio. ab inteſt. cõcluſ. ſecunda. Et dicit communem Grego. Lopez in dict. l. quarta. verbo. *Egualmente*. Philipp. Corneus conſil. 6. & 7. volumine primo. & 94. volumine. 3. & 265. volumi. 4. & Salicet. in authentic. Itaque. C. communia de ſucceſ. & Cuman. conſi. 122. Ait communem Bald. in conſi. 31. volum. a. cum quo facit. l. quarta. titul. 13. part. 6. ibi, *Todos los bienes*. & l. ſexta. Tauri. Tamen dicito in his regnis, & in quibus ſimilis eſt, cum Bald. ſentiendum, & iudicandum, in alijs cum Barto. Cuius tamen opinionem aiunt Bartho. Socin. conſil. 89. volum. a. & Aymon Crauet. conſil. 176. de iure communi ceſſare, vbi fratres ab inteſtato morien tis cum parte ſuccedunt: nullam ſi quidem tunc

Digitized by Google

fieri diſtinctionem. Sed vbi alter parentum priuatur ſuccedendi iure, tota hęreditas ad alterum defertur, vt cum mater trãſit ad ſecūdas nuptias, in alterum tutela non tranſlata. l. omnem. C. ad Tertul. vel cùm intra annum filio impuberi tutorem non petijt. l. ſciant qui C. de legit. hæred. l. matres, C ad Tertullianum. §. fin. Inſtit. eod. Sed id ampliationes ſuas & reſtitutiones admittit, vt teſtatur Ioan. Bernar. Diaz in regul. verb. mater. vide Ciſuent. in. l. ſexta. Tauri. & in. l. 10. num. 6. Matheſi. vbi ſuprà. art. 2. memb. 1. num. 18. Guilielmi. Benedict. vbi ſuprà. num. 644. Illud etiam addendum eſt, vbi mulier tranſit ad ſecundas nuptias non poſtulato tutore ſuo impuberi, bona ſecundi mariti tacitè pupillo obligari. l. ſi mater. C. in quib. cau. pign. tac. contra Guillel. Bnedi. vbi ſuprà num. 643. Anto. Fanenſ. in de pignoribus. 2. memb. quartę partis principalis. Vide tex. Bal. & Guillel. in dict. cap. Rainutius. Fanenſem in 4. memb. 2. partis num. 556. Notat & Hippolyt. in ſing. 248. Huic ſi correlatiuè procedit, limitatur titulus. C. ne vxor pro mar. Tamen vide Ciſuen. in d. l. 6. & Ioan. de Neuiza. in ſylua nuptia. fol. 67. Tu tamen interim fac huiuſmodi conclusiones, quarum ſit prima. Mater, ſi vnicum filium habeat, ei decedenti ab inteſtato (ſi aliàs indignam ſe non fecit) ſuccedit pleno iure. l. fœminæ. §. illud. verſi. Quòd ſi. C. de ſecund. nupt. Matheſ. vbi ſuprà. Licèt glo. fin. in authen. ex teſtam. C. de ſecund. nupt. velit contrà. quam reprobat Guilliel. Bened. in d. cap. Rainutius. verb. Et vxorem nomine. num. 646. ¶ Secunda. Mater conuolans ad ſecunda vota petito tutore filio, ei ſuccedit in bona à filio quæſita pleno iure. Bart. in. l. generaliter. C. de ſecundis nupt. per authent. de non eligen. ſecundò nuben. mul. §. cùm igitur. vbi gloſſ. verb. firmè & Angel. vide Matheſ. vbi ſuprà. nu. 20. & Guillel. Benedict. vbi ſuprà. num. 643. & 449. vbi ait hanc communem.

¶ Tertia. Mater plures habēs filios, eis petito tutore, tranſiens ad ſecunda vota, vni, vel alteri ex illis decedentibus ab inteſtato ſuccedit in bona à patre habita, ita, vt tantum vſumfructum habeat, & ſuperſtitibus fratribus proprietatē reſeruet. d. l. fœminæ. l. hac edictali. & l. generaliter. C. de ſecundis nupt. Quod quidem cuſtodiendum eſt, etiam in patre & auis tam paterno, quàm materno. l. 15. Tauri. Id autem fit, quòd videatur fratribus ſuperſtitibus ex primo matrimonio iniuria facta. Verum tamen eſt, ſi aliquis ex fratribus ſuperſtitibus, vel omnes eam aduerſum mortuō in gratitudinem cōmiſerint, vt poſſet frater eos etiā perſona turpi inſtituta exhæredare facere, ea bona in quibus mater vſumfructum habet, perdere quo ad dominiū huiuſmodi fratres ingratos. arg. §. ingratitudinem. in authen. de nup. colum. 4. ante finem. vbi eſt gloſ. verb. lucrum & Ang. Nam cauſa, quæ fratrem exhæredem facere permittit, repellit eundem ab inteſtato. Sequitur Iaſ. in authenti. licèt. C. de liber. præterit. vel exhære. nume. 11. & in authēt. Ex cauſa. colum. 3. C. eod. Sequitur Guillelm. Benedict. vbi ſuprà. num. 646. eam comprobat. l. 12. tit. 7. part. 6. Vide Couarr. in cap. Rainutius. num. 7. de teſtam. vbi nume. 8. ingratitudinis cauſas perſequitur latè, & doctè ſatis. Bart. tamen in l. fratres. nu. 6. C. de inoffic. teſtamen. negat id, quod proximè dicebamus, ſcilicet, fratrem repelli ab inteſtato per. l. cognatis. ff. vnde cogna. vbi reſpondet ad. l. fina. C. de ſecun. nup. quæ videtur contrà facere, & ait illis fratrem repelli à iure, quod hæreditario iure ei competebat. Item reſpondet ad. l. cum patronum. ff. de iure patro. & ait facilius tolli iura patronatus, quàm ſanguinis. l. penul. de bon. libe. cum. l. iura ſanguinis. ff. de regul. iur. Sequitur Bartolum, Angelus ſibi contrarius in l. prima. in fine. C. de inoffic. teſtamen. & Socin. in. l. tertia. §. filius autem. ff. de libertis & poſthu. Iaſ. etiā ſibi contrarius in. l. in arenam. num. 1. C. de inoffic. teſtam. Guillel. Benrd. vbi ſuprà. verb. in eodem teſtamento. 2. num. 26. Franc. Curt. Iunior in authen. Non licet. num. 18. C. de liber. præter. vel exhæred. Chaſſanæ. in conſuetu. Burgun. rub. 7. §. ſecundo. verſi. fina. nu. 13. Tamen ſi bene rem perpendas, non ſunt inter ſe cōtrarij ſed diuerſi. Et ideò dicas oportet. Primò, Cauſa, quæ fratrem exhæredatum turpi perſona inſtituta ex teſtamento repelleret, ſufficiens eſt ad repellendum eum ab inteſtato. Et ita ſuperior opinio eſt accipiēda. ¶ Secundò. Cauſa, quæ ſufficiet ad excludendum filium exhæredatum à ſucceſsione paterna, non ſufficit ad excludendū eūdem ab inteſtato, & ità poſterior opinio venit intelligenda. Et ſic etiam intellige. l. in arenam. C. de inoffic. teſtam. & authen. non licet. C. de libe. præter. vel exhære. In feudum filiorum aſcendētes non ſuccedunt. ca. 1. de natura ſuccer. feu. Feli. in cap. eccleſia. colum. 17. de conſti. ¶ Tertia concluſio. Pater filio naturali ab inteſtato in duas vncias, ex teſtamento in id, quod filius poterat, ſuccedit in authē. quib. mod. nat. effi. ſui. col. penul. verſi. In quibus enim caſibus. Matheſi. vbi ſuprà. art. ſecundo. memb. 2. nu. 6. & Guillel. Benedict. vbi ſupra. verb. & vxorem. nu. 703. per regulā à Bart. poſitam in l. fin. n. 5. ff. de his quib. vt indig. Quo fit, vt ſucceſsio huiuſmodi abinteſtato ſit reciproca. Doct. Coua. in tract. de ſucceſ. ab inteſt. conclu. 22. num. 13. & concluſ. 13. Sed nota, quòd vbi pater in duas vncias ſucceſsit, quæ tamē ei ad alimenta nō ſufficiūt, poteſt ab hæredibus alimentorum reliquū petere, cum ea hinc inde ſint debita. Do-

ta. Doctor. in c. cũ haberet. de eo qui dux. in matri quã poll. per adult. Vide Barth. Soci. in conſi. 148. volu. 1. Ex regula Bartoli poreſt iuferri, patrẽ filio naturali nõ ſucceſſurũ ab iuteſtato, quando poſtquam cum ſuſcepit, duxit vxorem, & ex ea habuit ſuos legitimos. Nam cùm filius ei ſuccedere non poſſit, nec è conuerſo. Guil. Bened. vbi ſuprà. num. 704. & Matheſi. art. 2. memb. 2. num. 6. Argum. authent. licet C. de natur. libe.

¶ Quarta regula. Spurio filio pater non ſuccedit, etiam ſi ſit ex non damnabili coitu, ab inteſtato, cùm nec ei ſuccedat vt ſuprà. & authen. Inceſtas. C. de inceſt. nupt. Matheſi. vbi ſuprà nume. 9. Facit melius. l. hac parte. l. ſi ſpurius. ff. vnde cogn. Cifuen. in l. 10. Taur. Quod quidem adeò verum eſt, vt parer filium huiuſmodi adoptare nequeat, nec legitimare. Ang. §. penul. num. 8. Inſtit. de ſucceſ. cog. per glo. dict. l. hac parte. verb. naſcuntur. ſucceſsionis graria. Ita renet Ludo. Roma. in ſing. 621. per. l. legem. C. de natu. lib. ¶ Quinta regula. Marer filio ſuo vel naturali, vel ſpurio, dum tamẽ deſcendentes abſint, ab inteſtaro ſuccedit, excluſo patre, d. l. hac parte. & l. ſi ſpurius. Facit etiam. §. vulgus. Inſtit. de ſucceſ. cogna. Matheſil. vbi ſuprà, num. 2. Cifuent. vbi ſuprà. & etiam Guil. Benedi. nu. 704. Id autem etiam eſſe verum volũt doctores, cùm mater Illuſtris: quo caſu Battoli regula frangitur. Nam filij huiuſmodi matri non ſuccedont, eriam ſi non eſſet damnabilis coitus, quicquid reneant Ange. nu. 7. Porcius. 2. in §. nouiſſimè. Inſtit. de S. conſul. Orficia. Ex quo infertur bene in l. 9. Taur. etiam ſpurijs filijs matres ſuccedere, cũ ſit æquius eas admitti, quàm trãſuerſales.

¶ Sexta regula. Adoptiuus pater, in cuius poteſtatem adoptatus non tranſijt, ab inteſtato non ſuccedit. Dyn. in de ſucceſſ. ab iuteſta. Matheſi. vbi ſupra. artic. ſecundo. memb. 3. & ibi Ludoui. Bologn. in additio. vbi citat. §. quendam. qui tamen non extat. Id etiam Matheſi. extendit ad fœminas, cùm tamen non adoptent principis authoritate. Sunt qui velint adoptantem vnà cum patre naturali ab inteſtato ſuccedere: tamen niſi in caſtrenſibus, vel quaſi non videtur fieri poſſe. Verũ eſt adoptantem ſuccedere poſſe, ſi is ſit, qui in poteſtate adoptatum habeat. vt ſi ſit vnus ex aſcendentibus. Matheſil. & Guil. vbi ſuprà. per. l. cum in adoptiuis. §. ſi verò. C. de adopt. Vnde nulla eſt dubij ratio, cum pater arrogauit filium, nam arrogatione ſemper acquiritur patria poteſtas, & ita ab inteſtato ſuccedit arrogator. §. mortuo. Inſtit. de acquiſi. per arroga. & glo. verb. venturi. §. cum autem. Inſtit. de adopt. Et pro poſita regula Bart. de correlatiua ſucceſsione facit text. l. ſi arrogator. ff. de adopt. vbi & in alijs locis doctores diſtinguunt, an ſuccedant puberi, an ei, qui teſtamentum cõdere poſsit. Nam in illo caſu eſt opus fiducia. Tamen conſule Matheſil. & Guillel. vbi ſupra. ¶ Septima regula. Parer ſpiritualis, id eſt, ſuſceptor ex ſacro fonte, non ſuccedit filio ſpirituali, cum is illi non ſuccedat. Matheſi. vbi ſupra.

¶ Octaua regula. Legitimato vel oblatione curię, vel Principis reſcripto. vt in l. communium. §. primo. C. de nat. libe. vel reſtitutione natalium, ſuccedit pater, ſi tamen alij filij non extent. Docto. vbi ſuprà. De legitimato per ſubſequẽs matrimonium, non eſt quid dicam, cum in omnibus ſimilis ſit alijs legitimis, vt ſupra habitum eſt.

Hactenus de aſcendentium & deſcendentium linea pertractatum eſt, modò in hac vltima parte reſtat nobis, vt de tranſuerſalium ſucceſsione tractemus. ¶ In primis tamen ſcito vocari agnatos ad decimum vſque gradum, ſuo tamen ordine, vt proximiores præferantur. Non item de cognatis videtur dicendum, quo ad gradus, vt gloſ. magna. in princip. in l. fin. C. vnde legit. & glo. fin. §. fin. Inſtit de ſucceſſ. cognat. cum quibus facit authẽt. de hæred. ab inteſta. ven. §. ſi igitur defunctus. 2. cum. §§. duobus ſequen. & l. quinta. tit. 13. part. 6. vbi tamen corruptè legitur, dozeno, pro. dezeno. & l. 12. tit. 6. lib. 3. for. Eſt communis Matheſ. vbi ſupra art. 3. memb. 1. nu. 3. Deci. conſ. 85. & Suar. in l. quoniam in prioribus. limita. 11. ad l. fori. C. de inofficio. teſtamen. ¶ Verum eſt tamen etiam in milleſimo gradu computari ſucceſsionem, quoties agitur de ſuccedendo in dignitatem aliquam, vt Comitatum, Ducatum, &c. Bald. in cap. primo. §. Capitanei. de feudo Marchiæ. vbi etiam retnet idem Iaco. Aluarot. & Matthæ. de Afflict. Eſt communis Decio conſi. 85. Hippoly. ſingu. 412. Xuar. in dicta limit. 11. colum. penul. Sit igitur regula. ¶ Prima. Proximior in linea tranſuerſali & gradu, & conſanguinitate excludit remoriores, vt cum non ſunt in eodem gradu, vel ſi ſint, tantum ab altero latere coniuncti. authen. Vt fratrum filij, in princip. & authenti. Ceſſante. & authentic. Poſt fratres. 1. & 2. C. de legit. hære. gl. fin. in authenti. Itaque. C. communia de ſucceſ. l. quinta. titu. 13. part. 6. & l. 12. ti. 6. lib. 3. for. Guillel. Benedict. vbi ſupra. nu. 659 Matheſil. & Bolog. vbi ſuprà. art. tertio. memb. 1. colum. prima. Tamen regula ſuperior procedit inter fratres ipſos, & fratrum filios. gloſſ. ſecunda. in authen. Poſt fratres. 1. & ibi Paul. Caſtr. & authent. Ceſſante. C. de legit. hæred. Vide Barto. in l. poſt conſanguineos. §. legitima hæreditas. ff. de legit. hæred. & Chaſſanæ. in conſuetud. Burgund. rubri. 7. §. 11. num. 6. Vide. l. quintã tit. 13. par. 6. & Cifuent. in. l. octaua. Tau. nu. 6. Illud tamen non eſt omittendũ, receptiſsimam omnium eſſe ſententiam ad ſucceſſionem gradus computari, ſecundum ius ciuile,

 non

non canonicarũ, teſte Deci conſ. 85. n. 3. & Matheſi. vbi ſuprà. art. 3. in princip. nu. 3. ¶ Modò autem dic, quòd vbi fratres prẹmortui cõcurrunt cum nepotibus (*Sobrinos*) id eſt, alterius prẹmortui fratris filijs, ſuccedetur in ſtirpes, ita vt quantum ſinguli fratres capient, tantum & omnes filij ſimul illius præmortui fratris, tex. in authent. vt fratrum filij. in princi. verſi. Hoc itaque. nam omnes illi vnam præmortui perſonam repræſentant. l. 8. Tau. Couat. inde ſucceſsi. ab inteſt. concluſione. 8. Illud etiã in præſentia inſpectione dignum, quando ſunt fratres, & cõſanguinei, & vterini, licèt in bona parte prẹmortui labore, & induſtria ex æquo ſuccedant, non tamen in reliquis: nam eſt habenda ratio, quæ bona ei præuenerint ex parte & contemplatione matris, & ex alijs, & ita diuerſimodè ſuccedetur. iuxta gl. verb. filij. in authen. Poſt fratres. 1. & doctor. C. de legit. hæredi & tex. l. de emancipatis. §. 1. verſi. exceptis. C. eod l. 6. titu. 13. part. 6. Bona vero conſideranda ſunt in hac ſpecie, non quatenus à tranſuerſalibus matris prouenıunt, niſi quatenus ab ipſa matre, vel ab eius aſcendentibus. Nam quæ à tranſuerſalibus venere, ex æquo cum alijs forent diuidẽda. Et ita limitat. d. verſi. Exceptis. Matheſi. & Bolog. vbi ſuprà. nu. 665. ¶ Secunda regula. Patruus. & auunculus ab inteſtato ſuccedunt nepotibus ſuis ita, vt excludãt conſobrinos, & patrueles defunctorum. l. auunculo. C. communia de ſucceſ. & ibi Bald. Salicet. & Coru. quæ lex incorrecta manet. Bald. conſi. 131. volu. 4. Alexand. conſi. 166. volu. 5. Nicol. Boeri deciſi. 302. & conſi. 32. nu. 4. dicit communem Rube. conſil. 102. Couarr. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 9. ¶ Tertia regula. Vbi plures cõſobrini ex diuerſis fratribus ſucceſſuri ſunt, ſuo conſobrino in ſtirpes magis placet ſuccedere, quam in capita. In hanc procliuior videtur ſententia Tiraquel. in de vtroq; retract. tit. primo. §. 11. glo. 12. Prius tamen relatis tantum non diuerſis ſententijs grauiſsimorum doctorum, ſed & cõmunibus opinionibus conſulendum cenſeo: & notandam Accurſij varietatem modò hanc, modò illam opinionem aſſerentis. glo. verb. Superſtites. §. hoc etiam. Inſtit. de legi. agna. ſucceſſ. glo. ver. in tres partes. l. 2. §. hæreditas. ff. de ſuis & legit. hær. à quibus eſt diſcedendum, & tenendum cum gloſ. in authent. Ceſſante. verb. in ſtirpes. C. de legit. hær. gloſ. fin in. l. lege. C. eod. gloſ. verb. vt puta. & verb. vendicationem. l. prima. §. fin. ff. ſi pars hæred. pet. & gloſſ. verb. fuerint. in authen. de hære. ab inteſta. veni §. ſi igitur defunctus. 1. verſi. ſi autem. Et hæc eſt communis magis, & tenenda ex relatis à Tiraquel. Adde ijs. l. 5. tit. 13. part. 6. & l. 11. titu. ſexto. lib. tertio. for. Ciſuen. in l. octaua. Tauri. & Petr. Ferra. in forma libelli, quo agitur per hæredes ab inteſtato. verbo. nulli. colum. 14. Ex ſuperiori communi elicitur etiam, quòd ſi plures patrui ſuccedant ab inteſtato, & concurrant cum vno auũculo, ſuccedetur eodem modo. Doct. in dict. l. auunculo. Matheſil. vbi ſuprà. art. 3. num. 30. & ibi Bologni. ¶ Quarta regula. Spurio nato ex damnabili coitu trãſuerſales eius nec ex parte patris, nec ex parte matris ſuccedunt, cùm is illis non ſuccedat. argum. authen. Ex complexu. C. de inceſt. nupt. Matheſ. vbi ſuprà. artic. tertio. memb. 2. num. tertio. & Guillel. Benedict. vbi ſuprà. verb. & vxorem. num. 709. Tamen ſi natus ſit ex coitu non damnabili, tranſuerſales ex parte patris ei non ſuccedent, ſed tantum ex parte matris ab inteſtato. l. hac parte. l. ſi ſpurius. ff. vnde cogn. §. nouiſsimè. Inſtit. de ſucceſ. cogn. Matheſil. vbi ſuprà. num. quarto. & Guillel. nu. 704. Quod quidem adeò verum eſt, vt, etiam ſi ſint fratres tres ex diuerſis concubinis, ſibi inuicem non ſuccedant ab inteſtato. gloſ. fin. dict. l. hac parte. Vide Matheſ. & Guillel. vbi ſuprà. Concluſio, & regula ſuperior limitatur, quando ſpurij forẽt ex libero, & ſeruo, vel contrà, vel ex duobus ſeruis (quo caſu ſunt ſpurij ſeruorum melioris conditionis) Inſtit. de ſeruil. cogn. verſic. Hos enim liberos. Quod tamen vt debeat intelligi. vide vbi ſuprà Matheſil. & Ludoui. Bologn. num. 8. & Guillel. Benedi. Id autem fit, quòd de iure ciuili ſerua domino ſuo non audebat nubere, &c. Vide etiam Nicol. de Vval. de ſucceſſ. ab inteſta. part. 3. num. octauo. qui tamen num. 9. eſt reprobandus ex ijs, quæ Guillel. ſuprà. Id autem, quod de ſpurijs diximus, ijdẽ Matheſ. Guillel. Bologn. & Vvald. volunt habere locum etiam ſi ſpurij ſint fœminæ illuſtris, cùm iure digeſtorum non eſſet differentia inter filios ſpurios illuſtris, & plebeiæ: ſed d. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfici. vetuit, ne illuſtri ſpurius ſuccederet, & è conuerſo: ſed in tranſuerſalibus nihil eſt immutatum, vnde tranſuerſales inter ſe poſſunt ſuccedere. Ita doctor. ſuprà citati. Ex quo intelligitur. l. nona. Tauri. ¶ Quinta regula. Adoptiuis non tranſeuntibus in poteſtatem adoptantis, eorum tranſuerſales nunquam ſuccedunt ab inteſtato, vt nec hi illis. l. cum in adoptiuis. §. ſed ne atticulum. verſic. Et ideò. C. de adopti. Guillel. vbi ſuprà. nume. 710. Si tamen in patris poteſtatẽ tranſijt, & ſuccedit is, & ei ſucceditur ab inteſtato. Doctor. in. l. qui per adoptionẽ. ff. de adopt. Guillelm. dict. num. 710. ¶ Sexta regula. Legitimato plenè per reſcriptum Principis ab inteſtato ſucceditur à ſuis tranſuerſalibus, & is illis ſuccedit. Ludou. Bologni. in addi. ad Matheſil. in artic. tertio. membr. 3. l. 12. Tauri.

Quæ autem ſuprà dicta ſunt, ceſſant, quando ex tranſuerſalibus aliquis eſt incapax ſucceſsionis:

Digitized by Google

nis : nam tunc eo prætermiſſo, cæteri admittuntur, acſi non eſſent, cùm ipſe non poſsit capere, vt putà, cum eſt factus ſernus pœnę, vel in metallum dānatus. l. quidam ſunt. ff. de pœnis. vel cùm patitur mediam, vel maximam capitis diminutionem. §. quod autem. Inſtit. de capit. dimi. vel cùm ipſe commiſit, vel eius frater crimen læſæ maieſtatis. l. quiſquis. 1. C. ad legem Iuliam maieſta. vel cū in hæreſim incidit, vel defenſor hæretici fuit. cap. prohibemus. §. credentes. de hæreti. vel ſi fiat monachus, maximè Franciſcanus vt in cap. exijt. §. ad hæc cùm fratres. colū. 5. de verb. ſignific. lib. 6. & in clemen. Exiuit de paradiſo. eod. tit. Quod quidem in monacho adeò verum eſt, vt etiam ſi fiat Epiſcopus, à ſucceſsione repellatur. Ita docet Vvald. in ſucceſſ. ab inteſt. quæſt. 1. De alijs incapacibus idem Vvald. Vbi tamen nulli ſunt aſcendentes, vel tranſuerſales, ſuccedunt aliæ regulę ad modum breues. ¶ Prima regula. Si coniuges ſint, alter alteri ſuccedit. vt in tit. C. vnde vir & vxor. & lib. 6. tit. 13. part. 6. ¶ Secunda. Vbi non eſt vir, nec vxor vt inuicem ſuccedant, fiſcus capit ea bona tanquam vacantia. l. 1. & l. vacantia. C. de bon. vacan. lib. 10. & d. l. 6. Fran. *Lucas* de Parma in de fiſco & eius priuilegijs. & Guillel. Bened. vbi ſuprà. num. 799. Vnde eſt reprobanda glo. 1. l. quo tutela. ff. de regul. iur. quæ volebat tutorem datiuum, vel teſtamentarium, vbi nullus foret, admitti Reprobant eam ibi Barto. Alberi. de Roſat. & Philip. Corn. in l. nutritoribus. C. communia de ſucceſſ. vtcunque eam ſequatur Bald. in. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfici. & Bart. ſibi contrarius in d. l. nutritoribus. ſupra citat. C. communia. de ſucceſ. ¶ Tertia regula. Furioſo ſuccedit, qui eius curam agit, cùm qui poterant ſuccedere, ſe indignos ſucceſsione ſua negligentia faciunt. argu. l. ſi. captiui. C. de epiſcopis & cleric. ¶ Quarta regula. Monacho ſtatim dum profeſsionem facit, ab inteſtato ſuccedit monaſterium, tanquam filius. vt in authen. Si qua mulier. C. de ſacroſan. eccleſ. De his conſule doctores in locis ſuprà citatis. ¶ Quinta regula. Clericis ab inteſtato in bonis patrimonialibus ſuccceditur à ſuis, vt ſuprà in laicis. Tamen, ſi non habet cognatus, eccleſia. glo. c. cùm tibi. de verb. ſignifi. Quæ etiam regula in ſanctimonialibus priuatis ſeruari poſſet tex. & gl. c. fin. 12. quęſtio. ſi. Conſule doctores ibidem & in cap. ad hęc & cap. relatum. de teſtam. dixi ſuprà lib. 1. tit. 3. in l. prima. colum. 115.

Dubium inſigne cenſeri ſolet, Vtrùm vſusfructus ceſſet per religionis ingreſſum, quē facit vſufructuarius? Gloſ. in authen. Idem eſt. verb. ex lege. C. de bonis, quæ libe. & gl. in authen. Ingreſsi. C. de ſacroſanct. eccle. quam approbant Cyn. Alber. Barto. num. 42. & num. 49. & Areti. Roſellus ibi in repet. nume. 18. id dicens tenendum fauore religionis. Et ita Baldus, Paul. Rapha. l, & Corne. in authēt. Idem eſt. ſuprà citata. dicunt vſumfructum manere penes monachum viuente vſufructuario, ſiue ſit pater, ſiue quiuis alius. & ſic nō redit ad proprietarem per monachationem. Pater enim, vel quilibet alius licet monachus naturaliter viuit, & ſic perdurat vſusfructus, monaſterio autem quatenus capax eſt, omnia deferūtur, quæ monachus habebat. dict. authēt. Ingreſsi C. de ſacroſ. eccleſ. Et fratres habēt gubernatores, & miniſtros, qui eorum induſtria proprietatem diligētiori cura, prout præſumitur ex eorum ſanctimonia, & diligentia, quam maiorem habēt, quàm laici, cuſtodiēt. Nec poteſt induci in argumentum cōtrarium illa communis per cap. cùm ſimus. de regul. quæ habet, patre, ingreſſo religionem, & profeſſo, ſtatim legitimam adiudicandam fore filijs, cùm nō ſit perpetuum. vt in glo. 1. iſtius legis. 1. verſic. Dubitatur præterea vtrùm filius poſſit petere legitimā à patre mortuo ciuiliter. Nec ſi verum foret, eſſet accipienda conſequentia ad vſumfructum, de quo eſt noſtra quæſtio. Nec ſuaderi poteſt oppoſitum huius deciſionis ex eo, ꝙ in patre ceſſat patria poteſtas, cuius occaſione eſt aſsignatur vſusfructus: nam dico, quòd hæc iura nō amittit. cùm imò duplicentur per monachationem, addendo paternitatem ſpiritualem paternitati temporali & naturali. Nec iura fauorabilia ceſſant per ingreſſum religionis, dummodo ex vi regulæ compati poſsint, & monaſterium, vt dixi, geret negotia per ſuos Syndicos, & adminiſtratores, ad quæ pater legitimus adminiſtrator teneretur, ſi exiſteret in ſeculo, & fortè diligētius ea bona tuebitur. Hanc concluſionem tenet, & communem fatetur Panormita. in capit. cum cōſtet. colum. ſecūda. num. ſecundo. de pigno. Idem facit ſubtilis & dignifsimus magiſter iubilatus meritiſsimè in hac Salmāticenſi vniuerſitate, omniū terrarum orbe, ſine iniuria communi conſenſu præſtantiſsima Doctor Antonius Gomez in l. 48. nume. octauo. in ordinatio. Tauri. vbi plures hanc communem veritatem tenentes adfert. Speculat. de ſtatu monach. §. primo. verſic. 46. Guid. Papæ deciſio. 477. nume. quarto. & deciſio. 595. vbi refert ita fuiſſe iudicatum. Et placet Auguſt. Beroi. quinque fundamenta pro hac ſentētiā adducenti in capit. in præſentia. num. 529. de probationibus. poſt Philipp. Decium. nume. 66. vbi citāt ad hoc Ioā. de Imol. in. l. cum filio. ff. de legat. primo. Et dicit communem Ioannes Crot. in l. Gallus. § & quid ſi tantum. num. 30. ff. de liberis & poſthumis. Alexand. cōſil. 139. colum. 2. num. 5. lib. 2. Et aliquos huius ſententiæ homines citat Marian. Socin. conſil. 10. numero. 20. lib. 1.

Er eſt verior ſecundum Deci. vbi ſuprà. Et quòd ſit magis communis & verior nouiſsimè teſtatur Arius Pinel. in l. prima. part. prima. numero. 51. C. de bonis mater. gloſ. in capit. ſi qua mulier. in gloſ. 1. ad fin. 19. quæſt. fin. & gloſſ. fi. ff. in l. idem erit. §. ſi quis duobus. ff. de aſsignand. libertis. Cæpol. conſil. 22. colum. ſecunda verſi. Item adduco. num. 4.

Et iſta eſt tenenda, quanuis contrariam in patre profitente religionem dixerit communiter teneri Salice. in dict. authen. Idem eſt. colu. prim. Er Gregor. Lop. in l. 5. verb. *El vſofructo*. tit. 17 parti. 4. Et magis communem Antoni. Gomez loco proximè citato, qui, vt dixi, ab ea recedit. & Salicet. in dict. authen. Ingreſsi. & ibi. Iaſo. num. 48 colum. final. Riminald. in. §. 1. num. 128. Inſti. Per quas perſonas nobis acqui. Hippoly. ſingul. 668. & Boeri. deciſ. 197. colum. fin. num. 10. id expreſſe diffiniens. Couar. in cap. ſecundo. num. 8. de teſtam. profitens hanc opinionem vltimā cōmunem eſſe, ac ipſe eam ſequitur contra religionis fauorem, & (pace ſalua) non bene, quemadmodum ex præmiſsis in priori opinione conſtat, à qua in iudicando, & conſulendo minimè recedendum fore exiſtimamus.

Aſsiduè contingere ſolet, filium natum eſſe in octauo menſe, moriq; poſt duos tresve dies, ideò que inter auum ex parte matris, & eius generum maritum filiæ præmortuæ eſt quæſtio. vtrū auus vel eius pater debeat ſuccedere ab inteſtato? Quo caſu reſpondendum eſt, talem filium natum in dicto menſe toto non poſſe viuere, ac eſſe tanquam ſi natus non eſſet: & ſic ſucceſsio matris conſideranda eſt, & nō filij ſic nati, qui nunquam habuit, nec habere potuit, parerque ipſius matris excluſo mariro ab inteſtato eſt admittendus. l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffi. teſtam. l. 6. Tauri.

Confirmatur. Nam natus in octauo menſe naturaliter viuere non poteſt, ſecundum Michael. Scotum lib. phyſionomię. cap. 10. & alios plures, quos refert Matthę. de Afflict. deciſ. 236. vbi hāc concluſionem pro ſocero contra generum approbat. Et facit pro ea. l. 13. in ordina. Taur. quatenus vult quod naſcatur eo tempore, quo naturaliter viuere poſsit, non aliàs. Et ibi Hiſpanus Ant. Gomez num. 4. idem ſenſit.

Sed eſt dubium caſu. quo natus fuit, viuus, & vixit viginti quatuor horas, & tempore, quo ſecundùm naturam poterat viuere, nempe in ſeptimo, nono, vel vndecimo menſe iuxta formam dict. l. 13. Tauri. quo caſu fuit hæres matri prędefunctę, & maritus pretextu filij poſteà mortuo ſucceſsit in bonis maternis, an veniat tantùm ad bona nūc in eſſe deducta, vt in bonis dotalibus, arrhis, & huiuſmodi, vel iure ſibi tranſlato debeat venire ad alia bona ſoceri ſocruſq; relicta ab inteſtato, vnà cum alijs leuiris, fratris ſuæ vxoris prædefunctæ, & patrui magni ſui filij, cuius cauſa ſucceſsit? Dixi, quòd ſolum præſentia, quæ tempore vxoris erāt ipſius, venit filius, & eius maritus pater ad bona filij, eo autem filio defuncto in vita auorum, nihil repræſentat, quia non eſt in rerum natura, nec ei poterat eſſe ſucceſsio in vita ipſorum, cum viuentis non detur hæreditas. l. qui ſuperſtitis. ff. de acqui. hæredi. Sed extincta eſt cauſa repræſentationis in deſcēdentibus, & pater non ſit ſocero ſucceſſor ab inteſtato, ergo eo excluſo tanquam ſi nunquam fuiſſet, veniet hæreditas ad legitimos ſucceſſores ab inteſtato, ſecundum regulas traditas in hac materia, & in præſenti gloſ. ſuprà. ¶ His etiam adijcitur, Pater aſsignauit legitimam filio ſuo, ac eam ei tradidit ante mortem: filius petit augmentum inſpecto tempore mortis patris: cæteri fratres dicunt potiùs inſpiciendum eſſe tempus aſsignationis, eſt quæſtio, Vtrùm tēpus aſsignationis viuēte patre factæ, an mortis ſit cōſiderandū? Aduertendū eſſe ad tēpus aſsignationis, ea ratione iuuatur. Aſsignatio legitimæ eo tempore, hoc eſt. in vita fieri optimè potuit à patre, & ſi caſus diminutionis contingeret, quia pater efficeretur pauper, prout ſępe contingere ſolet, nam ante obitum nemo felix, ipſe filius nollet reddere, nec cōferre legitimam ſuſceptam à patre cum fratribus, ergo nec eo caſu debet venire ad augmētum contingens poſt aſsignationem: non enim ferendus eſt is, qui lucrum amplectitur, onus autē ei annexum contemnit. l. vni. §. pro ſecundo. ad fin. C. de cadu. tollen. glo. in capit. accedentes de præſc. ¶ Præterea initium perfectum, in eſſeque deductum in actu eſt in conſideratione, nec ex caſu ſuperuenienti reuocandus erit. l. ſi Gaudentius C. de cont. empt. Dixi in notabili quæſtione in l. 1. gloſſ. 1. verſ. Nonò mouetur talis quæſtio. titu. 6. lib. 1. ſupra iſto lib. ordin. Regiarum. Sed actus aſsignationis legitimæ in ſpecie propoſita fuit huiuſmodi, igitur pro hac parte. Pręterea quòd filius non poſsit agere ad ſupplemētum legitimæ receptæ à patre. Ita Iacob. Butriga. in l. pactum. C. de colla dicendo, quòd eſt attendendum ad tempus legitimæ datæ, nec vlterius curandum ſit, ſi paternæ facultates accreſcant, ſicut nec ſi diminuerentur, quia non debet quis poſtulare, cuius contrarium non eſſet petiturus. l. ſi ea lege. C. de vſur. l. pen. C. de ſolu. Et hanc doctrinam pro eleganti refert & ſequitur Bald in l. 2. C. de reuoc. ijs quæ in fraud. credi. & in l. fin. 3. colum. C. de vſuris rei iudi. & in authen. res quæ. C. communia de legat. verſi. Quæro, ſtatuto cauetur. Angel. in l. ſi proponas. ff. de inoffi. teſtam. & in l. ſtipulatio cōcepta. ff. de verb. oblig. Alexand. in. l. pacta. circa fi-

Digitized by Google

hem.C.de collationib. ¶In oppoſitum eſt verior opinio,ac cõmunior,quòd in omni legitima ſemper attendatur tempus mortis parẽtis.l.cùm quæritur.verb.mortis tempore.C. de inoffic.teſtam. & ibi Paul.de Caſtr.Bald.reprobant opinione Iacob.Butriga.

el teſtador no hiziere teſtamẽto: y cumplaſe el teſtamento: y ſi el teſtador inſti-

in.l. pactum. C. de collat. & in.l. quanuis.quæſt.fina.C. de fidei com. Roma. in dicta.l.ſtipulatio. Alexan.in.l.in ratione.ff.ad leg.Falcid.Iaſ. in authen. Nouiſsima.3.colum.C.de inoffic. teſtam. & in.l. quod Seruius.ff.de cond.ob cauſ. qui omnino eſt videndus.Et hanc communem exiſtimat Couar. in cap. quanuis.3.part.§.primo. nume. ſecũdo de pact.li.6.aduerſus Iacob.Butriga.Et pro hac opinione communi contra Iacobum eſt.l. 23. Tauri. ibi, *al tiempo de ſu muerte*.Couar.in cap. Rainutius. §.primo.num.8.de teſtamen. Dic,aut recipit voluntariè à patre legitimam abſque renuntiatione iurata,& tunc poterit petere ſupplementum, attento tempore mortis. Aut renuntiauit ſupplementum cum iuramẽto,& attendatur tẽpus mortis. Et ſic in iſta vltima intelliges opinionem Butrigar.communem: & in.1. diſtinctione alteram communem,quæ tenet tempus mortis conſiderandum,vt egregiè docet Couar. dict. §. primo tertiæ partis relectio.cap. quanuis pactum. nume.2. plura ad id citando.de pactis.lib.6.

a ¶*Si el teſtador inſtituyere heredero.* Theorica à iure communi tradita,quòd hæreditate non adita,legata non debeantur.per.l.ſi nemo. ff. de teſtamẽ. tutel.cum alijs à me ſuprà citatis in.1. gloſſ.verſi. Nunc tamen quæro hæreditate non adita.hic correcta patet · quæ procedit hæreditate non adita ex teſtamento mero iure valido, deſtituto tamen ex cauſa exhæredationis,ſeu repudiationis, ſecùs ſi nullitas proueniret ex defectu ſolẽnitatis, quia iſto caſu non debetur hæredi ſcripto,etiam in foro animæ, nempe quia deceſsit ante perfectionẽ teſtamenti quo ad formam & ſolennitatem præſentis legis,& ex ea clarè conſtat:quia forma detracta,actus eſt nullus.l ex imperfecto.C.de teſtamen.&.l.nolumus iuncta glo. confirmatur. eod. titu.C.§.eadem oratione. Inſtit.quib. mod.teſtamen.infir.quibus cauetur ex teſtamento imperfecto nihil deberi,etiam ſi relictum ſit factum Regi,ſeu Imperatori.Probatur, nam in actu geſto à teſtatore præſumitur factum eſſe iuxta mentem legis,& eorum,quæ ſunt ſtatuta à iure: igitur hac conditione ceſſante, diſpoſita ab ipſo tanquam ſi ne eius voluntate,quæ primum locum obtinet.l. in conditionibus.ff.de condit. & demonſtra. cum ſimi: irrita erit eius diſpoſitio.l.ſi quis locuples.ff. de man.teſta.voluntatem teſtatoris interpretandam fore,vt reddatur concors iuri communi. Eſt l.ſi duo.ff.de acqui. hered. Bartol.& alij notant in. l. hæredes mei, §. cùm ita.ff. ad Trebel.& in.l. vt iuriſiurandi. ff.de

tuyere heredero [a] en el teſtamento: y el heredero no quiſiere heredar †: vala el teſta-

oper.libert. Paul. Pariſi.conſil.40. colum. penul. nume.34.lib.2.& conſil.89.colum.4.nu.26.eod. lib.2.Corn.conſi.295.num.7.lib.1.& conſil.161 num.15.lib.2.& conſi.124.nu.15.eod.lib. & cõſi.72.num.3.lib.2.Anto.Rubeus conſi.39. nu.2. Boerl.conſi.2.num.6.

Secundo,quia lex imponens formam teſtamẽtis,vt falſitas ceſſet.eſt iuſta,ac proinde ab omnibus ſubiectis eſt ſeruanda in vtroque foro tã animæ,quàm fori exterioris glo. in cap.quæ in eccleſiarum.de conſti.Panor.Felin.& Deci. nu.8.in.c. primo.eod.titul.Innocen.in cap. quia plerique. de immuni.eccleſ. Iaſ.in.l.nemo poteſt. 2.lectur.nu. 106 ff.de legat.primo. S. Tho.1.2.quæſt.96.ar. 4.Eſt communiter recepta ſecundum Couar.in cap.cùm eſſes.de teſta.num.6.& in capit. primo. num.16.eod.titu.& in epitom.4. decreta.2.part. cap.7.§.ſeptimo.num.9. Felin. in cap.primo. colum.9.nume.18.de ſponſa.dicit eam ſingul.& eſt communis opinio ſecundum Ludouic. Gomezi. in capit.2.nume.34.de conſti.lib.6. Domi. Soto lib.primo.de iuſti.& iure.quæſt.6. art.4. Quibus eſt addendus Bal.in procem. feudo. nu.6. dicens, legem ciuilem eſſe partem legis diuinæ. Probatur: Lex omnis humana ab æterna deriuatur, ſecũdum illud Prouerb.8.Per me reges regnant,& legum conditores iuſta decernunt. cap. quo iure.8. diſtin.cap.quod præcipitur.14.quæſt.1.cap.2.de maio.& obedi.& ad Roma.13.Lex enim ciuilis ſi prohibet,ligat in foro conſcientiæ,obligatq; tranſgreſſorem ad peccatum,ſi permittit,modò lex iuſta ſit,excuſat agentem,ex traditione prædictorum authorum.Igitur hæc ciuilis lex in foro animæ ac exteriori habere locum fatendum erit.

Tertiò ſuaderi poteſt,quia poteſtas teſtãdi reſtricta eſt ad terminos iuris,nec contra legẽ quicquam ſtatuere licet.l.nemo poteſt. ff. de legat.1. text.in authen.de nupt.§ diſponat teſtator, vt dignum eſt,& erit lex. Et iſtæque volũtates,de quibus dicit text.in §.Hinc nobis. in dict. authenti. de nupt.ibi, quia vbique cuſtodire morientium

† Heredar. Vel quia non potuerit cũ ſit incapax, nihilomin⁹ debebit fideicommiſſum, quia cum actus noluntatis & impotentiæ æquiparentur, ergo ſtãte hac lege debebitur ex caſu impotentiæ cõtra opinionẽ communẽ de iure cõmuni. vt in pũctis huius legis expendit Greger. Lop. in l. 14 ver. defendido.quem vid.tit. 5 par. 6.

voluntates volumus & in.l.omnium.C. de teſta-
men.ibi,voluntates etenim hominum audire vo-
lumus,non iubere. Detracta ergo potentia per le
ges dicentes quem non poſſe teſtari ſine ſolenni-
tate iuris. ergo remouetur omnis actus. ex Boe-
tio teſte Bald.in l.prima.nu.55.C. de ſacro ſanct.
eccleſ.l. multum intereſt,C. ſi quis alt. vel ſibi.l.
nemo poteſt.ff.de lega.primo.cap. cùm ſuper.de
off.delegat.¶Quartò confirmatur.Iſta eſt forma,
& ſolennitas ſubſtantialis,& non tantùm proba-
toria.Bart.in.l.nemo poteſt.ff.de leg. primo. vbi
Aretinus colum.2.& Iaſ.1.lectur,nu.17.& in.2.
num.21.& Ripa num. 35. dicit opinionem iſtam
communem eſſe. Idem fatetur Albert. Brun in
tracta Quotuplex ſit forma.fol.13.colum.2.Bal.
in l.cum quis.colum.2.num.4.C. de iuris & facti
igno. Alexan colum.2.in.l.prima.ff.de condi.in-
debi.& ibi Iaſo.num.17.Deci.in.l.2.C. de bono.
poſſeſ ſecundùm tabul.colum.3.quibus citatis di
cit communem.D.Couar.in dict.capi.cum eſſes.
num.8.& melius probat Ioan.Crott.in dict.l.ne-
mo poteſt.num.16.Si ſolennitas ſubſtantialis eſt,
non refert,quanuis alio modo conſtet legatario,
vel hæredi,nec talis probatio eſt admittēda in fo-
ro conſcientiæ. ¶Item & quinto.Nam validum
eſt argumētum de facto iudicis ad partem.vt pro
babo.tamen iudex ex teſtamento minus ſolenni
non poſſet permittere retentionem rerum hære-
ditariarum , ſeu legatarum hæredi,vel legatario.
ergò ità neceſſe erit fateri in caſu noſtræ propoſi
tionis,quo nec teſtator,ſeu eius hæres titulo dire
cto tamen minus ſolenniter facto non poterit re-
tinere. Antecedēs probatur in.l.ſi ob cauſam.C.
de euictio l.prima.C.ſi in cauſ. iudica. Declarat
Bart.in.l.tertia.§.hæc verba.ff.ne vis fiat ei.Soci.
in.l.prima.§.per ſeruum corporaliter. num.7.ff.
de acquirend.poſſeſſ. ¶Iudex autem etiam certò
ſciens hæreditatem,ſeu legatum relictum in mi-
nus ſolenni voluntate Petro abſque vlla fraudis
ſuſpicione,non ei,ſed venientibus ab inteſtato ad
iudicat,ex eo,quòd tale teſtamētum nullum eſt.
l.ſi vnus.l.ex imperfecto.l. hac conſultiſsima.C.
de reſtamentis. voluntas non ſolennis pro nul-
la iudicatur:& id quod nullum eſt,non parit obli-
gationem etiam.vt docet Bald.in repeti.l primæ
nume.53.verſi.Vnde ego dico.C. de ſacroſanctis
eccleſ. ergo in foro animæ non poterit peti , nec
retineri.¶Poſtremo hanc ſententiam probat Bal
dus in.l ſi poſt diuiſionem.nume.5.C. de iur.& fa
cti igno & in dict.repe.l.primæ col.15.num.55.
Frater Franciſci.de Victoria ad S.Thomā in 2.2.
quæſt 62.arti.1 quorum opinio eſt communis ſe
cundum Iaſ.in dict.l.poſt diuiſionem. num.5.co-
lum.2.& Fortun.in tract.De vltimo fine vtriuſq;
iuris.illatio.15.& doct.Dsdac.Couar. in cap.cum
eſſes.num.8.de teſtamentis.vbi ſubijcit hanc opi
nionem ſibi magis placere. Antoni. Gomez in.l.
Tauri.3.num.120. vbi plura ex hac theorica de-
ducit.Opinionem contrariam , immò quod relicta
in minus ſolenni teſtamento in animæ iudicio de-
beat ſolui ab hærede , cùm certus eſt illum fuiſſe
poſtremam voluntatem defuncti , ac per conſe-
quens eo foro poſſe retineri,probari poteſt.¶Pri
mò Nam ſolennitas in vltimis voluntatibus fuit
inſtitura ad falſum & cōtrarium voluntati defun-
cti pulſandum,& ſic de ea conſtare poſsit. l.fi.C.
de fideicom.§.primo.Inſtit.de teſtam. de ea autē
conſtat hæredi quantum ad inſtitutionem de eo
factam,vel veniētibus ab inteſtato derelictis alijs,
ergo tenentur eis in foro animæ teſtituere , cum
aliàs peccarent alienum retinendo contra teſtato
ris voluntatem,de qua illis cōſtat,ac ſimiliter hæ-
res,vel legatarius poterūt retinere talem rem eis
relictam in minus ſolenni voluntate ceſſante cau-
ſa fraudis,ceſſare debet effectus præſumptionis,
cum de veritate prædictis conſtet.cap. magnæ.de
vot.cap.cum ceſſante,de appella.cap. non debet.
de conſanguini.& affinita. Nec obſtat quod dice
bam in primo fundamento,quòd teſtator velit ſe
conformare cum iure communi : nam poteſt in-
telligi ab inteſtato , & quando nihil conſtat per
probationes & coniecturas de contraria eius volū
tate,quemadmodum hic conſtat.vt colligitur ex
Philip.Corn.conſi.138.col.fi.n.9.lib.2. ¶Secun-
dò ſuaderi poteſt. Nam vbi conſenſus eſt cauſa ac
quiſitionis,ex quo quis naturaliter manet obliga
tus ex ſua promiſsione,ac hæres , vel cauſam ha-
bens à tali promiſſore,& datore, præſumptio le-
gis non eam naturalem obligationem tollit , nec
tollere poteſt cōtra expreſſam veritatem,de qua
agendum eſt in foro interiori animæ.ca. tua nos.
de ſponſa.capi.inquiſitioni.de ſent. excom. ¶Ex
tali enim legato,vel relicto naturalis obligatio or
ta fuit.glo.obtineas.in.l.ſi poſt diuiſionem. C.de
iur.& facti igno.glo.in.l.prima.ff.de condi.inde-
bi & in.l.cum quis.C.de iur.& fact.igno.& ibi Ia
cob.Butriga.Bartol.& Bald.& Corneus.cōſi.137
colum.2.num.3.libr.2. Eſt communis ſecundum
Ioan.Annibal.in.l.nemo poteſt.nume. 17.& nu.
474.ff.de legat primo.& ibi Crotus nu.16. idem
firmat,ergo hæres tenetur ſoluere relictum in ta-
li voluntate minus ſolenni,aliàs peccaret. ¶Sic er
go lex iuſta ſeruanda erit in vtroque foro, niſi ſit
fundata ſuper præſumptione,qua ceſſante, non li
gat in foro animæ.Sic reſpondendum erit ad ſecū
dum fundamentum pro contraria ſententia addu
ctum.Nec obſtat tertium fundamentū: nā quan-
uis potentia ſit ſublata à iure , non tamen proce-
dit quo ad naturalem,ex qua reſultat obligatio in
foro animæ,quę etiam à Principe tolli nequit.

ſed na-

ſed naturalia.Inſtit.de iure natu. executionem tamē in foro fori impedire poteſt,quæ cauſatur ex ortu ciuilis obligationis, nec ex hoc infringunrur leges,cùm intētio legum ſit potiùs ad hoc,vt poſtremæ volentates ſeruentur,quàm ad ipſas annihilandas ceſſante falſitate. ¶Nec obſtat quod dicatur ſolennitas ſubſtātialis quia factū teſtatoris, vt eſt nominatio hæredis, eſt de ſubſtātia: aliæ verò ſunt probatoriæ, quæ explicari poſſunt duobus teſtibus,vt erat de iure diuino,iuxta illud Chriſti teſtimonium, In ore duorum vel trium ſtat omne verbum,idque omnes gentes cuſtodiebant. Et Aragonenſes duorum teſtimonio teſtamenta ſolennia iudicant,vt patet libr.6. ſororum Aragoniæ tit.de teſtamen.conſti.incip. Super teſtamento.ibi,duobus iurantibus,ſi plures haberi non potetunt de ijs,qui interfuerunt:ſiue ſiot teſtes, ſiue ſpondalarij:ibi duo,vel vnus illorum iuret, & valeat teſtamentum. Et vide aliam conſtitutionem incip.Si teſtator.libr.5.fororum Aragoniæ.titul. De tutoribus coratoribus,&c.fo.124.col 4.& in regno Franciæ teſtamenta ſine iuris ſolennitate condita valent, dummodo duo teſtes affuerint. Nicolaus Boeri.in conſuetu.Bituricenſ.titu. *Des coſtumes conternans les teſtamens*.§. primo.Et in ciuitate Senenſi eſt coſuetudo, quòd teſtamentū factum coram tribus teſtibus valeat. Angel.in.§. fina.Inſtit.de teſtamen.& Venetijs ſeruatur ſecūdùm Ioan.Andr.ad Spec.de inſtrum.editio.§.cōpendiosè.ſub num.14.verſi.In fine.Boeri.vbi ſuprà,Sed ſi ſic eſt,conſequēs erit fateri,quòd veritas teſtamenti perfecta & formalis erit illa, quæ probatur duorum teſtimonio, cùm hæc ſit ſecundùm ius diuinum & naturale, ergo ſeruanda in foro Dei,vbi de apicibus iuris non eſt curandum.

Nec obſtat argumētum de facto iudicis ad partem,cùm iudex ſæpenumero iudicet etiam contra veritatem ſecundum allegata & probata,tamē pars iudicat ſecundum conſcientiam ex actu practico,quam habet,quanuis iudex præcipiat in foro fori contrarium.capit. Dominus noſter. de ſecund.nupt.Optimus rex.in cap. Inquiſitioni.§. fina.de ſentent. excommuni. ergo nihil obſtat. ¶Tertio iſta opinio probatur authoritate doctorum,vt apparet ex citatis à Couarruuias in dict.c. cùm eſſes.num.5. Ex quibus videtur magis com-

mento en las mandas †, y en las otras coſas q̃ en el ſe cōtienen: y ſi alguno dexare a otro en ſu poſtrimera volūtad por heredero, o le legare, o mandare alguna coſa para que la den a otro alguno a quien ſoſtituye en la herencia, o manda: ſi el tal

munis. Et Tiraquell.in legibus connubi. gloſſ.4. num.22.fol.26a.colum.2. voluit Aochar. in reg. Poſſeſſor.colum.8.quæſtio.1.de regul. iur. lib.6. Imol.& Alexand.colum.6. in.l. nemo poteſt. ff. de legat.primo.& Iaſ.ibi colu.12.in. 1. lectura. & in.2. col. 16. & Ioan Mōte ferret.in repeti. fol.8.colu.vltim.verſic.Nūc proſequor. Iaſo. in.l.ſi poſt diuiſionē. nu. 13.C.de iuris & facti.igno. & in.l. ſi non ſortem.in princip.ff.de condi. indebi. Alciat. de quinq; ped.præſc.fol.4. Albert.Brun. in tract.de potentia & eff.formæ.fol.57.col.3.& fol,60.co. 1.Bald.in l.teſtes.col.1.n.5.C.de teſtam. Philip. Corne.conſi.119.nu.34.lib 2.vbi dicit, quòd eſt cōmunis opinio illa,de qua ſuprà diximus, nempe ex minus ſolenni voluntate oriri obligationē naturalem. Et dicit magis communem in conſil. 278.colum.r.lib.1.Iaſo conſil.67.colum.5. lib.3. Segur.in repe.l.1.§.ſi vir vxori.num.125. verſic. Et idē de electione.vbi plures authores huiùs ſententiæ inſerui ff.de acqui.poſſeſſ.Eſt etiam communis teſte Corne.conſi.10.col.1.lib.1. & tranſeunt cum ea omnes ſecūdum Ripam in dict.l.nemo poteſt.nu.96.verſi.In eadem gloſſa. ibi, ſed ope exceptionis.vbi aliqua corollaria deducit. E theologis hanc ſententiam approbat Syluest. in ſum.verb.hæreditas.quæſt.7.& verbo. teſtamentum.1.quæſt.5.verſi.Quartum.ſecundùm Archi. Hadria.Papa in quodlib.6.concluſ,2.illatio.2. ad fin.fol. paruæ impreſsionis.112.colum.2.

Quorum ſententia probatur,quarto ex doctrina Innoc.in cap.quia propter. de electio.dicentis electionem validam iure naturali ratione conſenſus eligentium,nullam tamen ex defectu ſolennitatis iuris poſitiui,validam,& firmam eſſe in foro animæ.Quam ſequitur Panorm. in capit.primo. de in integr.reſtit.col.fin.num.19. Ludo.Gomez in cap.2.nu.23.de conſti.Iaſ.in rub.ff. de acq.hæred.num.21.Ioan.de Molina in tract. de differentijs inter forum contentio. & animæ. differentia. 29.char.15.Syluest.verb.Alienatio. q.13. Andr. Tiraquel.de iure mariti.glo,4 nu.21.Boeri.deciſ. 1.n.13.Et Segur.in repe.l.1.§.ſi vir.nu.125.ff.de acquirē.poſſ.Quæ ſententia extenditur, teſtibus prædictis authoribus,ad omnem actum, in quo eſt prætermiſſa ſolennitas iuris poſitiui, vt in foro animæ non teneatur quis de hoc ſibi facere cō-

ſcientiam

† En las mandas. Declarat hanc legē Greg. Lopez in l.6.titul. 10.parti. 6.in verbo. Faſta vn año. verſi.Hodie vero attenta l. regni. quē vide. & in. l. 10.verb. no mueſtra.t.22 parti. 3.

ſcientiam, ex quo non interuenit ibi aliqua deceptio, & adſuit conſenſus habentium actum: explicare. ¶ Quinto loco adducitur fundamentum tale. Ex teſtamēto non ſolenni oritur obligatio naturalis ſecundum communem, vt probaui paulò ante in hac gl. verſ. Secundò ſuaderi poteſt. Nam vbi conſenſus eſt. Quod patet, cùm teſtamentum ſua origine, & inuentione ſit de iure naturali, ſeu gentium, licet ſolennitates ſint de iure ciuili. Bartol. in. l. interdum. ff. de condi. indeb. & . l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. tex eſt in. l. in eo. §. fin. cum l. ſequen. ff. de acqui. rer. domi. Et tale teſtamentum dicitur validum de iure gētium, quod habet voluntatem teſtatoris, quæ probatur ex teſtamēto inualido. l. fin. ff. de reb. eorum. l. in teſtamento. ff. de fideicom. liber. Ergo cùm ſit validum de iure gentium, & adſit conſenſus teſtatoris in tali poſtrema voluntate, ex eo cauſatur naturalis obligatio, quæ eſt de iure gentium. l. cum amplius. §. ſi natura debet. de regu. iur. ff. ac proinde erit tutus petendo, vel retinendo in foro animæ.

¶ Sextò, ſolennitas, quòd plures teſtes in actu vltra duos eſt probatoria, non tamen ſubſtantialis. l. fina. verſic. Cum enim. C. de fideicom. facit, ſic inducendo eam. vbi dicitur, quòd ideò in teſtamento requiruntur ſeptem teſtes, nè quid falſitatis in eo committatur, cum per plures homines veritas magis eluceſcat. Probat ergo ille tx. quòd ſolennitas ſeptem teſtium ideo eſt neceſſaria in teſtamento, vt per ipſum probetur voluntas teſtatoris. Si ergo teſtamentum ſit factum coram minori numero, eſt teſtamentum: ſed quia voluntas teſtatoris non poteſt probari debito numero teſtium, ideo non ſortitur effectum. l. duo ſunt Titij. ff. de teſtamen. tutel. Confirmatur. Nam ſi eſſet iſta ſolennitas ſubſtantialis, non autem probatoria, ſequeretur quòd ex teſtamento minus ſolenni non oriretur obligatio naturalis, quod tamen eſt falſum, vt prædiximus. ergo, &c. Antecedens probatur in. l. prima. §. ſi quis ita. ff. de verb. obliga. Ex his igitur reſponderi poteſt hanc vltimam communem ſententiam veriorem, & probabiliorem iudicandam fore. ¶ Quibus autem remedijs debeantur legata, & fideicommiſſa ex teſtamento minus ſolenni, eſt conſulendus Gualdenſ. de arte teſtandi. titul. 2. cautel. 3. pagella. 34. & 35. ¶ Quæro cuius effectus & operationis ſit clauſula codicillaris, Si non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorū, &c? Reſpond. quòd plures enumerat Antoni. Gomez in. l. tertia. Tauri. nu. 75. vbi poteris videre Guillel. Benedict. in repet. capit. Rainutius. verbo. matrem inſuper Cleram. numer. 47. de teſtamen. vbi tenet, quòd clauſula codicillaris in teſtamento filij de conſenſu patris facta eſto, quòd non valeat vt teſtamentum, valebit tamen tanquam donatio cauſa mortis. Alios duos effectus ponit ipſe Guillel. Benedi. in verb. teſtamentum. 2 num. 17. quem omnino videatis. Iſta clauſula facit teſtamentum valere iure fideicommiſſi. Alexan. dicit hanc communem in conſil. 19. colum. 3. num. 9. lib. 6. quo in loco plura citat in præſidium iſtius communis concluſionis. Paul. Pariſi. conſil. 11. colum. 3. nu. 32. lib. 3. Socinus in. l. Gallus. §. quidam rectè. num. 10 ff. de liberis & poſthu. Corne. conſi. 96. num. 6. lib. 2. & conſil. 126. num. 4. eod. lib. 2 Idem Corne. conſ. 133. col. 5. num. 2. lib. 3. & conſi. 306. col. 2. eodē. 3. volumi. Barto. in. l. prima. ff. de iure codicillo. Bald. in. l. vlti. C. eod. tit. Aymon Crauet. conſil. 22. num. 8. Deci. conſi. 369. nume. 2. & conſi. 431 num 8. Iaſ conſi. 104. colum. 5. num. 3. lib. 4. glo. l. ex ea. ff. de teſta. l. Scæuola. ff. ad Trebel. tex. in princip. Inſtit. de codicil. l. 2. tit. 12. par. 6. ¶ Intelligas tamen, quando teſtamentum eſt nullum ratione ſolennitatis, ſecus ſi ratione voluntatis, quo caſu nihil operatur clauſula codicillaris. l. fideicōmiſſa. §. primo. de lega. 3. Barto. in. l. ſi is qui. nu. 5. ff. de teſtam. Deci. conſi. 205. nu. 10. & cōſil. 394. num. 6. Guillel. Benedict. in repe. cap. Rainutius. verb. teſtamentum. 3. nu. 17. de teſtam. Vital. de Cambanis pag. 13. §. clauſula codicillaris ſi nō valet, &c. ¶ Intellige ſecūdo, in teſtamento in ſcriptis de iure noſtri regni, cum in nuncupatiuo non habeat locum per. l. 3. Tauri. qua cautum eſt eandem ſolennitatem adhibendam eſſe in codicillis, quæ ſeruanda eſt in iſta lege. 1. in teſtamento nuncupatiuo. ¶ Plures quæſtiones huic negotio ſummè neceſſariè ſcriptas reliquit Celſ. in clauſularū tract. §. clauſula codicillaris. fol. paruæ impreſſionis. 51. colum. 2. cum ſeq. & Vital. de Cābanis in ſuo tract. etiam clauſula. pagina. 11. cum duob. ſequentibus. §. clauſula codicillaris. Si non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum Paul. de Caſt. in. l. codicillis. §. Lucius Titius. nu. 2. ff. de legat. 2. & in authen. Ex cauſa. n. 14. C. de lib. præter. & in. l. ex ea. nu. 2. ff. de teſtamen. Ioan. Coraſ. in. l. filium quem. num. 41. C. famil. herciſcun. & in. l. hæreditatem. nu. 6. C. de impube. & alijs ſubſtitu Deci. conſi. 287. num. 4. & conſil. 243. nu. 2. Curti. Iunior conſil. 148. colu. 6. nu. 11. vbi inter alia allegat ſing. doctrinam Bald. in. l. quoties. C. de hære. inſtit. quod ſupplet defectum inſtitutionis. Deci. con. 77. colum. 3.

Dubium autem non contemnendum vt in hac materia ſubijciamus æquū mihi videtur, Vtrum, ſcilicet, clauſula codicillaris cēſeatur appoſita ex conſuetudine Tabellionis, ex quo de Stylo apponi ſolet, vel cenſeatur adiecta ex petitione & voluntate teſtatoris? Quod ex rogamine & voluntate teſtatoris cenſenda ſit appoſitio talis clauſulæ,

probat

probat Imol.in repe.l.filio præterito.col.8.verſi. Et per prædicta.ff.de iniuſto.rup.irritoq; facto teſtamen. Alexan.conſ.125.colu.penul. verſ. Nec obſtat quòd notarius iſtas clauſulas. num.10.lib. primo.& conſi.142.colum.4.num.4.lib.2. quod repetitur conſi.102.lib.3.& conſi.1.colum.5.verſicu.Et licèt quidam celeberrimus.num. 21.lib.5. Corne.conſi.150.colum.3.num.6. verſi.Nec obſtat etiam id quod dicebat.lib.3. Barbat. in capit. quod tranſlationem.colum.6.nume.26.de offi.de legat.Deci.in.l.vt liberis.num.14.C. de collatio. Barba.in cõſi.6.in fin.lib.3.& conſi.54. col.pen. eod.lib.3.& don.58.col.9.lib.4. Deci. in.l. ſemper in ſtipulationibus.colum.penul.ff. de regul. iur.& in capit.cùm M.de conſti. colum.2. Andr. Alciat.in.l.prima.§.ſi quis ita. nota. 3.ff. de verb. obligat. Hierony.Grat.qui hanc fatetur communem opinionem conſi.112.colu.3. lib. 2. Ripa in l.Centurio.colum.16.verſi.Aduerte quia de conſuetudine.num.80.ff.de vulga. & pupil. Ripa in l.ſi vnquam quæſt,21.num.42.C. de reuocã.donat. Couar.de teſtamen.in.2. part.rubr. num.14. Tiraquel.de iure conſtit.limita.31.n. 13. Pro qua ſententia communi faciunt adducta per Iacob.de Segur.in repeti l.tertiæ.§.fina. nu.31. cum pluribus ſequen.ff.de liber. & poſthu. tenet Deci.in cap.cùm.M.colum.2. nu.7. de conſti. qui allegat plures alios approbantes iſtam opinionem.Et nouiſsimè tradita à Licentiato Menchaceñ. lib.1.de ſucceſ.creat.§.ſexto. nu.53. Quæ theorica in practica ad multa eſt vtilis.

Contrariam opinionem,imò niſi expreſsè fuerit à teſtatore dicta clauſula appoſita,non cenſeri ex eius volũtate,ſed ex ſtylo & cõſuetudine Notariorum,tenent Bart.in.l.prima. quæſt.6.nu. 10. ff. de iure codicil.Bal.in.l.quoties. colum. prima. C. de hære.inſti.Cardina.Zabarella conſi.120.verſicu Item tales renuntiationes. Tiraquel. de iure conſtit.alios refert limita.final.num.12.& tranſire videtur Rip.cum hac opinione in dict.l. Centurio.nu.80. Decius eam dicit communem conſ. 304.colum.5.& Tiraquel.in repe. l. ſi vnquam.in princip.num.122,C.de reuocan. donat. vbi plures huius ſententiæ doctores citat. Denique eam ſequendam exiſtimat Curti.Iunior conſi. 101.nume.11.Couar.in citata rubri.de teſtam.2.par.nu. 14 Quæ opinio videtur verior ex eo,quod debet legi totum teſtamentum coram teſtatore extenſe,vt ſuprà dixi.Et etiam ad Segur.vbi ſuprà.nu. 31.Quæ lectio præſumitur facta, cùm pertineat ad officiũ Tabellhonis.cap.ad audientiam.de præſcripr.dixi in gloſ.1.verſicu.Quis autem teneatur probare qualitatem vicinitatis. ¶Dubium autem eſt. Vtrùm teſtamentum,cui iuramentum eſt interpoſitum,habeatur loco clauſulæ derogatoriæ ad primum teſtamentũ,vt neceſſe ſit facere mentionem de tali teſtamento iuramento firmato?

¶Et quòd habeat vim clauſulæ codicillaris tale iuramentum,tenet Segur.in repet.l. vnum ex familia.§.ſed ſi fundum.num.138.ff. de lega. ſecundo, citat.l.cum pater.§.filijs matrem.ff.de lega.2.Bartol.in.l.prima.§.ſi quis.ff.de verb. obliga.& ſic facit illum valere eo modo, quo meliùs valere poteſt.per dict.§.filijs matrem. Idẽ tenet Segur.in repe.l.filius dum in ciuitate.num.22. ff. de verb. obligatio.verſicu.Ex hoc poſſet inferri,quòd ſic.

¶Quòd autem primum teſtamentum, cui teſtator iuramentum addidit de non reuocãdo illud, ex hoc contineat clauſulam derogatoriam circa ſecundum Barto.in.l.ſi quis.in princip. colum.fi. ff.de legat.3.Reputat notandam doctrinã Segur. in dict.l.filius dum in ciuitate. num.23. vbi plura olim à me fuerunt addita. Et eſt communis opinio teſte Couar. in 2. par. rubri.de teſtamen.nu. 19.chart.12.verſi.Secũdò infertur.vbi plures huius ſententiæ refert authores.Et ſic requiritur ſpecialis mentio illius primi teſtamenti iurati, aliàs ſi de eo & iuramento non fuiſſet facta mentio ſpecialiter,non cenſeretur reuocatum per poſterius. Tiraquel.de iure mariti. gloſ.7. num.153. vbi in num.203. adducit plures hanc opinionem communem dicentes.Gomezi,in cap. primo.nu.188. de conſtit.lib.6. Communem etiam fatetur Selua.de benefi.3.par.quæſt.14.num.17. verſi. Decimoquinto pro iſta parte. Paul.de Caſtr. conſil. 284.num.4.lib.1.Guido Papæ deciſio.127.nu.2. & conſil.64.colum.1.verſi.Eſt tamen.Et Grego. Lopez in.l.8.titu.1.part.6.in glo.3. ¶Sunt tamẽ plures,qui contra iſtam communem ſententiam tenent,& eam communem firment,vt eſt Alber. Brun.in tracta.de forma.colum.24. Frederi. dicit communem conſil.47.Ioan.Anani.conſi.55.Aymon Crauet.conſi.126.colum.fina. num.7. Soci. conſi.3.colum.4. num. 18. libr. 3. Choſmas Gumier in pragma.ſanctione Gallicana.de collatio.§ vt verò.verſi.Ad verbum.fol.204. Couar. in rubri.de teſtamen.2.part.chart.12.colu.2. & 3.vbi videatis.& Andr. Tiraquel.vbi ſuprà n. 203.verſ. Decimumtertium genus.Imò quòd ſatis ſit exprimere clauſulam derogatoriam in genere, dicendo, Non obſtante quocunque alio teſtamento, quod ante hoc cõdiderim,quod caſſum, & irritũ decernens,quibuſcunque clauſulis derogatorijs à me fuerit conditum.Marti.Nauar.in repet.capit. ſi quando.exceptio.1. ſatis copioſè rem diſſerit, poſteriorem hanc opinionem approbans, de reſcript.extra.Plura adducens probat hanc partem Selua.de beneficio.3.part.quæſt.14.num.3.

¶Concordari tamen poſſunt hæ opiniones communes contrariæ,Quia aut loquimur in clauſula

appoſita

appoſita à priuato, vt tunc nihil importet in caſibus, in quibus requiritur ſpecialis expreſsio, & hoc caſu procedat prior opinio. Aut loquimur in clauſula generali poſita à Principe in lege, vel reſcripto, qui eſt lex animata, & tunc ſufficit abſque ſpeciali expreſsione, quia poteſt fingere expreſſum, quod expreſſum non eſt, quo loco procedat poſterior ſententia ex mente Andr. Tiraquell. in legibus conoubial. gloſſ. 7. nume. 204. ¶ Succedere poteſt dubium, vtrum hæreditas directò relinqui poſsit in codicillis? Reſpon. quòd non, l. 2. C. de coneil. l. non codicillum. C. de teſtam. l. hæreditas. C. de his quibus vt indig. §. penul. Inſtit. de codicill. Socin. in tract. fallen. reg. 309. incip. Hæreditas. Socin. regul. 169. Gualdēſ. de arte teſtaodi. tit. a. num. 1. & in tit. 10. caute. 8. Fallit tamen inter liberos. Bart. in. l. militis codicillis. ff. de teſta. militis refert Alexand. & Iaſ. in citata. l. a. Socio, vbi ſuprà. Alexand. in. l. hac conſultiſsima. §. ſi quis autem col. 3. nu. 4. & ibi Iaſo. penul. col. cum ſeq. Guiljel. Benedict. io. c. Rainutius. verb. teſtamentum. 3. nu. 57. de teſta. qui fatetur magis communem hanc ſententiam. ¶ Licèt contrariam communem firmet Paul. Pariſi. conſi. 35. num. 6. lib. 2. Rom. eam tenet conſi. 179. colum. 3. Bald. in. l, 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. verſ. Sed hic quæro. ¶ Item dubitari poteſt, An clauſula codicillaris cenſeatur appoſita inter liberos, & glo. in. l. cohæredi. §. cùm filiæ. verb. non valuit. ff. de vulga. & pupilla. tenet partem. vbi Ioan. de Imol. col. 2. nu. 14. dicit eam menti tenendam, diligenterque fore notandam Alex. col. 3. num. 10. Areti. col. 4. nu. 8. Iaſo. nu. 18. ſubijciens, quòd nemo vnquam illi. gloſ. contrariauit. Sequitur Alexan. in. l. hac cōſultiſsima. §. ex imperfecto. n. 12. C. de teſtam. vbi Iaſ. num. 8. Curti. Iunior nu. 15. Dixit notab. Iaſ. in. l. 1. §. ſi quis ita. col. 9. nu. 27. ff. de verb. obliga. & in. l. fina. nu. 15. C. de codici. & in authen. nouiſsima. nu. 21. & in. l. cam quam. col. 6. C. de fideicom. Couar. in. c. Rainutius. §. 1. col. 2. verſi. Secundo intelligi poteſt. de teſtam. Aodr. Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam. nu. 86. ſecundum antiquam impreſsionem: in nouiori verò num. 103. verb. liberris. C. de reuoc. dona. Deci. conſi. 248. nu. 7. & à Segur. in repe. l. Imperator. nu. 24. ff. ad Trebell. Præſcriptam gloſſ. dixit ſolennem & ſing. Iaſo. in conſi. 26. col. 2. verſi. Illud etiam puto. lib. 1. Hippoly. in conſi. 118. col. 2. n. 10. & ſingula. 36. ad fin. Notat Gregor. Lopez. in l. 7. verb. *Seria valedero.* tit. 1. par. 6. Ferdinao. Gomez Arias in. l. 1. nu. 73. Tauri. Aymon Cranet. à Sauiliano conſi. 34. col. a. lib. 1. ¶ Et iſtam opinionem communem cum prædict. glo. teneas, quanuis communem contra eam eſſe dixerit Gualdenſ. de arte teſtandi titul. 3. in cautel. 1. nume. 7. quæ prærogatiuæ locum habent, quando pater æqualiter inſtituit liberos, non aliàs Roma. conſ. 179. & 335. Philip. Deci. in. l. 1. col. fina. C. vnde lib. & conſil. 105. num. 6. & conſil. 631. colum. 1: Quod procedit, quando inæqualitas eſſet magna, non aliter, ſecundum Curti. in. l. hac conſultiſsima. § ex imperfecto. C. de teſtamen. Tiraquel in l. ſi vnquam. verb. donatione largitus. num. 107. C. de reuoc. dona. Optimè per Anto. Rube. cōſi. 6. num. 3. & conſi. 7. vbi vide. ¶ Dubium autem erit hic tractandum, An legitima ſit relinquenda filio, titulo inſtitutionis, vel ſufficiat eam relinquere quoquo titulo, ſtante lege iſta regia ordin. Et videtur quod non. Nam licet conſeruentur legata abſque hæredis inſtitutione, eòue inſtituto, nolente adire hæreditatem, ad inſtar authen. Ex cauſa. C. de libe. præte. & quæ annotaui ſuprà hac lege in gloſſ. 1. nihil tamen eſt diſpoſitum quo ad inſtitutionem, quæ omni iure etiam Regio, Cæſareo, & Pontificio deſideratur, vt dicto loco aſſerui. Satis enim eſt, ꝙ corrigat ius commune quo ad aliquid, nempe quo ad dationem legatorū hæreditate non adita, nō tamen quo ad inſtitutionis omiſsionem ex notatis à Ioanne de Imol. in rep. l. filio præterito. nu. 73. ff. de iniuſto rup. ¶ Item leges poſteriores ſunt intelligendæ per priores, at leges Partitarum communes totius regni Caſtellæ ſe cōformant cum iure ciuili, quod requiratur titulus honorabilis inſtitutionis. l. 5. & ibi. Greg. Lopez in parti. *como heredero.* tit. 8. parti. 6. Et eſt communis opinio, vt ſatis latè probat Segur. in repe. l. cum patronus. num. 40. & ibi dixi. ff. de leg. a. gloſſ. in authen. Nouiſsima. verb. titulo. & in. l. omnimodo. verb. vel fideicommiſſo. C. de inoff. teſtam. Couar. dicit communem hanc opinionem etiam in teſtamento condito inter liberos in cap. Rainutius. §. 1. nume. a. de teſtam. Anto. Rubeus. Alexandri. conſi. 72. colum. 1. communis in auth. Nouiſsima. ſuprà citata. ſecundum Salic. & Iaſo. colum. 5. nu. 16. gloſ. verb. inſtituit. & ibi. Prob. de teſtament. Carolus Molinæ. in additione ad Alexan. conſi. 168. colum. 2. num. 5. in verb. inſtitutionis. lib. 5. Et eſt vera & communis in vtraq; ſchola Canoniſtarum & Legiſtarum ſecundum Guiliel. Benedict. in repet. c. Rainutius. verbo. in eodem teſtamento relinquens. 1. num. 136. de teſtamē. Gualdenſ. de arte teſtandi. titul. 3. cautel. 1: Et procedit etiam in terris eccleſiæ ſecūdum magis communem opinionem, teſte Rip. in rub. nume. 44. ff. ſolut. matrim. quam ibi confirmat Iaſ. num. 31. Et dicit communem. nume. 32. in priori lectura. Quanuis Alexand. in teſtamento facto in terris Papæ communem dixerit contrariam in l. inter cætera. ff. de lib. & poſthu. quē Iaſ. & Rip. vbi ſuprà referunt, & reprehendunt.

¶ Ergo

¶Ergo per ſubauditos intellectus non ſunt inducendæ legum correctiones.glo. in cap.cupientes.§.quòd ſi per viginti.in verb. petere.de electione lib.6.quam ſæpenumero Doctores in diuerſis locis laudant tanquam ſingula. Et nos alibi plures eam citantes retulimus. ¶ Contrariam opinionē, imò quòd inſtitutionis titulus non ſit hodie in regno neceſſarius ad valorem teſtamenti per hanc legem tenent aliqui,eam punctuantes, prout audiui, quæ tamen declaratio in iure noſtri regni, quod omnibus regnicolis commune eſt, vt ſcripſi in proœmialibus quæſtionibus.3.quæſt. ſuper inducta eſt,& contra mentem huius legis, prout ex eius lectione , etſi ſit ingenio nimis obtuſo vnicuique conſtare poterit. Cùm ergo à lege non ſit ſolennitas inſtitutionis correcta , ſuperſtitioſum erit talem correctionem adijcere. ¶ Secundò fundatur. Nam quando legitima eſt aucta per aliquā legem,ſatis eſt eo caſu, quòd legitima relinquatur quocunque titulo,vt eſt Bald.traditio in.l.maximum vitium.C.de libe.præte. colum.6. num.15. Eum ſequitur Paul.in.l.fina.§. in computatione. num.12.C.de iure deliberand. Et eſt opinio communior ſecundum Nicol.Boerii. deciſi.188.nu.5. Ioan. Lup.in.l.6.nume.3.in ordina. Tauri, illam doctrinam ſequitur,& alij, de quibus per Boeri. vbi ſuprà. Sed mihi falſa eſt iſta doctrina, vt dixi ad Segur.in repe.l.cum patronus. nume. 40.ff.de legat.ſecundo,quia augmētum intelligitur quantum ad quantitatem , non tamen quoad diminutionem ſolennitatis,vt colligitur ex Bart. doctrina in.l.prima.§. lex Falcidia. ff. ad legem Falcid. vbi ſtatutū recipit interpretationem à iure communi.Item quia opinio Bald.eſt falſa, & communiter reprobata ſecundum Petrum de Rauen. in Alphabeto aureo.verb.legitima. colum.3.fol.73. & eſt tenendum contra Bald teſte Iaſo.in authē. Nouiſſima.numer.24.C.de inoffic. teſta. Roma. & Alexan.in.l.ſi quis priore.num.5. 6. & 7.ff.ad Trebel.Suadetur ex Calder.conſi.32. ſub rub. de teſta.dicenti,quòd ſi ſtatutum auget legitimam filiorum,in eo locum habebunt iura communia de legitima loquentia,vnde filius in tali legitima nō poterit grauari , quemadmodū diſpoſitum eſt in iure communi per.l.quoniam in prioribus. C. de inoffi.teſtamen.¶Item & tertio. Lex permittens contra ius diſpoſitionem alicui filio familias teſtari,eſt interpretanda iuxta regulas iuris communis,vt faciat teſtamētum cum teſtibus legitimis, & rogatis.Item etiam ſine præiudicio tertij.Bar. in d.§.lex Falcidia. Bald. Paul. & Areti. in.l.ſi quæramus.ff.de teſta.textus ſingula.in.l. ſi quando.in princip. C.de inoffi. teſtamen. Item etiam. nam ſi ſtatutum recipit interpretationem declaratiuam à iure communi,cap.cum dilectus.de conſuetu.ergo lex amplians legitimam,debet intelligi cum qualitatibus legis ampliatæ. Bald.in rubr. de cauſa poſſ.& proprieta.colum. fina. argumen. l.inter ſocerum.§.cum inter.ff. de pact. dotal. ergo titulo inſtitutionis erit legitima etiā aucta filijs relinquenda, cùm in hoc leges anteriores non ſint correctæ. ¶Hinc infero, legitimam auctam relinquendam eſſe filijs titulo inſtitutionis , etiā ſtantibus legibus regijs Hiſpaniæ.vt.l.28. Tauri, quæ ſolum ex teſtamento quintam partem bonorum parentum reliquit diſpoſitioni teſtatoris,reliquas quatuor partes legitimam filiorum iudicauit.¶Item lex Luſitaniæ duas partes bonorū patris liberis pro legitima reſeruauit:tertiam liberæ diſpoſitioni teſtatorum aſcendentium reliquit. vt cōſtat lib.4.ordi. Luſita.tit.70.§. primo.incip. *ſeu padre*. Quam videant Luſitani. Eldemq; exiſtimo in regno Aragonum,cum filijs pater teneatur aliquid relinquere loco legitimæ, etiam ſi res minima fuerit , vt inter eos ſeruatur ex fororum lib.6.de teſtamen.nobilium. & in titul. De teſtamentis ciuium.ibi. poſſunt vnum ex filijs quem voluerint hæredem facere,alijs filijs de ſuis bonis quantum eis placuerit dimittendo. Supple etiam. Quod prædictum forum ideo fuerit cōſtitutum, vt hac via filij parentibus cogantur obedire:qui ſi ſcirent parentes nil vltra quintam ſui patrimonij partem poſſe filijs detrahere,fierent ipſis parentibus inobedientes,& inſolētes,cùm ſint ceruicoſi, & ſuarum voluntatum , vt in plurimum ſectatores.Tamen illud relinquendum erit juxta declarationem iuris communis,ſcilicet , titulo Inſtitutionis per prædicta. Quod eſt menti tenendum. ¶ Deducitur ſecundo intellectus ad Regiam legē quintam in ordina. Tauri. quòd facultas teſtandi conceſſa filijs conſtitutis ſub patris poteſtate,ea in lege procedit ſeruatis regulis iuris communis, per prædicta in verſi.Item & tertiò. Suadetur:nā certum eſt,quòd quanuis à iure quis habeat liberam & plenam facultatem teſtandi, id tamen accipiendum eſt abſque præiudicio tertij , & tantùm debet regulari facultas ad ius formatum quod habet in ſuis rebus.l.1.& ibi notat Bald.ff.de milita. teſtam.glo.in.l.fina.verb.patre.ibi , Saluo tamen vſufructu patris.C.ſi.nt.paſsis.vbi probat,quòd ſi pater deportatus eſt, & per hoc filius eius eſt exēptus à poteſtate ſua,fecerit que teſtamentum ante reſtitutionem patris, valebit circa propria bona ipſius filij,nempe caſtrenſia,vel quaſi,& aduētitia reſpectu proprietatis . non verò circa vſumfructū,quē pater habebat in eis. conceſsio enim Principis intelligitur ſine præiudicio tertij.l.2.§. merito.&.§.ſi quid à Principe. ff ne quid in loco publi.l.quod auus.C.de emancipatio. lib.notatur in capi.ex tuarum.de autho. & vſu pall. Philipp.

Corne.

Corne.conſil 127.colum.fina.nume.60. lib.2.& conſi.196.colum.1.num.3.eodem.lib.2.

Item ſuadetur: quia facultas teſtandi in tertia parte,conceſsio particularis eſt,& corrigēs ius cō mune.vt patet in.l.prima.§. ſed filius famil.ff.de legat.3. cum alijs concord.à me citatis ſuprà hac lege in glo.prima.Ergo prædicta lex.6. Tauri,iū cta lege præceden.5.eſt reſtringenda, vt quantò minus fieri poſsit,lædat ius commune.l.præcipimus.C.de appella.cap.cùm dilectus.de conſ.Corne.conſi 143.colum.2 num.7.lib.2. Roma.conſ. 199.colum.3.verſi.Secundò principaliter. etiā ſi ſtatutum nihil operaretur, tamen interpretādum eſſet ſecundùm ius commune, ne quis indebitè damnum patiatur.gloſſ.in.l.fina. §. in computatione.in verb.confundantur,C.de iure deliberan. communiter recepta ſecundùm Philip.Deci.conſil.37.colum.3.nume.7. lib.1. Pariſi. conſil.144. num.25.lib.4.Imol.in cap.Rainutius. num.205. de teſta.Eſt glo.ſingu.in cap.paratus.verb.ſi verba.23.quæſt.1.Barthol.Cæpol.in cōſil.20. incip. Eſt in quæſtione.colum.3.num.6. vbi citat gloſ. dict.§.in computatione.Satis enim eſt, quòd operetur effectum teſtādi quo ad proprietatem,non tamen quo ad vſumfructum patri quæſitum:quia vbi ſtatutum contra ius commune vnum effectū operari poteſt,nō debet duplicem inducere,cum ſint ad ius commune ſtatuta reducenda, quatum fieri poſsit.Roman.in dict.conſ.199. col.4. Quia filius fa.in bonis,in quibus acquiritur vſusfructus patri,eſt notum non poſſe teſtari.l.fina.§.filijs autem.C.de bonis quæ libe.Optimè per Anto.Rube.conſil 46.colum.2. ¶Præterea non eſt inutilis hæc facultas ipſi filio fami.cum iam teſtari poſſit de proprietate illa,quæ vendi poſsit, vel cenſuari,& eſt æſtimabilis,vt dixi olim ad Segur. in repeti.l.Imperator.num.78 ff. ad Trebell. Nec obſtat lex.5.Tau. ibi, *como ſi eſtuvieſſe fuera de ſu poder.* Nā verba iſta ſunt referenda quo ad teſtamenti valorem, & quo ad alia, quæ non tendunt in præiudicium patris,alteriuſve tertij,per prædicta. Quanuis doctiſsimus Anto. Gomez in dict.l. 6.Taur.contrariam opinionem velit defendere, quæ nec in iudicando, nec conſulendo eſt ſequenda,cùm ſit correctoria,& non expreſſa à iure.argum.l.præcipimus.C.de appella. notant Barbat. & Alexand.in additioni.ad Bald. in dict.l. maximum vitium.ſub nume.15.verb.in contrarium.& verb.inſtitutionis.C. de libe.præter. defendendo contra Bald. quod requiratur etiam hodie titulus inſtitutionis propter magnos effectus reſultātes ex tali titulo.Hanc noſtrā declarationem poſteà comperi per Gregor.Lopium in.l.13. in gl.2.ti.1 part.6.quæ eſt notanda in practica aliàs obtenta in iudicio contradictorio ¶Quæro,Vtrum teſtamentum iuramento firmatum habeat vim clauſulæ derogatoriæ circa primum?Ioan. Andr. in regul.quod ſemel.num.3.de regul. iur. lib. 6. Bart. in.l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de lega.primo.& eſt communis,à qua in iudicando non eſt recedendum,teſte Bartholom. Soci. in.l. ſi mihi. §.in legatis.num.11.ff.de legat.primo. Bal. Paul. Fulgoſ Alexan.& Iaſo.nu.8.qui dicit hanc communem in.l. ſancimus. C.de teſtamen. Reputat ſingu.ipſemet Iaſ.in.l.ſi conuenerit.colum.4.nume.13.ff.de iuriſdi.omni.iudi. Et nobilem Guido Pap.deciſi.128.incip.Et pro iſta parte.Ioan.Lup. in repe.cap.Per veſtras.§.12.incip.Limita tamen & intellige.num.23.fol.116.colum.2.dixi ad Segur.in repeti.l.filius dum in ciuitate. num.23.ff. de verb.obligat.Guiliel.Benedict.in cap Rainutius.verb.Teſtamentum.2.num.17.de teſtamen. quo in loco num.19.credit procedere iſtam opinionem altero de duobus concurrentibus, nempe,ſi teſtator in poſteriori teſtamento vltra iuramentum in eo interpoſitum reuocaret generaliter,ſaltem genericè, omne aliud teſtamentum à ſe factū.Poſterior caſus erit, ſi adijceret illud ſuū ſecundum teſtamentum iuratum omnibus alijs ante hoc conditis præcellere.¶Ex qua declaratione deducere licet, teſtamentum ſecundum iuratum,non tamē habens alteram de prædictis clauſulis,inualidū & nullū eſſe quo ad præcedens continens clauſulā derogatoriā. ¶Vtrùm autē Tabellio adijciens iuramentū in teſtamento ſit puniendus pœnis ſtatutis de iure regni in.l.6.tit.primo. lib.3.ſuprà.& in pragma.182.lib.pragma.Et videtur quòd non: quia tale iuramentum eſt nullum, ac per conſequens ex nullo actu, nullus ſequitur effectus,hoc eſt, pœnæ in tali lege ſtatutæ per notata à Bald.in.l. non dubium. C. de legi.à Carol. Molynæ.in conſuetu.Pariſieñ titul.primo.§.22. num.32.Segur.in.l.prima.§.ſi vir vxori. nu.157. ff.de acquirend. poſſeſ.ibique aliqua addidimus. remota etenim cauſa principali, & iuramentum remoueri neceſſe eſt.l.fin.C.non numerata pecunia. vbi regulatur iuramentum ſecundum naturam contractus,ſuper quo interponitur, & habetur in lib.5.obſeruantiarum Aragonum. rubri.de teſtam.cuius litera hæc eſt.Itē obſeruatur, quòd vltimum teſtamentum ſemper valet, licèt primū teſtamentum eſſet iuramento vallatum de non reuocando illud. ¶Suadetur. Nam vbi principalis contractus nullus eſt, & legi contrarius etiam in pœnæ adiectione non tenet.l. Seius & Augerius.l.quod de bonis.ff.ad legem Falcid.l.non dubium.C.de legib.l.fin.ff.de conſtit. pec.c. Petrus & Guil.de offi.delega.glo.& Felin.in capi.ſignificantibus.colum.vlti.eod.titul.vbi etiam hoc notant Bald.Panormi.& Barba.Felin.in cap tua.colum.3.

lum.3.de iureiurand.Idē in c.nobis.de ſimoni.l.ſi
motuo mortuus.l.ita ſtipulatus.la magna.ff.de ver
bo.oblig.1.vbi Rip.n.36.Alexā.conſ 3a.l.b.a. &
ibi Carol.Molinæ.glo.in.l ſi patronus. §.patro-
nū.verb.Fabiana.ff.ſi quid in fraud.patrb. Iaſ.in.
l.impoſsibilis.co.fin.de verb.obligat. Iaſ.in.l.ſi
prætextu.1.col.fin.C.de tranſact.& in.l.princi-
palibus.n.3.col.3.ff.ſi cert.peta.Fabia.de Monte
in tracta.de empt.& vend 6.q.princip.n.53.Iaſ.
in.§.fuerat nu.76.Inſtit.de actionib.& in.l.certi
cōdictio.§.ſi nummos.n.36.ff.ſi cert.peta.& in.l.
ex teſtamēto.co.1.n.1.verſi.Non omitto vnū.
C.de fideico n.& in.l.1.§.ſi vir vxori.col.4.n.18
ff.de acqui. poſſ. & in l.eius qui in prouincia. §.
quas vero.n.3.ff.ſi cert.peta.Carol.Molinæ.incō
ſueta.Pariſien.tit.1.§.1.glo.5.n.31.Barto.in.l.di-
uus Traianus n.1.ff.de teſta.milit.qui plura addu
cunt,cōmuneq; fatentur hanc ſententiam, nēpe
caſſato principali,& acceſſoriū ac clauſulæ in eo
cōtentæ &c.¶ Ex quo poteſt intelligi Regia lex
49.Tauri,quod habeat locū in matrimonio vali-
do,lccus in nullo catione conſanguinitatis,aliove
impedimēto iuris,ratione prædicta.Tū etiā,quia
loquitur de matrimonio valido & vero, probat
ibi,*el q̄ contraxere matrimonio.* nam verba in ſenſu
principaliori ſunt accipiēda,& ſic in matrimonio
de præſenti,& valido,in quo perpetuū præiudi-
ciū verſatur patti,cū ſemel filia nupta,amplius nō
poterit dici virgo,ſed vidua,ſaltem quo ad homi
nū æſtimarionē:& habet talis actus perfectus cau
ſam in ſe perpetuā,cū morte coniugū diſſoluatur.
De intellectu prædictæ legis latius (Deo dante)
dicā in.l.vni.tit.6.infra hoc lib.Et declaratur con
ſtit.1.de exhæred.filiorū lib.6.fororū Arag.ibi,
nuptias duxerit cōtrahendas,eandemde bonis do
tare minime teneātur.¶ Hodie tamen puto,quod
etiam ſi interponatur iuramentū ad validitatē teſ
tamenti,quod notarius non incidit in pœnā præ
dictæ.l.6.tit.1.lib.3.ſupra.quia eſt actus reuoca-
bilis abſq; interpoſitione iuramēti,ergo abſq; pœ
na potuit apponi.argum.eorū,quæ ſcribuntur à
Doctore Didaco Segura in repet.l.1.§.ſi vir vxo
ri.n.138.ff.de acq.poſſe.& eſt prag.regia.211.fo.
158.col.3.regū Catholicorū.Ex quibus poſſent
Dñi Luſitani.l.1.tit.3.lib.4.ordin.ſuarū reſtringe
re,& intelligere.¶ Deducitur etiā ex dictis in præ
cedenti quæſtione teſtamentū iuramento firma-
tū reuocari poſſe per ſecundū,quāuis reuocās ſit
periurus.Priorē partē firmat glo.in ca.vltima vo
luntas.13.q.2.Bald.in authē.hoc inter liberos.n.
12.C.de teſtam.& in authent.Sacramenta pube-
rū.n.14.C.ſi aduerſ.vendi.Paul.de Caſtr.in.l.fi.
ad fi.C.ſi contra ius vel vtili.pub. Curti.Senior,
qui plures huius ſententiæ refert authores conſil.
5a.n.2.Panor.in c.ſicut.n.4.de ſponſa.Ioā.Coca.
in.l.admonēdi.28.ff.de iureiurand.Rip.in ca.1.n.
58.de iudic.Paul.Caſtren.cōſil.284.n.2.lib.1.quo
tū opinio cōmunis eſt ſecundū Imol.in.cap.cum
contingat.col.24.nu.55.de iureiurand.& Couar.
in rubr.extra illo tit.2.par.n.15.vbi alios refert,
dicentes hanc opinionē cōmunē fore,quos non li
bet tranſcribere.Quantū ad ſecundā videtur quod
reuocans teſtamentū iuramento firmatū, non ſit
periurij macula noradus.Eſt Barto.ſententia in.l.
ſi quis.in principio.nu.14.ff.de lega.3.iterū in.l.
ſtipulatio iſta.ff.de verb.oblig.& in.l.cū duobus.
§.idem reſpondet.1.n.2.ff.pro ſocio.Cyn.in.l.1.
C.de ſacroſan.eccle.col.fin.n.13.dicens hanc opi
nionē cōmunem eſſe legiſtarū. Alexand.in dict.
l.ſtipulatio.nu.5. Fatetur cōmunem. & Angel.à
Gābellio.in tracta.de teſtam.glo.1.verb.& iura-
uit.Ioan.Crott.cā defendit in dict.l.ſtipulatio.n.
18.Ioan.Maynert.in.l.quandiu.n.121.ff.de reg.
iur.Iaſ.in.§.itē ſi quis poſtulante.nu.69.de actio.
vbi Gomezi.cōmunem dicit n.56.& Ripa in ca.
cū M.nu.72.de conſti.Couar.in rub.de teſtam.2
part.nu.15.verſi.Secunda opinio partim ex præ
miſsis conſtat.refert Anto.de Roſellis in tract.de
Concilijs.§.dubitatur inſuper an ſi beneficium.
nu.a6.fol.82.col.2.in.10.volumi.tract.ſecūdum
impreſsionem Lugduneñ.Anni.1544. Et Philip.
Francus in regul.Quod ſemel.de regu.iur.libr.6.
tit.3.¶ Ab hac communi Barto.& aliorum liben-
ter recederem,imo firmarem periurum eſſe ex ta
li reuocatione,quanuis actus teneat contra iura-
mentum.Nam licet lex ciuilis improbet iuramē
tum in pluribus caſibus,nihilominus cōtraueniēs
tali iuramēto à iure ciuili reprobaro remanet per
iurus.Hoſti.& Io.Andr.in.c.quemadmodū.de iu
reiur.Ang in tract.de teſtam.glo.104.col.1.ibiq;
reſpondet ad.l.ſtipulatio hoc modo.ff.de verbo.
oblig.¶ Secundo.Nā iuramento firmantur diſpo-
ſitiones hominū,etſi ſint cōtra bonos mores ciui
les iuris ſecularis artificio.caſus in.c.quāuis pactū.
de pact.lib.6.&.c.cū cōtingat.de iureiur.c.licet.
eo.tit.& lib.norat Bal.in.l.pactū.q.18.C.de pa-
ctis. ¶ Ergo quāuis cōcedamus tale iuramentum
eſſe contra bonos mores ciuiles, non tamen im-
peditur effectus iuramenti, cum ad illud ſeruan-
dum de iure Canonico, quo in hoc ſtandū eſt,ſit
obligatus.¶ Tertio adſtipulatur.Nam quanuis ſe
cundus actus valeat contra actū primum iuratū,ni
hilominus reuocās manet periurus.gl.ſing.& cōi
ter approbata ſecūdum Curt.Senio.cōſi.52.co.3.n.
10.quæ eſt perceIebris teſte Couar.alios idē dicē
tes referente in rub.de teſta.2.par.n.15.in princ.
& in.2.parte epitomes.4.Decretal.capit.4.nu.9.
& cap.6 n.2.Ripa.lib.3.reſpon.ca.16.n.8.Imol.
in dict.cap.cum contingat.n.35.Ludo Gomezi.
in.§.item ſi quis poſtulante.nu.36.Inſti.de actio.

Digitized by Google

& in.§.quędā.eod.tit.col.6.nu.16.Iaſ.in.l. duo-
bus.§.idem Pomponius.n 10.ff. de iureiuran. &
in.l.ſi non ſortem.§.ſi centū.col.3.n.7.ff.de con
di.indebi.Alciat.in ca.cū contingat.n.180.de iu-
reiuran.Deci.conſi.475.n.18.Ludo. Gom. in ca.
1.nu.71.& nu.139.de conſtit.lib.6.ergo pro cō-
firmatione iſtius cōcluſionis aduerſus prædictam
communem ſententiam.

Quarto authoritatibus doctorū probāda eſt hęc
opinio,& in primis Ioan.Adr. in ca. q ſemel. de
regu.iur.lib.6.Paul.Caſtren.in.l.fin. n.6. C.ſi cō
tra ius vel vtili.publi.Imol. inquit tutiorē eſſe in
dict.ca.cū contingat.nu.35.Felin.in ca.cū acceſ-
ſiſſent.n.12.& ibi Deci.n.7.de cōſtit.Imol.in ca.
cū eſſes.n.32.eſtotit.Philipp.Corne.cōſ.60.n.10
lib.2.Iaſ.in.l.ſi ita quis.§.ea lege.n.24.ff.de verb.
obligatio.Alexan.in dict.l.ſtipulatio hoc modo.
nu 5.eod.tit. Et eſt cōmunis ſecundū Alciat.in.
dict.ca.cū contingat.n.77.Guilhel. Mayneri.in.
l.nemo poteſt.nu.93.& in.l.quandiu. nu. 121.ff.
de reg.iur.Couar.de teſtam.2.par.rub.n.15.verſ:
Tertia igitur opinio.Oldrad.conſil.127.n.2.Spe
culat.de inſtrum.editio.§.compēdioſe.n.25. Fe-
lin.in cap.in præſentia.nu.6.de probatio. Et iſtā
magis cōmunē eſſe profitetur Alexan.conſil.18.
col.2.nu.2.lib.2.quicquid ibi in cōtrariū ſenſerit
Carol.Molinæus.¶ Fœdere concordiæ exiſtimo
dicendū teſtamentū ſecundum cōtra iuramentū
priorū,exiſtente noua cauſa,validū eſſe in vtroq;
foro.argum.tex.in cap.non debet.in princ.de cō
ſangui.& affin.& cap.peruenit.de iureiuran.cum
ſimi.¶ Aut nulla ſuperuenit cauſa de nouo exco-
gitata.& tunc reuocādo illud,eſt periurus.ac per
conſequens in foro canonico,quod tractat de ſa-
lute animæ,per denuntiationem euangelicā poſ
ſet impediri,& ſic nō erit validū,ſecundū opinio
nem Specu.dict.§.compendioſe.nu.25. quam ita
intelligendā fore cenſuit Ioan. Coraſi.in dicta.l.
admonendi.nu.31.fieri non poſſe dicitur id,quod
cum peccato fieri poſſet,imo dicitur impoſsibile.
glo.in.l.cū donationis.C.de tranſact.l.filius.ff.de
condi.inſti.glo.in ca.audictiā deſponſalib. verb.
habere.igitur nimirum,ſi in foro Dei ſit inualidū
tale teſtamentum ſecūdum,repugnante primo iu
ramento cōfirmato.¶ Confirmatur : quia ad ſer-
uandum primū teſtamentū ratione iuramenti po
terit eccleſia compellere illud reuocantē.Singul.
eſt doct.Ioan.Fab.in.l.1.col.fina.ad finē. C.de ſa
croſan.eccle. ¶ Sit ergo concluſio,quod reuocās
ex cauſa in excogitata tēpore teſtamenti,q poſ-
ſit illud mutare,iuxta cōmunem Bart.& aliorū ſi
ne periurij labe. Si vero pura voluntas ſit, non re
gulata tali cauſa,erit periurus , ac poſſet defendi
primū iuratū , ſecundum opinionem communē.
¶ Quæri poteſt. Aliquis fundauit primogeniū in
filium ſuum,dicendo.quod vocabat ad eum ſuum
filium maiorem natu,& ſic ſucceſsit filius atq; ne
pos teſtatoris in maioria:ex nepōte eſt filia in li-
nea deſcendenti:eſt dubiū,Vtrū iſta debeat veni-
re excluſo maſculo fratre collaterali, vel maſcu-
lus alterius lineæ ſit in eo fœminę preferēdus. Vi
detur quod primogenium ſit ad conſeruationem
familiæ.l. pronuntiatio.§.fina.ff.de verb.ſigni.&
ſic inea memoria teſtatoris extinguitur.ergo maſ
culus alterius lineæ in defectum maſculorum cen
ſetur vocatus,& ſic ex voluntate fundatoris erit
admittendus.argu.l.in conditionibus. ff. de cōdi.
& demōſtra.l.licet.ff.de lega.1.In cōtrariū vide-
tur,quia nomine filiorū fœminæ continētur,nec
ſit ſexus differentia.l.maximū vitiū.C.de lib.prę
teri.ibi.Qui enim tales differentias inducunt,qua
ſi naturæ accuſatores exiſtunt,cur non totos maſ
culos generauit,vt vnde generarentur,nō fiant.l.
liberorū.§.fina.ff.de verb.ſignifi.Sed fœmina nō
fuit excluſa,ergo erit admittēda excluſo patruo,
vel collaterali maſculo.Facit,nam ſi primo geni-
tus reliquerit filiā & fratres,excluſis maſculis, ve
niet ad primogeniū patris. Verbi gratia. Cū duo
eſſent filij,primo genitus ſucceſsit ſolus,excluſo
ſecundo genito.deinde ipſe primogenitus mori-
tur relicta vna tantū filia,certe ea ſuccedit, exclu
ſo etiā patruo ſecundo genito. Nā quandiu ſuper
eſt aliquis ſiue maſculus ſiue fœmina ex linea,ad
quam hæreditas ſemel peruenit,alia linea poſtpo
ſita,nō ſit trāſitus ad iſtā lineā iam excluſam.Iſer
nia in cap.1.in prin.nu.2. De eo qui ſibi & hære
di ſuis malc.Præpoſitus in ca.1.nu.10. fundamen
to.15.pro nepote.De feudo Marchiæ, Ducatus,
& Comitatus.Sigiſmundus Lofred.conſi.39. nu.
28.Tiraquellus in tracta.De primogenitura.quæ
ſtione.30.n.21.& quæſt.14.Docto. Couar. libr.
Practicarum quæſt.cap.38.num.octauo.Ioannes
Lup.in repetitio.ſubr.de donatio.inter virum &
vxo.§.69.nume.30.per cap. 1. de natis ſuc.feud.
nam diſpoſita in feudis locum habent in maiora-
tibus,& fere ſimilia exiſtimari ſolita ſunt ſecun-
dum Bald.in.l.cum antiquioribus.col.6. C.de iu-
re delibe.Couar.lib.3.Variarum reſolut.c.5.nu.5
verſic.Quinto feuda.& maioratus.Ergo cum fœ
mina à primogenio non fuerit excluſa , veniet,
etiam patruo excluſo,ex ſupra dictis. Præterea
filiæ ſi non excludantur expreſſe ſunt habiles ad
ſuccedēdum in maioria,ſeu regno , deficientibus
maſculis,de iure,& defacto. Bald.conſil. 275. nu.
4.lib.2.cap.ſignificauit.de reſcr.cap.licet.de vot.
l.2.tit.55.par.2.vbi Greg.Lopez.verb.*La fija ma
yor*.Probatur in.l.12.tit.33.par.7.vbi habetur,q
in eo dubio,vbi ambiguum eſt ex duobus ſimul
natis,quis iudicādus ſit primo natus, conſtituitur
caſus,quo maſculus & fœmina ſimul fuerunt na-
ti,&

Digitized by Google

ti,& dicit ipſa lex maſculũ præſumi primò natũ, atq; ideo eum habiturũ ius,& bona primogenij. Igitur ibi multi eſt tex.fœminã habiturã primogeniturã,ſi conſtat ſine dubio primò genitã fuiſſe. Sicut Eſau reſpectu fratris Iacob,qui primo in lucẽ exiiſſe apparet Geñ.25.Et ſic in ſpecie propoſita,cũ non excluſerit fœminas in inſtitutione maioriæ fundator,paremq; dilectionem habuiſſe ad vtrunq; ſexũ apparet. Quod tamen intelligendũ eſt deficiente filio maſculo,etiã minore quam ſit fœmina:nã hæc interpretatio ex cõmuni ſenſu omnium recepta eſt in noſtra Hiſpana republica,vt primogenitũ ſecundo genitus, quamuis minor natu excludat filiã primo genitã. Quod conſentaneũ eſt voluntati fundatoris,qui voluit nomen ſuũ perpetuũ eſſe in familia,per tranſitũ vero ad filiam cũ ipſa efficiatur de foro mariti, non eſt dubiũ contra voluntatẽ teſtatoris fuiſſe, ergo nõ eſt dicendũ.l.licet.& ibi Barto.ff.de legat. primo.l.in conditionibus.ff.de condi.& demõſtrat. l.hæredes mei.§.cũ ita.ff.ad Trebellia.& quæ notat Paul.Pariſi.conſi.71.col.2.lib.4.Bal.in capit. Cumana.col,3.n.5.de electio.& in ſingulari quæſtione Soci.conſi.56.col.2.nu.5.lib.3.Adde Alberi.in.l.cæterum.§.vxori.num.4.ff.de viu & habi. Greg.Lop.in.l.21.tit.31.part.3.dicentes, quod legatũ habitationis relictũ à marito vxori,ſi ipſa tranſeat ad ſecũdas nuptias,ceſſat,quia ceſſat per ſecundas nuptias memoria mariti prædefuncti: ſi tamen duraret in viduitate, cenſetur eſſe in primo.l.mulieres.C.de incolis.lib.10.l.6.tit.2.lib.4. ſupra.præſertim cũ verba ſecundum cõmunẽ & vulgarem hominumq; receptã ſignificationẽ recipienda ſint.ca.ex literis.1.de ſponſa.vbi Prępoſit.Felin.in cap.cũ tu.nu.15.de teſt.& in cap.per tuas.nu.5.de proba.Iaſ.in.l.3.§.Nerua filius. nu. 11.ff.de acqui.poſſeſ.& in l.ſtipulatio iſta habere.§.hæc ſtipulatio quoque.nu.8. ff.de verborũ obligat.cũ concord.late congeſtis ab And. Tiraquel.lib.1.de retract.§.2.gloſ. 1.num.5.& conſuetudo in maioricatibus multum operari ſolet. Ioan.Oroſc.in.l.de quibus.nume.69.ff.de legib. Ex quibus videtur dicendum,quod in iure patronatus,cum in Hiſpania fiat ad inſtar maioriæ, & ob nomen familiæ conſeruandum, filius in æquali gradu etiam minor præferatur fœminæ primo genitæ,per rationes,de quibus ſupra.Facit notabile dictum Bal.in.l.prima.ff.de ſena. vbi maſculus præfertur fœminę,quando inter ſe diſcordãt in præſentando. Tradit Deci.in.l.fœminæ.num. 47.verſic.26.Si mulier.ff.de regul.iur.ergo ita dicẽdum eſt in quæſtione propoſita.Sed Baldi opinio in præmiſſa quæſtione non multum vrgere videtur contra fœminam in iure patronatus, quã uis in cauſa ſubiecta ab aliquibus fortiſsimis practicis adduci ſoleat,vt vidi, quia eſt intelligẽdum cæteris paribus,vt declarat Felin.in ca.quoniam. ad fin.de teſtib,& quãdo prælatus in hac cõtrouerſia vellet gratificare præſentato à viro, quare poterit etiam gratificare præſentato à muliere æquale ius habente,vel neutrũ admittere,& libere prouidere lapſo tẽpore pręſentandi. Et ſic dictũ Bald.ſimpliciter adductũ.eſt falſum. Item ille loquitur,cũ ius patronatus cõpetit pluribus in ſolidũ,nos vero,quando vnus tantũ eſt vocatus ad ius præſentãdi,nam in iſto caſu maſculus minor natu eſt filiæ fœminæ,etiã ſi ſit maior ætate præferendus,dũ tamen aliud ex teſtatoris voluntate nõ colligeretur,nẽpe quia fuit fœmina fundatrix iuris patronatus,& forte fœminã primo vocaſſe ad illud iudici appareret,vel ex verbis id colligeretur,nã tunc nõ eſt faciẽdũ diſcrimen in ſpiritualibus inter maſculos,& fœminas,cum omnes vnã mercedem debeant apud Deũ recipere. Ad Corinth.3.& ad Galat.3.& text. in authenti. de monach.§.hinc autẽ.collatio.1.Paul. Citadin.in tract.iuris patro.3.par.quæſt.3.n.9. Pro maſculo igitur cõſulere oportet in dubio. Et ita fuit deciſum,quamuis per aliquos iudices & peritiſsimos cõſultores aliter fuerit cõſultũ ac deciſum in gradu appellationis corã metropolitano iudice ſancti Iacobi. Ex præmiſsis ergo conſtat,quod maſculus erit præferendus ſorori primo genitæ exiſtenti in eodẽ gradu. Ad idẽ Couar.lib. 3. Variarũ reſolut.cap.5.n.5. Ac idẽ in dubio erit dicẽdũ in iure patronatus. Si tamẽ vocauit filium primogenitum,& habet filiam ſucceſſor excludere debet collateralem maſculum. Quia cum filias in linea deſcendentiũ non excluſerit,etiam fœminę competit nomen filij & primogenitæ:præſertim cum ſit proximior reſpectu lineæ teſtatori,& etiã anteceſſori.arg.l.cũ ita legatur.§. in fideicõmiſſo. ff.de legat.ſecundo.Couar.inſigniter libr.practica.quæſtio.capi.38.vbi agit de.l.40.Tauri,in qua cautum eſt,primogenitum ex filio præferendum eſſe ſecundo genito, quod in tantum locum habeat,quod etiã ſi matrs fœminis in maioratibus ſint præferendi,attamen filia primogeniti præmortui in vita patris auique eiuſdem fœminæ excludit patruum maſculum ſecundo genitum, vbi ex conditionibus & legibus primogenij fœmina non excluditur. Hoc enim ex ratione eiuſdem legis approbat Couar.dict.cap.38.num.8.vbi citat Sebaſtianum Neapoda.in conſuet. Neapolita.rubri.de ſucceſſ.ab inteſta.vrrb.ex maſculis. Matthæ. Afflictus in titul.de natura ſucceſsio. feudi. nume.54. Thom.Grammati.deciſio. 1. num. 28. referens ita pronunciatum fuiſſe in regno. Neapolitano per ipſum Regem Fernandum anno.1480 Quod etiam commemorat Matth. Afflictus vbi ſupra,

ſupra,qui ab hac opinione non audet recedere, tametſi maxime dubitet,quippe qui ſemper in hac cõtrouerſia declinauerit in ſauorẽ patrui aduerſus fœminã.Sed pro nepte tenent And.Iſernia in ca.1.n.2.de eo qui ſibi & hær.ſuis maſculis.Præpoſitus.Alexãdri.in ca.1.de feudo Marchiæ,Ducatus,& Comitatus.15.fundamento.Pro nepote. Sigiſmundus Lofredus conſi.39.n.28. Tiraquellus tract.de primogenitura.q.14.Ioan.Lup.in repet.rubr.de donatio.inter virũ & vxo.§. 69.nu. 26.Et eſt de mente Baldi.in.l.venia.col.fin.C.de in ius vocan.Gregor.Lopez in.l.3.verb.*Mugeres*, col.2.in princ.tit.13.par.6.quamuis Lofred.Ioan. Lup.Bald.&Greg.Lop.non ſe explicẽt,an fœmina eo caſu ſit expreſsim à primogenitura excluſa,quo in caſu aliqui errãt,eã admittere exiſtimãtes,excluſo patruo maſculo,quia eo caſu non erit admittenda ex conſtitutione fundatoris. Plures alias quæſtiones in materia maioriæ ponit Greg. Lop.in dict.l.3.verb.*Mugeres*.per diſcurſum. 12. columnarũ.titu.13.par.6.Triginta & ſeptẽ quæſtiones in materia maioricatus ponit Antoni.Gomez,omnino videndus in dict.l.40.Tauri. Quando vero fœmina eſſet excluſa expreſſe ex fundatione,filius ſecundo genitus eſt præferendus nepti,quia maſculus eſt in propinquiori gradu in linea deſcentiũ quã ſit fœmina ex filio primogenito prædefuncto abſq; maſculo,quia hoc in caſu maſculus patruus eſt in eadẽ linea directa fundatoris,& ſic deficiente maſculo eo linea bipartita,venit ad aliã particulã:excluſa nepte. Et poterit eſſe exẽplũ in difficiliori caſu. Duo fratres maſculi in vna ſinea ſunt,nẽpe Ioſephus,& Laurentius,ſucceſsit Ioſephus natu maior, bipartitur linea,quã ambo ſimul ad primogeniũ venire nõ poſſunt:defunctus eſt Ioſephus ſine filio maſculo, redire oporret ad Laurentiũ,excluſa fœmina ex inſtitutione fundatoris excludentis fœminas: nã in præſenti caſu defuncto vno,trãſit maiotia ad aliũ fratrẽ,non enim ſit tranſitus de ſinea ad lineã:nã omnes filij teſtatoris ſunt in vno gradu, eademq; linea,ab vna radice prouenientes, quemadmodũ ſunt digiti procedẽtes ab vna manu, omnes enim ſunt in illa manu,à qua deriuantur. Vel ſi filũ retorſum haberes in manu retentũ à ſuo principio, quo ſtante,in pluribus filis,ex quibus retorſio cõſtat,extendiſſes,quã plura emanatent fila ab vno tamẽ ſubtecto,& in vno puncto pendent omnes rami ſeu fila,& reſpectu radicis in vna linea,& nõ diuerſa exiſtere,non eſt dubiũ.Patruus eſt in hoc exẽplo,Neptis vero in linea diuerſa & diſtãte reſpectu aui,cũ ſit in ſecundo gradu deſcendẽtiũ,ergo præferendus erit fœminæ. Ex qua ratione ſi lex Regia.40.Tauri non eſſet,patruus deberẽ præferri etiã nepoti maſculo, cum ſit in proximiori gradu,& nepos in remotiori, & ſic admittendus erit in ſolidũ,reiectis filijs fratris, contra gl. in. l. cũ ita.§.in fideicommiſſo.verb.proximo. ff.de legat.2.cũ qua tranſeunt ibi Imol. col.fin.verſi.in gloſſa proximo.& Angel.de Periglis.Barthol.Socin.in.l.ſi cognatis.col.13.nu.40.ff.de reb.vbi in effectu cõmunẽ dicit,& Iaſ.conſ.215.col.4. in.3. dubi.lib.2.cõem veriorẽ & probabiliorẽ ac in iudicando & conſulendo tenendã eſſe firmat, & adducit plura fundamenta pro nepote. tenet Ioan. Lup plures ad id citãdo in dict.l.40.Tauri.n.3.& ſubditis Antoni.Gomez n.65. Veriorẽ & tenẽdã dicit.Pro hac parte plures refert cõcordãtias Bartholomæ.Chaſſanæ.in cõſi.53.§.vndecimo facit. & in Catalogo gloriæ mũdi.5.par.cõſi.42.verſi. Prima fuit opinio. Capella Toloſana deciſio.433 incip.Itẽ fuit quæſitũ,an ius primogenituræ.vbi Stephan.Auffreri.dicit hanc opinionẽ & ſententiam cõmunẽ Guilliel.Benedict.in repet.c. Rainurius.verb.in eodẽ teſtamento relinquens.in.1. n.198.de teſtamen.Boeri.in conſuetu.Bituriceñ. titul.*Des coſtumes concernans teſtamens*.§. 2. Felin. remiſsiuè in ca.conditis.nu.15.de præſcriptio.Aequiorem,cõmuniorẽ,ac melioribus rationibus cõprobatã dicit Montolonius in promptuario iuris diuini ac humani.in verb.primogenitus.ſecũdum relationem Chaſſanæi dict.conſi.42.Sed in meo libro nullum ſermonem de hoc articulo reperio eo in verbo.Facit Tiraquell.in tract.de primogenitura.quæſt.40.nu.13.vbi plures refert,qui hanc opinionem ſequuntur.Et magis communem teſtatur Alciat.lib.8.iuris Parergon.cap.15.&de cõſuetudine ſeruari apud quaſcunq; gentes ex relatione aliorum tradit Couar.in dict.cap.38.verſic. Vndecimo illud. ¶ Contrariam opinionem,imo quod in primogenitura inſtituta â teſtatore ſeu homine quolibet fundatore filius ſit admittẽdus tãquã proximior teſtatori,tenet Bal.cõtra gl.in.d. §.in fideicommiſſo.etiam ſi res ad plures deuenire poſsit,vt ibi gloſſ.dicit.Quam ſentẽtiam optime probat Decius in.l.2.colum.2.numer.6.C.de ſucceſſ.edicto.vbi Iaſ.& Curti.Et eſt magis communis,quod patruus inſolidum admittatur , excluſo nepote,ſecundum Philipp.Deci.conſi. 79. dubio.1,& conſi.450.nume.9.Pro patruo eſt magis communis opinio , ſecundum Alex. conſil.4. libr.4.Matthæus de Afflictis in rub.de ſucceſsio. feudi.nume.88.libr.feudorum.& Couar. vbi refert alios in dict.capit.38.verſic.Nec tamẽ olim. Quamuis ipſe ibi numer.6.etiam non ſtante lege Tauri regia.40.exiſtimet veriorem illam opinionem,quæ fauet nepoti aduerſus patruum.Sed lege regia non ſtante,veriorem exiſtimarẽ opinionem,quæ fauet patruo,per rationem ſupra dictã, ad quam prædicti non aduertunt,falſo exiſtimantes fie-

tes fieri trãſitũ & digreſsionẽ de gradu ad gradũ,
ſeu de linea ad lineã. Quia & ſi plures filij ſint, re-
moto eo, qui eſt in eodẽ gradu, facit locũ ſecũdo,
nec fit digreſsio lineæ, quinimo in eadẽ eſt bipar
titio per concurſum pluriũ, qui ex natura & lege
primogenij non poſſunt ſimul venire, ſed vnus
in ſolidũ: obſtaculũ primi ceſſans, veniet ad ſecũ-
dum, cũ ſit proximior teſtatori ſecundũ veritatẽ:
nam alia eſt perſona patris, alia filiæ, alia nepotis,
ergo proximiori gradu inhærens fundatori, præ
ferẽda erit, hoc eſt patruus, qui primũ gradũ & li
neam tenet, cũ nepos ſit in remotiori fundatori,
de cuius bonis agitur, & ſucceſsione. Et idẽ dicẽ
dũ exiſtimaui in priori parte harũ regiarũ cõſti.
in l. prima. col. 24. tit. 6. lib. 1. loquendo in iure
patronatus, vbi ex fundatione filius primogeni-
tus fuit vocatus ad illud, & adduxi duas opinio-
nes inter ſe adinuicẽ pugnantes, vnã pro patruo,
alteram pro nepote, vt in præſenti actum eſt.

Oritur tamen dubiũ, eo caſu, quo aliquis funda
uit primogeniturã vocãdo ſucceſsiue ad eã deſcẽ
dentem natu maiorẽ, vt fieri ſolet, cũ clauſulis ſo
litis, adijciẽdo clauſulã, Et volo, quod non poſsit
perdi per quodcunq; delictũ quantumcunq; ne-
fandũ, & enormiſsimũ, ſiue hæreſis, vel criminis
læſæ maieſtatis cõmittendũ (quod Deus auertat)
per meum ſucceſſorem, niſi fuerit tale crimen cõ-
miſſum in primo capite, hoc eſt in perſonam pro
priam regis. Poſt aliquos ſucceſſores fundatoris,
quidam maioriæ poſſeſſor commiſit crimen læſæ
maieſtatis in perſonam vel filiorũ regis, ſeu conſi
liariorũ. vel huiuſmodi: eſt quæſtio, Vtrũ ſit con-
fiſcandũ primogenium, vel venire debeat eo con
demnato propter tale crimen in ſequentẽ voca-
tũ? Reſpondendũ eſt ad vocatũ, & non ad fiſcum
tranſire, ac à quibuſcunque poſſeſſoribus is voca
tus poterit res primogenio debitas vendicare. l. fi.
§. ſin autẽ. verſi. Quod ſimiliter. C. cõmunia de le-
gat. præſertim. cũ poſſeſsio iuris & facti remoto
anteceſſore ipſo iure abſq; aliqua corporali ap-
prehenſione tranſeat in ipſum. per. l. 45. Tauri.
cũ notatis à me ad Segur. in repet. l. quẽadmodũ.
n. 103. ff. de acquir. poſſ. cũ declarationibus poſi-
tis in ſimili ſtatuto à Tiraquell. in tracta. de mor-
te. 2. par. 1. declaratione. Præterea quando teſta-
tor ex facultate à iure ſibi conceſſa poſuit clauſu
lam, ne dominiũ tranſiret ad fiſcum ſed quod an-
te præambulã horam quam crimẽ committatur,
tranſeat in ſequẽtem in gradu, non venit fiſcus,
ſed vocatus: tex. eſt ſingul. in l. Imperator. in
princ. ff. de fideicommiſſ. liberta. vbi litera Mo-
deſtini Iuriſcõſulti dicit, Imperator Antonnius cũ
Firmus Mutiano Tragœdos tres legaſſet, & adie
ciſſet, quos tibi commendo, ne alicui alij ſeruiant,
publicatis bonis Mutiani, reſcripſit debere eos pu
blice manumitti. Et ſic ex illo textu conſtat rem
prohibitam alienari, in fiſcum minime transferri.
Quem Barto. notat. & alia iura per eum videnda
ad hoc citat & addjtio. in prædicta. l. Imperator.
n. 1. Iaſo in. l. filiusfamilias. §. diui. 2. lectura. n. 19.
ff. de legat. 1. Alexã. per nouẽ fundamenta opti-
mè probat in conſi. 23. in cap. Teſtator inſtituit
filios hæredes. lib. 1. & Cremẽ. ſingula. 86. Statu
to cauetur. citat prædicta regulam. l. Imperator.
ex quo ſumi poteſt optimũ fundamentũ in ſpeciẽ
propoſita. Hippol. plures ad prædictam conclu-
ſionẽ referẽs in ſingu. 314. incip. Prohibitio alie-
nationis. & in cõſi. 49. col. fina. n. 71. nec enim ex
hoc dicitur lædi fiſcus, quia in pœnis venire dici-
tur ex cauſa lucratiua, & in remiſsione earũ nullũ
damnũ pati cenſetur, vt probat ex Bald. Paul. Pa
riſius conſi. 1. n. 22. verſi. ea ratione quoniã in pœ-
nis. libr. 4. & Bald. in. l. parentes. col. 1. verſi. Nec
enim per hoc dicitur nocere fiſco. C. de teſtib. er-
go excludendo fiſcũ, & prohibendu, ne bona ad
illũ venirent in ſua fundatione, teſtator nullũ dã-
nũ intulit, & valuit per præmiſſa eius diſpoſitio:
nec delictũ anteceſſoris, etiã ſi ſit pater ſequentis
in gradu in his bonis ſequẽti in gradu, & ſic filio,
vel nepoti præiudiciũ debet inducere: cũ hæc bo
na non ſint delinquentis, ſed primi fundatoris, &
inſtituentis vinculũ, cui ſuccedere eſt cõpertum.
l. vnũ ex familia. §. ſi de ſalcidia. ff. de legat. 2. Et
delictũ patris nõ nocet nepoti catholico, quo mi
nus habere poſsit bona propria aui, vt eleganter
notat Segur. in repetitione. l. cohęredi. §. cũ filię.
n. 73. ff. de vulgari & pupillari. quẽ citat Iacobus
Septimacenſis in catholicis inſtitut. ca. 29. nu. 7.
Notat Fernandus Gomez Arias in. l. 4. Tauri. n.
96. quod habens filiũ Iudæũ, vel hæreticũ, quam
uis ipſe ſit incapax, poterit tamẽ inſtituere nepo-
tẽ catholicũ. l. cognominus. C. de hæretic. Iaſo in
l. fina. nume. octauo. C. de his quib. vt indig. Ergo
ſi anteceſſor, etiam ſi ſit pater, propter eius culpã
non debet nocere ſucceſſori venienti ad maioriã
ex vocatione fundatoris, cuius hæres eſt, ex. l. co
hæredi. §. cum filiæ. ff. de vulgari & pupilla. Tum
etiam, quia bona ſubiecta reſtitutioni, non poſ-
ſunt vllo modo alienari. l. fin. C. de reb. alien. non
alien. quam ex pluribus confirmat Anto. Gome-
zi. in. l. 40. nume. 81. quæſt. 27. in conſtitu. Tauri,
nec ex delicto vnius alius eſt puniẽdus, ſed vnuſ-
quiſque portabit ſuam iniquitatem. Et ſic nec fi-
lius pro patre, nec vxor pro marito. l. 77. Tauri.
cum ibi traditis à ſubtili interprete Anto. Gome-
zio, & Chaſſanæ. in conſuetu. Burgund. rubr. 2. §.
ſecundo. numer. 1. Et hanc partem probat ibi nu.
15. verſi. Item non veniũt. & Hippolyt. in ſingu.
316. & ſubſtitutus excludit fiſcum excõmuni do
ctorum ſententia in. l. prima. C. de hæred. inſti. ſe

cundũ Greg.Lopez in.l.22.verb.*Subſtitutos.* tit.
3.par.6.Igitur & in ſpecie propoſita ſubrogatus
ex vi inſtitutionis venire conuenit,excluſo fiſco.
Nec talia bona prohibita alienari potuerũt ſuc-
ceſſoris delicto in præiudiciũ ſequentis confiſca-
ri,ex his,quæ tradit Ioã.Lup.in tract.de inſti.&
iur.obtentionis ac retentio.regni.Nauar.5.§.ſex
to.Bellame.deciſio.725.Pro introductione q.&
in puncto expreſſe Antoni. Gomez. in allegat.
l.40.quæſt.37.nu.91.omnino videndus.vtrũ au-
tẽ valeat pactũ,quod per delictum nõ poſsit amit
ti feudum,ſeu maioricatus? Videtur quod non,nã
non valet pactũ,per quod in futurum daretur oc
caſio delinquendi.l.conueniri.ff.de pact.dotal.
Tum etiam ex Bald.in.l.prima.quæſt.51.nu.43.
ff.de rerum diuiſio.qui tenet, inualidam eſſe pa-
ctionẽ,qua cautum cõſtat,per feloniã feudũ amit
ti non poſſe.¶ Dubitatur præterea, Maritus &
vxor vinculũ,ſeu maioriam inſimul in eodem teſ
tamento fecerunt vni filio.Mortuo marito,vxor
vult pro parte ſuorum bonorũ reuocare illud,eſt
dubiũ an poſsit? Et videtur nõ poſſe reuocari, ex
Bald.in.l.pro hęreditarijs.C.de hæredi.actio.co.
fin.n.13.dicẽte,quod donatio cauſa mortis à duo
bus ſimul facta, altero inuito minime reuocari
poſsit,quia illius intereſt,ne illa diſpoſitio mute
tur.Quod ibi reputat ſubtile,& notandũ. Quẽ ſe
quitur.Iaſ.in.l.quę dotis.col.4.n.45.ff.ſolut.ma-
tri.quamuis ibi Alexan.dubitauerit in n.8. Sed ta
men opinio Bal.ea ratione procedit,quod ex di-
cto contractu,etiã facta mentione mortis,ſit dona
tio inter viuos.Sed in caſu noſtro ſui natura eſt re
uocabilis etiam per actum inter viuos,nã lex libe
ram facultatem reuocandi præſtat,quemadmodũ
conſtat in.l.17.Tauri,ibi *o por otro algun contracto
entre vivos,ora el hijo eſte en poder del padre que hizo
la dicha mejoria,o no,faſta la hora de ſu muerte la pue
da reuocar quãdo quiſiere.* Præterea Bald. loquitur,
quando ex cauſa matrimonij talis pactio fit, quo
caſu & per præmiſſam legẽ Regiam conſtat actũ
eſſe irreuocabilẽ, ibi. *anſi como por via de caſamien
to.* Præterea & ſecũdo in conſtitutione primoge
nij aperte probat Ludoui.Bologni.conſul.6a.co.
4.dicens primogeniũ à viro & vxore ex commu-
ni patrimonio factũ ex principis authoritate,al-
tero mortuo,nõ poſſe à ſuperſtite reuocari,etiam
ex ea parte,quæ ad ſuperſtitis bona ſpectat, ne
illuſio fiat defuncto,qui ratione illius communis
conſenſus,illũ actum egit, alioqui minime actu-
rus.Andr.Tiraquell.eum ſequitur in tracta.de iu
re primogeniorũ.quæſt.octaua.n.7.Quæ ſenten
tia procederet,quando primogenium eſſet factũ
ex cauſa onerosa,nẽpe,cũ tempore matrimonij,
vel eo tẽpore,quo primogenitus ſit doctor,rẽ ali
quam coniuges donauerint ea lege,vt ipſe primo
genitus in ea tantũ ſuccedat,quo in caſu liberum
non eſſet ſolis ipſis parentibus alios filios ad eius
rei ſucceſsionẽ admittere in præiudicium primo
geniti, cui id ius quæſitum eſt ex prouiſione &
pacto donantis.argumento.l.final.ff.de pactis.l.
poſt mortẽ.§.finali.ff.de bonorum poſſeſſ. cõtra
tabul.& cap.1.& ibi docto.de ſucceſsio.feud. Et
ita reſpondit nuncupatim Paul. Caſtrenſ. conſil.
164.In præſenti cauſa.verſic. Sed nos loquimur.
col.ſexta.lib.2.Nec enim ait,alter ex contrahen
tibus poteſt legẽ contractui,vel donationi appo-
ſitã immutare.l.aliud.ff.de ſolut.iuncta.l.legem.
C.de pactis.Quo fit,ſecundũ eum,donantem ſolũ
ſine donatario reuocare nõ poſſe.Et ſequitur De
ci.conſil.468.col.penul.verſi.Et ad confirmatio
nem,& conſi.498.viſo caſu.col.3.verſi.Et ad con
firmationem.Et probatur in.l.22.Tauri.ibi,*q̃ en
tal caſo ſean obligados a lo cumplir,y hazer.* Et ſic his
non refragantibus reſponderi oportet in dubio
propoſito,meliorationẽ,vinculum,ſeu maioriam
factam à marito & vxore,vel ab alijs duobus ſi-
mul ex vtriuſque bonis,ab vno eorũ,altero inui-
to,vel mortuo,libere reuocari poſſe,ex Oldra.cõ
ſil.174.Thema tale eſt.dicente,teſtamẽtũ reuoca
ri poſſe in ſpecie propoſita,etiã altero mortuo,
quia ſub vna ſcriptura hic duo teſtamenta cõtinẽ
tur.Et Corneus conſil.159.In hac præſenti cõſul
tatione.nu.1.col.1.libr.4.Alciat.in.l.licet.verb.
Donationis.C.de pactis.Roder.Suarez in repe.l.
Quoniam in prioribus in declaratione.l.9.ritu.5.
lib.3.foro legum.pa.165.co.1.n.12.verſ.Ad præ
dicta facit.C.de inoffi.teſtamen. Et hanc partem
ſequitur Doct.Couarru.in rubric.de teſtamen.2.
part.nume.octauo.verſic.Porro,vt id obiter aga
mus.Cum igitur hæc ſit quædam diſpoſitio à cõ-
iugibus facta,ſupremi iudicij diſpoſitionem præ
ueniens,& in natura tam mutabilem aſſumens.l.
ſi filia.§.Papinianus.ff.familiæ herciſcun.l.fi.C.
de pact.l.parentibus.C.de inoffic.teſtamẽ.& ex
notatis ab Oldrad.conſ.231.vbi reſpondit, quod
ſi rex diuiſionem fecerit inter filios, eam rece
iurantes,& ita vnum vni regnum aſsignet, alteri
alterum,poteſt ipſe rex, ſi velit,huiuſmodi diui-
ſionem reuocare.Sequitur Bald.in.§.Item ſacra-
menta.colum.penul.verſic. Quæ fuit de facto.in
titul.De pace iur.firm.& Addi.capellæ Toloſa-
næ in deciſio.453.vbi Aufrerius dicit hoc de iure
eſſe verius,Late de hoc per Boeri.deciſ.204.Hinc
fit,quod ſi filius renunciet hæreditatem patris de
eius conſenſu in fauorem fratris cum iuramento,
quod pater poterit eam reuocare vſque ad mor-
tem iuxta.l.fin.C.de pact.Couar.in repe.c.quam
uis pactum.in princ.tertiæ partis.nu.2.de pact.
libr.6.adeo, quod ex tali reuocatione euaneſcit
quo ad patrẽ,qui beneficio legis fuit vſus,& quo
ad re-

Digitized by Google

ad renuntiantē, vt ipſe conſului & obtinui in facto
Salmanticæ contingenti. Quamuis in hoc vltimo
velit contrarium Couar. vbi ſupra. Sed noſtra opi
nio verior eſt, ac magis cōmunis, vt poſteà cōpe
ri Senatorē Regiū Fernand. Menchaceū. lib. de
ſucceſsio. creat. §. 18. n. 200. communē aſſerentē.
Impoſsibile enim eſt actū deambulatoriū vſq; ad
extremæ vitæ exitū poſſe impediri, ac eius homi
nis liberū arbitrium. Quia, vt ait Seneca libr. 4. in
ſuis tragœdijs, omnia certa naturalia in certis legi
bus ſtabilita ſunt, quas non poſſunt relinquere:
homo autē leges nullas habet, quas infringere nō
poſsit. Quē refert Guilliel. Benedict. in repet. ca.
Rainutius. verb. Teſtamentū. 12. n. 25. de teſtam.
vbi ponit aliquas cautelas ad faciendum teſtamē
tum irreuocabile. Vna tamen erit, quod maritus
de conſenſu vxoris & de eius bonis teſtetur, nam
iſto caſu non admittetur pœnitentia ipſius, poſt
quam ſemel conſenſit, mortuo teſtante, ſecūdum
Couar. in dict. rubr. 2. part. n. 8. verſi. Aliud dein-
de. Et Menchac. de ſucceſsio. creatio. lib. 2. §. 17.
n. 80. verſ. Quod limito. Roderi. Suarez in dict. re
pe. l. Quoniam in prioribus. p. 166. n. 14. per tex.
in. l. ſicut. §. venditionis. ff. quibus modis fund. vel
hypot. ſolui. Quamtamen limitationem ipſe intel
ligo, quādo ab vxore, vel amico eſt data facultas
diſponēdi de rebus ſuis marito, vel ſocio, vt in pro
prio teſtamento, nam tunc morte ipſius cōfirma
tur, nam alias beneficiū tale illuſoriū eſſet, & ſic
conſenſus talis habuit vim donationis, vt ille per
ſuum teſtamentū libere diſponere poſſet de illis
vna cum ſuis, vel ſine bonis teſtatoris, quia forte
non habebat. Dum tamē prędicta permiſsio eſſet
talis, quę non excederet bona etiā præſentia cōce
dentis. Si tamen vxor concederet poteſtatem &
commiſsionē teſtandi pro ea, & ſuo nomine, quē
admodum ipſa poſſet illud teſtamentū reuocare
libere durante eius vita ſi ab ea perſonaliter cōdi
tū eſſet, eodem ac fortiori iure factum ab illo cō-
miſſario, nam morte cōmittentis, & non facientis
confirmari non eſt dubium. ad Hebræos. 9. & ca.
cum Marthæ. §. cæterū. de celeb. miſſa. ibi, nouiſ-
ſimū etenim hominis teſtamentū morte immobi
le perſeuerat, quia teſtatoris obitu confirmatur,
iuxta quod Apoſtolus teſtamentū in morte aſſe
rit cōfirmatū, alioquin non valet dum vixerit qui
teſtatur, &c. ergo cū ſit ſuum teſtamētū, poterit
ad libitum reuocare, etiā ſi iuraſſet ipſum non re-
uocaturum, vt hac lege ſupra habitum eſt.

Quæritur, Vtrum ſucceſſor maioriæ teneatur
ſoluere debita contracta à prædeceſſore? Videtur
quod teneatur, ex ca. 1. de ſolu. vbi ait, Sicut filius
debita patris ſoluere tenetur, ita prælatus ſui prę
deceſſoris pro eccleſiæ neceſsitate contracta. Fi-
lius autē in maioricatu ſuccedere dicitur non iure
proprio, ſed hæreditario, ſecundū Oldrad. conſi.
49. maxime à n. 14. Alberi. in proœm. digeſtorū.
§. diſcipuli. nu. 13. & in. l. donationes quas diuus.
col. 2. n. 4. C. de donatio. inter vi. & vxor. Anchar.
in ca. licet. de vot. Panorm. conſi. 3. lib. 2. l. 4. titu.
15. par. 2. ſi hæres tenebitur exonerare conſcien-
tiam illius, cuius eſt hęres, de redditibus, & fructi
bus primogenij, quia proprietas ſalua debet ma-
nere, cum in hac ſucceſsione tantū veniat ad vſum
fructum rerum maioriæ. argumen. tex. in cap. in
tellecto. de iure iuran. Prætereà ſi primogeniū nō
diceretur habuiſſe à proximo ſucceſſore, nullo
modo poſſet eo priuari. vt in ca. licet. de vot. nec
anteceſſor poſſet renuntiare ius primogenituræ,
vt conſtat in cap. quam periculoſum. 7. quæſt. 1.
cum notatis ab And. Tiraquel. in tracta. primoge
ni. quæſt. 26. & quæſt. 86. Et per illū textū abſo-
lute in maiore uigintiquinq; annis firmat Ciſont.
in. l. 40. Tauri. quæſtio. 14. & Antoni. Gomezi.
quæſtione. 16. n. 70. intelligendo iſtud dictū, quā
do primogenitus iam ſucceſsit in maioria, ſecus ſi
pater, vel prædeceſſor viueret, quia tūc eius volū
tas & conſenſus requiritur, cū perſeuerantia vſq;
ad mortem. argum. tex. ſingula. in. l. fi. C. de pact.
tenet Bald. in authen. Hoc amplius. C. de fideicō.
col. 3. n. 10. ¶ Præterea hoc probat regia. l. tit. 15
par. 2. Cū ergo generaliter loquatur, verſeturque
maxima æquitas, tam in ſucceſſoribus regni, quā
in alijs maioricatibus, in quibus veniūt per ſucceſ
ſionem, & ſic nepos repræſentat perſonā patris,
& excludit patruum tanquā proximior anteceſ-
ſori, hoc eſt, poſſeſſori maioricatus, cuius contē-
platione iſtud ius competit nepoti, per. l. 40. Tau
ri. Ergo quoad cōmodū deſcēdentiū ſpirituale &
tēporale voluit teſtator prouidere in præmiſsis
bonis, ne animæ eorū detrimentum vllum pate-
rentur in alio ſeculo. Quod cogitādum eſt. Nam
ſi inſtituēs eo tempore fuiſſet rogatus, hoc ipſum
diſpoſuiſſet, præſertim cum maiorem affectionē
habuerit ad omnes, qui primo fuerūt nati, & con
ſequuti primogenium, quam ad eos, qui poſtmo-
dum ſuperuenerunt, & ſic iſti primi debent præ-
ferri in præmiſsis bonis, ratione præmiſſa, & ſuc
ceſſor ex eis debet exonerare conſcientiam ante
ceſſuris: cū ſi pater detineretur in vinculis & car
ceribus temporalibus teneretur ipſum ab eis libe
rare, quanto magis à pœnis purgatorij, quæ ſunt
maximum ſupplicium & vinculum, vt omnibus
religionis Chriſtianæ cultoribus ſatis perſpicuū
eſſe conſtat. Facit arguēdo de maioria ad feudū,
prout habet Anto. Gomez in dict. l. 40. n. 77. er-
go priuandus erit maioricatu. capi primo. §. Item
qui dominum. verſi. Item ſi delator. ibi, vel ſi co-
gnouerit dominum incluſum, & eum, cùm potue-
rit, non liberauit, feudum perdit. Item vt ibi patet.

Digitized by Google

propter ingratitudinē feudo venit priuādus, ergo & maioria. prout habetur in titu. Quæ fuit prima cauſa beneficij amitt. lib. 2. feud. notat Gomez. in dict. l. 40. Tauri. quæſt. 17. n. 71. His tamen præmiſsis cōſtituo hāc cōcluſionē. Succeſſor maioricatus tenetur ad debita anteceſſoris ſoluēda, quæ fuerūt cōtracta à primo inſtituēte, vel à ſucceſſore in vtilitatē maioriæ, & conſeruationē ipſius, non alias, niſi ex decētia, congruētia, & æquitate, ſecus tamen in regni ſucceſſore. Probatur ex dict. c. 1. de ſolu. in verbis ſupra relatis, loquendo etiā in prælato. Panor. ipſum citat conſi. 10. lib. 2 Bertachi. in tracta. De epiſcopis. libr. 4. part. 4. quæſt. 54. nu. 187. & Nicol. Euera. in legalibus, loco. 10. verſ. Primo enim nō procedit. pag. 133. quo text. cautū eſt, ſucceſſorē duntaxat teneri ad ſolutionē debitorū per defunctū contractorū in neceſsitatē, & vtilitatē eccleſiæ, non alias ex mēte omniū vbiq; ergo ſi poſſeſſor in vtilitatem maioriæ expenſas fecit, debitaq; contraxerit, ex fructibus ipſius erunt ſoluenda a ſucceſſore nō autē ſi pro ſua tantū cauſa. Quia filius non tenetur pro debitis à patre cōtractis, nec è conuerſo, niſi pro ea parte, qua ſuus hæres eſt, vt ex pluribus iuribus probat Hippolyt. ſing. 224 in rip. Filius non tenetur. Sed eo caſu, quo anteceſſor nō fuit inſtitutor immediatus, non fuit hæres in maioria ipſius, ſed primi relinquentis, à quo dicitur habere ſucceſsionem. l. vnū ex familia. §. ſi de falcidia. ff. de legat. 2. l. tertia. ff. de interd. & relega. ibi, quæ vero non à patre, ſed à genere, à ciuitate, à rerum natura tribuerentur ea remanere eis incolumia. c. ſignificauit. de reſc. Ergo ab eo grauari nō potuit tacitè, nec expreſſe de rigore iuris. l. ab eo. C. de fideicom. nec in præiudiciū ſequentis poterit primogeniū renuntiare, ſed tantū in ſuum. Tiraquel. de iure primogeniorū. quæſt. 27. Nec etiā ius patronatus in præiudicium filiorū, ac legitimorum hæredum renuntiare poterit pater, qui non fuit inſtitutor, ſeu fundator illius iuris, vt late probaui in. l. 1. verb. *le deuan ſucreder*. col. 240. tit. 6. lib. 1. ordina. Regalium. ergo & in ſpecie propoſita, per ea, quæ adnotauimus ibi. Nec obſtat. ca. quā periculorum. 7. quæſt. 1. nā verus intellectus ad illū text. poteſt aſsignari, quod ibi nō fuit pactū vllū de hæreditate viuentis, nec de iure ſuccedendi in bonis, ſed de iure primogenituræ, quod cōpetebat de præſenti, vt inſinuat ibi gl. verb. Primatus. quia præcedebat in lege veteri maior natu, & hoc erat ſeparatum, ac longè diſtās à ſucceſsione, & poterat per primogenitū cedi, emi. & tranſmitti, præſertim cū iuramento. Nam iura, quæ quis habet de præſenti, quilibet in ſuū damnū tantū poteſt renuntiare. l. mater decedens. ff. de inoffic. teſtam. l. poſt mortē. C. de fideicom. ex Deci. cōſil. 443. col. 5. n. 28. lib. 4. Carol. Molin. in conſuetu. Pariſien. tit. 1. §. octauo. gloſ. 3. n. 26. cum ſequent.

¶Nec obſtat ca. licet. de vot. quo tex. filius priuatur ob votū patris neglectum hæreditate, & regno. Quia intelligitur ex eo, quia ipſe huic grauamini aſſenſit expreſſe, vt probant verba text. ibi, à patre iniunctū. & ibi, à ſponte ſuſceptū, Nam alias in legitima non poſſet grauari, cum piæ cauſæ ſit præſtanda. Igitur ſi priuatur ibi legitima, fuit ex proprio conſenſu, & potuit. l. nō putauit. §. ſi quis ſua mano. ff. de bono. poſſ. cōtra tabula ſing. ſecundum Imol. in. l. filio præterito. n. 42. ff. de iniuſt. rup. Deci. l. nemo fraudare videtur. ff. de reg. iur. Ioan. Lup. in repeti. rubr. de donat. inter vi. & vxo. §. 47. col. 1. Et ſic præteritioni de ſe factæ eo caſu, quo ipſe approbabit, teſtamētu non erit nullum ex præmiſsis. Iaſ. in. l. inter cætera. n. 11. ff. de liberis & poſthum. vbi dixit cōmunē. & in. l. poſthumo. n. 10. C. de bono. poſſ. contra tabul. Et defendit tanquā veriorem Guilhel. Benedict. in repe. ca. Raynutius. 1. n. 105. cū ſequen. de teſtamē. Sed quod poſsit filios approbare teſtamētum nullum, in quo fuit præteritus, conſtat ex præmiſsis. Et hanc ſentētiam communem dicit Alexan. in. l. poſthumo. n. 27. præællega. & Greg. Lopez in. l. 9. verb. *Ge lo otorgaſſe*. tit. 8. par. 1. vbi ſic dicit. adde cap. licet. de vot. ad cuius capituli intellectum confert iſta lex. quod filius Regis acceptauit votum paternum, promittēs ipſius executionē. Idē notat in l. 8. tit. 10. part. 6. Facit, nā in re propria pōt quis conſentire, vt adijciatur grauamē l. ſicut. §. venditionis. ff quib. modis pign. vel hypot. ſolui. ergo fortiori ratione in legitima, quæ debita non firmatur, ſed quaſi filio debita. gloſ. in. l. 3. C. de iur. & fact. igno. Segur. dicit approbatam eius ſententiā in repet. l. tertiæ. § fina. n. 115. vbi plura dixi ad illā in additione. ff. de libe. & poſthu. alias enim nō poſſet onerari in legitima, nec eius commodo priuari, quamuis non fecerit inuentarium, & iuſſa teſtatoris non impleuerit, quoniam eam legis beneficio habet. & nō hominis, aut hoc amplius. C. de fideicom. l. ſi arrogator. ff. de adoptio. Guilhel. Bened. in rep. capi. Rainutius. verb. ſi abſque liberis. 2. nu. 196. de teſtamen. ergo non poterit ex cauſis præmiſsis onerari, ſeu legitima priuari. Carol. Molin. in conſuetu. Pariſien. tit. 1. §. octauo. glo. 3. quæſt. 3. nu. 10. &. 11. Quo fit falſam interpretationem communem ad dict. cap. licet. eſſe, qua dicitur, quempiam hæreditati indiuiduæ, ſeu regno ob cauſam pietatis non impletam ſeruari poſſe, vt Suarez in repet. l. Quoniam in prioribus. num. 20. fol. 6. C. de inoffic. teſtam. aſſerebat. Nam ſi non habet locum in legitima, quæ per partes poteſt verificari, longe minus locum habebit in tota ratione indiuiduitatis, ne filius

heredero, o legatario no quiſiere acceptar, o renũciare la herẽcia, o legado, el ſoſtituto, o ſoſtitutos lo puedan auer todo. Y mãdamos † otroſi, que vala el teſtamẽto q̃ fuere hecho cõ buenos teſtimonios.

ADDICION.

¶ Concuerda con la ley. 1. tit. 4. libro. 5. de la recopilacion.

lius ex ſola patris voluntate toto ſuo iure deſtituatur. Cũ ergo nõ ſit honoratus, grauari nõ potuit. l. plane. 2. §. fi. ff. de pet. hær. l. ab eo. C. de fideico. vt etiã probat Dida. Segur. in repe. l. 3. §. fi. n. 11 a. vbi latẽ dixi. ff. de lib. & poſthu. & Fernan. Loazes in repeti. l. filius fam. §. diui. col. 12. n. 71. de legat. 1. Ioan. Le cerier lib. 3. de primogenitura q. 6. Cou. in ca. ſi hæredes. n. 9 de teſt. & ſic ni mirũ ſi priuari poſsit legitima quo ad ſuũ pręiudiciũ, & ſic etiã regno. maioratu, ducatu, ſeu comitatu, quatenus haber ius in eo ad vitã, nõ tñ in præiudiciũ ſucceſſorũ, qui beneficio fundatoris, & nõ anteceſſoris patris, vel aliàs habẽt ex pręmiſsis, quoniã à patre offenſo nõ accepit ius, ſed aliũde. Carol. Molin. in cõſue. Pariſ. ti. 1. §. 8. gl. 3. q. 3. n. 12. fo. 113. Ergo filius ingratus iure primogenituræ propter ingratitudinẽ priuari nõ poterit in ſpecie propoſita. ex Carolo Molineo vbi ſup. Nã in capi. licet. regno priuatur, nõ ob ingratitudinẽ, ſed propter inobedientiã cõtra Papã iubentẽ votũ adimplere: nã ibi filius ꝓmiſit votũ ad effectũ perducere, & ideo tenebatur illud adimplere, vt ſupra diximus, & monitus à Papa vt propriã promiſsionẽ abſolueret, agere fortè noluit, atq; ob iſtã cauſam pro nimia cõtumacia excõmunicatus fuit, & in ea pertinaciter inſiſtẽs, ab ipſo Romano Põtifice indignus regno iudicatur, ac priuatur. argum. c. grandi. de ſuppl. negl. præla. lib. 6. vbi ex cauſa à Papa quis priuari poteſt regno. ca. Apoſtolicæ. de re iudi. eod. lib. 6. cap. Adrianus. 63 diſt. c. alius. 15. q. 6. tradit latè Ioan. Lup. in tracta. de iuſt. & iur. regni Nau. 2. p. §. 7. & ſic meritò fuit priuatus regno. Et poteſt eſſe verus intellectus ad d. c. licet. & in lectione aſsignaui dũ legerẽ Salmãticæ titulũ, De voto, Anno ab orbe Redẽpto. 1549. Nec obſtat. l. 4. ti. 15. p. 2. nã intelligitur regno, & rex iure hæreditario ſuccedit. primogenitus aũt iure electionis. Quod cõſtat, quia nõ venit vt hæres, cũ poſsit prælegatũ acceptare, & hęreditatẽ repudiare. l. 21. Tauri. Nec minùs obſtat tx. in c. 1. de ſolu. nã loquitur in prælato, prout etiã iura ſimilia, quod eſt diuerſum à noſtro caſu. Nam qui ſuccedit in feudũ, ſeu maioricatũ, nihil de nouo acquirit, ſed tantũ acquiſitũ à primo cõſtituẽte dicitur conſequi. ex gl. fi. in c. 1. đ feudi cogni. vbi Bal. n. 5. dicit. Tene mẽti pulchrũ dictũ, & ſapidũ modũ loquẽdi. Et dicit ſignãdã Præpoſi. col. pen. ad fi. idẽ Præpoſi. in c. 1. col. 10 verſ. 18. ſic argu. de feudo Marchię. Facit etiã. Nã in fideicõmiſsis nũquã filius repræſentat perſonam patris. Decius plures alios ad hoc citãs in l. 2, n. 4. C. vnde liber. Succeſſor autẽ in maioricatu eſt huiuſmodi. ergo, &c. Præterea cõprobatur. Nã qui capit emphyteuſim in morte patris, capit à domino emphyteuſis, & non à patre: & ſic ratione emphyteuſis nõ tenebitur ad debita patris quippe cũ beneficio dñi cõcedẽtis dicatur habere. Et idẽ eſt in his, qui habẽt aliquas domos à cõſiſtorio ciuitatis Salmãticenſis, alteriuſve ciuitatis ad vitã ſuã & alterius poſt eius vitã: nã ſucceſſor non dicitur primi emphyteutæ, ſed ciuitatis, & ſic nõ tenebitur ſtare locationi. Quẽmadmodũ ſucceſſor beneficij per mortẽ, ſeu reſignationẽ prædeceſſoris. quia nõ ab eo, ſed à Papa cõſequitur beneficiũ, ac proinde nõ tenebitur ad id, quod tenebatur gratia ſui tãtũ prædeceſſor. Et quia id ſæpe cõtingit, eſt memoriæ cõmendandũ. Et de emphyteuſi, ꝙ nõ dicatur beneficio patris obtentũ, ſed dñi concedẽtis, probatur ex Bartho. elegãter in l. mortis cauſa capitur. in princip. n. 1. ff. đ donat. cauſa mort. quẽ ſequitur Segur. in trac. de bonis lucrat. cõſtãt. matrim. n. 88. & cõfirmatur ex ibi dictis ab eo. nu. 86. verſi. Imò lex hoc cõceſsit vxori. & quæ ibi dixi. Et dictũ Bart. dicit ſingulare Iaſ. in l. emphyteuticarijs. n. 210. C. de iure emphy. Et cõfirmatur ex Frãc. de Aret. cõſ. 14. col. 8. verſ. Præterea quando pater. n. 14. dixi in meo indice. verb. Emphyteuſis. col. 3. verſi. Circa præmiſſa eſt dubiũ. & in q. 266. incip. Titius. Facit etiã illud quod tradit Io. de Platea in l. prouidẽdũ. C. de decurio. lib. 10. col. 4. per tx. ibi, ꝙ ſi aliquis fuit electus in dignitatẽ per ſucceſsione, vel electionẽ nõ tenetur ſoluere debita anteceſſoris. Quo in loco inquit etiã, ꝙ ſi debitũ fuit vtile, & volũtariũ, ſucceſſor non teneatur, ſi tñ neceſſariũ tenebitur, vt diximus in aſſertione. Quæ etiã ex l. Tauri. 46. probãda erit, per argumentũ à fortiori, vbi dicit, ꝙ reparata, & ædificata in maioricatu peti nõ poſſunt ab vxore prædefuncti, nec ſucceſſor tenetur ſoluere æſtimationẽ ſumptuũ ꝓ parte dimidia. Circa quã regiã legẽ vltra Lup. & alios Hiſpanos interpretes ibi, vide Io. Lup. in repe. rub. de dona. inter vir. & vxo. §. 60. co. fi. & §. 62. n. 15. fo. 38. vbi dicit, quòd illa lex eſt iniqua, quam ſemper putauit futuris tẽporibus improbari. Sed (eius pace ſalua) nõ cõtinet iniquitatẽ: nã lucra cõſtãte matrimonio inter cõiuges ſuperlucrata veniũt ſine ſuo labore, ſed ex legis beneficio. ideo ni mirũ, ſi à lege auferãtur fauore familiarũ cõſeruandarũ. Quo reſpectu primogenia dicũtur fauorẽ, & & nõ odiũ cõtinere à Carol. Moli. in cõſue. Pariſ. ti. 1. §. 8. gl. 3. q. 6. n. 30. quã iuſtificat Arias Pinel. in l. 1. p. 2. n. 71. verſic. Ex quibus in filio. C. de bonis

† Y mandamos. Hæc verba nõ reperiũtur in l. ordina. de Alcala. t. 19 an. 1386 l. vnic. vbi eſt originaliter vide: tñ hic à me ſcripta ꝓ eorũ verborũ intellectu.

maternis. Finaliter hāc partē probat Bal. in authē. Hoc amplius. C. de fideic. ſecundū Menchacen. li. 3. de ſucceſ. creat. §. 26. n. 51. Melius probat Caro. Molin in cōſtit. Pariſ. §. 11. nu. 8. prioris partis. Et per octo fundamenta concludit Fernand. Gomez Arias in. l. 44 nu. 39. Tauri. vbi ita in cōſilio Regis fuiſſe deciſum tēpore Caroli Imperatoris fatetur. Et Gre. Lop. in l. 4. tit. 15. p. 2. ver. *Sus deudas.* vbi refert Carol. Molin. aduertentē Oldr. loquutū fuiſſe in regno Aragoniæ, & Maioricarū, quādo delata fuit tota & vniuerſalis ſucceſsio iure primogenituræ. Ex Ioan. etiā Lup. qui tetigit in repe. ca. per veſtras. §. 18. nu. 37. de donat. inter virū & vxo. Et cōcludit bona maioratus indiſtinctè præſcribi poſſe. Pinel. in auth. Niſi triennale. n. 23. C. de bo. mater. reſolutionē ex pluribus refert, volētibus præſcriptionē ordinariā nō præcedere, longiſsimā tñ admittendā. Et plura in hoc diligenter aduertit. Et videtur nūquā poſſe præſcribi, quippe cū abſque poſſeſsione nūquā procedere valeat præſcriptio. l. ſine poſſeſsione. ff. de vſucap. ſed poſſeſsio à morte anteceſſoris transfertur tā ciuilis quā naturalis in ſequentē in gradu abſque aliquo facto. vt in l. 45 Taur. quod fieri poteſt, vt probat Huberti. Zucar. in repeti. l. fi. n. 105. C. de edict. D. Adria. toll. poſt Iaſ. in l. 1. n. 7. C. cōmunia delega. & Io. Bern. Diaz in tract. regularū cū fallent. reg. 562. incip. Poſſeſsio rerū hæreditariarū. vbi dicit cōmunem. igitur præſcribi nō poterit, attēto iure Caſtellæ. tetigi in l. 6. in gl. fi. ti. 13. lib. 3. ſup. Circa præmiſſa dubitatur, quæ ſit forma licentiæ Principis ad conſtituendum maioricatum, & forma inſtrumenti ipſius?

Dicendum formam licentiæ eſſe huiuſmodi.

Forma licentiæ ad conſtituendum Maioricatum.

IN DEI nomine Amē. Sepan quantos eſta carta de publico inſtrumento de mayorazgo vierē como yo el Doctor Diego Perez de Salamanca, vezino de la ciudad de Salamanca, por virtud de la licencia a mi dada por la Real Mageſtad para hazer mayorazgo, el tenor de la qual es eſte que ſe ſigue.

DON PHELIPPE por la gracia de Dios, Rey de Caſtilla, de Leon, de Aragon, &c. Por quāto por parte del Doctor Diego Perez, vezino de la ciudad de Salamanca nos fue fecha relacion, q̄ vos quereys hazer mayoradgo de los bienes q̄ vos agora teneys, o tuuierẽdes ende aqui adelāte en vn hijo, o hija de los q̄ agora teneys, o Dios os diere, o ſino los ouieredes, en deudo vueſtro, qual mas quiſieredes, y por biē tuuieredes, y en ſus deſcendiētes, para q̄ los dichos bienes le quedē por titulo y via de mayorazgo cō las cōdiciones, vinculos, y firmezas q̄ por biē tuuieredes y quiſieredes, y nos ſupplicaſtes, y pediſtes por merced vos dieſſemos licencia para ello, como la nueſtra merced fueſſe. Y nos por os hazer biē y merced, y por muchos, y grandes ſeruicios q̄ vos nos aueys hecho, y vueſtros anteceſſores, y nos eſperays de hazer cada dia, y porq̄ vueſtra caſa quede, finq̄, y ſe conſerue, y no ſe diſsipen, ni diſminuyan vueſtros bienes y hazienda (porque como dize el Euangelio Todo Reyno en ſi diuiſo ſera en ſi deſtruydo) por la preſente de nueſtro proprio motu, cierta ſciēcia, è poder Real abſoluto, no ſubjectos a diſpoſicion de ley, ni reconoſcientes ſuperior en lo temporal, por el bien publico de nueſtros ſeñorios, no a vueſtro pedimiento, ni de otro en vueſtra nombre, mas del dicho nueſtro proprio mouimiento vos damos libre licencia y facultad, para q̄ de todos vueſtros bienes podays hazer vn mayorazgo, o dos, o quantos quiſieredes, è por bien tuuieredes, de hijo, o hijos, o hija, o hijas, o nieto, o nietos deſcēdiētes, o de otros trāſuerſales, a quiē vos quiſieredes: y para que el dicho vueſtro mayoradgo, o mayoradgos q̄ anſi hizieredes, o eſtableſcieredes, podays poner, o quitar qualeſquier vinculos, grauamines, è condiciones, è inſtituciones, ſubſtituciones, y fideicōmiſſos, y modos que quiſieredes, e por bien tuuieredes Otroſi, para q̄ ſiēpre deſpues q̄ ouieredes hecho el dicho mayoradgo, o mayoradgos, los podays mudar, reuocar, anullar, cōdicionar limitar anſi en perſonas, como en bienes, è para q̄ podades agrauiar, y agrauiedes los otros hijos y hijas, o aſcēdientes, o deſcendiētes en legitimas perſonas de herencia, q̄ de vos como de padre

padre legitimo les pertenezcan, e podian perteneſcer, o por qualquier titulo, o cauſa, o razon anſi natural como ciuil, o en qualquier parte, o coſa de las dichas legitimas, ſin que los dichos vueſtros hijos, o hijas, o alguno dellos pueda querellar vueſtro teſtamento, o poſtrimera volũtad ni le puedan contratabular, ni hazer de inoſſicioſo teſtamento contra el, ni de nullidad contra el, ni vſar de otro remedio ordinario, ni extraordinario ninguno que agora ſea hallado por rigor de derecho, y por equidad del: ni puedan dezir, ni digan, q̃ ſi hizieredes el mayoradgo por via de concierto, como hecho contra diſpoſiciõ de derecho, es ninguno. Ca nos dende agora para entonces, y dende entonces para agora approbamos el dicho mayoradgo de la dicha nueſtra ſciencia, y ſabiduria bien aſsi, y tã cũplidamẽte, como ſi la perſona, o perſonas, a quiẽ excluyſtes de vueſtros bienes y herencia no eſtuuieſſen en medio, y fueſſen falleſcidos, y paſſados deſta preſente vida; y otroſi ſi tuuieſſedes hijo, o nieto, o hija, o nieta, o deſcendiẽte a la perſona, o perſonas, de quien hizieredes eſta merced del dicho mayoradgo. E para mejor validaciõ dela dicha merced de nueſtra cierta ſciẽcia, y ſabiduria, y poder real y abſoluto como Rey libre de los dichos nueſtros reynos y ſeñorios priuamos, apartamos, deſpojamos, y deſapoderamos a los otros vueſtros hijos, o hijas, nietos, o deſcendientes de las dichas legitimas partes, que de vos auian, o eſperan auer y heredar. Otroſi damos el dicho poder e facultad, que en vueſtra vida, o al tiempo de vueſtro fin, o muerte por contracto, o de qualquier otra manera, o vltima voluntad podays traſpaſſar el ſeñorio poſſeſsion corporal, real, actual de los bienes que hizieredes en el dicho vueſtro mayoradgo en la perſona, o perſonas que la hizieredes, y eſtableſcieredes: y para que les podays dar la dicha facultad, para que por ſus proprias authoridades ſin licencia, ni mandamiento de Iuez ni Alcalde puedan entrar y tomar la dicha poſſeſsion del dicho mayoradgo, pueſto que en ella aya reſiſtencia actual y verbal, y aũque ambas concurran, ſin incurrir, ni caer por ello en pena alguna, y para que en el dicho mayoradgo, o mayoradgos que anſi hizieredes podays poner la pena, o penas que quiſieredes contra los que vinieren contra las inſtitucio̅nes, condiciones, reſtituciones, fideicommiſſos, modos, y grauamines, agora las dichas penas ſean conforme â derecho, agora contra el tenor y forma del: y para que en el cõtracto podays declarar y declareys la dicha vueſtra voluntad poſtrimera, y la dicha nueſtra ſentencia y poder real y abſoluto Y corregimos, y derogamos las leyes y derechos que dizen, que el padre ſin culpa, o cauſa no pueda priuar á ſus hijos, o hijas, nietos, o nietas, o aſcendientes o deſcendientes, y las leyes que digan que ninguno ſino el cauallero pueda hazer ſu poſtrimera voluntad por via de contracto: y las leyes y derechos que dizen, que los hijos, o hijas ſegun natura han de ſer yguales a la ſucceſsiõ de ſu padre y las leyes y derechos que dizen, que los contractos adonde ſe liga la voluntad del teſtador, ſeã ningunos, y de ningũ valor y effecto, y que la dicha voluntad ſe pueda mudar faſta la muerte. Y las leyes y derechos que dizen, que los hijos, ó nietos, o deſcẽdiẽtes tienẽ derecho de anullar y querellar los teſtamentos de ſus padres q̃ no ſon inſtituydos por herederos, y la ley de ordenamiẽto de Alcala, en q̃ ſe contiene, q̃ las cartas e priuilegios han de ſer obedeſcidas e no cũplidas, e todas las otras leyes canonicas e derechos municipales e conſuetudinarios, que al dicho vueſtro mayoradgo e inſtitucion del auian e podian eſtoruar e impedir. E mandamos al Principe don Carlos nueſtro muy caro e amado ſucceſſor, e a los Infantes, Duques, Condes, Marque-

*Marqueſes, Maeſtros de las ordenes, e a los
de nueſtro muy alto Conſejo Preſidente e Oydo
res de nueſtra Real audiencia, Alcaldes dela
nueſtra Corte y Chancilleria, Aſsiſtentes, Cor
regidores, Alcaldes de los Caſtillos, e caſas
fuertes de los dichos nueſtros ſeñorios que cum
plan, e guarden, y executen, e fagan guardar el
mayoradgo que anſi hizieredes y eſtableſciere
des, e contra el tenor e forma del no vayan, ni
conſientan paſſar, ni contra la forma de nueſ-
tro mandamiento, ſopena de nueſtra merced, y
de mil ducados. Y mas mandamos que los em
plazen, porque ſepamos como ſe cumplen nueſ-
tros mandamientos. Dada en Madrid,
año. &c.*

¶ Statim ſubiſcienda erit conſtitutio maioriæ ſequenti ordine.

*PRimeramente por virtud de la dicha licē
cia, vſando della, hago, ordeno, eſtablez-
co e conozco que hago eſte mi mayoradgo de to-
dos mis bienes muebles e rayzes, e ſemouientes
e deudas, derechos y actiones, y eſcrituras, aſsi
las que agora he, como las que ouuiere dende
aqui adelante a Antonio Perez mi hijo pri-
mogenito, al qual hago ceſsion e donacion per-
fecta e no reuocable, que es dicha en Latin (in
ter viuos) de los dichos bienes de que yo hago e
ordeno eſte mi mayoradgo, el qual mayoradgo
hago, e ordeno, y eſtablezco en perſona del di-
dicho Antonio mi hijo mayor primogenito cō
las particularidades, e inſtituciones, ſubſtitu-
ciones, modos grauamines, vinculos, ſucceſsio-
nes ſiguientes.*

*Primeramente, con condicion, que el dicho
Antonio, en quien yo hago ordeno, y eſtablez-
co, e conozco que eſte mi mayoradgo de todos
mis bienes muebles, rayzes, e ſemouientes, deu
das, derechos, & actiones, y eſcripturas anſi co
mo los que agora he, como los que de aqui ade-
lante, tenga, e poſſea los bienes por todo el tiēpo
de ſu vida: e deſpues de ſu fin y muerte quiero,
y es mi voluntad que venga el dicho mayorad-
go a ſu hijo proximo mayor primogenito, e ſi hi
jo no tuuiere, venga a mi hijo el ſegundo, por
manera que eſte mi mayoradgo ande ſiempre
de grado en grado, e de varon en varon: e ſi
faltare de mi linaje, que lo aya hembra del di-
cho mi linaje. Y ſi (lo que Dios no quiera) el di
cho mi hijo fallezca en mi vida, e dexare hijo
mayor primogenito, ſucceda en el dicho mayo-
radgo, e ſea apartado, y excluſo mi hijo ſe-
gundo.*

*Otroſi, que el dicho mi hijo mayor primoge
nito trayga mis armas, e mi apellido, e ſe llame
de mi linaje. Y ſi el, o otro qualquiera, a quien
eſte mi mayoradgo viniere, no traxere las di
chas mis armas derechamente ſin mezcla de
otras armas algunas, e no ſe llamare del dicho
mi apellido, que por eſſe miſmo hecho pierda, y
aya perdido el dicho mi mayoradgo, y los bie
nes vengan al ſiguiente engrado con la dicha
carga del.*

*Otroſi, con condicion, que el dicho mi mayo
ragdo, y los bienes del no ſe puedan enagenar,
aunque ſea por mejoria, y euidente vtilidad e
prouecho del dicho mi mayoradgo, ni ſe pueda
otroſi enagenar por enagenacion voluntaria,
ni neceſſaria, ni por titulo alguno oneroſo, ni lu
cratiuo, aunque ſea arrhas, dote, ni donacion
propter nuptias, ni por redempcion de captiuos
o conſtructiones de Igleſia, o monaſterio: ni ſe
puedan arrendar por arrendamiento que dure
mas tiempo, ni eſpacio de diez años. Y ſi el di-
cho mi hijo mayor primogenito, o la perſona en
quien viniere e deſcendiere eſte mi mayoradgo
le vendiere, o enajenare, o empeñare, o cambia
re, o partiere, o diuidiere, o arrendare mas, y
allēde del dicho tiempo, o termino, que por eſſe
miſmo*

miſmo hecho pierda el dicho mayoradgo, y paſſe e venga al ſiguiente en grado.

Otroſi con condicion, que ſi el dicho mi hijo primogenito, o quien fuere ſiguiente en grado, cometiere heregia, o apoſtaſia, o laſa Maieſtatis, o trayción, o aleue, o otro qualquier crimen, o delicto que ſea enormiſsimo, o contra natura por razon del qual ſus bienes ſean applicados a la Camara y fiſco de la Real Mageſtad, que en tal caſo el dicho mi mayoradgo no pueda ſer confiſcado en todo, ni en parte en propriedad, ni vſufructo, aunque ſea por los dias y tiempo de la vida del que anſi lo tuuiere, o poſſeyere el dicho mi mayoradgo, e cometiere, y ouiere cometido los dichos delictos, e cada vno dellos, mas que en tal caſo paſſe al ſiguiente en grado, como dicho es. E le priuo del ſeñorio e poſſeſsion Real, y el quaſi deſtos bienes deſte mi mayoradgo, vn dia antes que pienſe qualquiera de los dichos delictos, e llamo a ellos al nombrado por mi, ſegun la forma deſta eſcriptura e inſtitucion de mayoradgo.

Otroſi con condicion, que el dicho mayoradgo, ni los bienes del no ſe puedan preſcriuir por tiẽpo alguno luengo, ni longiſsimo, aunque ſea immemorial, aſsi meſmo con condicion, que ſi los bienes del dicho mayoradgo fueren enagenados de hecho por el que los tuuiere, o poſſeyere que el tal enagenamiẽto ſea en ſi miſmo de ningun valor y effecto: y en las perſonas en quien anſi fueren enajenados, no ſe pueda traſpaſſar ni traſpaſſe el ſeñorio, ni poſſeſsion, ni detentacion alguna de los dichos bienes.

Otroſi con condicion, que el que deſpues de ſu muerte ouiere de tornar a reſtituyr el dicho mayoradgo al ſiguiente en grado, ſegũ eſta en mi condicion, no pueda ſacar, ni deduzir, ni deduzga quarta falcidia, ni trebellianica, ni otra parte alguna de los bienes del dicho mi mayoradgo, ſino que los bienes del mi mayoradgo finquen, y queden ſiempre en pie.

Otroſi a los otros mis hijos, o hijas, y deſcendientes de las legitimas partes que de mi eſperauan auer, y heredar por virtud de la licencia a mi dada por el dicho Rey nueſtro ſeñor, y con las condiciones que dichas ſon traspaſſo al dicho mi hijo mayor Primogenito, o a quien el dicho mi mayoradgo ouiere doy facultad, para que por ſu propria authoridad ſin licencia de juez, Alguazil, ni Alcalde pueda entrar, y tomar la dicha poſſeſsion, pueſto que en ella aya reſiſtencia actual, o verbal, y aunque ambas cõcurran: y mientra la toma e occupare me conſtituyo por ſu poſſeedor, y en ſu nõbre conozco y confieſſo que ſi ſe hallare que tengo y poſſeo los dichos bienes, o parte dellos, que es, o ſera como ſu colono, e inquilino: y obligo a mi y mis bienes e ſucceſſores, y a quien, y a quellos que de mi o dellos ouieren titulo, o cauſa de fazer a mi hijo mayor primogenito ciertos y ſanos los dichos bienes de que yo hago eſte mi mayoradgo de qualquier perſona, o perſonas, ciudad, y ciudades, ygleſias, e monaſterios que ſe los embargaren de hecho y derecho, de tomar por el la voz y el pleyto a mi propria coſta e miſsion, ſin denunciacion, ni interpellacion alguna, y de no reuocar eſte mi mayoradgo que agora hago, pueſto que el dicho mi hijo mayor primogenito, e la perſona a quien viniere me ſean ingratos y no conoſcidos, y cometieren alguna de las culpas, e cauſas, e coſas porque ſegun derecho las donaciones, y mayoradgos pueden ſer reuocados, y ſi intentare de reuocar, que nõ vala en juyzio, ni fuera del. E por quanto toda donacion, que excede quinientos ſueldos ha, e deue ſer inſinuada, yo meſmo he por inſinuado eſte mi dicho mayoradgo, y doy poder y facultad al dicho mi hijo mayor primogenito, y a la perſona en quien viniere que le pueda inſinuar ante qualquier juez, o Alcalde. Para lo qual

todo

*todo guardar y cumplir , y mantener, y no yr,
ni venir contra ello, ni parte dello obligo a mi
miſmo, y a mis herederos, e aquellos, o aquellas
que de mi ouieren cauſa, o dellos, me hagan to
do lo ſuſodicho mantener, y cumplir bien, y an-
ſi, y tan cumplidamente, como ſi las dichas ju-
ſticias lo ouieſſen anſi todo juzgado por ſu ſen
tencia diffinitiua, y de mi pedimiento, e conoſ-
cimiento fueſſe dada. Renuncio en mi fauor y
ayuda todas las leyes en mi facultad y licencia
contenidas, y todas las leyes y derechos que me
podian aprouechar , e al dicho mi mayoradgo
en parte, eſpecialmente renuncio la ley, en que
dize, que general renunciacion non vala. Y por
que eſta ſea firme , y eterna , roguè al eſcriua-
no, &c.*

¶ Circa præmiſſa notari oportet licentiã
ad maioriam ante eius conſtitutionem obti
nẽdam eſſe, ac præcedere debere, nec ſufficit
quod ſubſequatur . l. 42. in ordinat. Tauri.
quæ ait. *Ordenamos e mandamos, que la licen
cia del Rey para hazer mayoradgo preceda al
hazer del mayoradgo : de manera que aunque
el Rey de licencia para hazer mayoradgo, por
virtud de la tal licencia no ſe confirme el ma-
yoradgo que de antes eſtuuiere fecho , ſaluo ſi
en la tal licencia expreſſamente ſe dixeſſe,
que aprouaua el mayoradgo que eſtaua he-
cho.*

Confitmatut ex eo. Quia quando aliqua forma,
vel ſolemnitas tequiritur in actu, oportet quòd il-
la præcedat, & non ſubſequatur. Ideo licentia , &
conſenſus patris, vt filius hæreditatem adeat , de-
bet præcedere. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de
acquirend. hęredi. vbi gloſſ. & doct. Et ſic licentia
mariti ad hoc , vt vxor contrahere poſsit cum ali
quo, ponitur in capite ſcripturæ, quamuis non te
quiratur quod præcedat ex eo, quod ratificari poſ
ſint geſta à muliere poſt contractum. vt in l. 58.
Tauri. Et ſic licentia eo caſu retrotrahitur. Con-
firmatur inſuper ex his , quæ tradit Lancelo. Ga-
liau. in repe. l. primæ. in princip. numero. 73. verſi.
In licentia videtur. ff. de verbor. obligat. Item li-
centia quæ reqoiritur , vt filius poſsit eſſe in iudi-
cio, debet præcedere, & non ſequi. ex l. fin. §. ne-
cesſitate. vbi glo. & doct. C. de bon. quæ lib. verb.
imponenda. de quo text. eſt videndus Tiraquell.
in legibus connubialibus. folio. 289. columna. 2. nu
mero. 174. verſiculo. At ſimilius eſt. in gloſſa 5. &
folio. 304. columna. 1. in gloſ. 7. numero. 29. Hip-
polyt. ſingu. 40. Iaſ. in l. prima. §. Item acquirimus
columna. 2. numero. 9. ff. de acquirend. poſſeſſ. An
toni. Gomez in l. 52. numero. 20. in ordinatiõ. Tau
ri. Similiter de licentia , quæ requiritur ad contra-
hendum. vt per Roderic. Suarez in repe. l. 3. titul.
De las deudas. folio. 58. libro quarto. for. verſiculo.
Sed pone quòd mulier. Facit etiam : nam authori-
tas tutoris , vel curatoris in actu geſto à pupillo,
vel adulto, debet præcedere, & in ipſo actu inter-
poni , nec ſufficit ſi ex poſtfacto interponatur. l.
obligari. §. tutor. ff. de author. tuto. §. tutor. Inſtit.
de autho. tuto. vbi dicitur. Tutor autem ſtatim in
ipſo negotio præſens debet author fieri, ſi hoc pu
pillo prodeſſe exiſtimauerit , poſt tempus verò,
vel per epiſtolam, aut per nuntium interpoſita au
thoritas, nihil agit. Et de authoritate debet conſta
te, vt inſigniter declarat Hippolyt. conſilio. 130.
columna penultima. numero. 47. verſiculo. Ex quo
apparet clarè . Cùm autem ſit authoritas, merito
in ipſo actu debet interuenire per præmiſſa iura.
& gloſſa. in capitulo. edoceti. vbi collecta. & Bald.
columna. 3. verſicu. Dico quòd ad ea. & Panormit.
in quæſtio. 6. & Felin. colum. 9. de reſcr. Innocent.
Bald. qui adducit tres rationes. & Anton. in capi.
cum conſuetudinis. de conſuet. Ioann. Andr. &
Domi. in capit. 1. de reb. eccleſ. lib. 6. Archidiac.
in capit. quidam. columna ſecunda. verſicul. Et no
ta quòd differentia eſt. 18. quæſtione. 2. Cynus,
Bartolus, Bald. Paul. & alij in dict. §. neceſsitate.
Bart. in dict. l. obligari. §. tutor. & in l. tam is qui. §.
primo. ante fin. ff. de donat. cauſa mor. & in l. ſi
quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquirend. hæredi.
& in l. ſi autem. ff. de aqua pluuia. arcend. Bald. in
l. cum ipſe. columna. 2. verſic. Extra quæritur. C.
de cont. emptio. & in l. prima. columna ſecunda.
verſiculo. Tertiò opponitur. C. de ſeruo extet. &
in l. quid ergo. 2. lectio. in princ. ff. de his qui not.
infami. & in l. prima. columna antepen. verſic. Ex-
tra quæritur. C. qui admit. & in l. ſi vxorem. ante fi
nem. C. de condi. inſert. & in l. ſecunda. C. de ſeruo,
reipub. manu & in cap. quia propter. columna ſe-
cunda. verſiculo. Et nota quòd ad Capitulum. de
elect. & in cap. 2. de pact. & in cap. quæ in eccleſia-
rum. columna. 1. verſiculo. In aſſenſu. de conſtit. &
in capit. primo. de alien. feud. pater. & in conſilio.
475. Quidam Ioannes, Abbas. columna. 2. libr. pri
mo. Ange. de Peruſio in l. prima. §. quæſitum fuit.
& ibi Alexand. columna. 4. ff. ad Trebellia. Cardi.
in clem. 1. §. verum ad fin. & ibi Imol. columna. 4.
de hæret. & in Clem. 1. de ſuppl. negli. prælat. vbi

Digitized by Google

in lectione ordinaria per tres vices tepetita dixi. Cardin.conſ.62.Petr.Anchar. conſ. 208. & conſ. 337.Antoni.Imol.& Panorm.io cap.cùm nos. de his quæ fi.à prælat.Philipp.Deci.n.capi.cùm acceſsiſſent.col.6.n.12.de conſt.& conſil.172.col.2. n.li.1.Tiraquel.in legibusconnubialib.gl.6.n.2. vbi plura ad id allegat.

Quæritur, Vtrum facta donatione vinculi ſimpliciter,& inter viuos irreuocabiliter, poſsit tolli, ſeu modificari ſine conſenſu donatarij? Et videtur quòd non. Nam quanuis contractus à principio fuerint voluntatis, ex poſt facto fiunt neceſsitatis.l.ſicut.C.de actio. & obligat. cuius litera ſic ſe habet. Sicut initio libera poteſtas vnicuique eſt habendi, vel non habendi contractus; ita renūtiare ſemel conſtitutæ obligationi, aduerſario non conſentiente, nemo poteſt. Quapropter intelligere debetis voluntariæ obligationi vos nexos, ab hac,non conſentiente altera parte, cuius preci bus feciſtis mentionem, minimè poſſe diſcedere. vbi glo.in verb.minimè. plures in hoc adducit cō cordantes.Et Alexan.conſ.26.Nec arguendi ſum ma.columna.2.numero.7.libro.2.Hippoly.in ſin gu.531. Confirmatur. Nā donatio,vel melioratio ſimpliciter facta,etiam modum, ſeu conditionem ex interuallo non recipit, quanuis in ipſo actu ante eius perfectionem recipere poſſet.text. nobilis in l.perfecta donatio. C. de donatio.quæ ſub modo.ibi perfecta donatio conditiones poſtea non capit, quaſi pater tuus donatione facta quaſdam poſt aliquantulum temporis feciſſe conditiones videatur,officere hoc nepotibus eius fratris tui filijs minimè poſſe non dubium eſt. vbi gloſſ.notanda. Cùm ergo primogenito fuerit ius irreuocabile quæſitum, & ſine ſuis ſucceſſoribus & eorum conſenſu auferri non potuit. argum. l.ſi poſt mortem §.fin.ff.de bono.poſſeſſ. contra tabul. & capit. 1. & ibi per docto.in ſucceſſ.feud.& not.per Bald.in authent.Si quas ruinas.C.de ſacroſanct.eccleſ. & in l.prima.ad fin.C. per quas perſo. nobis acquir. Paul.de Caſt.conſilio.164.columna.6.libr.2. Nec enim, inquit, alter ex contrahentibus poteſt legem contractui, vel donationi impoſitam immutare.l.aliud.ff.de ſolut.iuncta l.legem.C.de pactis. Et hinc,dicit, donantem ſolùm ſine donatario reuocare non poſſe. Deci. conſilio. 468. Superiori anno in indicio poſſeſſorio. columna. 4.numero. 28.& conſilio.498.Viſo caſu propoſito. numero. 19.Andr.Tiraquell.de primogenitu. quæſtion.8. numero. 5.Ioann.Lup.in repet.rubr.§.69. nume. 13.de dona.inter vir.& vxo. vbi tenent, principē donationem à ſe,vel ab alio factam poſt quam ſuit perfecta, non poſſe reuocare, nec modificare. Quod intellige tanquam à ſe ipſo factam, niſi tamen eam ſiue à ſe, ſiue ab alio velit modificare, per legem poterit, ſecundum Ioan.Lup.in dict.§. 69.numero.14.per cap.quanto.de cenſib.Lucas de Penna in l.qui fundos.columna.1.C.de omni agro deſerto.libro.11.vbi Platea,Albert.Brunus conſilio.1.columna.6.& 10.Couarruuias. refert libr.3. Variarum reſolut.capit.6.columna fin.Et ſic conſtituunt differentiam,quando reuocatur, ſeu modificatur à Principe ex vi contractus, vel legis. Sed vtroque caſu non poſſe facere, niſi iuſtà exiſtente cauſa, crederem, quia iam fuit ius quæſitum tertio ex facto principis,ſeu priuati:ergo in vtroque caſu erit iniuſtitia, cùm ſit priuare aliquem iure iam quæſito,ſiue à iure gentium,ſiue à iure ciuili,omiſſa diſtinctione aliquorum cum Zaſio veriorem exiſtimo in l.princeps.numero.13.ff.de légib.Tum etiam,quia princeps donationem à ſe factam reuocare non poteſt, cùm ex ſuo facto maneat obligatus naturaliter,& etiam ciuiliter, vt dixi, adducendo vnam communem contra alteram in l.tertia.titulo.8.libro.2.ſupra in gloſſ.1. columna.1061.cum ſequent. Et per illam doctrinam ibi traditam ſecundum communem contra alteram communem, quam probauimus cum, qui donationem fecit alicui, cum conditione, vt poſt certum tempus bona contenta in donatione reſtitueret eccleſiæ,quòd poſt abſolutam donationem non potuit modum ſeu conditionem remittere in præiudicium eccleſię,nec modum apponere. Ex quibus infertur,rege poſtquam validè donationem fecit ſubdito, eam modificare.nec reuocare poſſe, cùm ipſi iam ex ſuo facto fuerit ius irreuocabile quæſitum.Quamuis Ioan. Lup.in rubr. de donat. inter vir.& vxo.§.50.numero.6.& §.69.numer.13. Roderic.Suarez in.quæſt. de maiuratu. numero. 22. quos refert Couarruuias libro tertio. Variarum reſolut.capit.6.contrarium annotauerint,exemplificando in Rege Henrico huius nominis ſecundo id in ſuo teſtamento facere nolle, infertur principem non poſſe mutare,modificare,ſeu alterare cōditiones, & leges poſitas in his primogenijs a fondatoribus ex licentia ab ipſo principe, ſeu à lege conceſſa,ideo admonendi ſunt principes, ne teſtatorum vltimas voluntates in maioratibus inſtituēdis mutent,nec leges ipſas, quibus inſtitutores primogeniorum donationibus,aut contractibus propria patrimonia ſucceſſoribus deferunt,alioqui arbitrandum,nō æquè iuſtitiam ſubditis miniſtrari, nec tutum fore ſaluti ſpirituali ipſius principis eas derogationes teſtatorum, & vltimarum voluntatum fieri, qui alias facillimè deciperentur, qui vel regis authoritate, ſeu licentia iure primogeniorum ſua bona certis ſub conditionibus, de quibus in forma licentiæ ſuprà habita, & légibus poſteris relinquunt, alioqui non relicturi. Tum etiam, quia primogenia adhoc tendunt, vt nomini-

minis memoria fundatoris illæſa,& integra conſeruetur,perpetuaque permaneat. Ergo nullo modo debet decipi teſtator,cum ob nullam cauſam permiſerit alienationem bonorum, vt latè tractat Couarruuias.libro.3. Variar.reſolut.capit.6.vbi plura ad præſentem materiam quotidiana, & opportuna diſſerit,ideo videnda per eum. Tex.in l.teſtamentum.C.de teſtament.l.ſi donationem ritè feciſti,hanc authoritate reſcripti noſtri reſcindi non oportet.C.de reuoc.dona. Tum etiam,quia dominium etiam priuatum à principe non poteſt tolli, niſi ex cauſa vtili reipublicæ.l.item ſi verberatum §.primo.ff.de rei vend.l.venditor.§.ſi conſtat.ff. communia prædio.Bart.in l.fi. C.ſi contra ius vel vtili.pub.Fortun.in l.Gallus.§. & quid ſi tantum. ff.de liber.& poſthum.columna.138.verſicu.Ego hæc intelligere non potui.Dominium autem nihil aliud eſt,quam ius diſponendi de re ipſa.l.in re mãdata.C.manda.Bart.in l.ſi quis vi.§.differentia.numero.4 ff.de acquirend.poſſeſsio. Ergo princeps non poteſt tollere liberam teſtandi facultatem in rebus proprijs priuato competentem, nec teſtamentum mutare,nec ipſius conditionibus, legiſue derogare,niſi id ab eo fiat ad publicam vtilitatem: cùm alioqui,ſi id liceret liberè principi,tolleret ipſe à priuatis rerum dominia, quod minimè agere valet. Tum etiam,quia in maioratus poſſeſſore datur dominium,dominuſque eſt, dum viuit,& ſtatim ſimiliter ſucceſſor erit eo defuncto. Quod habeat dominium,eſt gloſſ.in l. Titia cùm teſtamento.§.fin.in gloſſ.fina.ff.de legat.2. Socin.in l. qui Romæ.in princip.columna penult. ff. de verbor. obligat.Gregor.Lopez in l.7.verb.*Y el ſeñorio*.titulo.2.part.5.Antoni.Gomez in l.40.numer. 70. quæſt.22.in legibus Tauc. Pinel. in l.prima. part. 2.nume.5.verſic.Ex his autem aptè infertur.C.de bon.matern. quicquid Rodericus Suarez dixerit fructuarium eſſe in allega. 9. & in quæſtione maioratus.fol.189.column.2.Fernand. Arias in l.46. numero.5.in legibus Tauri. Si ergo dominium habet poſſeſſor in vita, & ſtatim ſequens in eodem iure ſuccedit.l.tertia.§. ſin autem ſub conditione. ibi,omnis licentia pateat rem vendicare. C. communia de lega. Nam ſi prohibita alienari alienentur omnibus de familia cõſentientibus,illi, qui poſtea naſcãtur, poſſunt alienationem reuocare.glo. in l.pero.§.fratre.verb.ex familia.ff.de lega. 2.notat Aluarotus in cap.primo.§. hoc quoque.co.5. nume.6.de ſucceſſ.feud.Boeri.deciſio.12.nume.4. Gulliel,Benedict.in repet.capit. Rainutius. verb. Et ſoboles quam geſtabat in vtero.num.49.de teſtament. Ticaquel.tract.de vtroque retract.fo.65. nume.86.& in notabili quæſtione diximus ſuprà libro.1.titu.6.in l.prima.verb. *Deuan ſucceder*.col 240.verſi. Quæſtio etiam non minus elegans eſt. Ratio ea eſt, quia habent prædictum ius beneficio teſtatoris, quo iure non licet ei defraudari, nec à Principe,vt præmiſſum eſt. Tiberius enim Cæſar Senatu tractante, an Trebianis legatam in opus noui Theatri pecuniam ad munitionem viæ transferri concederetur,obtinere minimè potuit, quin rata legatoris voluntas eſſet. Quemadmodum Suetonius in Tiberio cap.31.ſcriptum reliquit. Maiori igitur ratione abſtinere debent principes à mutandis vltimis priuatorum voluntatibus in his,qui priuatæ familiæ, & non reipublicæ relinquuntur. Tum etiam,quia eſſet eis tollere libertatem teſtandi, quæ hominibus à iure gentium & naturali cõpetit, quamuis ſolennitates iure ciuili ſint inſtitutæ.l.nec enim.§.deportati.ff.de milit.teſtam.& l.milites.C.eod.tit.quibus probatur, militem iure gentium abſque ſolennitatibus iuris ciuilis teſtantem, poſſe etiam deportatum liberè inſtituere hæredem. Ad idem facit & naturalis ratio, quæ dictat, cuilibet licitum eſſe, & permiſſum liberè de proprijs rebus diſponere. Nam ſi iure gentium libera teſtandi facultas data eſt, ea & iure naturali competit.§.ſingulorum.Inſt.de re.diuiſi.§.quod verò.Inſtit.de iur.natur.imò & libertatem teſtandi eſſe iuris gentium & naturalis, aſſerunt Theophil.in §.Ius autem ciuile.Inſtit.de iure naturali. Bart.in l.interdum.nume.7.vbi Iaſ.numer.4.dicit communem. ff. de condi, indebi. Iaſ. & Corne. poſt Rom.& Fulgoſ.in l.ſi teſtamentum. C.de teſtamen.Iaſ,in rubri. ff. de acquir.hære. Vigli.in.§. ſed prædicta,num.4. Inſtit.de teſtamen. Fortun. in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.columna.133.ff.de lib.& poſthum.Et hanc traditionem receptam eſſe firmat Domi.Arias Pinel.in repeti.l.ſecundæ.2 par.nume.23.verſi.Infertur.13.C.de reſcin.vend. & Couar.lib.3. Variarum reſolut.cap.6.nu.7.Igitur Princeps hanc libertatem liberam teſtandi tollere non poterit,nec teſtamentorum leges & conditiones, cùm hæc lege naturali & gentium permittente liberè fiant. Et quòd non poſsit tollere, tenet Archidia.in capi.Epiſcopus.88.diſtin.Corneus in dict.l.ſi teſtamentum.vbi fatetur hanc cõmunem opinionem eſſe. & Couarr. alios ad idem citans in dict.cap.6.num.7.verſi. Sextò hanc ſententiam. Et hanc tenet ac inſigniter probat Dominus Antoni.Gomez in l.40.Tauri.quæſtio.35. numero.89. ¶ Dubitari poterit, An princeps dare poſsit licentiam patri ad conſtituendum maioricatum in præiudicium legitimæ, ſeu legitimarum aliorum filiorum legitimorum, & ex legitimo matrimonio procreatorum? Videtur quòd non. Nam legitima eſt debita filijs iure naturæ, quippe cùm loco alimentorum ſuccedat. cap. Rainutius. capi. cùm autem. ibi,dum dicit, vt legitima portio iure naturæ debita,de teſtament.cap.ſi pater. eod.titu.

lib. 6.l.ſcripto.§.fin.ff.vnde lib.l.cùm ratio. ff.de bon.damnato.l.16.ibi, *Y eſta parte legitima, dizen en Latin*, pars debita iure naturæ.titu.1.part.6. Firmat Auguſti. Beroius in dict.c.Rainutius. chart. 16.col.1.num. 53.verſic.Tertiò ſi pater prohibẽdo.de teſtam.Andr.Alciat.in.l. Centurio. nu. 22. ff.de vulga.& pupilla.Roderi. Suarez in repeti. l. quoniam in prioribus. in declaratione ad legem Regni.verſic.Secundo limitabis.nume.3.pag.15 C.de inoffi.teſtam.quicquid velit Fernand. Menchacen. dicendo alteram communem eſſe contra præmiſſam,& ipſam tueri velit in lib. de ſucceſsi: creatio.1.§.a.nu.3 referens ſe ad lib.5. §. 24. & in lib.a.§.20.nu.320.fol.238.colum.1. idem inquit. Sed haud dubiè contra præmiſſa iura loquitur, nec ſuam opinionem(pace eius ſalua) credo communem eſſe,nec veram,vt oſtendi in capi. ius autem.1.diſtinctio. Ius autem naturale eſt immutabile.Ergo per principem tolli non poterit. §. ſed naturalia.Inſtit.de iur. nat. ¶ Confirmatur. Nam Princeps priuans ſine cauſa filios legitima ſucceſſione peccat mortaliter,& tale faciens, non debet dici Princeps, ſed tyrannus, quippe cùm auferat iniquè,& ſine cauſa ius filijs quæſitum.Bald. in.c. 1.col.1.de feud.March.Franciſc.Curti.Senior cõſil.16 Clarus vir Iacobus col.8.nu.18.verſi.Sic vidémus in atrogatione. Et Fernand. Loazes optimè in repeti.l filius fami.§ diui.nu.25.ff.de legat. primo.Quia æqualitas inter filios eſt ſeruanda omni iure.vt in.l.prima. C. vnde libe.l. ſi poſt mortem.§.fina.ff.de bono. poſſ. contra tabul. l. inter filios.vbi Bald.C.famil.hercıſ. authen. In ſucceſſione.C.de ſuis & legi.l.penul.C. communi. diui. l.vlti.C.communia vtriuſque iudicij. l. vt liberis. &.l.illud §.fina.C. de collationib. Non enim debet pater vnum ex liberis facere filium, & alium priuignum.Angel.in authen.de nupt. §. fina. plura citat Andr.Tiraquell. de primogenitur. quæſt. 4.à nu.1.cum pluribus ſubiectis. Et adducit illud diui Ambroſij in lib.de Ioſeph.Patriarcha.cap.2. dicentis, Iungat liberos æqualis gratia,quos iungit æqualis natura.Facit etiam: nam parentes denegantes alimenta filijs, peccant. Quod conſtat, cùm ex hac denegatione excommunicantur in capit.ſi quis deliquerit.vbi eſt videndus Domini. diſt.30.Et legitima eſt præferenda quibuſcunque etiam alijs pijs cauſis.capit. quicunque. 17. quæſt. 4.Igitur Princeps non poteſt hoc concedere, nec legitimam in totum eis tollere,cum ſit contra ius naturale,quæ præ ſe fert educationem. cap. ius naturale.diſtin.1.l. 1.§.ius naturale.ff.de iuſti. & iur. Alimenta enim cùm debeantur iurè naturæ filijs, minimè à lege,ſeu à Principe tolli poſſunt, cùm ipſe ſit inferior. Clement. Ne Romani. de elect. cap.cùm inferior.de maiori.& obedien. Et quòd non poſsint aliqua lege humana tolli, tenet Albericus in.l.prima.§.ius naturale.num.4. ff. de iuſti. & iure.Panormi.in cap.fin.num.22. de conſuetu. à quo nullus diſcrepat ſecundum Roch.ibi fol.45. colum.3.& Couar.lib.4.decret.2.part cap.8 §.6. nu.4.¶Nec obſtat ſententia doctorum vbique aſſerentium legitimam iure naturæ debitam filijs in bonis parentum, lege, ſtatuto, ſeu conſuetudine tolli poſſe, vt firmat Paul. Pariſ. plures authores ad hoc citando,& firmando communem opinionem eſſe in conſil.23.Præſuppoſita validitate.colum.prima.libr.2.& in conſi.36.colum.1. num. 3. libr.3.& conſi.94.num.24.co.lib.3. Dyn. in reg. Indultum.de reg.iur.libr.5.Bart.& Imol. in.l.Titio.§.Titio genero.ff.de condi.& demonſt. Imol. & Alexan.in.l.quod de bonis.§. fina. ff. ad legem Falcid. Decius in conſil.19.num.5.& in.l.iura ſanguinis.ff.de reg.iur.Andr. Alciat. in tracta. de præſumptio.lib.1.præſumptio 8.Couar.loco præmemorato.cap.8.§ 6.num.4. & Menchacen. libr.2. de ſucceſsio creatio.§.20.nume.296.verſic. Et ita quod valeat lex. Eſt enim intelligenda quatenus legitima non eſt neceſſaria filijs quo ad alimenta: ſi tamen eſſet in derogationem alimentorum, nequaquam tolli poſſet in totum, nec in partem. Et ita omnia,quæ adducit Fernand. Menchacen. vbi ſuprà à nume.296.vſque ad.307. ſunt reſoluenda, vt veritatem continere videantur: nam alias non procedere de iure exiſtimo (ſalua eius pace) adeò quòd nec legitima in totum tolli poſſet, etiam parentibus, contra communem: nam eodem iure naturali filij tenentur alimenta ſubminiſtrare parentibus,quo ipſi parentes filios alere debent. l. ſi quis à liberis.§.parens. ff. de libe. agnoſcend. Alphonſus à Caſtro libr.2.de iuſta hæretic. punitio. ca.fina.contra Bart. & Bal.nu. ſexto. dicentes in dicto. §. parens. filium teneri alimenta ſubminiſtrare parentibus rõne naturali,non autẽ iure naturali:ita explicantes Iureconſultum in dict. §. parens.dicentem ratione naturali parentes à filijs alendos eſſe, nam iure naturali tenentur,nec tolli eis poſſunt alimenta.aduerſus Rip.in libr. primo. reſponſorum.cap. 7. firmantem communem opinionem eſſe.& Paul.Pariſi.conſi.23.nume 2. libr. ſecundo.& Menchacen.lib.2.de ſucceſsi. creatio. §.20.nume.306.Et Guilielm. Benedict. in repeti. capit.Rainutius.verb. Et vxorem nomine. in..1. numer. 47. de teſtamen. Alciat. de præſumptionibus libr.primo. præſumptio. 8. numer. primo. gloſſ.in.l.prima.titul. ſexto. libr. tertio, foro legum.in gloſſ. *Padre*. Sed quòd ſit debita legitima parentibus iure naturali, & non poſitiuo, contra Barto.& alios eſt verior ſententia. Conſtat, quia pater & filius vna & eadem perſona cenſentur carne & natura. l. ne cum filio familias. ff. de furtis.

vbi Iuriſconſul. Paulus ait, ne cum filio familias pater furti agere poſſit, non iuris conſtitutio, ſed natura rei impedimento eſt: quod non magis cum his, quos in poteſtate habemus, quàm nobiſcum ipſi agere poſſumus. c. contradicimus. 35. q. 3 gloſ. in ca. pœnitẽtia. de pœnitẽtia. diſt. 3. l. fin. C. de impub. & alijs ſubſti. §. ei vero. Inſtit. de inuti. ſtipula. & cenſetur filius pars corporis patris, ſi natura cenſentur vna perſona, ergo non debent diuerſo iure cenſeri, quod patri debeatur miſerationis cauſa, ſeu ratione naturali, imo iure naturali, ꝙ eſt cõmune omnibus animalibus iuxta ſuam ſpeciem prout eſt conueniens naturæ differentiæ vel ſpeciei, prout eſt homini naturale habere actum prudentiæ, vel temperantiæ, & operari ſecundùm rectam rationem inquantum homo, non inquantum animal eſt, & ſic inclinat hominem ad bene faciendum æqua lance parentibus, & ad propagationem per matrimonium, quod eſt ſecundum rationem, ex S. Tho. 1. 2. quæſt. 51. artic. 1. & q. 63. arti. 1. & quæ notat doctiſsimus ac Reuerendiſsimus pater Frater Ilephonſus à Vera Cruce in ſuo ſpeculo coniugij. 1. part. art. 1. Et ſic errauit Bart. in. l. ſi quis à liberis §. parens. ff. de lib. agnol. & in l. non quemadmodum. eod. tit. ff. quatenus tenet contrarium, ſentiens non eſſe naturale ex eo, quòd non eſt commune omnibus animalibus: nam ſecundùm hoc volare non eſſet naturale, quia non omnibus communiter competit, ſed debuit intelligere vt ſupra diximus. Item & ſecundò conſtat ex Apoſtol. ad Rom. 2. Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ ſunt legis, faciunt, id eſt, ea quæ ſunt de lege morali, qualia ſunt omnia præcepta Decalogi. S. Thom. 1. 2. q. 100. art. 1. Sot. li. 2. de iuſt. & iur. quæſt. 3. art. 1. In quarto autẽ præcepto decalogi Exod. 20. & Deuter. 6. non ſolùm continetur honorate parentes, ſed etiam neceſſaria alimenta eis tempore neceſsitatis miniſtrare ſecundum beatum Hierony. in Matthæ. c. 15. Tho. 2. 2. quæſt. 122. art. 5. & in. 3. ſenten. diſtin. 17. ar. 1. quæſt. 1. Domi. Sot. lib. 2. de iuſti. & iur. quæſt. 4. arti. 5. igitur de primo ad vltimum alere parentes, eſt ſecundum præceptum morale Decalogi, ac de iure naturæ c. Humanum genus. 1. diſt. & c. fin. diſtin. 6. Et vtrobiq; diximus iſto anno in lectione ordinaria. Præterea eſt text. in authen. de hæred. & falci. §. Primum itaque. colla. 1. & in ca. ſi pater. in princip. de teſta. lib. 6. ibi, iure naturæ debitæ. l. 1. ti. 11. part. 6. l. 6. Tauri. vbi Didacus Caſtellus in glo. verb. *Como lo ſon.* tenet eis debita iure naturæ Et Couar. in epito. 4 decret. 2. part. ca. 8. §. 6. nu. 5. verſi Nec mihi placet opinio quorundam. Alfonſus Caſtrenſis lib. 2. de iuſta hæreti. puni. c. 26. Et hoc voluit Beroius in ca. Rainutius. nu. 229. de teſtam. quamuis dicat ratione naturali. Nec obſtant. l. nam etſi parentibus. ff. de inoffi. teſtam. & l. ſcripto. §. fina. ff. vnde liber nam bene erit fatendum legitimam non ita fore debitam parentibus in bonis filiorum, ſicut e conuerſo in bonis parentum ex voto parentum: quia voluntas & votum parentum eſt, vt bona ſua deueniant ad filios ſi ſuperuixerent, non aliàs. Et hoc volunt iura paulo antè citata, & illud Apoſtol. 2. ad Corinth. 12. vbi filij non debent theſaurizare parentibus, ſed econtra. l. nihil intereſt. ff. de bonis libert. Ergo ſecluſo parentum voto & voluntate negari non debet, quin alimenta, & loco alimentorum legitima ſit parentibus debita, ſicut è conuerſo, cum naturæ ſucceſſores merito dici debeant ex. l. 1. C. quorum bono. & l. fin ff. eod. titu. Ex qua concluſione deducitur, quòd quemadmodum Rex, conſuetudo, ſeu lex non poteſt tollere legitimam debitam filijs vſque ad quantitatem requiſitam pro alimentis, pariformiter tolli non poterit parentibus, quibus etiam iure naturæ ſunt debita alimenta, cum ſit ius naturale immutabile. §. ſed naturalia. Inſtit. de iur. natur. gent. & ciui. in princi. diſt. 5. vt poſt Alexan. conſi. 3. & conſi. 168. lib. 7. Tenet Auguſt. Beroi. in. c. Rainutius. nu. 228. de teſtamen. Couar. in epitom. 4. decret. 2. part. cap. 8. §. 6. nu. 5. Ac etiam cum parentibus debeatur ſummus honor, filius tenebitur eis relinquere legitimam titulo honoratio inſtitutionis, ſicut parentes tenentur filij eo titulo relinquere, vt ſuprà in hac lege dictum eſt. Ergo multò magis filius, qui plus tenetur honorare patrem. Exod. 20. Eccleſ. 7. capi. quæritur. 2. quæſt. 7. Gloria enim hominis ex honore patris ſui: & dedecus filij, pater ſine honore. Eccleſiaſti. 3. Facit text. in authen. Vt cùm de appell. cognoſ. §. ſiue igitur. verſi. Iuſtum autem perſpeximus. ibi, non licere liberis parentes ſuos præterire. Et in. §. hæc conſtitutio. ibi, à parentibus & liberis iniuriã præteritionis, & exhęredationis auferre. Præteritus autem dicitur, qui non eſt inſtitutus, aut exhæredatus cum cauſa. §. eadem hæc obſeruantur. Inſtit. de hæt. quæ ab inteſta. defer. l. quidam filium. ibi, nec hæredem, nec exhęredem fecit. vbi Paul. nu. 2. C. de fideicom. l. 10. titu. 7. part. 6. cap. licet. vbi dixi conclu. 3 de vot. Si ergo nõ poteſt ipſum præterire, ſequitur, ꝙ debet relinquere legitimam patri titulo inſtitutionis. Et hanc partem tuentur Sali. Paul. & Iaſ. qui in col. 11. nu. 37. in authen. nouiſsima. C. de inoffic. teſta. teſtatur communem & Coraſ. in. l. filium quem habentem. nu. 8 2. C. famil. herciſc. Rode. Suarez in rep. l. quoniã in prioribus ampliatio. 16. nu. 2. pagin. 99. C. de inoffi. teſta. Gregor. Lopez dicit communem in. l. 5. verb. *Como heredera.* titu. octauo. parti. 6. Ferdinandus Menchacen. de ſucceſſio. creatio. lib. 2. §. 20. num. 282. verſic. Quarto an procedat. qui eſt videndus,

quia

quia bene & latè loquitur. ¶Ex quo infertur, lege, vel ſtatuto alimenta limitari minimè poſſe ad minorem quantitatem, quam filius, vel pater, ſiue legitimus, ſiue illegitimus ſit: quia cùm alimenta ſint iuris naturalis, non debent, nec poſſunt tolli à lege humana, vt diximus in l.22.in glo.1.verſic. Verſatur etiam & aliud dubium.titul.3.libr.1.ſuprà. Couar.in epitome.4.decreta.2.part.capit.8.§.ſexto.num.8. Et colligitur ex notatis à Gregor. Lopez in.l.8.verbo. *Meneſter*.titul.13.part.6. per text.in capi.cùm haberet. de eo qui duxit in matri.quam pollu.per adulte. & quia nulla debet conſtitui differentia inter legitimos, & illegitimos quo ad conſeruationem naturæ, quæ omnia omnibus competunt, ſcilicet, pater, & filius. l. tutelas. de cap.dimi.l.parentes.ff. de in ius vocand. & per ea, quæ notat Rebuff.in repe.authen.i.habita. priuilegio.177.pagi.366.verſic. Secundò amplia. C. ne filius pro patre. Et quæ dixi in. l. prima. verb. *No la pueda alegar*.colum.1030.titul.8.lib.3.ſuprà. Reſeruatis igitur alimentis filijs poterit quis ex licentia Regis conſtituere Primogenium bonorum ſuorum in liberis maſculis maioribus, vel minoribus natu, etiam in foro animæ abſque labe peccati. Domi. Sotus libr.4.de iuſti.& iure.quæſt.5.artic.1. Couar.in epitome.4.Decret.cap.8.§.ſexto.nume.5.verſi. Quartò infertur. Ioan. Cirier. libr.2.de primogeni.cap.15. Ioan. Lup.in rep.c.per veſtras.3.nota.§.21.&.§.26. Ferdinandus Menchacē libr.2.§.20.num.307.verſic. Ex dictis ſuprà infero valere licentiam Principis. Tiraquel. in tracta. de primogeni.quæſt.4.vbi in num.33.dicit, quòd Primogenitus tenebitur alimenta præſtare cæteris liberis, etiam ſi conſuetudine, vel lege, aut in Principis reſcripto cautum non eſſet. Quod etiam annotatum reliquerunt Hoſtien. Ioan. Andr. & Panormi.in cap.licet.de vot. ¶Fuit dubium in facti contingentia mihi propoſitum, vtrùm vocatus ad primogenituram ſecundum formam inſtitutionis poſsit in vita poſſeſſoris bona talia eſſe ſubiecta reſtitutioni, ac poſt mortem poſſeſſoris ad ipſum ſpectare primogenium petere vt declaretur? Et dixi. Aut erat cauſa, nempe quia poſſeſſor iactabatur multa bona maioricatus, non eſſe maioriæ, ſed ſua, ac libera, & non ſubiecta reſtitutioni: vel quia negabat ad vocatum pertinere, ſed ad alium forte de alia linea. Aut nullum dubium erat, nec iactatio poſſeſſoris. In priori caſu dixi poſſe, in poſteriori non, vt declaraui in. l. prima. glo.1.quæſt.4.vbi vide titu.octauo.lib.tertio.ſuprà. Ferdinand. Vazquez Menchacen. de ſucceſ. creatio.lib.primo §.ſexto num.46. Domi. Pinel. in.l.prima.part.3.num.78.C.de bon.matern. Couar.libr.1.Variarum reſolut.capi.18.colum.fina.nume.8. futurum ſucceſſorem, ante tempus in iudicio non eſſe audiendum viuo poſſeſſore: quippe cùm damnandam à iure ſciamus eſſe præmaturam ſpem eius, qui agit de ſucceſsione viuentis. l. ſecunda.§.interdum.ff.de vulgar.& pupilla. l. prima.§.ſi impuberi.ff.de collat.bono. nec violari debet regula text.in.l.non quemadmodum.ff.de iudic. quæ habet iudicium non habere locum ſuper futuris, nec ad iudicem ſpectare.l.prima.§. ſi eius. vbi gloſſ.verb.tractus.ff.de vſur. Angel.in.§. præiudiciales.nume.9. Inſtit.de actionib. Bart.in.l. ſiquis rem.ff.de pigno.actione. Iaſ.in.§.primo.in.colum. Inſtit.de actioni.& in.l.ſi Stichum.nu.16. ff.de verbo.obligat. Et quæ notat. Matth. de Afflictis deciſio.279. Romani.conſil.136. Anto. Gomez in terminis huius quæſtionis tenet hanc partem per prædictam. l. non quemadmodum. in.l.40.quæſt.25.nume.79.in legib.Taur. Tamen eſt recipienda opinio ſua, quando nulla cauſa in fraudem ſucceſſoris verſaretur, vt in.l. lege Aquilia li delectum. ff. de lege Aquilia. & in.l. Imperator. ff.ad Trebellianum.& in.l.in omnibus. ff. de iudi. Et eſt optima Regia lex.1.titu.ſecundo.part.3: dum dicit, *Eſſo miſmo de lo que atiende, que deuen auer en el tiempo por venir, del que ſemeja que le fazen coſa, porque adelante pue de ſer embargado, o perderlo todo.* Vbi eſt caſus decidens hanc quæſtionem, in qua Roderi. Suarez plurimum laborauit, qui tamen non allegauit prædictam legem, vt conſtat in allegat.4. Et ſic de facto conſulti de iure fore tenendum conſultauimus, & firmauimus. Et ad hunc ſenſum facilè reſoluuntur opiniones contrariæ, ne vllam inter ſe repugnantiam contineant, prout, verè non continent. De quo dubio agit Pinell. in l.prima.part.3.nu.78.C.de bon.matern. quē omnino videndum eſſe exiſtimo vbique propter claritatem ſui ingenij, & modum procedendi in dubijs quæſtionibus. ¶Circa præmiſſa dubitatur de quæſtione, quæ contingit dubitari in quodam arduiſsimo dubio vnius ſubſtitutionis factæ in teſtamento cuiuſdam, qui ad maioratum vocauerat filium maſculum ex filia, quæ nondum erat ætatis nubilis, & in defectum talis filij vocauit Petrum eius filium naturalem legitimatum reſcripto Principis, & contigit quòd venit caſus ſubſtitutionis antequam filia nuberet, & haberet liberos, quos poſtea habuit, erat controuerſia inter filium filiæ, & Petrum ſubſtitutum ſuper bonis maioriæ. Naturalis enim dicebat, quòd cum tempore cedentis fideicommiſsi filius filiæ natus non eſſet, nec conceptus, ipſe ſtatim fuit vocatus: quia non potuit diſpoſitio teſtatoris ſtare in pendenti, & dominium ſimiliter bonorum non debebat pendere in aere, vel in pendenti. prout & Paul. Caſtr.conſi.74. lib. ſecundo. adducit. ¶Secundo confirmatur: quia in quacunq; re initium, & habilitas, quæ

tas,quæ eſt tempore,quo geritur negotium, conſiderari oportet, licet perueniat ad talem caſum, in quo peruenire non poſſet, ſi ab initio eſſet in rebus humanis,vt probatur ex his, quæ diximus in.l.1.verb. *Edad cumplida*.titu.3.libr.iſto. 5. infrà. Sed quando venit caſus ſubſtitutionis, non erat natus aliquis filius,qui poſſet repellere filium legitimatum,nec etiam ſi poſtea ſuperuenerit ſemel conditio in ſua perſona verificata, ei obſtabit, & ex ſuis fundamentis in ſimili quæſtione adductis à me in.l.prima.gloſ.1.verſi. Nonò mouetur talis quæſtio.colum.230.titu.6.libr.1.ſuprà.& in.l.10 in glo.1.verſi.Quæro clericus in minoribus. tit.1. libr.3. ſuprà. quibus optimè conducunt quæ latè tradit Deci.conſil.24.nu.2.vbi adducit octo fundamenta. ¶ Tertio comprobatur ex. l. interuenit. ff.de legat.præſtand.vbi ad legatum factum liberis, illi tantum ſunt admittendi, qui reperiuntur eſſe de numero liberorum tempore, quo dies legati ceſsit,vbi Triphonius Iuriſconſultus ait, interuenit illa quæſtio, quando de liberorum numero eſſe debeat is, cùi legatum datum eſt, vt id ferre poſsit à filio contra tab.bonorum poſſeſsionis accipiente. & placet ſufficere in ea neceſsitudine tunc eſſe, quando dies legati cedit. Sed filius naturalis ſubſtitutus fuit huiuſmodi. ergo &c. Et hanc partem in ſimili caſu conſuluit Paul. Caſtr. conſ.16.nume.5.lib.2. Et iſtam quæſtionem ponit Gregor.Lopius in.l.10. verb. *Otorgado todos de ſo vno*.titul.31.part.3.vbi reputat difficilem ac cogitandum reliquit,quia lis ſub iudice erat. ¶ Quæritur. Vtrum bona prohibita alienari propter delictum hæreſis,vel criminis læſæ maieſtatis confiſcari poſsint? Videtur quod non:nam per expreſſam alienationem non potuit, ergo nec per tacitam,& ſic per delictum. Tum etiam ex.l. Imperator.ff.de fideicom.liberta. ibi, publicatis bonis Mutiani reſcripſit debere eos publicè manumitti.vbi Barto.dicit,Nota quòd res, quæ eſt prohibita alienari, non poteſt deuenire in fiſcum propter publicationem.vt in.l. ſi in libertinum. ff. de bon.lib.l.Statius Florus. §. Cornelio fœlici. ff.de iur.fiſci.l.Iura libertorum.ff.de iur.patro. vbi inquit Marcell.I.C.Iura libertorum paternorum liberis, cùm pater eorum erat perduellionis damnatus ſalua eſſe diui Seuerus & Antoninus benigniſsimè reſcripſerunt. l. eorum qui.ff.ad legem Iuli.maieſt.c.fœlicis.§. ſi qua verò. de pœnis. lib. 6.l.Papinianus.§. meminiſſe. ibi, Cæterum ſi id rogatus fuit reſtituere,non debet iniuria fieri. ff. de inoffi.teſta.l.cùm pater.§.hæreditatem.1.ff.de lega.2. Alexand.in conſil.23.Opportunè conſideratis.lib.5.reperitum.conſi.88.li.3.Hippolyt.ſingula.314.& conſil.49.nume,71.Iaſ.in. l. vltima.§. penul.not.1.C.communia de lega.& in.l.filius familiaſ.§.diui.nu.19.in.2.lectu.ff.de lega. 1. vbi Ioã. Crott.num.32.Rip.46.Loazes nume.114. Nicol. Boeri.deciſi.278.num.6.Ioan.Lup.in repe. c. per veſtras.§.38.fol.75.col.2.num.6.Ioan.Lup. in tracta.de iuſti & iure.obtentio. ac retentionis regni Nauarræ.5.part.§.ſexto. ¶ Tamen commoditas & vſusfructus de iure viuente delinquente ſunt penes fiſcum, quouſque naturaliter mortuus ſit. dict.§.Cornelio fœlici.& Ioan. Lup.in dict. §. 38. num.8.Et ideo in inſtitutione maioratus aſsignatur optima cautela, quod dicat inſtituens, Rogo ſucceſſorem meum huius primogenij, vt ſit Catholicus,ſanctamq; fidem habeat, & quod fidelis ſemper exiſtat pro tempore domino Regi:ſi autẽ contrarium fecerit, priuo cum vna die antequàm committat tale crimen maioratu, & volo tranſeat ſtatim in ſequentem in gradu. Et bene poteſt fieri per. l. non impoſsibile.ff.de pact.præſertim cũ faciat cum licentia Regis præmiſſa, quæ præſtat ei authoritatem,& confirmationem, & ſic factam inſtitutionem cum ſuis vinculis cenſetur à rege. §. ſed ius quidem.Inſti.de iur. natur. ſecundum Angel.notantem,noſtrum dici, quod confirmamus, quamuis non conſecerimus.l.1. §. nam omnia. C. de vet.iur.enuclean.Deducitur etiam hæc cautela ex Catel.Cotta in memori.iur.verb. teſtamentum. ¶ Sed eſt dubium, quomodo ſucceſſor, ſi filius eſt committentis crimen læſæ maieſtatis, aut perduellionis,poſsit venire ad vinculum, ſeu maioriam, cùm propter patris delictum effectus ſit incapax.vt in.l.quiſquis.C. ad legem Iuli. maieſt. in.§.filij verò.dum inquit, ac ſucceſsione habeantur alieni teſtamentis extraneorum nihil capiant. l.2.titu.2.parti. 7. igitur parum vtilis erit cautela. Et per alia,quæ deducit Gregor. Lopez in dict. l. ſecunda.verb. *mandas que le fueren herbat*. Pro cuius expoſitione faciendæ ſunt ex mẽte ipſius Gregorij Lopez ſequentes cõcluſiones,quarum prior eſt. ¶ Filij committentis crimen perduellionis, ſunt inſucceſsibiles in Comitatu, Ducatu, ſeu Marchionatu, aliave ſimili dignitate. Conſtat. Nam filij iſtorum ſunt infames,quibus portæ dignitatis ſunt occluſæ regul. Infames. de regu. iur. libr.ſexto. ¶ Secunda concluſio. Tales filij poſſunt ſuccedere in maioratu. vel primogenio non habente dignitatem conſtitutam ſiue ex Regis donatione,vel inter viuos per contractũ. Nã ceſſante legis. quiſquis. præalleg.ratione,&. d.l. partitæ meritò debet ceſſare illatum diſpoſitio, cum materia ſit odioſa, & pœnalis.cap.hæc autem. de pœnitentia diſtinct.1.regu.Odia.de regu. iur. libr. 6. Bald. in.l.tertia. colum. final. de hæredi. Inſtitu. Quæ tamen non procedit,quando primogenium eſſet inſtitutum in teſtamẽto,cum hæreditas dicatur obuenire de iure ciuili. l. lege obuenire. ff. de

verbo.

Digitized by Google

verborum ſignifica.princeps eos filios alienos eſſe voluit à tali ſucceſsione,quatenus eſt iuris ciuilis,non in quantum eſt de iure gentium,vt ex contractu. ¶ Tertia concluſio. Prædictus filius perduellionis poteſt ſuccedere in maioricatu, vel vinculo facto in tertio & quinto bonorum irreuocabiliter per contractum inter viuos virtute. l. Taurinæ. 17. l. perfecta donatio.C. de donationibus. quæ ſub mod.l.donationes.§. fina. ff. de donationib. Si tamen donator pater reſeruauit ſibi vſumfructum,eo viuente confiſcabitur, & fiſcus habebit.ex dict.l.Statius Florus.§. Cornelio fœlici. ff. de iure fiſ. niſi aliud cautum ſit infundatione maioratus. ¶ Quarta concluſio. Quando per teſtamentum conditum ac inſtitutum fuit primogenium, ſeu vinculum cùm pater propter crimen perduellionis ſit factus inteſtabilis,filius non ſuccedit.vt in dicta.l.quiſquis. &. l. 16. titul. primo. parti. ſexta. ¶ Quinta concluſio. Primogenium inſtitutum facultate regia,cum conditione, quod quanuis poſſeſſor commiſerit crimen læſæ maieſtatis diuinæ, vel humanæ, nihilominus tranſeat in ſequentem vocatum perfundatorem, commiſſo crimine,tranſit in filium, quia incapacitaris nota ablata fuit à principe.Bald. in capitu. primo. §. denique. verſic. Porrò ſi dominus.de feudo guar. lib. feudor. Quod limitandum cenſet, præterquàm ſi tale crimen proditorié commiſſum ſit.capitu. primo. an ille qui interficit fratrem domini ſui.Facit.l.vnica.C.de conducto.& procura. libr. vndecimo. & ibi Platea. Ita Gregorius Lopez in l.ſecunda.titu.ſecundo.part.ſeptima.in gloſ.*mandas*. colum.fina. verſi. Quid autem ſi in facultate. Notabis præmiſſam quæſtionem: quia in regijs tribunalibus ſæpe contingere ſolet,& eſt ſatis dubia ſecundum Gregorium Lopez loco præcitato. Optimè agit de hoc Anton.Gomez in.l. 40. Tauri quæſt.37.nume.91.& ibi.quæſtio.23.num. 77. agit, Vtrùm validum ſit argumentum de feudo ad maioratum. ¶ Eſt tamen dubium, an verba facta à legibus Tauri in fauorem primogenitorum ne teneantur meliorationes factę in domibus, & turribus primogenij communicate cum vxorè reparantis,meliorantis,ſeu ædificantis, vt eſt.l. 46. incip.*Todas las fortalezas*.locum habeant in meliorationibus factis à poſſeſſore bonorum ſubiectorum reſtitutioni per viam vinculi abſque licentia Regis? Videtur, quòd cum ſit ſtatutum in præiudicium vxorum, quæ priuantur ſuis lucris, & aliàs irrationabile,non debeat dilatari vltra caſum, in quo loquitur,dicendo de mayoradgo, ad bona vinculata, quæ diuerſum nomen habent, ac per conſequens diuerſam diſpoſitionem. l. ſi idem. C. de codicill.ex Bald.in.l.quicunque. nume. 51. C. de ſeruis fugiti.& per ea,quæ in dict.l. 46. num.3. notat Ioannes Lupus. Et ſic vxor, eiuſve hæredes pro ſua parte poterunt recuperare æſtimationem meliorationum expenſarum in talibus ædificiis, reparationibus, ſeu meliorationibus rei vinculatæ, cum melioramenta ſint quid proprium,ac hæreditarium.Bald.l.penul.C.de ſolu. Angel. in.l. Senatus.§.Marcellus.ff.de legat.primo. Boeri. deciſio. 19.nu.3.dicendo iſtam veriſsimam eſſe opinionē, ergo & in ſpecie propoſita.

Prætereà conſtitutio præſtans priuilegium ita eſt accipienda,vt minus præiudicium iuri alterius paretur,ſed vtroque caſu inducit præiudicium,ergo tantum in expreſſo eſt accipienda, & ſic in maioratu propriè ſumpto.Tum etiam,quia eſſet dare anſam fraudandi vxori poſſeſſoris vinculi ſub prætextu meliorationis rei ſubiectæ reſtitutioni, non enim ſolum priuaret vxorē lucris ſibi debitis, verum etiā cæteros liberos,quibus debetur in talibus conquæſtis legitima debita iure naturæ, prout ſuprà annotatum eſt,quod valde iniquum eſt, ideoque fatendum eſſe legem Taurinam loquentem in bonis vinculatis per licentiam Regis, extendendam non eſſe ad bona vinculata per particularem abſque authoritate Regis non expreſſa in lege. argumen. cap. ad audientiam.de decim. Et hæc nobis viſa fuerunt, ſalua ſaniori ſententia pro tempore, quo fuimus de hoc dubio conſulti, & nunc cogitandum Lectori relinquendum cenſuimus,cum authorem non deſignemus pro nunc, nec inuenerimus. ¶ Fuit mihi quæſtio propoſita, Petrus Titium hæredem inſtituit, pluraque legata in eo reliquit: qui poſtea audiens ex aliquo caſu mortuum fuiſſe in noua Caſtella primum hæredem,de quo ſuprà. ¶ Secundò teſtamentum fecit,faciens commemorationem primi hæredis, dicens, Quia Titius, quem primò meum hæredem inſtitui,mortuum eſſe mihi aſſertum eſt, ideo talem inſtituo. Apparet nunc viuus hæres primò inſtitutus, dicitque primum teſtamentum valere, ac ſibi competere hæreditatem, & non ſecundò inſtituto,quæritur quid iuris? Reſpondendum erit pro Titio de æquitate, præſtabit tamen legata relicta in ſecundo.Imò non erit ruptum primum: quia falſus rumor non debet obeſſe, vel prodeſſe. l.falſa.& ibi nota.ff.de conditioni. & demonſtra. cap.ſuper eo.de eo qui cogno.conſang. vxo. ſuæ. Tum etiam,quia ex capite inſtitutionis in prædicto teſtamento ſecundo conſtat primum hęredem voluiſſe habere hæreditatem ſi viueret, eo tamen mortuo fecit ſecundum,ergo eius volútas eſt pro primo, ac ſeruanda. l. in conditionibus.ff.de condi.& demonſtra. ¶ Tum etiam & tertiò ex. l. fin. ff.de hæred.inſti.Speculat.de inſtr.editio.§.compendioſè.nu.28.verſi.Quid ſi is qui teſtamentum fecit.Regia lex.25.vbi omnino per nouiſsimum

gloſſatorem, Regiumque Senatorem meritiſsimum.titu.primo part.ſexta. vbi poteritis videre. ¶Vtrum autem legatum dotis in eo factum, nempe,relinquo mille Iſabellæ, ſi contraxerit matrimonium,ſi autem ingreſſa fuerit religionem, relinquo quingentos aureos: Ingreſſa fuit religionem,ibique profeſſa,& petijt mille, eſt dubium, an hæres teneatur ei dare mille, aut quingentos? ¶ Videtur quòd debeantur mille, ne inducat viduitatem circa vitæ contemplatiuæ electionem. argu.tex.in.l.Titiæ ſi non nupſerit. ff. de condit. & demonſtra.l.quoties.eod.titul. Secundò ne impediatur optimum bonum, iuxta illud euang.teſtimonium, Porrò vnum eſt neceſſarium, Maria optimam partem elegit,quæ non auferetur ab ea. ¶Secundo ea, quæ actum contrarium legi impediunt, facto diſponentis non poſſunt impediri, ſed huiuſmodi fuit in ſpecie propoſita. ergo &c. Hanc partem in proprijs terminis tenet Bart.in.l.2.nu.2.ff.de his quæ pœnæ nomine relinq.Romanus in.l.ſtipulatio hoc modo.ff.de verbo. obliga. Ioan.Andr.in additio.ad Specul.in rub. col. 3. de ſtatu monacho.Alex conſil.121.nu.9.lib.2.Hippolyt.plura ad hoc adducens dicit hanc ſententiã communem eſſe in rub.ff. de donat. nu. 127. & iterum in lingu.215.Decius conſi.674.nu.5.lib.5. Ioan.Crott.in.l.nemo poteſt.nu.71.ff.delegat.1. Paulus Pariſi conſil.65.num.14.lib.2. Felin.in ca. in præſentia.nu.37.de probatio.Couar.lib.1. Variarum reſolut. .cap.19. nu. 9. Emmanuel Acoſta Luſitanus,præclari ac ſubtilis ingenij vir.in.l.cum tale.§.ſi arbitratu.11.ampliatio.nu.4. ff. de condi. & demonſtra Ferdinan.Loaz.Epiſcopus de Tortoſa meritiſsimus in tract. Super noua pragm. conuerſio.regni Valentiæ.col.2.nu.3.Et eſt magis cõmunis opinio ſecundum Iaſo. in authenti. Si qua mulier.num.14.C.de ſacroſan.eccle.Rip.in.l.prima.num.62.ff ſolu.mat.& Ioan. Duarenus Gualdenſ.de arte teſtandi.titul.6.caut.64. num. primo. ¶Contrariam tamen opinionẽ veriorem iuris eſſe videtur,cùm voluntas teſtatoris non ſit trahenda ad caſum ab eo excluſum,dicendo, ſi nupſerit &c. cum ipſe diſtinxerit caſus ſuæ diſpoſitioni, & voluntas ſit clara,non eſt locus coniecturis.l. continuus.§.cùm ita.ff.de verborum obligat.l. ille aut ille.§.cum in verbis.ff.de lega.tertio. Tum etiam, quia iuris interpretatio habet locum, quando coadiuuat voluntati teſtatoris veriſimili.vt in. §. ſed hoc præſenti.in authenti.de ſanctiſsi.epiſco. collatio 9.quæ ceſſat,vbi de oppoſita conſtat, vt in caſu præmiſſo, nec ex paruo legato pro ingreſſu religionis:cum mundum, & omnia in eo contenta ſeruus Chriſti à ſe reijciat abſque præmij temporalis conſideratione.Vbi eſt ſpiritus Dei,ibi libertas. Et, qui Dei ſpiritu aguntur,non ſunt ſub lege Apoſtol.2.ad Corinth.3.capit.licet de regulari. ¶ Quam opinionem ex alia communi ſententia Doctorum probandã eſſe tertio loco, quia cauetur, quòd quando teſtator reliquit legatum Illefonſo Ferdinandez, & ſi deceſſerit ſine filijs legitimis ex ſuo corpore natis,ſubſtituit Petrum, Illefonſo tranſeunte ad religionem, locum eſſe ſubſtituto Petro, pulſo monaſterio, rationibus præmiſsis, profitentur in ſpecie Iacob. de Bello viſo, & Rayne.in dicto.§.Et hoc præſenti.Et eſt communis ſententia ſecundum Salice, in authen. Niſi rogati.colum.2. verſicul. Secundo iuxta hoc quæro. C. ad Trebellianum, & Albert.in.l.cum vir ff. de condi. & demonſtratio. Felinus in dict. cap.in præſentia.nume.36.in princip.colum.2.illius numeri.& Nicola.Boeri.deciſio.354.nume.3. cum ſequent. ¶ Scio tamen controuerſiam iſtam communem opinionem,imò quod monaſterium, excluſo Petro ſubſtituto, ſit admittendum. Bart. in.l.ſi ita quis.§.fin ff.de legat.ſecundo & in conſil.1.Et dixit communem Corne.in dict. authen. Niſi rogati.colum.ſecunda.Franciſc.de Rip.in. l. ex facto.§.ſi quis rogatus num.37. ff ad Trebelli. Philippus Deci.in dict. capit.in præſentia. nume. 58.Et eſt magis communis teſte Alexã.conſi.125. nume.11.vbi Carol.Molinæ.lib.2.Tamen ex prędictis videtur priorem eſſe tenendam,& ſi durum cenſeam iudicare contra,ecclcſiam. ¶Ex eadem radice videtur tenendam eſſe hanc poſteriorem ſententiam, quòd mulier intrans religionem non debeat conſequi niſi quingentos aureos. Et eſt æquior,& communis ſecundum Paul. de Caſt. in l.fina.nume.5.C.de epiſcopis & cleric. & in dict. authenti.Niſi rogati.nume.3.& in.l. Titiæ ſi nupſerit.numer.2.ff.de condi. & demonſt. Deci. in dict.capit.in præſentia.nume.59 de proba. Et eſt magis communis ſecundum eundem Deci. conſil.419.num.7.Et in puncto iuris iſtam teneo tanquam veriorem:& in facti contingentia ita obtinui,licèt,vt dixi,optimum conſilium ſit in dubio fauere religioni.

¶*Con buenos teſtimonios.* Poteſt intelligi multis modis iſte text.Et primus intellectus ſit,quòd quando oppoſitum eſt contra teſtamentum quòd non ſit perfectum ex defectu alicuius ſolemnitatis requiſitæ in eo, poterit probari per alios fide dignos teſtes, cum fortaſsis allegatur, & probatur ab aduerſario per duos teſtes,quod aliter fuit ſcriptum,quam dictum in principali, ſeu in acceſſorijs tangentibus ſubſtantiam: vel ſolennitatem eulogij,ex quibus attenuatur fides Tabellionis, & ſuæ ſcripturæ,tunc per bonos & plures teſtes debet probari cõrrariũ, ne fides ſcripturæ fluctuet. ex ſẽtẽtia glo.ſing in.l.2.verb.doceri. C. de bono.poſſeſ.cõtra tabul.l.32.ti.16.&.l.115.in fine.& l.117.ibi,

l. 17.ibi, *o lo podieſſe prouar por quatro omes*.tit. 18. parti. 3. Ex quo infertur, quod per teſtes probari poteſt contra inſtrumentum publicum, quod de iure communi eſt videndus Bellam. colum. 4. & melius Panormi.nume. 13. Felin.num. 35. in cap. cum Ioãnes. de fide inſtr. Lanfranc. ab Oriano in re pe. c. quoniã contra. verb. inſtrumento rum produ- ctiões. num. 44. de proba- tio. Eſt tamẽ dubiũ verum fides inſtru- mẽti duobus teſtibus debi litetur? Faber in.§.item ver borũ. nu. 13. Inſtit.de inuti.ſtipula.tenet quod ſic. Et Aymon Cravett.conſil. 56.colum. 5.num. 15.Panormi. in dict.capic. cum Ioannes. de fide inſtru. Deci.qui hanc fatetur communem in ea.tertio loco.nu. 11. de probat. Zaſi.lib. 2. ſingula.intellectum cap. 23. Boeri.alios ad id citans in deciſio. 118.n. 15.vbi dicit, Communis eſt iſta regula, quod duo teſtes ad reprobandum inſtrumentum ſufficiant, & condemnandum. Et in nu. 15.refert dictum Fabri loco præcitato. Couar.lib. 2. Variarum reſolut.cap. 13.n. 11.hanc dicit communem, inibiq; facit duas concluſiones. ¶Contrariam opinionẽ tenet Ioã. de Plat.in dict.§.Item verborum.nu. 19. Alexan. conſi. 93.nu. 12.libr. 2. Lanfranc.de Orian.in dict. c.quoniam contra.verb.inſtrumentorum productiones.num. 44. Et iſta eſt magis cõis ſecundum Boeri.deciſi. 118.nu. 12.ad fin.Raphael Fulgoſ.cõſil. 79.col. 2.& Raphael Cuma.conſil. 135. Cõfirmatur ex his, quæ notat Franciſ. Curti.in repet l. admonendi.n. 133.& nu.ſeq.ff. de iureiurand. Tamen pro priori cõmuni eſt.l. 3.titul. 2.part. 6. ibi, *como quier alguna ſoſpecha ſea contra el teſtamẽto, por el niego de aquel teſtigo*. ¶Secundus intellectus ſit, quando adeſt legitimus numerus teſtium, & ſigillum publici Notarij, etiã ſi teſtes deſcripti deceſſerint, iſta probatio eſt bona.glo.in.l. 2.verb.publicum.ff.quemad.teſta.aperi.Simil. in. l. 2. C.eod. titu.Ioan.Lup.in.l. 3.nu. 13.in ordina.Tauri.gl.in l.fin.verb.oſtenditur.C. de fideicommiſſ. Angel. in.l.prima.in fin.C.de teſtam. Eſt communis opinio ſecundum Iaſ.in.l.bonorum.col. 3.nu. 3.C.de bono.poſſeſ.l. 4.tit. 2.part. 6.ibi, *è maguer que muvieſſen.&c.*

¶Ley. II. Que los Romeros puedan hazer ſu manda.

¶Idem.

LOS Romeros que andã en ſus romerias y peregrinaciones pueden libremente[a]: aſsi en enfermedad, como en ſanidad, diſponer y ordenar de ſus bienes por ſu mãda y teſtamento ſegun ſu volũtad: y ninguno ſea oſado de lo embargar, ni eſtoruar que aſsi no lo hagan: y qualquier q̃ en vida: o en muerte alguna coſa tomare

¶Tertius intellectus, quod loquatur in iſtis verbis in teſtamento in ſcriptis, & in priori parte declaretur in nuncupatiuo, vt per ſeptem teſtes probetur, iuxta formam legis. 3. Tauri, alias enim quid operaretur generalitas huius finis, ſi non eſſet ſpecies, in qua poſſet verificari. Cũ hæc lex plures caſus, qui euenire poſſent in teſtamento nuncupatiuo hac in lege in ſui principio enumerauit. Sed ſtãte declaratione dictæ. l. 3. iſte intellectus non poteſt procedere, cum procedat iſta lex tantum in teſtamento nuncupatiuo.

mo. Vtrũ filius ſemel repudiãs hæreditatẽ poſsit
abſtẽſionẽ reuocare? Tex. eſt formalis, diſtinguẽs
caſus in. l. fin. C. de repud. hæred. cum qua cõcor.

l.fina.tit.6.parti.6.Illud tamen adnotandum eſt, quòd requiritur, quòd intra triennium eam reuocet. Secundò, quòd res ſit integra, id eſt, quòd bona non ſint alienata. quia vltra triennium, vel citra ſi bona eſſent alienata, vel per alium hæredem

¶Ley. I. De los herederos que no querellā la muerte del q̃ es muerto a trayciō.

El Rey don Alonſo en Segouia.

SI algun hombre fuere muerto a traycion [a], y ſus herederos quiſieren heredar ſus bienes por herencia y los reſci-

legitimum ſequentē in gradu eſſet hæreditas adita: cū bona eſſe alienata, vel hæreditatem eſſe alteri quęſitam, per aditionem æquiparentur, ſecundum Bald.in.l.2. C. de iur. & facti ignorantia. Non audiretur filius volēs adire, quod ſemel repudiauit, niſi eſſet minor vigintiquinque annis, qui vltra triennium infra tempus prtendæ reſtitutionis in integrum, quod eſt quàdriennium à die minoris ætatis finitæ computandum, l.fina. C.de tempo.in integr.reſtit.pet. poteſt per viam reſtitutionis, tanquā læſus facilitare minoris ætatis adire paternam hæreditatem ſemel repudiatā, etiam ſi bona forent alienata, prout eſt tex.ſolennis de his omnibus in dict.l.fina. C.de repudi.hæredi.ſecundum Guiliel.Benedict. in repeti.capit. Rainutius.verb.mortuo itaque teſtatore.2. num. 127.de teſtamen. vbi optimè declarat, extēdit, & limitat vſque ad num.142. Et eſt notabi.ſecūdum Ioan.Lup.in reper.cap.per veſtras.§.26. num.5. fol.71.colum.2.de donationi.inter vi. & vxorē. Alexan eam declarat in.l.quia poterat.nume.13. colum.penul.verſi.Secundò fallit.ff. ad Trebelli. ¶Dubitatur octauo. Vtrùm beneficium reuocandi abſtenſionem tranſmittatur? Videtur quòd ſic. per text. in dict.l.fin.ſic inducendo: æquiparatur enim in illa lege reuocatio abſtenſionis, quæ fit à maiore, & reuocatio, quæ fit à minore per in integrum reſtitutionem l.quod ſi minor. § Scæuola. ff.de minori Secundò confirmatur. quia ius abſtinendi eſt priuilegium, & ius ſpeciale introductū contra legem.12.tabularum.gloſ.in.l. ſi quis extraneus.in princi.ff.de aequi.hæredi. Alex.in l.1. ff de condi.ob cauſam. Sed per reuocationem abſtenſionis tollitur iſtud priuilegium, rediturq́; ad ius antiquum.12.Tabularum. Ergo talis reuocatio eſt fauorabilis.argum gloſſ. in cap. ſtatutum. de præbend. libr.6.in verb. numerandum, dicens conſtitutionem.per quam reuertimur ad ius commune fauorabilem eſſe, ac recipere latiſsimam interpretationem, etiam cōtra propriam naturam. Dixit notabilem Felin.in capit. cùm acceſsiſſent. de conſtit.colum.tertia.num.quinto, verſi. Hanc declarationem intellige. Barbat.in capi. ſecundo.

columna.8.de foro competen. ac tranſmittenda. ¶Tertiò probatùr ex Vlpiani reſponſo in.l.ſi is qui.56.ff.de acquiren.hæredi.ibi, eadem cōditio deferenda eſt hæredi.eius, quæ & ipſi. Eandē ſententiam apptobant Fulgoſ. & Deci.in.l.qui ſe patris. C. vnde liberi. columna.10. nume.21. verſi. Vnde Fulg. hic. ¶His tamen minimè refragantibus fundamentis, cōtrariam ſententiam tenendam fore teſtamur ex Imol. Angel. & Roman.in.l.ventre ff.de acquiren. hæredi. quam magis communem eſſe fatetur, & veriſsimam Fabia. à Coromboni.in repeti.l.qui ſe patris.nume. 125.C.vnde liber. Dixit ante eum eſſe magis cōmunem Alexan.in.l.ſi filius qui patri.colum.14. num.23.ff.de vulga.& pupilla. & Franciſ. Curti. eandem communem in iudicando & conſulendo profiretur in addi.ad Alexand.in dict.l.qui ſe patris.colum.10.nu.18.in verb. reuocare abſtenſionem.& ibi probat.hanc ſententiam Alexand. Aſſeruit communem Aretin.in.l.ventre. colum. 14.verſi. Poteſt etiam elidi ſuitas. ff. de acquiren. hæredita. Facit, nam fundamentum tranſmiſsionis ex capite ſuitatis eſt fundatum in merum fauorem filij: vnde ſi filio ſe abſtinente diceremus tranſmitti hanc facultatem reuocandi abſtenſionem ad hæredem, conuerteretur in damnum & odium filij contra reg. Quod ob cauſam. de reg. iur.lib.6. Nam ex quo filius noluit ſibi prodeſſe ſuitatem, ſi prodeſſet in aliquo contra voluntatem ſuam, diceretur in damnum ſuum, & eius præiudicium eſſe. & ideo non debet fieri tranſmiſsio. Barto.in.l.ſi filius qui patri.ff.de vulga.& pupillari.in fine.& Aretin.loco præcitato. Secundùm quem reſpondeas ad.l. non ſolùm. ſuprà allegat. pro parte affirmatiua contra hanc communem.

¶Lex. I.

[a] ¶*Muerto à traytion.* Proditor is dicendus erit homicida, qui ſine cauſa vlla rixæ, & inimicitiæ extrinſecus oſtenſæ, nec diffidando alium interfecerit. Barto.in.l.reſpiciendum.§. delinquunt. colum prima.ff.de pœn. & ibi plena additio. Bald. in.cap.ſecundo.col 4. verſic. de proditore. quib. mod.feud.amitta. Plenius per Remigi. Goñi.in tracta.de immuni.eccleſiarum.fallent.14. Facit.l. fin.C.de delato.libr.10 ibique Lucas de Pen.& l.4.ff.ad legem Iuliā maieſta. l. propter inſidias. C.de his qui accuſa.non poſſunt.ca. clericus.iuncta gloſſa.verbo. proditionibus.46. diſtinct.l.4. ibi,

ben [a]: y la muerte no querellan dentro de v. años por q̃rella de juſticia ante el Rey:o ante ſus alcaldes pierdan la herencia que del finado han recaudado para la nueſtra camara:y eſto ſe entienda en aq̃llos que han edad complida [b] y ſon varones: y ſi fuere ſabido quien fue el matador y que ſea en la tierra, y que ſea poderoſo para demãdar la muerte.

ADDICION.

¶*Concuerda la ley. 11. titul. 8. lib. 5. de la Recopilation.*

ibi, *à traycion*. titul. ſecundo. partit. tertia. Optimus text. id diffiniens in capitu. primo. de homicid. & l. quarta. titu. ſeptimo. & l. ſecunda. & l. vndecima. titu. 13. libr. octauo. infrà. ibique de proditionis crimine latiùs agam. Et concord. fororum Aragonũ libro nono. titu. De proditoribus. conſtitutiõe. qui cunque. & titul. ſequent. de proditionibus. Et nouiſsimè tradidit Ant. Gomez in tract. De delictis. capit. tertio. nume. quinto. Vtrùm autem occidens proditorẽ ciuitatis fugiens ad alium locum teneatur pœna homicidij? textus in. l. tertia. §. fina. ff. de Sicar. dicit quòd non. Transfugas vbicunq; inuenti fuerint, quaſi hoſtes interficere licet. Ludouic. Carreri. in practi. criminali. §. homicidium. nume. 193. vbi alios citat.

a ¶*Los reſciben*. Ergò ante vindicatam mortem defuncti, hæreditas adiri poteſt. Idem probat. l. 13. titu. ſeptimo. part. ſexta. & concord. etiam. l. vndecima. titu. fina. libr. octauo. infrà. l. cùm fratrem. C. de his quib. vt indig. & ibi eſt bona gloſſ. & in dict. l. 13. verb. *querella*. ¶Priuatur ergo hæres hæreditate ſi non vindicauerit necem defuncti. l. prima. C. de his quibus vt indig. & in. l. hæredem. ff. eod. vbi cautum eſt, quòd etiam cum fructibus perceptis ſit facienda reſtitutio hæreditatis fiſco. Et intellige, quòd ratione ſucceſsionis ad id teneatur hæres etiam ſi conſanguineus non ſit, vt in dictis iuribus. & l. minoribus. & l. quoniam ſororẽ. C. de his quib. vt indign. l. prima. § omnium. & in §. ſi fortè. ff. de iniur. Areti. in cap. in præſentia. de probatio. Alexan. in addi. ad Barto. in. l. ſecunda. ff. de accuſat. Iaſo. in. l. 4. §. Cato. col. 59. de verb. obliga. Petrus à Plaça in tracta. de delictis. lib. 1. c. 39. n. 23. vbi hanc concluſionẽ intelligit aliquibus modis, quos hic explicare non libet, ne rem ſemel explicatam iterum repetamus. Illud tamen omittendum non eſt, vtrùm hæres poſsit facere pacem cum occiſoribus? Et videtur quòd non, nã tenetur ipſos accuſare, vindicareq; necem defuncti, vt hac in lege cum ſimilibus ſuprà adductis cõſtat, ergo transactio, ſeu pax non poterit habere locum, quandoquidem non ſit permiſſa à iure. Tamen attenta. l. 22. titul. primo. part. 7. hiſce in regnis permiſſa eſt concordia, ergo poterit fieri. Ita Petr. à Plaça dict. cap. 39. nume. 25. Sed intelligendum erit, quando conſtare non poſſet de crimine in iudicio per teſtes, tũc fœdere concordiæ & pacis fieri poſſet, non aliàs. argumen. text. in. l. ſi ideo. C. de ijs quibus vt indig. l. cùm fratrẽ. eod. tit. dict. l. 13. ibi, *Sabiẽdo eſto*. Et eſt text. hîc ita exponẽs, ibi. *E ſi fuere ſabido quien fue el matador*. Parui enim momenti eſſet lex iſta, ſi in caſu. quo conſtaret de homicidio modo præmiſſo poſſet poſt accuſationem interpoſitam facere pacem & concordiam, & ſic eſſet verbalis, & non realis hæc lex cum ſimilibus. Tum etiã, quia lex prædicta. 22. eſt intelligenda, quando homicidiũ eſſet commiſſum abſque inſultu, & proditione, quæ qualitas nimis aggrauat delictum. Qua minimè obſtante debet iudex procedere ad vindictam delinquentis. Ant. Gomez de delictis. c. 3. nu. 59. Nam venia, ſeu remiſsio ſuperioris ita demum locum habet in aliquo delicto, quando delictũ non eſſet cõmiſſum cum aliqua qualitate, quæ aggrauaret illud. tex. in. l. 1. & ibi dixi ſuper verb. *Saluo aleue o traycion*. & in. l. 2. verb. *Exceptados los caſos*. titul. 21. libr. primo. ſuprà.

b ¶*Edad cumplida*. Scilicet, q̃ ſit maior. 25. annis. l. minoribus vigintiquinq; annis hæredibus nõ obeſſe crimen inultæ mortis placuit. C. de his quib. vt indig. l. ſi ea. in fin. eiuſdem titu. Dubitari tamẽ poteſt, ſi poſtea factus maior teneatur reũ criminis accuſare, aliàs ſit priuandus hæreditate, iuxta formã huius legis, cum cõcordãtibus? Et videtur q̃ ſic, cùm res deueniat ad caſum, quo potuit incipere, & legis inſtitutum ſuum habere effectum contra proditorem. facit. l. ſciant. C. de legiti. hæred. cum annotatis in glo. 1. ergo infra quinquennium ſaltem tenebitur vindicare mortem defuncti, cum in hoc verſetur pietas. l. minoribus. C. de his quib. vt indig. tum etiam verſatur fauor, publicus; vt crimina tantũ reipublicæ odioſa puniãtur, quia ſecuritas non eſſet in hominum vita, ſi prodi

tores non punirentur, vt probatur ad ſenſum.l.ita vulneratus.ff.ad legem Aquil. c.vt famæ. de ſentent.excom.text.ſingula & melior iuris in.l.3.§.vtrum ff.ad Senatuſconſul.Syllanianum. ibi, hoc quod in communi vtile eſt. quem valde ſingul. reputat Iaſo in.l.ſi filius familiàs.colum.2. nume.4. ff.ſi cert.peta.& in.l.prima.colum.4.nu.13. C.de ſacr.ſanctis eccleſ.Petrus Gerard.ſingul. 13. Hippolyt.in practi.cauſa crimi.§.aggredior.num.58. Reipublicæ fauore ita debemus legem pœnalem & odioſam ampliare quemadmodum & fauorabilem. Sententia eſt Barto in.l.quemadmodum.colum.2.num.4.C.de agricol.& cenſi.lib.11. Sequitur Philipp.Deci.in.l.qui ſe patris.colum. 12.verſic.Circa ſecundum.nume.26.C. vnde liber. plures eam referentes congerit Hippolyt.in dicto.§.aggredior.num.58.& in.§.diligente. num.130.in conſil.85.num.16.& conſil.94.num.28. Corſe.in ſingul.Extenſio.Iaſo.in.l.1.num.13.C. de ſacroſanct.eccleſ.& in.l.ſi certis.num.3.C.de pactis.& in.l.ſi filius.colum.3.num.7.ff. ſi certum peta.& in.l.cætera.§.ſi quis ad opus.num. 20. ff. de lega. primo.ergo ceſſante minori ætate, tenebitur reũ criminis accuſare, ſi adhuc non fuit accuſatus ab alio.per præmiſſa. ¶His tamen non obſtantibus, erit dicendum, quòd ex eo, quòd ſemel fuit liberatus propter minorem ætatem, iuxta text.in dicta l.minoribus.amplius non tenebitur ad pœnã amiſsionis hæreditatis propter mortem teſtatoris inultam: tum quia effectus ſemel conſequutus à ſui principio propter aliquam qualitatem exiſtentem, vt eſt minor ætas, non ceſſat cauſa illa ceſſante, & alia legitima ex curſu temporis ſuperueniente, quæ alias neceſſaria eſſet, ſi exiſteret eo tempore.l.fina.in princi.C. vnde lib.l. ſancimus. C.de adminiſt.tuto.gloſſ.in.l.ſi captiui. verb. habere ratum. C.de epiſcop.& cleric.text.in.l.Deo nobis.§.his ita.verſic.quòd ſi fortè. eodem titul. Barto in.l.Titia.§.Imperator. & ibi Alexan.nu. 10.ff.de legat.ſecundo.Ludoui.Gomezi. in.§.fuerat.num.53.Inſtit.de actioni.l.vlti.in princi.ff.de ſolutio.l.pluribus.§.& ſi placeat. ff. de verborum obligatio.l. in ambiguis.§. non eſt nouum. ff. de regu.iur.Factum legitimè.de regulis iur.lib.6.l.ſi Gaudentius.C.de contrahenda emptio. Confirmatur latè ex Andr.Tiraquell. in repeti. l. ſi vnquam.verbo.donatione largitus.nume.230. & in verb.ſuſceperit liberos.num.155.C. de reuocan. donatio. Suadetur, nam caſtrum relictum Annæ, ſi efficiatur vidua, ſi contingat mulierem effici viduam mortuo illo viro, quæ tamen poſtea ad ſecunda vota conuolauit. an legato caſtri ſit priuanda? Et reſpondetur quòd non, per prædicta. ſufficit enim conditionem ſemel impletam, quamuis non duret. Paul.de Caſtr.in.l.final. C. de indicta vidui.tollend. Sequitur Ioannes Sainſon, dicens pulchrum dubium eſſe, in conſuetudi. Turonenſi.capit.de ſucceſsionibus de ſief.artic.28. in fine. fol.301.colum.tertia. Suadetur, nam mulier minor vigintiquinque annis non petens tutorem, curatoremve pupillo filio, intra annum etiam ſi ſit facta maior, non priuabitur ſucceſsione ipſius. Roman.dicit hanc veritatem eſſe in conſil. *279.* Viſa thematis narratione. Facit text.in ſui ratione in.l.vnica.ibi, nam & ſi mortis tempore tabulæ fuerint, licèt poſtea interierint, competit bonorum poſſeſsio, quia verum fuit tabulas extare. ff.ſi tabulæ teſta.extabunt.& gloſſ.in capitu.ſtatutum.verb.canonicus.de reſcript.libr. ſexto, dicens, qualitatem neceſſariã in aliquo actu à principio interfuiſſe, licèt non duret ex poſt facto, ſufficere.gloſſ.in Clement.ſecunda. verb. principalis.de reſcrip. His etiam accedit Capellæ Tholoſan.deciſio.459. vbi habetur, quòd ſi filia dotata ſemel fuit excluſa, eò quòd tempore mortis patris extabat maſculus, ſi poſtea filius moriatur, filia ſemel excluſa ſemper cenſebitur excluſa, per nota.à Barto.in.l.fina.ff.ad Tertullianum. Vide Stephan. Aufreri.in præd.deciſio.459. & ſuadetur ex Barto in.l.miles.§.quærebatur.ff. de adulter.& Iaſo.conſil. 10.colum.ſecunda.libr. tertio. ¶Confirmatur etiam, nam committens delictum in impuberi ætate, propter quam fuit excuſatus à pœna, etiam factus maior, non eſt amplius ob præmiſſum delictum puniendus. gloſſ. prima.in l.ſciant.C.de legitim.hæred. Hippolytus in.l.infans.num.13.C.ad legem Corneliam de Sicar.& in.l.de minore.in princip.num.quarto.ff. de quæſtionib. Loazes in tracta. matrimonij Regni Angliæ.dubio.11.numer.13. ¶Poſtremo loco hanc ſententiam in expreſsis terminis tenet gloſſ.in.l. minoribus.C.de his quibus vt indig. in verb reſpondere gloſſ.ſimi. eſt in. l. minoribus. verb. vlciſcantur.C.in quibus cauſ.in integr. reſtitu. non eſt neceſſa.quarum opinio communiter tenetur ſecundum Iaſonem in.l.minoribus. colum. fina. nume.ſexto. C.de his quibus vt indign. reprobata contraria opinione Petri & Cyni. ibi. ¶Dubitatur ſecundo. Quando tenebitur hæres inſtituere querelam contra occiſorem, ne indignus iudicari poſsit? Reſpond. ſtatim cùm primùm poſsit. Iaſo.in.l.prima.nume.ſeptimo. C. de his quibus vt indign. Sed tamen de iure noſtri regni intra quinquennium poterit eam proponere. l. 13. vbi Grego.Lopez, verb.*Faſta cinco años*.titu. ſeptimo parti.ſexta. ¶Quæritur tertio. Cui ſit applicanda hæreditas indigni? Reſpond. ſiſco eam eſſe applicandam.l.13.& ibi Gregor. Lopez.verb.*Que la no mereſce*.titul.7.parti.6. Idem Greg.Lopez in.l.17 titu.7.parti.ſexta.verb.*Coſas ay*.gloſſ. & ibi Iaſo. nume.6.

Digitized by Google

nume.6.in.l.prima.C.de his quib. vt indign. quo loco regulam cum fallentijs conſtituit. ¶Quæritur quarto (Vindicare mortem defuncti cùm liceat hæredi.l.prima.C.de his quib.vt indig. cum ſimi.) quomodo hæc vindicatio ſit accipienda? Reſpondeo,quòd iuridicè,ideſt, non propria authoritate,ſed iudicis.gloſſ.in dict.l. prima. quam ibi ſequitur Iaſ.nume.5.glo.ſimi.in dict.l. prima. C.in quib.cauſis in integr.reſtit. non eſt neceſſa. gloſſ.in.l.vxor.C.de ijs qui accuſa. non poſſunt. Per prædicta inferunt Docto. in.l.prima. C. de his quib.vt indig.quos refert ibi Iaſ. & in.l. prima num.27.C.de ſeruis fugiti.quòd minans dicendo,Recipiam de te vindictam,quòd quamuis poſtea reperiatur mortuus,non erit præſumptio aduerſus minantem,quia debet aſſumi de vindicta, quæ ſolet & debet fieri coram iudice, non autem de extraiudiciali.Idem plura adducens adnotata reliquit Ioan.Lup.in repet.rubri.§. ſeptimo. nume.8.de donatio.inter virum & vxo. ¶Quæritur quinto. Vtrùm liceat alium accuſare ad vindictā publicam abſque peccato? Dicendum eſt quòd ſic,cùm leges iuſtè id permittant in foro Cæſaris, ergo & in foro animæ locum habent.Probatur ſecundo,nam vindicatio authoritate publica,& accuſatio actus eſt iuſtitiæ,id eſt, virtutis,qui prohibitus non eſt.Sanct.Thom.2.2.quæſt.108.art.1. & 2.Caieta.2.2.quæſt.68.artic.1.Ioan.Arboreus lib.19.Theoſophiæ.ca.3. Ioan. Mrthymnenſ.de contractibus.quæſt.29.Domi.à Soto in relectione de ſecreto.2.membro.quæſt.5. Nauar. præceptor digniſsimus,literis & moribus præſtantiſsimus in repeti.cap.inter verba.60.corollar.11.q.3 Couar.in lib.2.Variarum reſolu.cap.10.nu.7.Innocen.Panormi.Aretin.Anani Felin.& communis in cap.accuſaſti.de accuſatio.vbi tenent, quòd accuſans bono zelo.gerēs in animo iuſtitiam,potiùs quàm vindictam propriam,non peccaret,ſecùs ſi animo vindicandi hoc faciat. Vnde infertur occidētem authoritate propria,ſine eo,quòd præcedat ſententia iudicis,vxorem adulteram,peccare, Secūdùm communem, quam latiùs refert. D. Couar.in epitom.quarti Decretali.2. part. cap.7. §.ſeptimo.nume.8.vbi ad vtranque partem hanc pulchram quæſtionem diſcutit, ideo latius non agam de ea.Ratio poteſt eſſe: quia leges id diſsimulant,non tamen præcipiunt mortem inferendam fore adulteræ.Id enim procedere pōt, quando vindictam ſumpſit ex iudicis commiſsione,& abſque odio vxoris,ſed tantum, vt delicta puniantur,eoque zelo ductus,qui percutit malos, miniſter Dei eſt,ac non peccauit occidendo, quo caſu intelligerem contrariam opinionem volentium ſecurum eſſe maritum vtroque foro.Ex eadem radice infertur locum habere ſtatutum de impunè occidendo bannitum in conſcientia, & etiam de iure canonico, nam facit exequutorem contra illum transfugam & inimicum Reipublicæ, alteriuſve hominis propter aliquod delictum. Communem fatetur Albrric. in tracta. ſtatutorum.4. part.quæſt.19.Nellus in tracta.bannitorū.2.par. 2.temporis.quæſt.11.num.11. Petrus de Rauēna in alphabeto aureo.verb. Bannitus in fin. Ludo. Gomezi.in princip.Inſti.de actio.num. 54. hanc magis communem dicit, & declarat locum habere,quando fit zelo iuſtitiæ, non autem vindictæ, vt paulo ante diximus:tale enim ſtatutum nō eſt contrarium iuri etiam diuino, vt probat Ioann. Crott.in repeti.l.omne populi.num.63. ff.de iuſtitia & iur.ergo & in conſcientia ſecundum communem,quam etiam ita profitetur Franciſchinus Curti.in repet.dict.l.omnes populi.nu.24. col.4. verſi.Secundò principaliter collige. ¶In contrarium videtur, imò quòd tale ſtatutum permittens occidi bannitum ſit contrarius diuinum, ac inducat cauſam recipiendi vindictam potiùs occaſione odij particularis,quàm ex zelo iuſtitiæ, & ratione Reipublicæ, vt probat Antoni. Rubeus in repeti.l.non ſolùm.§.morte.num. 401. verſic. Circa id tamen quod Barto.ff.noui oper. nuntia. & Doctor Dueñas in tracta. regularum cum fallent.regul.68.limita.2.ergo tanquam præbēs occaſionem delinquendi non erit iuſta lex id expreſsè permittens.Sed tamen ego dico eam iuſtā eſſe,modo præmiſſo.Nam ſi occidens bannitum zelo iuſtitiæ ex legis præcepto peccaret, ſequeretur etiam,quòd quilibet miniſter,vulgo, Verdugo,peccaret exequendo iudicis præceptū, quod à vero longè eſt alienum, ergo & in caſu præmiſſo,cum lex committat exequutionem condemnationis cuilibet potenti eam facere. Hoc tamen ſanctum,& meritorium eſt exequi, vt fecit Phinees zelo Dei, & reputatum ei fuit ad iuſtitiam, & miris laudibus commendatur in ſacro eloquio. vt habetur lib.Num.cap.25. & in Pſal. 105.Eccleſiaſti.45.& 1.Machab.2.& Apoſt.1.ad Corinthi. 10.& tenet Couar.in dict.Epitom.4.Decretal.2. part.ca.ſeptimo.§.ſeptimo.num. 18.Et ſic etiam ſtante iure regni habebit locum ſeruatis ſeruandis,de quibus in.l.47.Styli. & in.l.76. in ordina. Tauri. ¶Dubitatur ſextò, Vtrùm hæres inſtitutus teneatur patrem proprium,fratrem ve accuſare,quia teſtatorem ſic proditoriè interemit? Videtur quòd ſic,quia ſit ad vtilitatē Reipublicæ,pro qua prius pugnare tenetur, ſecundum Catonem dicentem,Pugna pro patria. Sed quando principaliter non eſt contra fidem,vel patriæ deſolationem,prius eſt pugnandum pro parentibus.text. ab ordine literæ hoc probat in lege. veluti. ff. de iuſtitia & iure. veluti inquit Vlpianus, erga

Deum religio: vt parentibus & patriæ parcamus. Et ſic eſt dicendum non incidere in edictum. quia nemo vnquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit. &c. vt ait Paulus apoſtolus. Ita tenet Alberi. in rubri. C. de his quibus vt indign. & ſequitur Iaſo. reputans ſingulare in l. prima. column. prima. ad finem. numer. quarto. eodem titul. Ioannes Andre. ad Specula. in rubr. de ſucceſsio. ab inteſtato. colum. prima. & ante eos tenuit Pileus quæſt. ſecunda. Nouiſsimè Petrus Plaça non indiligens in referendis Doctorum opinionibus libr. primo. de delictis. cap. 39. nume. 24. quæ omnia pro huius legis intellectu ſunt annotanda.

¶ *Ley. II. Que los hijos de los clerigos no puedan auer ni heredar los bienes de ſus padres ni de otros parientes.*

¶ El Rey don Iuan. I. en Soria. AEra de mil cccc y xviij.

Porque las mugeres no ayan occaſiõ [a] de ſer barraganadas de los clerigos. Ordenamos y mãdamos que los hijos de los clerigos [b] no ayan ni here

¶ *Lex. II.*

a ¶ *No ayan occaſion.* Nota, quòd ante commiſſum delictum occaſiones ſunt tollendæ, ne tale facinus perpetretur. l. generaliter. §. ſi libero homine. ff. de fideicommiſſ. liberta. quem commendat Iaſo in. l. ſi cui legetur. §. ſi Titio. nume. 13. ff. de legat. primo. ad hoc quòd caſus aduerſæ fortunæ debent eſſe in conſideratione, ad hoc vt eis prouideatur. text. cum gloſſ. in. l. fina. §. ipſum autem filium. in verb. qui eos. C. de bonis quæ liber. l. ſtipulationes non diuiduntur. §. planè. ff. de verborum obligationib. Iaſ. in. l. ſi conſtante. nume. 46. ff. ſoluto matrimo. Innocen. in cap. cùm dilectus. de fide inſtrumen. Præpoſit. in capi. ex literis. nume. tertio. de ſponſalib. Hippolyt. conſi. 21. n. 23. l. vni. ibi, melius eſt enim occurrere, &c. C. quando lice. ſine iudi. vindicar. gloſſ. in. l. prima. verb. vtilem. ff. de eo quod certo loco. dieit. Et ſic nota, quòd auferenda eſt occaſio delinquendi. l. ſecunda. in fin. C. de indict. vidu. tollen. & l. ſi quis domum. §. primo. ff. locat. Vnde iudex videns aliquos ad arma venire, debet eos obuiare per incarcerationem, alijſque pœnis, quas viderit competentiores eſſe. l. æquiſsimum. ff. de vſufruct. Hippolyt. in practi. §. pro complemento. nu. 45. gloſ. fina. in capit. conſtitutionem. de ſentent. excom. lib. 6. Etiam prohibere poterit, ne per talem locum tranſeat. gloſ. 1. in. l. quod iuſsit. ff. de re iudi. & ità practicatur. Turpius enim eijcitur, quàm nõ admittitur hoſpes. c. quemadmodum. de iureiur. Facit dictum Bald. in. l. omnia. §. quies. nu. 3. ff. de offi. præto. quòd ſi officialis videt aliquos rixari, & non interponit ſe, quod poteſt priuari officio. Cyn. in. l. ſi ſeruus. num. 1. C. de noxalib. Bald. in l. nullus. C. de ſum. Trini. Alexan. ad Barto. in. l. illicitas. §. veritas. litera. H. verb. allegata. de offic. præſid. Ideo lege municipali ſtatui non poteſt, quod filius ſpurius quicquam conſequi poſsit ex bonis ſui patris, vt poſt Bart. in l. teſtamenti factio. nu. 7. ff. de teſtam. Aſſeruimus, ſuprà in. l. 22 titul. 3. lib. 1. & ad hanc. l. adde concil. Trident. ſub Pio Papa. 4. ſeſsi. 25. cap. 15. incipien. vt paternæ incõtinẽtiæ.

b ¶ *Hijos de los clerigos.* Concord. l. 22. tit. tertio. lib. primo. ſupra. & l. nona Tauri, quæ hanc regiam diſpoſitionem confirmaſſe apparet in verb. *Saluo ſi fueren los hijos de clerigos.* Text. in. §. fina. in authenti. quibus mod. natur. effi. ſui. vbi gloſ. in verbo. participium. text. in authenti. Ex complexu. C. de inceſt. nup. vbi ſpurij indigni iudicãtur omni ſubſtantia, adeò quòd nihil poteſt eis donari, nec in teſtamento relinqui à patre. Azo in ſumma. C. de natur. libe. gloſſ. in capi. cum haberet. verb. ſecundum facultates. verſic. Tamen filij. de eo qui dux. in matr. quam pollu. per adulter. Paulus. Caſtren. in. l. ſeruis teſtamento. nume. tertio. C. de legat. Guido Papæ deciſio. 280. vbi dicit ita vidiſſe iudicari in Curia Parlamenti Dalphinali. & in conſil. 17. colum. ſecunda. & conſil. 146. Alexand. conſil. 54. numer. primo. & conſil. 202. colum. prima. in fine. libr. ſexto. Aretin. conſil. 48. Reuocatur in dubium. colum. prima. nume. tertio Rolandinus à Valle conſil. 74. num. 27. verſiculo. Venio ad ſecundum. Decius conſil. 288. & 311. Filij autem ſacerdotum in ſacerdotio geniti dicũtur inceſtuoſi. gloſſ. in. l. ſecunda. verbo. filij. C de epiſcopis & cleric. Sed tamen ſunt impropriè inceſtuoſi. ex gloſſ. verb. adulterinis. in capi. per venerabilem. qui fil. ſunt legitimi. quæ eos adulterinos dixit. Couat. in Epitom. 4. decretal. 2. part. capit. 8. §. quinto. num. 14. Et tales filij efficiũtur ſerui eccleſiæ, de cuius ſacerdotibus, vel miniſtris ſunt nati, & ignominia fuit illata eccleſiæ. ex ca. cùm multæ. 15. quæſ. fin, gl. in. c. impudicas. verb. filios. 27. q. 1. Sed tamẽ id procedere intelligas, cũ fœmina de facto fuit ducta in vxorẽ ab aliquo clerico in ſacris conſtituto, qui ipſo facto excõmunicationẽ incurrit. Clem. vni. de cõſan. & affi. quia cũ fuit maior præſumptio in delinquẽdo, maiori imponẽda eſt vindicta, vnde tã mulier quã

filij

filij ex tali præſumptione geniti redigũtur in ſeruitutẽ eccleſiæ notat glo.in ca.eos.32. diſt. & gl. in pragma.ſanctio.Gallica.tit.de cõcubina. §. qui etiã.verb.cohabitare. Et ſic cõmuniter intelligitur tx.in dict.ca. cùm multæ.teſte Panormi.in c. ſi quiſquam. num.5. de cohabit.cler.& mulier.

den[a] los bienes de los dichos Clerigos ſus padres: ni de otros pa

Et eſt pro hoc intellectu Regia. lex.3.titu.21 parti.4.ibi, *Como ſi algun clerigo que fueſſe ordenado de ordenes ſagradas caſaſſe con muger libre, y en aquella ſemejança que los legos devẽ caſar de derecho, ca los hijos que ovieren de tales mugeres, deuen ſer ſieruos de la Igleſia en que era beneficiado el clerigo q̃ aſsi caſaſſe.* Et ſic aduertendum eſt, quòd filius punitur ex patris delicto ſine culpa, quia in eo nulla fuit, ſed in generante.c.naſci,56.diſt.tamẽ cũ cauſa, vt euitetur occaſio luxuriandi punitur, vt in noſtro textu in ſucceſsione. Item etiam eſt in ſanis infamia facti. Angel.in.l.fratres.C.de inoſſic. teſtam.& l. 2.tit.6.part.7.dicit, *infamado es de hecho aquel, que no naſce de caſamiento derecho, ſegun lo manda la Sancta Igleſia.* ideo ad ordines eccleſiaſticos propter talem notam promoueri non poſſunt ſine diſpenſatione.ca.accedens.ad fin.dicens, quia etſi nõ ſit nota delicti, eſt tamen nota defectus impedientis ad ſacros ordines promouendum. & ibi glo.fi.notat. Et latiùs dixi in lib.de irregularitate. 1.ca.primo.§. ex quibus cauſis proueniat irregularitas. ſunt enim communiter mali, & omni vitiorum labe coinquinati. & ſi qui boni reperiantur, eſt de raró contingentibus, ex Rip.in.l.quæ dotis. col. ſexta.num.19.ff.ſoluto matrimo. Nam cùm ſint ex radice infecta, meritò debent à virtute deficere regulariter. Quia qui primitiua inficit, deriuata vituperat. Et ſic etiam filij hæreticorũ, Iudæorum, & eorum, qui aduerſus maieſtatem regiam crimina admiſerunt, ſunt infames propter præſumptionem, quæ ex ſanguine infecto parentis contraxerunt.l.8.in volu.pragma. dixi in.l.1.gl. fina.titu.1.iſto lib.5.ſuprà. Et ſortè ipſi boni ſunt nec repellendi ab honoribus, quia delicta ſuos debẽt tenere authores: & virtus ipſa in perſona propria, & non in anteceſſoribus eſt inſpicienda, vt alibi retigi, ſcilicet in l.nona.glo.1.verſi. Vnde infertur.titul.1.lib.primo.ſuprà. capit. eam te. ibi, pro eo verò quòd Iudæus extiterit, ipſum dedignari.cap.pen.de præbend. Rochus in cap.fin.ſectione.5.num.32.de conſuetu. Titaquel.de nobilitate.cap.30.num.10. Tamen lex, quæ vt in plurimum collegit, hoc potuit ex prædicta cauſa id ſtatuere.tegu.ſine culpa.niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.de regul.iur.libr.ſexto.id probat apertè. Cui eſt addendus Felin. in cap.ex inſinuatione.num.4 de ſimoni. Nauar. in ca fratres. num.45.de pœnit.diſt.5.& in repeti.cap. ſi quando pagin.98.de reſcript. Ex eadem doctrina infertur veram eſſe opinionem, quæ habet, teſtamentum fratris, in quo excluſo fratre inuenitur inſtitutus ſpurius, poſſe per fratrem tanquã turpi perſona in eo inſtituta reſcindi per querelam inoſſicioſi teſtamenti.ex.l.fratres.C.de inoſſi. teſtam. quam probat Curti.Iunior conſil.37. colum. prima.num.3 dixi in.l.prima.in gloſ.1.tituli.1.ſupra iſto lib.quinto. Eſt præterea conſiderandum id quod dixit gloſ.in dict.capit.cum multæ.15.q.8. verbo. connubio. eccleſiam ius ſuum amiſiſſe in eo, quod in illo textu habetur, ex eo quod vſa nõ fuerit. Pro cuius ſententia eſt tex.in authen. quibus mod.natur.effi.ſui.in.§.fin. dum inquit. Sed hanc non recepimus, quoniam & non vtendo perempta eſt. Et eandem ſententiam tenuit gloſſ.in capit. Dominus noſter.56.diſtin.verb.repellitur. Sed tamen tenendum eſt contrarium: quia cùm non ſit memoria apud nos, quod conſtitutus in ſacris duxerit vxorem, ſuſceperitque filios, non poſſumus iure fateri, quòd tale ius eccleſijs competens ſit ſublatum, cùm caſus non contigerit.argumeto.ſumpto ex notatis à Cyn.in.l ſecunda.C. quæ ſit longa conſuet. Ioan. Andr.in capi.Ioannes.de cleri.coniugat. & à me congeſtis in priori Tomo harum Regiarum conſtitutionum in princip.quæſt.12.prooemiali.ergo aduerſus prædictæ gloſ.ſententiam cum ſimil. Tum etiam & ſecundò ex ſententia Panormi.qui hanc approbat, reprobata priori in cap.2.num.5.col.1.de cohabit. cleric.& mulier.quem ſequitur Coſmas Gumier in pragma.ſanctio. Gallican. titul. de concubinarijs.§.qui etiam.verb. Cohabitare. quæ ſunt memoriæ commendanda.

[a] ¶ *No ayan ni hereden*. Nota hæc verba, quæ reddũt filios clericorũ incapaces omnino à ſucceſsione parentũ. Quia verbũ negatiuũ præcedens verbo affirmatiuo habeat, hoc inducere eſt notum iuris documentum.ex ca.1.de cau.poſſ.& proprie.ibi, nec nos cõtra inauditã partem aliquid poſſumus definire.c.1.de fid.inſtrum.glo. in reg.beneficiũ. de reg.iur.lib.6.in verb. non poteſt. quam laudat Panor.in dict.c.1.de cauſa poſſ. nume.4. Et dixit ordinar.Iaſ.in.l.Gallus.in princip colu.4. nu.16. ff.de libe.& poſthum. & menti tenendam Anto Corſet.in ſuis ſingula.verb. poteſt. Panorm.in capit.ſi quis contra clericum.col.6. de foro compe. Philipp.Franc.in.c religioſus. de teſtamen. libr. ſexto. Paul.Orian.in repet.l.1.nu.139.ff. de offi. eius cui mand. eſt iur. ergo inducit nullitatem actus ipſo iure, & ſic teſtamentum erit nullum,

in quo filius ſpurius fuerit inſtitutus à patre clerico per præmiſſam theoricam, & quæ notat Bart. per text. ibi in. l. fina. nume. 7. ff de fer. & in. l. prima num. 3. C. de dilatio. & in. l. de his. ff. de tranſactio Bald. in. l. prima. ff. de iniuſto rupt. & in. l. fina. C. de fideicom & in l. 1. C. qui admit. Et latius

rientes ningunos, y

dixi in Clem. non poteſt. colum. 1. de procurato. quanuis Alciat. hanc iuris peritorum velit reprehendere lib. 3. Paradoxorum. capit. 4. In tantum quòd etiã ſi ſtatuto caueretur, quòd ſpurij ſuccederent, nihilominus tale ſtatutum inualidum eſſet, tanquam præſtans delinquẽdi & peccandi anſam, in qua ratione noſtra Regia lex fundatur, vt iam dixi ex Barto. in glo. 1. Quam ſententiam dicit communem Philipp. Decius in cap. in præſentia. colum. 14. num. 43. verſic. prædictæ limitationes procedunt. de probat. Imol. & Lancelot in. l. tertia. ff. de teſtamen & Ioan Neuizan in conſil. 34 num. 1. Anto. Gomez in. l. 9. Tauri in nu. 16. verſic. Dubium tamen eſt circa materiam. igitur ne occaſio delinquendi detur, inualidum eſſet tale ſtatutum, ſeu lex text. in. l. conueniri. ff. de pactis. dotal b. l. fina. §. illud. ff. quæ in fraud. cred. l. prima. § hæc autem actio. ff. ſi quis teſtamẽ. liber eſſe iuſſus fuer. & ibi not. Bart. l. fin. C. de nat. lib. in ratione illius legis. in verſic. filijs. dum ait, Filijs enim naturalibus relinqui conſtitutiones quantum voluerint, ideo prohibuerunt, quia vitium paternum refrænandum eſſe exiſtimauerunt. Ergo cùm lex noſtra fuerit ſtabilita à regibus Catholicis in odium paternæ incontinentiæ, & libidinis, vt in capit. cùm haberet. de eo qui dux. in matri. quã poll'u. per adult. Iaſ. in. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. 2. lectura. colum. 22. fallen. 8. ff. de libe. & poſthum. meritò erit fatendum ſtatutũ quod contrarium ſuaderet, iniquum & inualidum eſſe, cùm peccatum contineret. cap. fina. de præſcript. ¶ Ampliatur etiam. quòd nec valeret, ſi ab inteſtato permitteret ſucceſsionẽ. quia ſic facillimè clerici relinquerẽt bona ſuis liberis ſpuriis, quod omnino erit negandum. Et verbum poſitum in noſtra lege, *ni heredẽn*. intelligitur ex teſtamento, vel ab inteſtato. l. 22. titu. 3. lib. 1. ſupra. Ant. Gomez in. l. 9. Tau. nume. 15. ¶ Sed circa præmiſſa eſt dubium. Vtrùm filij clericorum in ſacerdotio. vel qui ſunt in alijs ſacris ordinibus ſuccedere poſsint matri? Videtur quòd non, ex l. 9. Tauri inducta hoc modo: nam cùm ipſa loquatur circa ſucceſsionem filiorum ex parte matris, & in fine dicat. ꝙ filij ſi ſint nati ex ea, & clerico, vel religioſo, ꝙ obſeruandum ſit quod continetur in hac lege ordinamenti, ſed in iſta habetur, quòd patri non ſuccedant, ergo clarè lex. 9. Tauri voluit ſimiliter diſponere circa matris ſucceſsionem. Iſtam rationẽ ponit Antu. Gomez. in dict. l. 9. Tauri, per quam tenet iſtam partem, & ſic quòd noſtra lex ita locum habeat in ſucceſsione matris, ſicut patris clerici: verſatur enim eadem ratio in ſucceſsione matris ad euitandam occaſionem luxuriandi, quæ in patre. Ergo pro expreſſa habenda eſt. l. his ſolis. C. de reuo donat. capit. cùm dilecta. ibi, eiuſdem æquitatis ſimilitudine prouocati. de confirm. vtil. vel inut. cap poſt tranſactionem. ſecundum Baldum ibi de renunti. cap. 3. de regula. Nauar. in ca. primo. §. laborer. num. 14. de pœnit. diſtin. 6 Iaſo conſ. 54 col. 1. lib. 1. & hanc ſentẽtiam probaui in l. 22. in gloſ. 1. verſic. Quæritur vlteriùs, vtrũ mater. titu. 3. libr. 1. ſuprà. Facit. l. 22. ibi, *Sus bienes*, tit. 3. lib. 1. ſuprà. ¶ Contrariũ tamẽ videtur tenendum, imò quòd filij Clericorum ſpurij ſuccedant matri, quia tantùm lex loquitur in parentibus, eiuſque conſanguineis, nec iure regni ſeu communi reperiantur excluſi. Ergo nec à nobis ſunt excludendi, cum priuationis pœna non ſit alicui imponenda niſi in iure expreſſa comperiatur. cap. is qui. de ſententia excom. lib. 6. vt dixi ad Segur. de bon. lucrat. conſtãt. matri. num. 166. Et hanc opinionem comprobat Gregor. Lopez reſpondendo ad obiecta quæ poſſent opponi ex dict. l. 22. & ex. l. 9. Taur. ſcilicet in. l. 3. verb. *Los de la madre*. titu. 21. part. 4 quem videas. Et facit, nam lex inducens incapacitatem hæreditatis, eſt pœnalis. l. ſi is qui hæres. vbi eam notat Paul. Caſtren. nu. 1. ff. de vulga. & pupilla. vnde dicit talem legem, ſeu ſtatutum eſſe pœnale & odioſum, quale eſt noſtra lex, igitur reſtringẽda ad terminos tantùm, in quibus loquitur, ibi, *de ſus padres clerigos*. Ergo à ſucceſsione proueniente ex parte patris, non autem à matre, eiuſq; linea repelluntur filij clericorum in quocũq; ordine ſint geniti, niſi mater eſſet coniugata, vel concubina publica ipſius clerici: quia in iſtis duobus caſibus eſt coitus per leges Regias prohibitus, & punibilis, ideo erunt inſucceſsibiles. Grego. Lopez in. l. 3. verb. *Los de la madre*. tit. 21 part. 4. Et ſic intelligi poterit opinio poſita in gloſſ. ſuprà proxim. in princi. & eſt æquior opinio.

no vala la manda[a] ni

a ¶ *No vala la manda*. Quacunque via, ſiue ex teſtamento, ſiue ex contractu, vel quaſi prohibetur ſpurius clerici ſuccedere in bonis ſui parẽtis. l. 22. tit. 3. li. 1. ſuprà. ibi. *ni heredar*. Et inferiùs, *ni ayan, ni puedan gozar de qualquier manda, o donacion, o vendida que les ſea fecha*. Et in præſenti lege ſunt verba ferè ſimilia: paret enim prohibetur quicquam filio

filio ſpurio relinquere.tex.in authentica. quibus mod.natur.effi.ſui §.vltima ſi quidem.coll.7.vbi glo.verb.participium, inquit, de hoc nullam eſſe hodie dubitationem in filio ſacerdotis, cū n ipſe non poſsit matrimonium contrahere. Idem dicas eadem ratione in ſubdiacono & diacono, qui etiā matrimonialiter coniūgi nequeunt hodie. capit. vni.de vot.lib.6,ibi,per ſuſceptionem ſacri ordinis.& in clem.vni.de conſangui.& affinit.ibi, ad clericos in ſacris ordinibus conſtitutos.cap.1. & ibi glo.verb.vxorem.&.c.2. qui cler. vel vouen. Optima ſunt iura in cap.erubeſcant. & in ca.placuir.32.diſtinct.refert Ioan.Maior in 4. ſent. diſtin.37.quęſt.vnic.Caſtr.aduerſus hęreſes lib.13 verb.Sacerdos.Echius aduerſus Luther.c.19. Albertus Pighius cōtrouer.15.Ioan.Arbor. lib. 15. Theoſophiæ.ca.7 Robert. Arburicenſ. in tract. de ſacerdotij cœlibatu Illefonſus à Vera cruce in ſpeculo coniugio.1.par.ar.37.pag.171.& quę notat Domi.Sotus lib.7.de iuſt.& iure.quæſt.6.artic.1. & 2. vbi de continentia clericorū eorumq; cœlibatu in eccleſia Dei apprimè neceſſario, eleganter declarat. Cùm ergo ipſi debeant eſſe ſpirituales,& mūdi,& in ſola genitura ſpirituali animarum debeant verſari ſacerdotes nouę legis, meritò Catholica eccleſia habet quòd ſint cœlibes, & abſque matrimonio, vt prædicti latiûs explicant. Vnde filij inde nati, vel ex cōcubinis, vt plurimi noſtra ætate inuerecundè habent in maximum diſpendium animarum ſuarum totiuſque Reipublicæ Chriſtianæ nocumentum & ſcandalum, tanquam ſpurij, adulterini, & nefarij à ſucceſsione parentum arcētur in noſtra lege Regia, cum ſibi ſimilibus. Noſtris enim ſacerdotibus ſola, vt dixi, commiſſa eſt ſpiritualis genitura, videlicet animas in Chriſto renatas, ſuo verbo, miniſterioque,& ſtudio lactare, fouereque, ac nutrire. Id quod egregiè Arator in illo ſuo carmine, quo Apoſtolorum acta contexuit, hiſce verſibus declarauit.

Eccleſiæ nunc alma fides ſine fine pudicos
Pontifices iubet eſſe ſuos: & quærit in omni
Cauta tribu, quos ritè probet: neque ſanguinis iſte,
Sed meriti ſucceſſus erit.

Ex quo meritò clerici impudici, & concubinarij eſſent ſeueriſsimè caſtigādi zelo charitatis, vt purè Deo miniſtraſſent, nō vt pecunias ab eis percipere poſſent, vt multi officiales Epiſcoporū agere contendunt, & plura dona recipiunt, vt diſsimulent, & ad correctionem debitam non perducant, quibus fletus, ignis, & ſtridor dentium eſt præparatus ab illo, qui nullum malum inultum relinquet. Ideoque filio ſpurio nec per ſubſtitutionem vulgarē à patre quicquā relinqui poſſet, quia per hanc ſuccedit patri: ſecùs ſi per pupillarem, quaſi pupilli ſit hæres.ex glo inſigni,& mēti tenenda in authen.quibus mod.natur.effic.ſui. ad fin.verb.participium. Ex qua glo. colligo concluſiones, quarū prior ſit, Qui eſt incapax ad obtinendam hæreditatem ex inſtitutione teſtatoris, nec ea capere poterit ex ſubſtitutione vulgari. Secunda. Prohibitus ſuccedere ex teſtamento alicuius, non cenſetur prohibitus ex ſubſtitutione pupillari, quæ eſt teſtamētum filij, & non patris teſtatoris. Ad primam concluſionem com. Bald. & Paul.de Caſtr.prædictam glo.in.l.ſi is qui ex bonis.ff.de vulgar. & pupilla. Pro qua glo. induco ſubtiliter tex.in.l.Gallus.in princ. ff. de liber. & poſthum. ſuppoſito, quòd inſtitutio nepotis, de qua ibi eſt ſubſtitutio vulgaris, ſecūdùm Bart. in l.prima.colum.7.num.4. ff. de vulgar. & ille nepos eſt incapax ex inſtitutione, vbi ſpecialiter prouidet Gallus, quòd ſit capax ex ſubſtitutione, ergo in contrariū eſt ius cōmune. Nec obſtat, ſi quis oppoſuerit de l. Lucius.ff.de vulga.& pupilla. vbi filius naturalis, qui ex inſtitutione eſt incognitus, extātibus alijs fratribus legitimis niſi in vna vncia, tamē ex ſubſtitutione admittitur in totum, ergo in oppoſitum. Nam reſpōdeo, quòd aut cauſa prohibita eſt temporalis, qua ceſſante admittitur, vt in d.l.Lucius. nam ibi impedimentum temporale erat, quòd filius naturalis donec ſit legitimatus eſt incognitus, vt in authen.licet. C. de natu. lib. & in corpore vnde ſumitur. Aut eſt cauſa perpetua,& tunc non admittitur ex ſubſtitutione vulgari, vt in prædicta glo.ex eo quòd neque ex inſtitutione, vt in ſpurio in caſu noſtræ legis. Et ad dictam.l. Gallus. inquantum ſupponit, quòd non erat cauſa prohibitionis perpetua, & nihilominùs capere non poteſt ex ſubſtitutione, niſi, vt dixi, ſpeciali prouiſione Galli. Reſpon. quòd in tantum lex.xij.tabulatum erat iniqua,& prohibebat inſtitutionem poſthumi alieni, quòd non ſolùm à principio, verùm etiam ex poſt facto prohibebat inſtitutionem. Rationem cuius refert Alciat.lib.3.Paradox.cap.3.Neuizan.conſil.34.num.62 ¶Poſterior fundatur concluſio ex l.ſi is qui ex bonis.ff.de vulga.& pupill.quæ non eſt alibi ſecundum Bart.Angel.& Imol.ibi, quam laudat Segur.in repe.l.cohæredi §. cum filiæ. nu. 115.vbi plenè notaui in additio.ff.de vulga.& pupilla. Intelligas tamen præmiſſam concluſionem locum tātùm habere, vt ſpurius ex pupillari ſubſtitutione poſsit conſequi bona pupilli, non tamen patris. vt deducit Couar. in epitome. 4. decretal.2.part.ca.8.§.quinto num.4. igitur vulgariter, nec fideicommiſſariè ſuperius à patre inſtitui poterit. Bald. in l.ſi is qui. colum.2. ad fin.ff. de vulgar.Couarr. eo non citato tenet vbi ſuprà. num.4.verſi. Tertiò deducitur. Sed cùm ſpurius

ſit in

quia lex iſta facit incapaces filios clericorũ quan
tum ad ſucceſsionem bonorum ſecularium nul-
lam habentium connexitatem cum iuribus ec-
cleſiaſticis,& in quibus ipſe Princeps ſecularis po
teſt diſpenſare, cùm ſint mere temporalia: ſed ius
patronatus cùm ſit ſpirituale, Romanus Põtifex,
& non Princeps ſecularis ad id ius cõſequendum
poteſt legitimare. Ergo diſpoſitio ad habilia tan-
tum eſt referenda, nec erit extrahenda vltra ca-
ſum in quò loquitur, præſertim cùm ſit conſtitu
tio pœnalis, & contra diſpoſitiones iuris, quę per
mittunt vnicuique liberam facultatem teſtandi
de ſuis bonis, & emptionem, venditionem, dona-
tionem, ſeu ceſsionem ſuorum bonorum. l. non
vſque adeò. ff. ſi à parente quis fue. manumiſ. ibi,
Quia iniquum eſt ingenuis hominibus non eſſe
liberam rerum ſuarum alienationem. l. nec eme-
re. C. de iure delib. Et iſta lex annullat. & incapa
ces reddit ſpurios, qui nihil peccauerũt, ſed cauſa
parentum, vt eis impediatur occaſio luxuriandi,
inhabiles redduntur. Cauſa verò in ſpecie propo
ſita, ex quo eſt ius patronatus, non eſt reſtringen
da: eſt enim fauorabilis eccleſijs, eccleſiaſticiſque
perſonis: nam ſi prohiberentur à diſponendo de
tali iure donando, vel cedendo forte retraheren-
tur laici & clerici ſeculares à conſtructione, fun-
datione, & dotatione eccleſiarum, ideoque ad om
nes perſonas, quę aliàs reperiuntur habiles, eſt ex
tendenda, potius quàm reſtringenda, præſertim
cùm priuationem inducat, & pœnam, quæ ex-
preſſa non reperitur in præſenti lege, nec in alio
loco. Ergo à nobis non eſt imponẽda, per ea, quę
dixi ad Segur. de bonis habitis conſtante matri-
monio. num. 66. & cap. odia. de regu. iuris. lib. 6.
Et quæ de præſcriptione latè notat Roma. con-
ſil. 368. Præſens conſultatio. colum. 3. verſi. Quo
ad ſecundum in quo quæritur, nunquid hic præ-
ſentatus. Nam ſpurius legitimatus à Papa eſt ca-
pax iuris patronatus. Cæſar Lamberti. de iure pa
tro. a8. artic. a. quæſt. princip. a. partis primi lib.
quem citaui in l. 1. in gloſſ. *deuan ſucceder.* titul. 6.
lib. 1. ſuprà. Et poſt præpoſit. declaraui in præle
ctione ordinaria. cap. lege diſt. decima. Et ex his
quæ ibi fuerunt dicta, comprobari poterit præ-
ſens dubium. ¶ Tum etiam, quia ius patronatus
eſt ius mere ſpirituale, ex opinione antiquorum,
de quo dubio agit Rip. in rub. de iudi. & in capi.
quanto. eod. tit. l. an ius patronatus ſit vel merè
ſpirituale, vel merè temporale, vel mixtum. Et
Ioan. de Selua in tract. de beneficio. 1. par. quæſt.
7. num. 58. vult oſtendere, quòd ſit merè tempo-
rale. Quæ ſententia antiquorum defendi poteſt
ex ſequentibus rationibus, quarum prima: quo-
niam illud pars ſubſtantialis alicuius rei dicitur,
ſine qua res illa exiſtere nequit. facit. l. malum. ff.
de verb. ſigni. notant docto. in l. pacta quæ con-
tra. C. de pact. Sed inſtitutio non poteſt exiſtere
ſine præſentatione. cap. decernimus. ibi, irritam
nouerint, 16. quæſt. 7. & inſtitutio eſt merè ſpiri-
tualis, ergo & pręſentatio. Secunda ſit. Omnis res
denominatur vel à cauſa effectuali. l. ex hoc iure.
ff. de iuſti. & iure. not. in rub. ff. Sol. matri. vel ab
effectu. notatur in l. 1. de appella. vel à cauſa finali
vt notatur in l. 1. C. de ſacr. ſanct. eccle. at ſi conſi
deres cauſam efficientem, eſt ſpirituale, quoniam
eſt eccleſia, quæ ius patronatus conceſsit. capit. 3.
de iure patr. ex gratia, vt ibi habetur. ibi, in qua
eos eccleſia ſuſtinuit. not. gloſſ. in capit. nemo.
32. quæſtio. 4. Anchar. conſil. 113. nu. 2. Rebuff.
in practica beneficiorum. 3. part. Signaturæ. pag.
166. num. 3. Beroius in rub. de iure patron. nume.
58. Dixi ſuprà in l. 1. gloſ. 1. tit. 6. lib. 1. ordinam.
Ergo ſi ex gratia ex eo, quia eſt ſpirituale, quòd
ſine ſpeciali priuilegio non poteſt competere lai-
cis: quòd ſi tale non fuiſſet ſaltem mixtum, de ri-
gore competens eſſet, & ſic ex priuilegio compe
tit ius conferendi Decanatus Regi Hiſpaniæ, ſe-
cundum interpretationem Archi. & Alexand. ad
gloſſ. 1. in capit. imperium. 10. diſt. quatenus glo.
dicebat, tamen inuenitur, quòd Reges conferunt
Decanatus, vbi diximus latè. nec poſſent laici ex
poteſtatis defectu hoc introducere, ſi reſpiciamus
effectum, ex ea oritur inſtitutio, & electio, quæ
ſpirituales ſunt: ſi cõſideremus cauſam finalem,
inuentum enim eſt in fauorem eccleſiæ, vt laici
inuitarentur ad conſtruendas, & dotandas eccle-
ſias: ſi habeamus conſiderationem ad ipſam rem,
ſuper qua ius iſtud vertitur, eſt ſpirituale, prout
eſt ipſa Eccleſia. Tertia ratio etiam quòd non ſit
mixtum ſed merè ſpirituale, apparet: nã ſi eſſet
mixtum, ſequeretur, quòd etiam iudex laicus ra-
tione mixti fori iudicare poſſet, vt in cauſis vſura
rum, blaſphemiæ, & huiuſmodi, quod tamen eſt
falſum, niſi vertatur ſola quæſtio facti, ſecundum
Feli. in cap. quanto. ad fin. verſ. Verùm laicus. de
iudic. & in capit. ſignificauit. de teſtib. Ius enim
patronatus principaliter conſideratur reſpectu
pręſentationis, quę ordinatur ad inſtitutionẽ pręſentati,
cuius præſentatio ſpiritualis eſt, eo quòd
per eam paratur via ad conſequendum beneficiũ
quod ſpirituale eſt. Archi. in capit. 11. quæſtio. 1.
refert Alberi. in ſuo indice. verb. Patronus, verſi.
An ius patronatus. Quæ ratio militat etiã à prin-
cipio, quando militans eccleſia conceſsit iſtud ius
fondatoribus eccleſiarum. Si ergo ius patronatus
ſpectat ad iudicium eccleſiæ, non debet per leges
ſeculares tractari, nec prohiberi in ſpecie propo-
ſita, pręſertim cùm induceret grauamen eccleſijs,
eſſetque contra libertatem & fauorem ipſarum,
quòd certè nec diſpoſuit, aut cogitauit iſta lex,
quem

Digitized by Google

quemadmodum aliqui aliquãdo opinati fuerunt. Tum etiam, quia iſtud ius patronatus cauſam habet ab eccleſia, & Papa de eo diſponere poterit ad ſuum nutum, ac proinde non eſt ius ſucceſsiuum, ſicut bona merè temporalia, & ideò non eſt iudicandum de iſto iure, ſicut de bonis prophanis. Ideo q̃, ſi pater clericus inſtituiſſet Capellaniam, & omnia bona ſua reliquiſſet in dotem ipſius cum cõditione, vt ſpurius eſſet patron⁹ & Capellan⁹ ad vitam, valeret talis fundatio & inſtitutio etiam quo ad ſpurium, quia tractamus de iure ſpirituali, & nõ de iure temporali, eiuſque ſucceſsione, & erit optimus modus relinquendi bona filio ſpurio, & deinceps cognatis, ſeu agnatis ſuis ordine ſucceſsiuo: ſunt enim iam bona eccleſiæ, & non fundatoris, poſtquàm ſemel fuerunt conſecrata Deo per talem inſtitutionem, ideoq́; poterit etiam ſpurius legitimatus venire ad tale ius ſpirituale, ſicut quilibet alius fidelis & legitimus poſſet. Cùm igitur ius patronatus ſit ſpiritualis, & ſit materia ſpectans ad eccleſiã, & Princeps ſecularis nullam ad id habeat poteſtatem cap. eccleſia Sanctæ Mariæ. vbi Panor. notabi. 3. de conſti. Rolandi. à Valle. cõſil. 75. nu. 48. eſt credendum quòd Principes Catholici non cogitarunt in noſtra lege de iure Patronatus, ſed de propria bonorum ſucceſsione ad reprimendam cauſam luxuriandi concubinis clericorum, vt in ea habetur, & diximus in prima gloſſa.

ſto q̃ nos ordenamos: mandamos que no valan ni ſe puedan dellas aprouechar ni ayudar: ca nos las reuocamos, y damos por ningũas a.

ADDICION.

¶ *Concuerda la ley. 6. tit. 8. libro. 5. de la Recopilac.*

a ¶ *Damos por ningunas.* Et ſic poterit à tali diſpenſatione ſupplicari, quia præſumitur ex importunitate potius, quàm ex voluntate talis diſpenſatio proceſsiſſe à Principe. vt in l. 1. & quę ibi dixi ti. 12. li. 3. ſuprà. Si tamen cõſtaret de volũtate Principis, illa eſſet obtemperanda, cùm ſit ius poſitiuum. contra quod eſt pleniſsima poteſtas Principis, quãuis cum difficultate id concedat, propter huius legis prohibitionem, nec etiam ſibi poſsit imponere legem, à qua non liceat recedere, cum ſit in ſua volũtate eam reuocare, vt eſt notum, & dixi in l. 17. in glo. fi. tit. 3. lib. 1. ſuprà.

¶ *Titulus. IIII. De conquæſtis inter maritum & vxorem.*

¶ *Lex. I.*

b ¶ *Toda coſa.* Omnis res empta conſtante matrimonio, efficitur communis inter virum & vxorem.

Titu. IIII. De las ganancias del marido y de la muger.

¶ *Ley. I. Como deuen partir las ganancias el marido y la muger.*

¶ Fuero.

TOda coſa b q̃ el marido, & la muger cõpraré de con

Si autem donatio fuerit facta à Principe ambobus, ſimiliter illa erit communis & diuidẽda inter eos: ſin verò vni eorũ tantũ, is ſolus, cui eſt donata, habebit. Hoc dicit. Tota iſta lex habet ad literam in l. prima. titu. 3. lib. 3. for. legum. vbi ex Montaluo eius interpretationem (ſi placuerit) facilè recipere poteris. Et ex Roderico Suario in repet. dict. l. 1. titu. tertio. *De las ganancias.* quę quidem exeuſa eſt cum allegat. ſuis fo. 7. colum. 1. Et has leges refert Antoni. Gomez in l. 51. Tauri. nu. 69. Ex quibus legis huius materiam accipere ad amuſsim poteris. ¶ Pro declaratione tamen totius materiæ in primis aduerto, quòd inter maritum & vxorem matrimonio de præſenti ſequuto contrahitur quædam ſocietas. cap. cùm ſocietas. 27. quæſt. 2. l. aduerſus. C. de crimi. expila hered. cuius verba Imperatoris Gordiani ſunt. Aduerſus vxorem, quæ ſocia rei humanæ atq; diuinæ domus ſuſcipitur, mariti diem ſuum functi, ſucceſſores expilatæ hæreditatis crimen intendere non poſſunt. glo. in. l. quamuis. C. de furt. Ioan. Monthol. in promptuario. verb. vxor. in parte. relinquet. cap. 2. ibi: ad inſtar eorum, qui ſocietatẽ interpoſitione fidei contrahunt. de ſpõſalib. cap. ſecundo. de donat. inter vir. & vxo. l. cùm hic ſtatus. §. inter virum. ff. eod. tit. l. alimenta. §. fina. & ibi gloſ. ff. de alimen. & cibar. legat. l. prima. ff. de ritu nup. l. prima. ff. rerum amotarum. Ioan. Lup. in lib. 1. de regni gubernatio. cap. ſecundo. & in repe. rubr. de donat. inter vi. & vxo. §. 61. Chaſſan. in conſuet. Burgund. rubr. 4. §. ſecundo. nume. 4. Segur. vbi dixi in repe. l. tertiæ. §. fin. num. 10. ff. de libe. & poſthu. Et iſta ſocietas quamuis ſit tacita, non eſt minoris virtutis & priuilegij quàm ſit ſocietas, quæ expreſſe fuit contracta ex Bal. in l. rei iudicatæ. §. ſocero. ff. ſoluto matri. quem ibi ſequuntur communiter moderni ſecundum Segur. in repe.

in repe.dicti.§.fin. num.77.& in tracta. de bonis lucratis conſtante matri.intrr virum & vxor.nu. 27. quo fit ex coniugali cohabitatione contractā eſſe quandam ſocirtatem non ſolùm cohabitationis,ſed etiam in bonis acquirēdis, vt placuit glo. in cap. cùm ſocietas.27.quæſt.2.in glo.1.& in ca. 2. de donat.inter virū & vxor.quas ad hoc citauit Ioan.Lupus in repe.rubr.de dona.inter virum & vxor §.61.& in.§.62.in prin.& gl.in l.prima.tit. tertio.lib.3.for.legum.dixit ad præmiſſam aſſertionem eſſer tex.celrbrrm in citato.cap.2. de donat.inter vi.& vxor.Nicola.Boeri.in cōſuet.Bituriceñ. titu. *Des coſtumes concernans les mariages.* §.ſecundo.in princ.fol.59. colū. 1. vbi agit de ſimili conſuetudine, quæ eſt apud Bituricenſes, & in partibus Gallicanis ſeu rrgni Franciæ extat noſtra conſuetudo ſecundum eum vt lucra communia ſint inter coniuges conſtante matrimonio. Et de hac ſocietate eſt optimus tex.in cap. ex parte veſtra.de conſuetudin.quo fit,quòd vxor dicitur iugalis.in.l.iubemus.ibi,tam pro ſe,quàm pro iugali ſua.C.de aduoca.diuerſ.iudic.& in l. petitiones.§.ad hæc.eod.titu. & dicitur vna caro cum viro Geñ.2.Matth.19.Marc.10.& ad Epheſ.5.ca. gaudemus.de diuor. Hoc nūc os de oſsibus meis, & caro de carne mea.cap.ſunt qui dicunt.cap. nullum.cap.ſanè.& cap.ſicut vir.& ca. fraternitatis. 27.quæſtio.2. Et idrò de coſta viri fuit facta mulier, ad denotandum quòd nec erat domina, nec famula, ſed ſocia, ideò non de capite,nec pedibus fuit facta Magiſt.in.4.ſenren.diſt.28.ca.fin. glo. in ca.nec illud otioſum.in verb.coſta.33.q. 5. & aliàs rationes cum iſta ponit Matth.de Afflict. in conſti.regni Siciliæ & Neapol.in prælud. in conſtitu.poſt mundi machinam.nu.10.lib.1.vbi glo. in verb.partem.ait,ideò vir & vxor debent inuicē alter altrrius rſſe participes in proſperis & aduerſis.vt.C.de nupt.l.ſi libertam.& ff.ſoluto matrim.l.ſi cùm dotem.§.ſi maritus. vt vnius inopis coniugis per diuitias alterius ſeruetur. vt in auth. de exhiben.& introd.reis. colum. 5. ad finem.& idrò ad paria iudicantur maritus & vxor.c. ſicut. & ibi glo.7.quæſt.1.in vrrb.fornicatus.c. penul. & fi.de adult. nec ipſam debrt malè tractare, nec verberare ſi eſt bona, ſed ſicut ſe ipſum diligere, nam hoc eſt probandū coram Deo, vt habetur in ſacris Eccleſiaſti.25.in tribus,inquit,placitum eſt ſpiritui meo,quæ ſunt probata coram Deo & hominibus,Concordia fratrum, & Amor proximorum, & vir & mulier ſibi conſentientrs. Aliena ſunt ab ingenuis verberare vel aliter caſtigare ſuas vxores.glo in cap.ſicut alterius.verb. iudicari.7. quæſt.1.Ex cauſa tamrn licebit modicè eā corrigere, quia eſt de familia ſua. vt habetur per dict. glo.in cap.ſicut alterius.Eſt ſimi.glo.in cap. placuit.in glo.2.33.quæſt.2.Panorm.in c.cùm contingat.num.20. col.6.verſi. Venio ad ſecundum vbi Felin.num.7.colum.fin. de for. compet. Additio.ad Chriſtophor.Porti.in princ.Inſti.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.nu.1.verb.cedere.& quæ notat Boeri.deciſio.275.nume. 2. Matth.de Afflict.deciſio.246.num.1.dicit maritum, qui ſine cauſa verberat vxorem,ignobilē eſſe,& ideò maritus contra vxorem aliquid ſibi ſurripientē non poterit agere actione furti, quia infamat,ſed debet agere actione rerum amotarum, & hoc propter promiſcuum vſum,quem habet mulier in rebus viri.vt in l.quamuis.vbi gloſ. verb. exemplo. aſsignat alias duas rationes. C. de furt. Et prædictam rationē promiſcui vſus aſsignauit Iacobin.à Sancto Georg in.l. manifeſtiſsimi. §. ſed cùm in ſecundam.num.6.verſ.Nota quòd maritus. C. de furt. Et in noſtro Regno eſt abſque dubio ſocietatem inter coniunges quo ad habitationem,& quo ad bona contractam eſſe, vt omnia bona ſuper lucrata conſtante matrimonio ſint diuidenda inter eos, vt hìc habetur.& in l.203.& l.205. Styli. & in l.1.tit.3. lib.3. for. leg. l. 16. ibi, *no ſe le cuente en la parte que la muger ha de auer de los bienes multiplicados durante el matrimonio.* Et l.77.ibi, *ni la mitad de las ganancias auidas durante el matrimonio.* Et in.l.78.ibi, *o de ganancia.* in legibus Tauri. Quanuis attēro iure Canonico vel Cæſareo falſam exiſtimem opinionem Doctorum dicentium ſocietatem etiam quo ad bona inter maritum & vxorem eſſe initam. Et tex.in ca.2.de dona. inter vi. & vxor.ab eis citatum id non probat:nam eſt intelligendus de bonis, quæ matrimonio conſtante ſimul ex pecunia vxoris & mariti acquirūtur, ea enim iure communi diuidenda ſunt, eo quòd ex vtriuſq; bonis ſimul acquiſita fuerunt. vt per glo.Panorm.& docto.in dict.cap.2. nec text. in dict.cap.cùm ſocietas.27.quæſt.2. nam loquitur de ſocietate cohabitationis, & non bonorum. Et hanc partem,quòd non veniat quo ad bona, Ioā. Lup.in repe.rubr.de dona.§.62.num.5. verſi. Ex iſta tamen ſocietatē.approbat, & Pyrrhus in conſuetu.Aurelianenſibus.de ſociet.inter vi. & vxo. ca.primo.fol.118.& ſic probat inter eos ſocietatem animarum & non corporum eſſe inter coniuges de iure communi.nec obſtare.l. ex diuerſo. §.idem Proculus. ff. ſolu. matri. quæ lex hoc minimè probat, quia loquitur,quando mulier contraxit ſocietatem, ſed non dicit contraxiſſe cum viro,nec dixit,quòd ipſo iure ſic contracta inter coniuges. Prætereà nec id probatur ex l. alimenta.§.fina.ff.de alim.& ciba. legat. nec per. l. cùm hic ſtatus.§.ſi inter virum & vxorem. ff. de dona. inter vir.& vxor.quia loquuntur.quando ita erat actum & conuentum inter eos non donationis

modo,

modo,ſed ſocietatis,& communitatis, per quam non ſeruantur, nec expoliantur mutuo amore. Alioquin de iure præſumitur ex bonis mariti eſſe,vt turpis lucri ſuſpicio ceſſet.l. Quintus Mutius.ff.de dona.inter vir.&vxo.l.etiam ſi vxoris. C. eod. tit. ibi, nec eſt ignotum, quod cùm probari non poſsit vnde vxor matrimonij tempore honeſtè quæſierit,de mariti bonis eam habuiſſe, veteres iuris authores meritò crediderint. Et ibi glo. fina. & Salicet.Optim.l.2.tit.14.part.3.De cuius declaratione & materia plura trahuntur à Ioan.Neuiz.in Sylua nuptial.lib.4.num. 20. vbi ampliat.4.modis prædictam regulam.l. Quintus Mutius.& limitat vndecim modis Alciat.de præſumptio.regu.3.præſumpr.26.Additio ad Panormit.in cap.literas.num.28.colum. 7. de reſtitut. ſpol.Rip.lib.3.reſponſo. capit. 4. Ioan.Coraſ.in lib.3.Miſcellan.ca.5.Pariſi.conſ.80.nu.12.lib.1. Tamen in noſtro regno omnia bona, quæ reperiũtur tempore mortis alterius, vtriuſq; coniugis pręſumũtur cõmunia.per.l. 203. ſtyli. quæ eſt in vſu ſecundum Grego. Lopi.in l.2. veb. *Aquellas coſas*.tit.14.part. 3. quæ conſuetudo eſt laudabilis,& æquior,per quam æqualitas, quæ amorem conciliat, & confirmat inter coniuges inducitur, vt mutua ſint inter eos lucra propter illam ſocietatem diuinæ & humanæ, per quæ etiam ceſſant præſumptiones iuris communis,de quibus ſuprà. Et ſimilis conſuetudo habetur apud Aurelianenſes.titu.de ſocietate inter vir.& vxo.cap.1.in hęc verba. Inter coniuges omnium bonorum mobilium ſocietas communitas eſto, &c.vbi per Pyrrhum.Et apud Burgundiam Caſſan. in conſuetu. Burgund.refert rub.4.§. ſecundo. quaſi iniquum ſit ex eadem ſocietate aliũ plus,alium minus conſequi. Sed magis eſt vt pro ſocio actione cõſequi poſsit,vt vtriuſq; portio exæquetur. Quæ ſentẽtia habet ęquitatem. Verba ſunt Vlpiani in l. verum.64.§.ſi cùm tres.ff.pro ſocio. ¶ Quæro igitur primò, Quid appellatione quæſtus, ſeu conquæſtuum veniat, ſcilicet, dicendo rubri.noſtra, *De las ganancias entre el marido y la muger*? Reſpondeo illa tantùm comprehendi & venire, quæ ex induſtria hominis,& opera,ſolertia,vel induſtria per alterum coniugum conſtante matrimonio acquiruntur. Vt ſatis notatur ex l.quæſtus. ff. pro ſocio.Et verbum,acquirere,lucrari eſt.cap.tranſmiſſa.& cap.Paſtoralis.de decim.Anchar. conſil. 65.colum.1.num.1.lib. 1. Quò ſit in caſu noſtræ legis,quòd acquiſita titulo emptionis, & ſic ex induſtria acquiſita de bonis communibus ſunt communicanda, etiamſi ſuo nomine alter coniugum emiſſet,propter noſtram legem:nam ſi quis ſocietatem cõtraxerit,quod emit,ipſius ſit, non commune,ſed ſocietatis iudicio cogitur rem communicare. l. ſi quis ſocietatem.75.ff.pro ſoci. quem text.optimum dixit Couar.lib. 3. Variarum reſolut.cap.19.num.1.Et meliorem iuris.Iaſ.in l.ſi ſocius.ff.ſi cer peta.& ibi eſt etiam tex.ſecũdum Bald.& Iacobi.à Sancto Georgio.num.2. Quòd ſi ſunt quatuor ſocij omnium bonorum, & vnus ex eis emat prædia,& faciat concipi inſtrumenta pro ſe tantùm, licèt illa prædia efficiantur de dominio ementis,tamen iure ſocietatis tenebitur ea communicare.l.ſi patruus.vbi glo.& Bal.C. communia vtriuſque iudi.l.1.C. ſi quis alteri vel ſibi. Ioan.Lup.in rep.rubr.de don.§.65.num.12.Ioã. de Anani.conſi.65.Ang.qui loquitur in terminis noſtræ legis in conſ.141.incip. Super primo pũcto dico quòd bona empta ſunt vxoris. colum.1. Philipp.Deci.conſil.21.colum.4.num. 10.lib.1. cum alijs pluribus cõcor. adductis per Tiraquel. in tract.de vtroq; retract.lib.1.§.32.gl.vnica.nu. 17.ergo communicanda ſunt iure ſocietatis omnia bona quæ reperiuntur tempore ſoluti matrimonij. per d. l. 203. ſtyli.niſi probet ex proprijs pecunijs emptum, vt puta,quia vẽdidit fundum, vel aliam rem propriam, quam probat adduxiſſe tempore quo traduxit mulierem ad domum, vel fuiſſe vxoris,quia ex natura ſubrogationis iſta cẽſetur eſſe, quam ex pecunijs primæ rei venditæ emit.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio.l. ſi filiæ.§.Titia.ff. de conditionibus & demonſtrationib.l.ſi donatæ res.§.ſponſus.& ibi Bald. ff.de donatio.inter vir.& vxo.l.pater.ff.de adimen.legat.quæ loquitur de pecunia legata,& poſtea cõuerſa in emptionem prædiorum. & l. ſi cùm dotem.§.fina.ff.ſolut.matr. quæ facit ſermonem de rebus ex dote comparatis. Et ſic per præmiſſa apparet,quòd ſi alter coniugum vendat aliquam domum, ſeu fundum, & pecunia in aliqua alia domo conuertatur, quod iſta non veniet in diuiſione,ſed domino pecuniæ per præmiſſa dabitur.ita Chaſſan.in conſuetu.Burgun.rubr.4.§. ſecundo. verb.*Et acqueſtz*. num. 6. Et hec vult dicere. d.l. 203.Styli.ibi,*Saluo los que provare cada vno que ſon ſuyos apartadamente*.In dubio tamen quicquid fuerit emptũ,commune erit.l.coiri.ff.pro ſocio. ibi, ſi quod lucrum ex venditione, emptione rerum prout in præſenti ſtatutum eſt, in illis verb.*Toda coſa que el marido y la muger cõpraren de cõſuno,&c.* Licet contrarium annotauerit Boeri. in conſuet. Bituricen.titu.de conſuetu.matri.§.ſecundo. colum. 2. vbi additio refert has duas opiniones contrarias. Amplia etiam locum habere, quod acquiſita ex cauſa oneroſa non ſolum communia fiunt inter coniuges, ſed ex titulo lucratiuo donationis ex cauſa remuneratoria, quaſi tunc non cenſeatur ex donatione, ſed potius ex cauſa oneroſa, & gratificationis,de quibus meritis conſtat, puta

quia

ſuno ayā lo ambos por medio: y ſi fuere donadio de Rey, o de otri, y lo diere a ambos ayan lo marido y muger: y ſi diere al vno aya lo ſolo àquel aquien lo diere.

ADDICION.

¶*Concuerda la ley.2.tit.9.lib.5.de la Recopilacion.*

quis pater tuus fecit ſeruitia æſtimabilia alicui eū alimētando, curando, pecunias ei erogando, quæ omnia alias ab eo repeti poſſent in iudicio, certè erit cōmunicāda talis donatio. vt per Couar. in c. cū in officijs. ad fi. de teſtam. aſsignādo hāc declarationē ad l. infra.eo.titu. & Suar. in ti. de lucris. lib. 3.for. limi.3. D.Pinel.in l. 1.par.3.illat. 23.d bon.mater. Quam intelligas in donatione quā facit aliquis particularis, non tamen de donatione, quæ Caſtrenſis eſt, aut quaſi caſtrēſis, ſiquidem manifeſtè diſtinguit.l. 4. infrà eodē. Secundò intellige, quando eſſent merita, ex quibus daretur actio ad repetendum, ſecùs tamen ſi eſſent communia ex quibus denegaretur, quo caſu contrarium iudicandum foret, vt pulchrè colligitur ex Aymone conſi. 165.colum.ſecūda. quē refert Couar. vbi ſuprà. & eſt ex mente Segue. in repeti.l.cohæredi.§.cûm filiæ.num.81.ff.de vulga. Quanuis minus bene reprehendatur à Couar. vbi ſuprà. & Corne.idem probat conſil.144. nu. 11. lib. 2. & Antoni. Gomez in l. 29. num. 23. Tauri. & non inelegantet doctiſsimus Pinel. vbi ſuprà ſenſit.

a ¶*E ſi fuere dogadio de Rey.* Quæritur, vtrùm donatio facta marito ſit communicanda inter virum & vxorem, vel è conuerſo ſi fuerit facta vxori, cum ad paria iudicentur? Lex noſtra videtur dicere extra caſum in ea expreſſum, ſcilicet, quando donatio fuit facta ab alio, quàm à Rege, quòd erit cōmunicanda, cum contrarium in Regis donatione fuerit expreſſum, dicendo (*E ſi fuere donadio de Rey*) nam expreſsio vnius, eſt excluſio alterius.l. cum Prætor.ff. de iudic. ca. nonne bene dicimus. de præſumptionibus. Sed tamen idem eſt reſpondendum in donatione facta ab alio quocunque, quia donatio non eſt acquiſitio, ideò non eſt cōmunicanda inter ſocios. l. nec adiecit.ff.pro ſoci. l.ſi fratres. in princi. in illis verbis, quod aliundè quæſierint, in commune non redigerut. ff. eod. Bald.in l.cum oportet.in princi.C.de bonis quæ liber.col.prima.vbi tenet, quòd quando eſt donatum ſocio, vel dubitatur, ſibi ſoli acquiritur, ſi tamen ſocietati, tunc ſocijs. Sequitur Alexan. conſil.49.maturè ponderatis.colum. ſecunda. nume. ſecundo.verſ.Tertiò confirmo.lib. primo. Chaſſanæ.in cōſuetud. Burgund.rubric. 4. §. ſecundo. fol. 133.colum.ſecunda. Roder.Suarez in repe.l. prima.tit.3.fol.15.colum.ſecunda.lib.3. for. vbi ponit concluſionem Donationem ſiue factam à Rege, ſiue ab alio quocunq; etiam extraneo coniugibus, communicandā nō eſſe cum altero coniuge, ſed efficitur præcipua illius coniugis, cui facta eſt. Quam tamen intelligit in donatione quæ proceſsit ex mera liberalitate donātis: Si tamen ex cauſa remuneratoria, quaſi accedens cauſæ oneroſæ, erit communicāda, quia ex opera, & induſtria coniugis prouenit, & fortè vtriuſque, vt aliquando vidi donationem factam cuidam marito, qui multas pecunias erogaſſe fuit oſtenſum donatori, ob quam rem donationem ei feciſſe apparuit, certè hanc potiùs emptionē ipſe iudicarem, quàm donationem. Si tamen exigua adeò eſſent merita & ſeruitia, ex quibus non poſſet deprehendi fraus ipſius mariti, ſed ex mera liberalitate proceſsiſſe, quia merita erant communia, ex quibus non daretur actio ad exigēda, contrarium reſponderem, vt dixi ſuprà in. 1. gloſſa. Nec noſtra lex exemplificando in donatione Regis, voluit negare idem eſſe in donationibus alijs factis ſiue à conſanguineis, ſiue à quibuſuis alijs extraneis. ſed gratia demonſtrationis voluit nobis hoc idem locum habere in donationibus Regijs, niſi contrarium appareret per eius diſpoſitionem, & ſic per incluſionem vnius, non negat id quod erat admiſſum à iure, cum ſit vna ratio, vt habeat ille, cui fuerit facta donatio, quippe cum per noſtram legem tantum veniāt acqueſtus, qui tantum dicuntur venire ex induſtria hominis, & opera quæruntur, alia quæ donata relictaue ſunt, aduētitia dicuntur, non quæſtus, nec de his intelligitur iſta lex, ex Ioan. Pyrtho in conſue. Aurelianen. tit. de ſocietatē inter virum & vxo. capit. 1.col.3. & notaui in ſuperiore gl. & vtrāque donationem expreſsit lex, à qua iſta fuit deprompta in l. prima. titu. tertio. lib.3. for. legum. diceēdo, *Si fuere donadio de Rey, o de otri, &c.* vt poſui in litera legis. & l.ſecunda.eod.tit.dicit, *Si el marido alguna coſa ganare de herencia de padre, o de otro propinquo, o donacion, o de Señor, o de pariēte, o de amigo, o en hueſte en que vaya por ſu ſoldada de Rey, o de otro, ayalo todo quanto ganare por ſuyo.* & l.8.tit.12. eod.lib.3.for. vbi citat Montalu.l.2.titu.2. lib.5. for.juzgo.alias eſt.l.3. Cuius verba ſunt. *Nos eſtableſcemos, eſpecialmente que la donacion que el Rey fizier al marido, que la muger non pueda ende auer nada, fueras, lo quel dierē por arrhas. E otroſi lo quel Rey dier a*

Digitized by Google

dier a la muger, el marido non pueda ende nada demandar deſpues de muerte de la muger, ſi nõ lo quel ella diere. Et eſt.l.ſecunda.infrà ibi*(o de donadio de ſeñor,)* De materia lucrorum, latiùs dicemus in l. finali. infrà eodem.

¶Lex. II.

¶Ley. II. De las coſas que deuen ſer del marido, o de la muger: en que han ambos parte.

¶Fuero.

SI EL marido alguna coſa ganare[a] de herencia de padre, o de madre[b]: o de otro propinquo, o de donadio de Señor: o de pariente[c], o de amigo[d]: o en hueſte del

a ¶ *Si el marido alguna coſa ganare.* Nomine acquæſtus non venit hæreditas, & ſimilia. l. nec adiecit.ff.pro ſoci. gloſſ. in l. quæſtus.ff. eodẽ. ſiue ei proueniat ex teſtamento, vel ab inteſtato, nam ſibi ſoli acquiritur, nec venit communicanda.l. ſi ſocietatem. C. pro ſoci. vbi habetur, quòd cauſa teſtati, vel abinteſtato nõ pertinet ad ſocietatem, vt hic habetur. & in l.ſecunda.tit.tertio. lib. tertio. for. Rodericus Suarius in.l.prima.titu.de lucris. 8. limitatio. fol. 19. lib.tertio.for.leg. Et ſic conſtitues differẽtiam inter contractus & quaſi cõtractus donationis & vltimas voluntates. Quia habita ex contractu oneroſo conſtante matrimonio communicantur, non tamen lucra habita ex titulo donationis, vt habetur in l.prima, & ibi dixi nec ex cauſa teſtati vel inteſtati, vt in præſenti lege. Nouem differentias inter contractus, & vltimas voluntates poſuit ſatis latè & bene Segur. in repetitio.l.ſi ex legati cauſa.num. 11. vſque ad num. 106. de verborum obligat. Deci.l.cùm quid.num. 42. ff. ſi certum petatur.

b ¶ *De padre, o de madre*, Hæreditas enim ex parte patris, ſeu matris iure naturæ, & ratione naturali debetur filijs: nam ſi filius, ergo hęres, ex Apoſtolo.cap. ſi pater. de teſtam. lib.6. Dixi in l. prima.tit. 2. lib. iſto quinto ſupra. quanuis verè ei nõ ſit debita legitima in vita patris, tamen eſt quaſi debita. gloſſ.in l. tertia. C.de iur. & facti ignoran. quam commend. Segur. in repeti.l.tertiæ.§. fina. num. 115. ff.de libe. & poſthu. dicens approbari à Docto. & ibi pleniſſimas remiſſiones congeſſi ad eam.l. & quia plerumque.ff.pro ſoci. ibi, quaſi debita nobis hæreditas obuenit.

c ¶ *De pariente.* Præſumitur enim relicta hæreditas affectione ſanguinis, & ex naturali affectu, potiùs, quàm propter aliam cauſam extrinſecam bene meritorum. Tex.in.l.tutor petitus.§. quæ tutoribus.ff.de excuſa.tuto. Decius in.l. cum quid. num. fin. ff. ſi certum petat. ipſum text. citat ad hoc, quòd in dubio legatum factum cenſetur ratione coniunctionis.tex.in.l. Aurelius. 28. §. Titius teſtamento. ff. de liber. legat. vbi Iuriſconſul. ait, Præſumptio enim propter naturalem affectũ facit omnia patri conceſſa, niſi aliud ſenſiſſe teſtatorem ab hæredibus probaretur. Quem notabil. dixit Alciat. in tracta. præſumptio. regul. prima. præſumptio. ſexta. & citat Montal. in l. ſecunda. glo. tertia tit. tertio. lib. tertio.for.leg.

d ¶ *O de amigo.* Amicitia enĩ habet effectũ fraternitatis, vt Iuriſconſ. Paulus adnotauit in.l.nemo dubitat. §. primo. ff. de hæred. inſtit. in hæc verba Qui frater non eſt, ſed fraterna charitate diligitur, rectè ſuo nomine ſub appellatione fratris hæres inſtituitur.l.verũ. in princip.ff.pro ſocio. Et ait Valerius. tit. de amicitia. Contemplemur nũc amicitiæ vinculum, potens & prævalidum, nec vlla ex parte ſanguinis viribus inferius. Hoc etiã certius & exploratius. Et amicitia dicitur quædam ſocietas. Iaſ. in l. apertiſſimi.colum. 3. C. de iudic. Vnde Salomon Prouerb. 18. Vir amicabilis, ad ſocietatem plus eſt diligendus quàm frater. Plures effectus amicitiæ tradit Segur. in repeti.l. Imperator.num. 17. ff.ad Trebellianum. Iaſ. conſil. 70. colum. fina libr. primo. Guilliel. Benedict. in repeti. capit. Rainutius. verb. Teſtamentum. 3. num. 46. de teſtamẽ. Plura notat Iacobi. à Sancto Georgio, quæ videnda ſunt in.l. exigendi. nume. 22. colum. 2. verſi. Nũc quæro de quæſtione pulchra. C. de procura. & in l. cum alienam. num. 5. C. de legat. Vtrum autem amicitia excludat aliquem à teſtimonio, vide ipſum Iacobi. in.l. teſtium. colum. 1. num. 3. ff. de teſti. vbi diſtinguit. Aut amicitia procedit ex charitate, & non repellit. Aut eſt talis, quæ inducit hominem ad corruptionem, quæ qualis ſit, arbitrio iudicantis eſt relinquenda, & repellit. Et vtrum amicitia ſeu magnitudo amoris habeat vim clauſulæ derogatoriæ, tradit Marcus Anto. Nata. conſil. 402. numer. 38. Ergo ob meritum præſumitur reliquiſſe hæreditatem, ſeu legatum, ſcilicet, amicitiæ, vel etiam ſi relinqueret extraneo, nam idẽ reſpondendum eſt, ſi ab extraneo quocunq; fuerit relicta. l. aditio. ff. de acquirend. hæredita. quia non ſine cauſa obuenit, ſed ob meritum, ſcilicet, amicitiæ, vel propter virtutem hæredis, vel legatarij, quibus applicatur virtuoſus & nobilis teſtator ad relinquendum: quia ſimilis ſimilem diligere ſolet. Facit. l. nec adiecit. ad finem. ff. pro ſoci.

in illis

Digitized by Google

in illi verbis, quia non ſine cauſa obueniunt, ſed ob meritum aliquod accidunt.

a ¶*O en hueſte del Rey*. Id eſt, cum quis in bellum Regis ſalario ipſius eſt conductus ſine aliqua expenſa communis ſubſtantiæ, ſcilicet vxoris & viri, ſe-

Rey a: o de otro que vaya por ſu ſoldada aya lo todo quãto ganare por ſuyo: y ſi fuere en hueſte ſin ſoldada a coſta de ſi e de ſu muger quanto ganare deſta guiſa todo ſea del marido y de la muger. Ca aſsi como la coſta es comunal de ambos: lo

cùs tamen ſi expenſæ fuerint communes viri & vxoris, & abſque ſalario, nã iſto caſu lucra erunt communia, ſicut expenſæ, & damna, vt in hac lege cautum eſt. Et hoc intelligas, ſiue expenſæ fuerint ex bonis communibus, vel ex labore vxoris, ſiue ex pecunia, quam maritus habuit vendendo ad hoc rem communem & lucratam conſtante matrimonio titulo oneroſo. argum. eorum, quæ notat Balnio in cap. 1. num. 2. de duobus fratribus. lib. feudorũ. & per pretium ſubrogatur res ipſa communis. l. ſi & rem. 25. ff. de peti. hæred. ibi, quia poteſt exiſtimari in locum hæreditariæ rei venditæ pretium eius ſucceſsiſſe, & quodammodo ipſum hæreditarium factum. Non ergo debet maritus cum vxoris iactura lucrum facere. l. planè. 41. ff. de pet. hæredi. Cùm ergo ex communi impenſa fuit aliquid lucratus in bello iuſto, debet cum vxore communicari. Et iſtam legem in iſtis verbis daclarat Roderi. Suari. in repeti. l. 1. titul. 3. libr. 3. for. limita. 3. fol. 14 vbi ſunt verba ſimilia. Quæri poteſt de ratione huius legis in conſtituenda differentia, ſi maritus pergit ad bellum, ſalario, ſeu ſtipendio ſibi dato, vt iſto caſu lucrum non ſit communicabile cum vxore: ſi tamen fuiſſet abſque ſtipendio expenſis vtriuſque coniugis communicandis ſit totum lucrum in bello conquæſtum? Dicendum eſt, quod in priori caſu propter ſtipendium Regis præſumptio colligitur, quod nihil erogauerit ex bonis communibus, ſed quòd ſtipendium Regis fuit idoneum & ſufficiens ad impenſas factas in bello. In poſteriori verò cùm ſit abſque ſalario, neceſſario aliunde debet ſe ſuſtẽtare & alere, cum non ſit præſumendum ex vento vixiſſe prout ait. l. quod plerunq;. C. de alim. pupillo. præſtand. ibi, nec ferendus eſt iuuenis, qui cum præſens eſſet, ſtudijſq; eruditus, atque alitus eſſet, ſi ea per alium ſe conſecutum non probet, ſumptus recuſet, quaſi vento vixerit. Bartolus, Imol. Alexand. & Iaſon in l. cum ſeruus. ff. de verborum obligationibus. Alciat. in tractat. de præſumptio. regul. prima. præſumptio. 50. Ergo cum expenſæ fuerunt factæ ex bonis communibus, æquum & iuſtum eſt, vt lucra etiam communiter diuidantur, quæ in bello habita fuerunt durante matrimonio, vt in præſenti lege iuridicè diſpoſitum eſt. & in. l. ſecunda. titulo tertio. libro tertio. for. per quam etiam firmat Rodericus Suarez in. l. prima. eiuſdem tituli. limitatio. tertia. Sicut enim ſunt ſocij in damnis, ita & in lucris. Nec enim ferendus eſt is qui lucrum amplectitur, onus autẽ ei annexum recuſat, ſeu contẽnit. l. vnica. §. pro ſecundo. C. de caduc. tollend. Et iſta lex duo ponderat, quòd eat ſine ſtipendio ad bellum, & quòd expenſis communibus, vel cum ſalario. Et ſic videtur ſolum loquutã fuiſſe noſtram legem in lucris, quæ ex ſalarijs & ſtipendijs, quæ occaſione belli conceduntur militibus, vt probat principium noſtræ legis, dicendo, *Si el marido alguna coſa ganare*. iuncto fine. ibi, *è en hueſte que vaya por ſu ſoldada de Rey, o de otro que vaya por ſu ſoldada a coſta de ſi è de ſu muger, quanto ganare deſta guiſa, ſea del marido y de la muger. Ca aſsi como la coſta es communal de ambos. &c.* Et de ſalarijs & ſtipendijs habes text. notabilem in. l. ſi fratres. 53. §. Idem Papinianus libr. eodem. ait ſi inter fratres. ff. pro ſoci. vbi gloſſ. in verbo. Salaria. inquit, quæ vexillarijs, vel ſimilibus dantur. quo textu cautum eſt, huiuſmodi ſalaria, quæ caſtrenſia ſunt, iure ſocietatis diuidenda eſſe inter ſocios. Cuius litera eſt, Si inter fratres voluntarium conſortium initum fuerit, & ſtipendia cæteraque ſalaria in commune redigi iudicio ſocietatis. Cuius contrarium habetur in. l. quarta. infra eodem. vbi vult lucra Caſtrenſia non eſſe diuidenda inter coniuges. & . l. quinta. titul. 15. parti. ſexta. ſubijciens rationem, dicendo. *non fazen eſto tanſolamente por pro de ſi meſmos, mas aun por pro communal de la gente, è de la tierra en que biuen*. Ergo non faciunt leuem difficultatem, niſi dixeris aliud eſſe conſtitutum inter ſocios in dicto. §. Idem Papinianus. quia eo modo fuit ibi celebrata ſocietas, vt ex quacunque cauſa adquiſitum ſiue Caſtrenſe, ſiue non communicaretur: ſi tamen ſimpliciter eſſet ſocietas, nihil dicendo, Caſtrenſia non venirent. l. coiri. ff. pro ſoci. Vel quãuis ſocietas inter ſocios expreſſa in multis conueniat cum ſocietate inita inter cõiuges, non tñ ſemper, vt in præmiſſa. l. 4. infra eo. ¶ Quæritur vlterius, Vtrum

hæc lex non ſolùm debeat intelligi in caſu belli, ſed etiam in quocunque ſalario conſequuto à Curialibus, qui adſunt miniſterio & ſeruitio Regis tempore pacis, vt ij, qui aſsiſtunt Regi in Camera, vel in alio officio ſuæ domus, vel auditores & aduocati Curiæ Regis? Videtur dicendum in Caſtrenſibus locum habere, non tamen in quaſi Caſtrenſibus, quia diuidi debent ſicut alia bona ſuperlucrata. ex. l. fin infra eod. titu. Tum etiam, quia talia beneficia illis facta ſunt propter remunerationem, & ſic accedunt ad cãm oneroſam, ideo diuidenda ſunt inter coniuges, cùm ex communi expenſa fuerint quæſitæ per rationem generalem noſtri text. in quantum dicit, *quanto ganare deſta guiſa ſea del marido y de la muger. Ca aſsi como la coſta es communal de ambos, lo que aſsi ganaren, ſea communal de ambos.* Id enim quod maritus vel vxor acquirunt ex mera liberalitate Principis, vel alterius, acquiritur donatario quo ad proprietatẽ fructus, tamen inter eos diuidũtur. vt in. l. 1. & in hac l. ita intellecta, prout debet intelligi per. l. fin. ibi. in verſi, *Pero que los fructos.* infra. eod. Secùs tamen de donatione remuneratoria propter ſeruitia, opera, & induſtria viri. vt in. l. 1. aduertimus ſuprà hoc titu. Et latè Suarez in. l. 1. fol. 14. col. 2. tit. 3. lib. 3. for. legum. Sit ergo concluſio. Donatio ſimplex facta vni ex coniugibus conſtante matrimonio à Rege, vel à conſanguineo, vel ab alio extraneo, quo ad proprietatem ipſe donatarius debet habere præcipua pro ſua parte, ſecùs ſi fuerit ex cauſa remunerationis, quia cenſetur ex cauſa oneroſa: fructus tamen ex bonis ſic lucratis ſiue caſtrenſibus, ſiue quaſi, communicari debent. Et ita practicatur ſecundum Suarez loco citato. Quæ autem requirantur ad hoc vt donatio remuneratoria dicatur, eſt videndus Segur. & ibi dixi de bonis lucratis conſtant. matrimon. nume. 34. ¶ Quætitur de quibus lucris ſit intelligenda noſtra conſuetudo de licitè acquiſitis, vel illicitè, vt pote per rapinam, furtum, vel violentiam in iniuſta guerra, ſeu bello? Reſpondendum cenſeo ſolùm intelligendam eſſe de acquiſitis licitè, & iuſtè, non de alijs iniuſtè, & ex iniuſto titulo: quia in rebus inhoneſtis nulla datur ſocietas. l. quod autem. 54. ff. pro ſocio. vbi Iuriſconſul. Papinianus in hæc verba reſpondet, Quod autem ex furto, vel ex alio maleficio quæſitum eſt, in ſocietatem non oportere conferri, palam eſt, quia delictorum turpis atque fœda communio eſt. & eſt. l. quod enim & l. ſi igitur. & l. nec quicquam. & l. nec prætermittendũ. eodem titul. l. ſi à reo. §. fina. ibi, Cum flagitioſæ rei ſocietas nullam vim habeat. ff. de fideiuſſorib. l. ſi fratres. 53. §. ſocium vniuerſa. ibi, Socium omnium bonorum non cogi conferre quæ ex prohibitis cauſis acquiſierit. ff. pro ſocio. Eſt etiam tex. Iabolenij Iuriſconſul. in. l. quod ſeruus. verſ. quod vero ex maleficij apprehenditur &c. ff. de acquiren. poſſeſſ. vbi cautum eſt, acquiſitum illicitè à filio, vel à ſeruo, nullatenus patri, vel domino acquiri. Per quem tex. idem erit dicendum in quæſitis à monacho, ſiue ſit in monaſterio, ſiue vaget extra. Quamuis ex cauſa licita contrarium ſit reſpondendum cum gloſſ. in capit. Abbates. verb. quæ acquiſierit. 18. quæſt. 2. Panormi. in capi. religioſi. colum. 2. nume. 3. de regula. vbi ponit diſtinctionem circa eius intellectum. Et intelligas etiã, niſi monachus talis rediens ad monaſterium, non fuerit per Prælatum ſuum receptus, quia tunc ſi permanens in ſeculo aliqua acquirat, & moriatur, monaſterium tale ex eo quòd ipſum neglexit recipere, ab ipſius bonis erit ſegregatum. glo. cap. 1. verb. Languidis. de infantibus expoſit. Roman. dixit ordinari. in. l. prima. §. per ſeruum qui in fuga. colum. ſecunda. nume. 3. ff. de acquiren. poſſeſsio. Ioan. Lup. in repet. ca. per veſtras. §. Tertio ſequitur in textu. nume. 3. de donatio. inter vir. & vxo. ¶ Item Leo Papa in capit. fina. 46. diſtin. dicit, ſicut non ſuo, ita non alieno nomine aliquis clericorum exercere fœnus attentet: indecẽs eſt enim crimen ſuum cõmodis alienis impendere, & exercere. In terminis notat Barba. in cap. conqueſtus. colum. 4. num. 23. de foro comp. dicens, Nota ibi, vel alijs iuſtis modis. quia exponit Hoſtienſ. emptione, & permutatione, & vſucapione. Inſtit. de rer. diuiſio. §. per traditionem. l. traditionibus. C. de pact. Sed domi. Cardin. dicit, quòd generaliter comprehendit omnes iuſtos modos acquirendi. Sed ego colligo, quòd hîc probatur, quòd lex vel ſtatutum loquens de rebus acquirendis, intelligitur, ſi iuſtis modis acquirantur, aliàs ſecus. Facit. l. quod ſeruus. ff. de acquiren poſſeſsio. l. cùm oportet. C. de bonis quæ liber. l. cæteræ. §. mala medicamenta, ff. famil. erciſc. Quod eſt bene notandum. Hactenus vbi ſuprà verba facit Barba. quem ſequitur Ioan. Lup. in repeti. rubri. de dona. inter virum & vxor. § 65. in princip. Roderi. Suarez in repet. l. 1. ti. de lucris. §. Poſſet aſsignari pro quarta limitatione. fol. 16. colum. 1. libr. 3. for. vbi dicit hanc quæſtionem multoties habuiſſe de facto. Et ſalarij nomen de licito, non de illicito eſt accipiendum. text. cum gloſſ. verb. petere debes. in. l. prima. § in honorarijs. ff. de var. & extraordi. cognitioni, quæ probat, quòd illicitum ſalarium repeti poteſt. Quamuis contrarium annotauerit Guido Papæ deciſi. 190. col. pen. verſ. Sed iuxta præmiſſa quæro, Clientulus ex pacto. Verũ aũt capta in bello iuſtè detineantur, & efficiantur capiẽtiũ? Sit rñſum. Res captæ in iuſto bello immobiles, Principi ſeu Regi indicenti bellũ acquirũtur, nec efficiũtur capientis militis, ſeu Ducis. l. ſi captiuus. §. 1. ff. de captiui.

captiu.gloſſ.in.l.diuus.ff.de iure fiſc.Bartolus in l.ſi quid in bello.ff.de capti.Alexand.& Iaſ.in.l. prima.ff.de acquiren.poſſeſſ. Marti. Laudenſ.in tract.de bello.§.quarto.quorum opinionem com munem dicit Couar.in regul.Peccatum.§. vndeci mo.nume. 6. de regul. iur. libr.6 Eſt regia.l.19.titul. 26.parti ſecũ da. Res vero mobiles efficiuntur capiẽ tium, debent tamen tradi duci exercitus,vt is ea diuidat inter milites, iuxta cuiuſlibet dignitatem & merita.dict.l.19. cap. ius militare. diſtin.1. vbi dixi iſto anno in ordinaria lectiõe. glo. in cap dicat aliquis 23. quæſt. 5.l. ſi quis pro redemptione. C. de donati. Et iure regni quinta pars eorum, quæ in bello capta fuerint,regi debentur.

que aſsi ganaren ſea comunal de ambos. Eſto que es dicho de ſuſo de las ganancias de los maridos, y eſſo meſmo ſea de las mugeres a.

ADDICION.

¶*Concuerda la ley.3.titu.9.libro.5.de la Recopilacion.*

¶*Ley. III. Que los fructos de los bienes son communes de marido y muger.*

¶Fuero.

MAguer q̃ el marido aya mas q̃ la muger, o la muger mas que el marido quier en heredad, quier en

l.4.titul.26.parti.ſecunda.l.fina.titu.primo.libr. ſexto.infra.Quandoque dimidia.dict.l. 19. Quandoque tertia pars.l.20.titu.26.parti ſecunda Sed in hac ſpecie ſemper erunt conſide randæ leges & conſuetudines legitime inſtitutæ, quæ de his lucris bello acquæſitis diſponere videntur, attento tempore & loco,quo bellum indicitur,quia augeri oportet præmium inter milites,quando neceſsitas cauſæ & belli futuri id ſuadet,quia prçmiũ alli cit ipſos,fortioresque reddit.Sed contrarium ſæpe fit,imo in ſalarij ſolutione defraudantur,& diſpenſatores in maximam cladem reipublicæ id faciunt,vt experientia docet,& retinent ſua ſtipendia,& eis non contentis,deuorãt aliena.& ſic ſunt in peccato & ſtatu damnationis,niſi reſtituerint. regu.Peccatum non dimittitur.& ibi late dixi. de regu.iur.lib.6.negligentes præceptum Apoſtoli ad Roma.13.dicentis,Reddite ergo omnibus debita,cui tributum,tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem,timorem:cui honorem, honorem. Nemini quicquã debeatis,niſi vt inuicẽ diligatis.

mueble los fructos ſeã cõmunales de ambos a dos: y la heredad, o las otras coſas do vienen los fructos aya los el marido: o la muger cuyas erãantes

ADDICION.

¶*Concuerda la ley.4.titulo.9.lib.5.de la Recopilacion.*

¶*Ley.IIII.Declaracion de las leyes suſodichas.*

¶El Rey don Enrique.iiij.en Nieua.Año.lxxiij.

EN las cortes que hizo el Señor Rey don Enrique nueſtro hermano que ſancta gloria aya en Nie-

a ¶*Eſſo meſmo ſea de las mugeres.* Fructus ergo rei ꝓpriæ vxoris de bonis hæreditarijs quocũq; alio ve titulo iuſto quæſitis diuidũtur, & cõicantur cũ marito, cũ ad paria iudicentur in ſocietate.ex dictis in l.1. ſupra hoc titulo alias eſſet ſocietas leonina, quæ improbata eſt. Nec enim ferẽdus eſt is, qui lucrũ quidem amplectitur, onus autẽ ei annexũ contemnit.vt habetur in. l. vni. §. ꝓ ſecundo. C.de cad.toll.

¶Lex.III.

¶Fructus rerũ cuiuſcũq; cõiugis cõicãtur inter eos ꝓ æqualibus partibus: proprietas tñ rei in ſolidũ ono reſeruat,& ei erit reſtituẽda ſoluto mr̃imonio.h.d.Rõ,qa fructus ſunt acquæſtus, nõ vero quę iure hæreditario,ſeu donatiõis rõ:ux habuit,etiã mr̃imonio cõſtãte, ideoq; ꝓpriũ manet,nec diuidit cũ alio cõiuge,habitũ ex hæreditario ſeu donatiõis titulo,primum vero ſic,ex declaratione,quę colligit ex tex.& gl.in.l.quæſtus. ff pro ſocio.l.ſin infra.eod.

¶*Lex.IIII.*

¶In præſenti lege agitur de interpretatione legũ, quæ circa lucra cõſtante matrimonio tractãr. Regula igitur eſt, Lucrã habita inter cõiuges cõſtãte matrimonio, inter eos æquis partibus diuidenda ſunt,l.1.& ibi tradita ſupra eod. Gregor. Lopez in l.17.titu.11.part.4.verb.*todos los bienes*.Couar. libr.1. Varia.reſolu.ca.19.n.2. citat illam legem.

ua ; entre los Procuradores de nueſtras ciudades y villas ouo alteraciones y dubdas como ſe auian de partir los bienes ganados durante el matrimonio entre el marido y la muger : ſobre lo qual el dicho ſeñor Rey nueſtro hermano: declarando las leyes del fuero y lo contenido en el libro del eſtilo de corte y las otras leyes q̃ ſobre eſto diſponen mãdo e ordeno que todos, y qualeſquier bienes caſtrenſes : e officios

Idem obſeruatur in regno Aragonum, vt habetur libr. 5. obſeruantiarum rubri. De iure dotium. cuius verba ſunt. Nota, quod de conſuetudine regni in bonis mobilibus, quæ acquirit vir titulo lucratiuo, putà ex teſtamento, legato, donatione, vel ſimilibus, nihil lucratur mulier, vel è contra. Secus tamen ſi acquirat titulo oneroſo, puta, qa emit aliquam vineam, vel agrum vel hæreditatem de bonis cõmunibus, medietatem lucratur vxor, etiã ſi nomine viri ſolum res fuerit empta de diuiſione bonorum, & quæ debent ſuperſtites habere ex coniuge præmortui. Videas ibi, & libr. quinto fororum titu. de iure dotium. conſtitutione. 1. & 2. de iure Luſitaniæ habetur in lib. 4 ordin. ſuarum titul. ſeptimo. vbi omnia bona coniugum ſtatim contracto matrimonio efficiũtur communia quo ad partem dimidiam proprietatis & vſusfructus, niſi tempore contractus aliud inter eos ſit actum. ¶ Intelligitur tamen procedere inter coniuges ab eo tempore, quo ſimul cœperunt cohabitare text. in. l. prima. ibi. *de conſuno*. ſupra hoc titulo. & in. l. 205. Styli. ibi, *eſtando en vno con ſu muger*. Optime per Segur. in repeti. l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum. num. 24. ff. de lega. 2. Ioan. Lup. in repeti. rubri. de donatio. inter vi. & vxorem. §. 62. colum. 1. Nicola. Boeri. deciſio. 22. numer. 33. ſubijciens hanc interpretationem receptam à iure & Doctoribus eſſe, & comprobatam fuiſſe in iudicio Prætorio *Pariſienſi*. teſtatur ipſe Boeri. in conſuetudi. Bituricenſibus. de conſuetudine matri. §. primo. col. 5. & Bartholo. Chaſſan. in conſuetud. Burgundiæ rubri. 4. §. 6. Couarr. in Epitome. 4. decret. 2. par. capi. 7. §. primo num. 6. ¶ Quid autem erit eo caſu, quo mulier ſeparata eſt à viro propter viri ſæuitiam, vel ex alia cauſa, & ſic culpa mariti, debeat ne conſequi quæſita cõſtante matrimonio ſeorſum per talem maritum? Videtur quod non: quia ipſa mulier petijt ſeparationem quo ad mutuam viri cohabitationem, quæ quãuis ex viri ſæuitia originem duxerit, iam non eſt in ſocietate, prout leges Regni deſiderãt, vt ſint de conſuno, & ſic ceſſat cauſa propter quã præſtantur, & induſtria vtriuſque coniugis ſiue in acquirendo, ſiue in cuſtodiendo, ergo ei non communicabuntur. capit. 1 um ceſſante. de appellatio. capitu. magnæ. de vot. l. adigere. §. quamuis. de iure patronat. Et hanc partem tenet Doctor Segur. in repeti. l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundũ. numer. 19. ff. de leg. ſecundo. Sed tamẽ tenenda eſt contraria ſententia, ne maritus ex ſuo dolo commodum reportet, cum ipſa mulier ſeparationem iuſte petierit ob mariti ſæuitiam propter euitandum periculum vitæ, nec per eam ſtetit, quominus eſſet in domo mariti, cum ipſe cauſam dederit diuortio, quod ei minime iuuare debet quo ad retentionem prædictorum lucrorum, nec mulier abſque ſua culpa erit priuanda dimidietate lucrorum: igitur ac ſi eſſet in domo ipſius viri ea lucra conſequi debet. Et hanc partem probat Ioannes Lup. in repeti. rubr. de donatio. inter virum & vxor. §. 62. num. 10. Et idem tenet in. l. 16. Tauri. num. 35. Fernandus Gomez Arias in. l. 12. nume. 15. Tauri & Couar. loco præcitato. ¶ Idem etiam erit reſpondendum, ſi mulier ob furoris infirmitatem non cohabitet cum viro, ſed ſeparatim in alio loco, ſeu domo: quia cum priuatio ſit pœna, non debet imponi, niſi adſit culpa. capitu. ſecundo. de conſtitutionibus. Culpa autem abeſt, nec afflicto eſt addenda afflictio. capit. cum percuſſio. ſeptima. quæſt. prima. cap. primo. de cleri. ægrotan. capi. vnico. de cleri. non reſident. lib. ſexto. & ſatis ſuo furore punitur. Et idem erit reſpondendum è conuerſo, cum diuortium fieret abſque culpa mariti, & mulier plura lucrata eſſet ex licita negotiatione, prout pluries contingit, quia ſunt induſtrioſæ circa plura opera, & lucrari ſolent multa.

Dubitari ſæpe vidi de quæſtione, Vtrum hæ leges de cõicandis lucris locum habeãt in matrimonio putatiuo, diſſoluto tamẽ ꝓpter aliquod impedimentũ iuris, ſiue culpa alterius cõiugis, qa forte erat cõiugatus eodẽ tẽpore bis, vel propter impedimentũ cõſanguinitatis, vel affinitatis, vel huiuſmodi? In quo dubio reſpondendum duxi, qñ matrimo-

trimonium in facie eccleſiæ fuit contractum bona fide,ſaltem ex parte alterius vtriuſque ex contrahentibus.quamuis ex aliquo iuris impedimento poſtea comperto diſiungatur , lucra vſque ad tempus diſſolutionis communicabuntur , tanquã ſi matrimonium fuiſſet verum, & nõ putatiuũ. textus gloſſ. & Panormit. in cap. ſecundo. de donat. inter virum & vxorem.Bar. ba.in cap. ex literis. num. 19. de pigno. Doctor Didac.Segur. in tracta. de bonis lucratiscõ ſtante matrimo.nume. 97. verſic. Cum ergo inter iam dictas. Roderi.Suarius in repeti l.1.titul.De lucris inter maritum & vxor.quæſt.1.libr.tertio for. & Ioã. Lup.in repe.rubr.de donat.inter virum & vxo.§. 36.nume.primo.&.§.62.num.23.& eſt. l. 4.tit.6. libr.3.for.leg quæ ait,*Si ome que ouiere muger,e caſare con otra , e ouiere fijos della,ſi eſta cõ quiẽ caſa,no ſupiere que era caſado,eſtos hijos ſean herederos , y ella aya la meytad de ſus bienes que ganaren de conſuno. E ſi por ventura ella lo ſabe que era caſado,los fijos no ſean herederos.* Et ibi Montal. eam declarat. Antonius Gomez in l.51.Tauri.nume.61.¶Dubium cenſeri ſolet non vulgare , quando maritus conſtante matrimonio tanquam proximior conſanguinens, vel ſocietatis & communionis retraxit rem venditam pro eodem pretio,an ex illa vxor conſequi debeat medietatem eius ſoluto matrimonio virtute huius legis cum ſimilibus,quibus cautum eſt lucra conſtante matrimonio diuidenda fore inter vtrunque coniugem, vel an tantum debeat habere partem dimidiam pretij,pro quo fuit retracta? Et videtur quod nõ,nam iſtud ius marito ſeu vxori competens fuit gratia generis,ſeu iuris inhæ rẽtis in altero iſtorum coniugum abſque opera alterius,titulo enim lucratiuo reſpectu cauſæ primordialis lucri & acquiſitionis:igitur ſicut acquiſita titulo hæreditatis,vel huiuſmodi non communicãtur quo ad proprietatem.l.tertia.ſupra , ergo nec in ſpecie propoſita , & ſic pretium quod fuit datum cum cenſeatur commune vtriuſque.diuidendũ erit.l.203.Styli.& res retracta erit apud retrahentem ſuo iure relinquenda. ¶Confirmatur, nam ratio inducẽs retractum,fuit affectio , quam quis habet ad res maiorum ſuorũ & aſcendẽtium, & ſua intereſt eam rem conſequi,etiam per remedium reſtitutionis in integrum. vt eſt. l. ſi in emptionem.& ibi gloſſ.verb.maiorum eius.ff.de minorib. quem text. notabi. dixit Paulus Pariſ. leo de Cremã in repeti. l.22 colum.73.C. de reſc. vẽdi. omnino p Iaſ. in. l. prima. col. pen. verſi. Capio, gloſſ. fina. ff. de in lit. iur. Andr. Tiraquell. in libr. primo. de retract. in prin. nume. 34. fo. 7.colum.prima. Aleiat.de præſumptio.regul.1.in præſumptio.20. Et ſic præfertur per leges regni. libr.tertio.for.titul. 10.l.13.cum ſimil.Sed ſi vxor medietatem rei habitæ ex retractu , & abolengo conſequi poſſet, ceſſaret præſcripta ratio,ergo diuidi non debet. ¶Tertio his accedit,quod quando finis habet neceſſariam cauſam cum principio,ſemper attenditur principium , & non finis. text.in.l. damni infecti. §. Sabini. ff. de minorib. & in.l.3.§.ſcio.eo.tit.l.in ratione. 1.§.Imperator. ff.ad.l.Falcid.Sed in caſu nr̃æ quæſtionis licet retractus fiat cõſtante matrimonio,tñ cauſa primordialis & originalis eius habet ortum,principiũ & fundamentũ ex antiquiori cauſa , nẽpe ſanguinis & originationis mariti,quæ nullo iure adimi potuit,eo ipſo q̃ſemel natus fuit ſcilicet,ius agnationis.& ibi gl.ff.de pact.l.34.& ibi Greg Lopez in fin.par.3.¶Quarto facit,nã ea , quæ ſunt introducta expriuilegio,nõ cenſent per legis diſpoſitionẽ generalem abrogara,niſi expreſſe dicatur in lege, nec talis generalitas inducit incluſionẽ caſuũ particulari priuilegio cõceſſorũ in iure. l. qui officij. ff.de contra.empti.gl.in.l.minor.ff.de euict. text. omniũ expreſſus & notãdus eſt in.l.decurionibus. in illis verbis,legis iſtius pceptiõe nouerint eſſe ſirmata,nõ præiudicatura quacũq; gñalitate pragmatica.C.de ſilentiarijs & decurio.eorũ lib.12.pbãs, q ſi Princeps cõcedit alicui i mmunitatẽ à tributis vel gabellarũ ſolutiõe,deinde generali lege imponat onera,nõ cenſeẽ tale priuilegiũ derogaſſe,niſi de eo mẽtionẽ fecerit.not.t Iaſ.in.l,1.co.16.ff.de conſtit.Princip.& in.l.ſicut.nu.10.col.pen.C.de teſtam.

de rey y donadios de los que fueron ganados y mejorados y auidos durante el matrimonio entre marido y muger por el vno dellos que ſean e finquen de aquel que los ouo ganado , ſin que el otro aya parte dellos ſegun lo quieren las dichas leyes del fuero. Pero q̃ los fructos y rẽtas dellos y de todos otros qualeſquier officios: aun de los que el derecho ouo por quaſi caſtrẽſes:y los bienes q̃ fueron ganados, o mejo

teſtam.milit.& in.l.prima.numer.80. C.de ſum.
Trinita.& in.l.fina.colum.2. C. de inoff. teſtam.
optime Ludo. Roma.conſi.436.verſi.Tertia prin
cipalis ratio.Paul.Caſtren.conſil.146.nume. pri-
mo.libr.1.Andr. Titaquel.lib.1.de retract.fo.133
colum.ſecunda.§.primo. gloſſ. 14. numero. 104.
¶Quinta ratio eſt, quia acquiſita contemplatio-
ne propriæ perſonæ, & ex cauſa ſpeciali alterius
vtriuſque ex ſocijs, non communicantur alteri ſo
cio, text. inſignis in.l.vere. §.ſi ſeruo. ff. pro ſoci.
Sed iſta conceſsio eſt ratione qualitatis inhærẽn-
tis marito, ſcilicet cognationis & ſanguinis, ergo
&c. ¶Sexto fundatur in terminis ex ſententia Io.
Fab.in princi.Inſtit.de acquiſ.per arroga.col. fin.
nume.7.verſic.Et hæc faciunt ad quæſtionem, ꝙ
proximior de genere &c. quod ius retrahẽdi de-
ſcendens à lege ex aliquo beneficio, vel priuile-
gio ſpeciali non tranſit in patrem arrogantem,
quamuis bona quæſita per filium, tranſeant in eũ:
quia dictum priuilegium datur ei, qui eſt de gene-
re, & talia non tranſeunt ad extraneum, ſicut nec
jura ſepulchrorum.l.quia perinde.§.primo. ff. ad
Trebellianum.& Inſtitu.de acquiſit.per arrogat.
in princi.Item, quia ceſſaret ratio conſuetudinis,
vt dixi, quæ fuit inuenta, vt res permaneret in li
nea conſanguineorum. Vnde ſi ius retrahẽdi poſ-
ſet in extraneum, & ſic non conſanguineum, fie-
ret fraus conſuetudini, & contra eius mentem, &
ideo non poteſt transferri, etiam cum vniuerſita-
te.l.peto.§.fratre.ff.de lega.ſecundo.l.ſi ita quis.
§.ea lege.eod.titulo. Ita Ioan.Fab. loco proximo
adducto. Quo fit, vt ius patronatus vxori compe-
tens, non tranſeat ad maritum. Panormi.& Imol.
in cap.fina.de conceſſ.præbend. ¶Septimo ſua-
detur, quia ſi maritus ante matrimonium habe-
bat fundum, vel domum in proprietate nuda abſ-
que vſufructu, non iudicatur diuerſa res, vel de
nouo quæſita, cum habeat cauſam de præterito,
nec vxor habebit partem eius.l.fin.C.de alluuio-
ni.vbi Bald.l.qui in aliena.§.fina. ff. de negotijs
geſt.l.vti conſtitui.§.ſi fundus. ff. de ſerui.ruſtic.
prædio.l.ſi is cui.§.finali. ff. quemadmo. ſerui.
amitt.l.4.ff.de iure dotium. Quam ſententiam te
net Carol.Moliuæ.in conſuetudi.Pariſiẽ.1.part.
titul.primo.§.30.nume.175.Conar.in epito.quar
ti Decreta.2.part.capi.7.§.primo.num.9. Anto.
Gomez in.l.51.Tau.nume.78.Gregor.Lopez in
l.18.verb. *O eſtimada*.titu.11.par.4.Ioannes Lup.
in repeti.rubri.de donatio.inter vi.& vxor.§.62.
num.13.fol.38.colum.3.verſic.Ex quo infero.Li
cet contrarium ſequendo Fabri ſententiam ab eo
relatam.in prin.nu.13.ſenſerit. Idem tenet Anto.
Gomez decidendo in terminis quæſtionem iſtam
principalem. Ex contenta in iſto fundamẽto ſunt
tenenda, quamuis Ioan.Fab.& Ange.in.§.ſi cui.In
ſtit.de legat. Chaſſa.in conſuetu. Burgun. rub. 4.
§.ſecundo.verſi. Additio.num.12.& Nico.Bocri.
in conſuetu.Bituricen.rub.de conſuet. matrimo-
nij.fo.6.§.ſecundo.& Mõtalu.l.1.verb. *por medio*.
col.fin.verſi. Vnum nota.titu.3.lib.3. for.legum.
Suarez in.l.1.ti. *De las ganãcias*.fol.vlti.lib.3.for.
legum.verſi.Pone.quod maritus. And. Tiraquel.
lib.1.de retract.§.19.gloſſ.2.num.2. Prima ratio
pro iſta ſententia, quod mulier non debeat habe-
re partem in vſufructu conſolidato conſtante ma
trimonio cum re propria mariti eſt, quia abſque
labore & induſtria vxoris ex cauſa ſanguinis pro-
uenit à iure ipſi marito.l.verum.§.pen. ff. pro ſo-
cio.vbi ea, quæ accedunt ex natura, ac propria vi,
non ſunt inter ſocios communicanda. Nam ſi ma-
ritus tempore contractus matrimonij habeat fun
dum æſtimationis publicæ mille aureorum, qui
tamen conſtante matrimonio idem fundus effe-
ctus eſt extrinſeca ratione valoris duorum milliũ
aureorum, puta, lapſu temporis, hoc augmentum
proueniens rei ſuapte natura ſine melioratione,
ſed intrinſece, communicandum non erit cum vxo
re eiuſve heredibus, ſoluto matrimonio: quia iſtud
augmentum non eſt quid diuerſum à fundo, ſed
intrinſecum, & ſicut diminutio & periculum ad
eum ſpectaret ratione dominij, ita & augmẽtum.
l.vnica.§.pro ſecundo.C.de cadu.tollend. & vnuſ
quiſque ex cõiugibus debet habere omnia ea, quę
probauerit ſe adduxiſſe tempore contracti matri-
monij, & propria eſſe. Conſtat præterea, nam do
mino proprietatis in ſolidum pertinere debent
fructus & acceſsiones rei ſuæ, & nõ alteri, qui nul
lam partem, nec communionem habet in re, vſuſ-
fructus autem conſolidatus proprietati, iure pro-
prietatis cẽſetur.l.vſusfructus in multis.ff.de vſu-
fruct.l.ſi proprietati.ff. de iure dot. Tum etiam,
quia conſolidatio, ſeu acceſsio augmenti cõtingit
ex cauſa præterita abſque facto nouo, ideoque ad
tempus primæ cauſæ, & præteritæ, referri debet
omnino.l.Iulianus.§.non ſolum. ff. ad Macedon.
vt damnum illatum deceptoribus remittant, nec decipientibus permittit, vt ſic decipere poſsint. Niſi fortè quis dixerit ex eo permittere, quòd pro præmiſſa deceptione nullam in iudicio admitrit actionem. Sed hæc permiſsio nullam tribuit conſcientiæ ſecuritatem, ſed ſolum imponit litibus terminum: quoniã niſi id fieret, innumeræ quotidie in republica lites orirẽtur. Quũ ſic litibus obuiat, nil hac ratione concedit decipiẽti, ſed illum ſuæ conſcientiæ relinquit, non quidem vt liberè qđ voluerit agat, ſed vt iuxta diuinam legem operetur, à Deo ſolo, & non iam ab hominibus in foro exteriori iudicandus. argu. capitul. cùm iam dudum de præbend. Tenetur ergo ſic decipiens reddere id, in quo à iuſto pretio defecit, quamuis deceptus pro hac re, non poſsit contra illum actionem in iudicio deducere. Alphonſ. Caſtrenſis in lib. 2. de poteſt. legis pœnalis. capi. 10. fol. 187. colum. 1. Cùm autem ſit contra ius naturale, ne quis cum alterius damno locupletetur, & diuinum prohibens alienum detineri. facit. capitul. 1. diſtin. 1. & capit. final. diſtin. 9. ergo à iure Canonico tolli non poterit peccatum, nec permitti aliqua deceptio. Imò etiam læſo non petente, poſtquàm contrahens cognouerit deceptionem, tenebitur reſtituere ſtatim. Panormi. in capitul. quia plerique, nume. 30. de immu. eccleſia. Conrad. de contracti. quæſtion. 57. conclu. 1. Sotus de iuſti. & iure. lib. 6 quæſt. 3 articul. 1. pagi. 538. col. 2. ¶ Deducitur etiam eccleſiam in ſuis contractibus neminem debere, nec poſſe vltra pretium iuſtum rei venditæ, ſeu datæ in emphyteuſim, vel alias recipere, & aperta læſione tenetur læſo ad reſtitutionem & ſatisfactionem, cum ſit cultrix iuſtititiæ, & omnibus prodeſſe, & non damnum inferre debeat, & cuilibet catholico hoc ipſum facere tenetur: ergo multò magis eccleſia, & eccleſiaſticæ perſonæ, per præmiſſa. Tum etiam ex notatis à Domini. Soto loco præcitato. artic. 1. verſic. Eſt ergo quæſtio vtrùm lex id permittat. Eſt gloſſ. memorabilis in capit. ea enim. verb. & plus. 10. quæſt. 2. dicens eccleſiam iuſtum tantùm pretium, & non vltra, etiam ab vltro offerente ratione contractus cum ea celebrati debere recipere. Eam gloſſ. laudat Ambroſi. Bignat. in repe. cap. ſalubriter. num. 86. de vſur. Conrad. de contractibus. quæſti. 57. in additione impreſſa in indice dicti libri. ſuper ead. quæſt. Deci. in. l. ſi quis in conſcribendo num. 7. C. de pact. Henri. de Gandauo quod lib. 3. q. 28. colũ. 2. & eſt communis ſecundum Nauar. in rep. cap. nouit. 6. notab. num. 47. de iudi. Bono enim viro illicitum eſt aliquem decipere. gloſſ. ſingu. & menti tenẽda in. l. ſemper in contractibus. de regul. iur. Quam ibi adnotauit Deci. numer. 7. & ordinariam dixit Ioan. Anani. in. capi. in ciuitate. colum. 5. num. 11. de vſur. & eſt vera concluſio ſecundum Antoni. Burgenſ. in. capit. cum dilecti. columu. 5. num. 15. de emptio. & vendi. Conrad. de contract. quæſt. 57. concluſ. 3. Ex quo deducitur, quòd cùm ſupergreſsio, vltra iuſtitiam commutatiuam contra diuinam & naturalem iuſtitiam ſit, omnis deceptus laicus, ſiue eccleſiaſtica perſona ſit, poterit recuperare læſionem per viam denuntiationis euangelicæ, vt peccato obuietur. argu. cap. nouit. de iudi. cap. ſi peccauerit. 2. quæſti. 1. capitul. final. de for. compet. libr. 6. & tex. & ibi Panormi. in capitul. ex literis Syluani. de ſponſa. & egregie declarat Martin. Nauar. in dicta repetit. capitu. nouit. notab. 6. numer. 79. Nec ex hoc ſi per viam euangelicæ denuntiationis laicus agat contra laicum in foro eccleſiæ, exiſtimandus eſt illam traxiſſe ad vetitum tribunal, nec locum fore pœnæ. l. 3. titulo primo. libro tertio. ordinamen. quippe cùm in ſpecie deducta, cauſa non ſit profana, ſed ſpiritualis, vt homo exeat à peccato, & reſtituat, quod remedium in foro Cæſaris non inuenitur, nec datur: ergo recurſus fieri debet ad eccleſiam abſque aliqua pœna, quia non tendit ad defraudandam iuriſdictionem, ſed ad præmiſſa. Et ſi reſtitutio veniat, nihilominus non venit in conſidera-

çaſ ſegun ſe contiene en la ley ante deſta. Y que eſto ſea en todas las mercadurias de carne y peſcado y todas las otras coſas que ſe acoſtumbran vender y ſe vendieren por libras: ſo pena que qualquier que lo contrario fiziere caya y incurra en las dichas penas. Item que todo paño de oro y ſeda y de lana: y de lienço y de picote y de ſayal: y de xerga: y de todas otras qualeſquier coſas que ſe venden a varas

ſiderationem tanquam incidens, ſed id quod principalius eſt. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi certum petatur. Vnde gloſſ. in capitul. vnico. de cleric. non reſide. lib. 6. in verb. receperit. dicebat, accedentem ad eccleſiam principali conſideratione propter lucrum, peccare, non tamen ſecundariò, nec ſimoniam ex hoc committere. Panormi. eam approbat in capitul. conſuluiſti. numer. 2. & ibi Addit. de celebr. miſſar. & in cap. fina. ¶Deci. in. ca. ex parte. numer. 6. de offici. de legat. Nauarr. in repet. capitul. quando. notabili. 6. numer. 12. Couarruuias. lib. 2. Variarum reſolution. capitul. 20. numer. 5. Et ſic cauſa inducens liberationem efficaciorem eſſe apparet, & operatur effectum, & non illa, quæ inducta eſt ad obligādum. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Conſulerem tamen, vt denunciatio iſta fiat per aliquem clericum, vel fiſcum eccleſiæ, ne incidas in dubiū: quia vbi eſt lucrum iſtorum officialium, non eſt quæſtio iuris, ſed tyrannidum, & denotatorum pecuniarum innocentium. ¶Ex quibus non obſtat dicere, conſtat quòd leges permittunt deceptionem, quæ eſt intra dimidiā iuſti pretij, cùm nec permittantur expreſſè, nec denegent actionem præcipiendo, ſed diſsimulant ob maius malum in republica vitandum, nempe vt lites finiantur: nam ex duobus malis, minus eligendum eſt capitul. duo mala. 13. diſtincti. vbi declaraui in lectione ordinaria decreti, Anno. 1562. Et minimū cenſetur malum iuxta illud Cicero. lib. 3. officiorum. Primum, minima de malis. Et in libro. 5. in Verrem. & in epiſtola ad Octauium. In duobus autem malis cum fugiendum maius ſit, leuius eſt eligedum. Et quod ius ciuile id non permittat, clarè conſtare videtur: quia quando reſcindit contractum ob prædictam læſionem vltra dimidiam iuſti pretij, vel iubet iuſtum pretium ſuppleri, totus exceſſus vltra iuſtum pretium venit reſtituendus, quod non veniret, ſi licitum eſſet incluſiuè vt ad dimidiam, vt ponderauit Dominic. Sotus lib. 6. de iuſtitia & iure. quæſtione tertia. articul. primo. verſi. Atque hinc ſumitur quartum argumentum. ¶Nec etiam obſtare nobis videntur, quæ adnotari ſolent ex. l. in cauſæ. 2. §. idem Pomponius. ff. de minorib. nempe in emptionibus & venditionibus licere naturaliter contrahentibus ſe adinuicem circumuenire. text. in. l. item ſi pretio. §. fina. ff. locat. Nam pro diſſolutione huius difficultatis præmittere oportet, duplicem eſſe dolum, alterum deceptiuum, conſilio & induſtria adhibitum, alterum re ipſa nulla interueniente calliditate. l. ſi quis cùm aliter. ff. de verborum obligationibus. vterque dolus frequentiùs ſignificatur hoc verbo, fraudis, vt oſtendit tex. in. l. iuriſgentium. §. ſed ſi fraudandi. ff. de pact. vbi Ioan. Oroſci. l. 1. vbi gloſſ. ff. de his quæ in fraud. credi. Platea in. §. in fraudem. Inſtitu. quibus. ex cauſ. manumitter. non licet. Vtrumque ſenſum habent verba, fraudare, circumſcribere, circumuenire, quibus vtuntur Iuriſconſulti locis præmemoratis. His ſic præmiſsis, text. in. §. idem Pomponius. l. in cauſæ. a. ff. de minori. eſt intelligendus in dolo reali, non in deceptiuo. vt eſt gloſſ. in dicto. §. verb. naturaliter. & gloſſ. in. l. ſed & ſi pupillus. §. item ſi cum plures. ff. de inſtitor. & in leg. & ideo. ff. locat. & in. leg. Iulianus. §. ſi venditor. &. §. idem Iulianus. ff. de actionibus empti.

Et hæc eſt regula vniuerſalis in iure, quòd nullus dolus deceptiuus permiſſus eſt à iure, vt in iuribus præcitatis. & in lege. & eleganter. ff. de dolo. & in lege. ſi dolo. C. de reſcindenda venditione. Probatur & a Ioann. Igneo in repetitione legis. contractus. numero. 105. ff. de regulis iuris. & in lege. ſi exhæredatus. numero. 29. ff. ad. Senatus Conſultum. Syllanian. Iaſo. in. §. actionum. numero. 28. Inſti. de actio. Stephan. Forcatul. in necyomantia iur. dialogo. 99. Sed huic reſponſioni obſtat difficultas. Nam licèt dolus non interueniat. iniquum eſt aliquem cum aliena iactura locupletari. lex. nam hoc natura. ff. de cond. indebi. lex. iure ſuccurſum. ff. de iur. doti. lege. iure naturæ. ff. de regul. iur. capitulum. locupletari. eod. titul. lib. 6. &. leg. 17. titu. fina. part. ſeptima.

que el que lo vendiere ſea tenido de lo †tender ſobre vna tabla y poner la vara encima y haga ſeñal de cada vna vara: porque el que lo comprare no reciba engaño y ſe venda por la vara toledana. Y que el que lo contrario hiziere que incurra en las penas en que caen los que venden paños por varas falſas. Item que las medidas del vino aſsi de arrobas como de cantaras y açumbres y medias açumbres y

† Téder ſobre vna tabla. adde. l. 1. ſupr. eo. tit. in verſ. y otroſi ſq el paño. quæ aliter diſponit, ſed deciſio huius l. eſt ſeruāda. & practicatur.

Alciat. de præſc. in rubri. numer. 7. quod repugnare minimè dubium eſt. dicto. §. Idem Pomponius. dum dicit naturaliter. Sed omiſsis alijs ſolutionibus, dicendum eſt, quòd text. ille loquitur intra latitudinem iuſti pretij, de quo ſuprà habitum eſt ex Conrado in tracta de contractibus. q. 56. articu. primo & non eſt viſus ab hac ſolutione recedere Nauat. in capitul. qualitas. de pœni. diuin. 5. Sed hæc ſolutio nō placet Soto loco ſuprà citato, & merito: quia intra hanc latitudinem nullum eſt præiudicium, nulla fraus, cùm tota ſit iuſtum pretium. Poteſt etiam alio modo tex. ille intelligi ſecundum Alber. & Bald. ibi, quatenus ait licere, ex permiſſione iuris in foro exteriori, non quia licitum honeſtumque ſit, vt ſuprà diximus. Pinel. in rep. l. ſecundæ. parte ſecunda. capitulo. primo numer. 36. C. de reſcindenda venditione. Sed & ſi veriſsimam eſſe ſentiam iſtam ſolutionem, tamen repugnat verbo, Naturaliter, in dicto. §. Idem Pomponius. poſito, quippe cùm forum interius & conſcientiæ nihil aliud ſit, quàm natura, & ius naturale capitul. primo. diſtinctione prima & capitulo non eſt. diſtinction. 6. Ideo intelligi aliter ſolet tex. ille, quòd verbum, naturaliter, ſit accipiendum ex natura contractus emptionis, & venditionis; hoc eſt, quòd natura emptionis, & venditionis habet in ſe difficultatem, vt vix adhiberi poſsit. & in vſu eſſe, niſi inuicem remittatur præiudicium. ex. l. ſi voluntate. C. de reſcindenda venditione. Quæ ſolutio reddit rationem, cur in foro exteriori permittatur huiuſmodi læſio in his contractibus, atque ita non tollit difficultatem: fuit autem Carol. Molinæ. de contractibus quæſtion. 56. refert Couar. libr. 2. Variarum. reſoluti. capitul. 1. numero. 2. Balduinus in princ. Inſti. de rer. diuiſi. Sed quatenus præſupponere videtur, quòd natura contractus eſt contraria iuri naturæ, eſt poſitio falſiſsima, cùm hic contractus ſit iuſtiſsimus, & de iure gentium, atque eodem pacto non tollit difficultatem, quam ponit Pinel. in dicta. leg. 2. parr. capitul. 2. ad fin. vbi verbum, naturaliter, interpretatur, id eſt, iuris gentium, hoc eſt de conſenſu populorum. Quæ ſolutio placuit Forcatul. in Neeyomantia iur. dialogo. 37. num. 5. Quæ ſolutiones manifeſtè explicant, cur in exteriori foro permittantur huiuſmodi læſiones. itaque ad reſolutionē conſiderandum eſt, quòd natura contractus emptionis & venditionis efficit, vt aliqua læſio toleretur in pretio, qđ præter Carol. Molinæ. & alios ſuprà citatos oſtendit elegantiſſimus Ariſtotel. locus lib. 2. Metaphyſi. ad finem. capitul. 9. Sunt enim & in ratione nonnullæ partes, vt materia rationis. Quā læſionem videntur contrahentes per conſequentias ſubire. arg. l. 2. ff. de iur. om. iud. Atque etiam ius ipſum naturale patitur in huiuſmodi contractibus aliquam læſionem, dummodo notabilis non ſit, ſed modica. Et hoc denotat tex. in dict. §. Idem Pomponius. Quod ſenſiſſe viſus eſt beatus Thom. 2. 2. quæſtion. 77. articulo primo. Hoc autem principium iuris naturæ allegat ibi Iuriſconſultus, vt oſtendat contractum per ſe validum eſſe ipſo iure, etſi deceptio in pretio interueniat. Quod colligitur ex propoſito Iuriſconſulti in tota illa lege à principio, in qua Iuriſconſultus conatur oſtendere reſtitutionem minori non eſſe concedendam, niſi vbi aliqua ratio non eſt quia ſuccurratur ei, ac proinde in caſu propoſito reſtitutionem eſſe neceſſariam. Quod bene præter gloſ. & docto. explicat Pinel. in rep. l. 2. part. 2. capit. 1. nu. 32. C. de reſcind. vend. Ex quibus duo inferuntur. Primum, quòd iure naturæ læſio modica, quæ permittitur, remanet arbitrio boni viri: at verò hæc læſio modica iure ciuili redacta eſt ad dimidiam iuſti pretij. vt in. l. 2. C. de reſc. vend. & in. l. 4. infrà hocmet tit. 7. Ex quo inferri poſſet, cùm à iure Canonico & regio id ſancitum eſt, vendens, vel emens rem intra dimidium iuſti pretij, niſi fuerit exactus à parte læſa, non teneri in conſcientiæ foro ad reſtitutionem, contra opinionem cōmunē Canoniſtarū & Theologorū, quam in cōtrariū huius illationis ſuprà probaui. Tū, quia Canon uil cum peccato permiſit, cum ſemper conſilium

quartillos que ſean de la medida toledana: y en todos los nueſtros reynos y ſeñorios no ſe compre ni venda por menudo ni por granado: ſaluo por eſta medida no embargante q̃ digan que algunas ciudades: villas e lugares y comarcas, que lo tienen por priuilegio y vſo y coſtumbre vẽder y comprar por mayor y menor medida que toda via ſe venda por la dicha medida toledana ſo las dichas penas.

ſilium det animæ. gloſſ. in capitul. cùm contingat. de iur. iur. & iure Canonico conſtat permiſſum eſſe in. capitul. cùm dilecti, & in capitu. cùm cauſam: de empti. & vend. dum tamen re ipſa contingeret læſio, & intra dimidiam. Tum quia iſtud pretium iuſtum potuit cenſeri, ne animam vnius contrahentis illaquearet, nã pluris momenti eſt, quã mille corporum, & à fortiori rerum. Si poteſt ex cauſa iuſta & vtilitatis communis, vt caristia euitetur, res particularium taxare, & legitimum ac iuſtum cenſetur pretium, quantò magis animarum fauore? Nam homines id pretium iuſtum eſſe in rebus cenſent, quantum vendi poſſunt. Si verò alter vtriuſque cenſeatur læſus, inſtituat contra decipientem re ipſa remedium legis ſecundæ. C. de reſc. vend. Sin verò non petat ex natura contractus, vt dixi, cenſetur pretium iuſtum fuiſſe, & non ſubiectum reſtitutioni dum tamen dolus deceptiuus, & partis petitio eſſet. In foro etiam animæ crederem poſſe defendi contra communem. Et hanc ſententiam nouiſsimè. 8. annorum curſum quod hæc ſcripta & approbata erant à ſacro Concilio, reperi tetigiſſe Dominum Anto. Menchi. in. dicta. l. 2. numer. 73. quam hoc Anno in lucem edidit, ſcilicet. 1563. Cætera, quæ pro intellectu dicti. §. Idem Pomponius annotare poſſemus, ſunt videnda apud Carol. Molinæ. in tracta. De commercio & vſura. quæſtion. 14. numer. 171. Nauar. in capitul. qualitas. numero. 42. de pœni. diſtin. 5. Couar. libro. 2. Variar. reſolu. capitul. 3. nume. 2. Domini. Sot. lib. 6. de iuſti. & iure. quæſtio. 3. articul. 1. verſicul. Primum igitur. & per ea, quæ optimè in propoſito tradit Ioan. Methymnen. in. C. de reſtitu. quæſt. 32. & 33.

Quæri poteſt, Vtrum vendens rem, & eam tradens antequàm ſolutum ei ſit pretium conuentum, transferat dominium in emptorem? Videtur quòd ſic, cùm habuerit fidem de pretio venditor: quoniam res corporalis, quæ à domino venditur & traditur, non aliter fit accipientis, quàm ſi aut pretium venditori ſolutum ſit, aut ei ſatis eo nomine factum, putà ex promiſſore, fideiuſſore, aut pignore ipſi venditori ex ipſius voluntate cõſtituto. l. 2. §. 1. in fin. ff. ſi cert. petat. vel niſi venditor fidem habuerit emptori ſine vlla ſatisfactione. l. quod vendidi. ff. de contrahenda emptione. Quod ſi nihil horum vẽditori præſtetur, quaſi pignus (nam propriè pignus eſſe nequit. l. neque pignus. ff. de reguli. iuris) retinere poteſt eam rem quam vendidit. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actionibus empti. Id ergo vnũ poterit emptor, niſi res eadem alteri emptori vendita, ac tradita ſit. l. quoties. C. de rei vendi. vt vniuerſo pretio venditori oblato ſolutoque actione ex empto contra eum experiatur dicto. §. offerri. nec enim ex ſola traditione, quantumuis ex venditionis cauſa facta, ſtatim iudicatur venditor pretij ſolutionem emptori fideicommiſiſſe, ſi aliud colligi poſſet, quia emptor dixit ſe promptam pecuniam ſolutioni habere, cum non haberet rem, vendicare poterit. ex gloſſ. in §. venditæ. Inſti. de re. diuiſio. vbi Fabian. Angel. Plat. & Iaſo. ad Porchum. columna. 2. gloſſa. in dict. l. quod vendidi. ff. de contrahenda emptione gloſſ. in. l. procuratoris. §. planè. verb. vendicare. ff. de tributor. ex Bartol. & gloſſ. in leg. ſi ſeruus communis. § loraui. ff. de furt. & ex Gregor. Lopez in. leg. 46. verb. *Se fiaſſe del.* titulo vigeſimo octauo. partita tertia. Si tamen ſimpliciter venditor rem tradidit emptori, videtur habuiſſe fidem de pretio, & ſic dominium tranſtuliſſe, ſi nihil dicit, vel excipit. ex gloſſa. in dicta lege quod vendidi. & in. §. venditæ. & in dicto. §. planè.

Et confirmatur ex. l. quadrageſimaſexta. & ibi Grego. Lopez. verb. *Con intencion.* titulo. decimo quarto. partita. 5. Et tenent communiter docto. ſecundum Fabian. de monte. in tracta. de empti. & vend. 5. quæſtion. principa. nu. trigeſimoſeptimo. quanuis ipſe ſtrenuè contendere velit contrarium, quòd non dicatur habita fides de pretio, niſi expreſſe actum fuerit inter contrahentes. Quem vide. Nam ſi vera eſt hæc opinio, ſequeretur, quòd

Item que todo el pã que ſe ouiere de cõprar y vender: que ſe venda y compre por la medida de la ciudad de Auila: y eſto aſsi en las hanegas: como en los celemines y quartillos. Y mandamos que ſe guarde aſſi en todos nueſtros reynos y ſeñorios no embargante que digã que lo tienen de priuilegio vſo y coſtumbre como dicho es.

ADDICION.

¶ *Eſta ley, en el principio y en el verſiculo, itẽ, que el peſo de oro concuerda con la ley. 1. titul. 22. lib. 5. de la Recopi la qual corrige a eſta ley. en quãto dize (ſeys granos) y dize quatro, y tãbiẽ dize quatro, la ley 1. 2. 3. tit. 24. del dicho libro 5. en el verſicu. (itẽ q̃ el platero) cõcuerda cõ la ley. 1. tit. 24. lib. 5. de la Recopi. en el verſi. (itẽ q̃ todos los peſos) cõcuerda la ley. 1. tit. 13. lib. 5. de la Recopi. en el principio, y en quãto dize en el marco, ocho onças, y en la libra dos marcos en el verſi. (itẽ, q̃ todo paño) cõcuerda la ley. 3. titulo 12. lib. 5. de la Recop. y en quãto eſta ley, dize q̃ ſe mida por la vara Toledana eſta alterada por la ley 1 tit. 13. lib. 5 de la dicha Recopi. (q̃ dize q̃ ſea la de Burgos, en el verſic (itẽ q̃ las medidas) cõcuerda cõ la ley. 1. tit. 13. del dicho libro. 5. y con la ley. 2. verſiculo. item que la medida, en el verſiculo (item que todo el pan) concuerda con la dicha ley. 2. verſiculo, item que todo el pan.*

quòd venditor poſſet rem ſuam vendicare, ſi non ſoluatur ei pretium conuentum, quod ineſt naturaliter ex natura contractus, quod emptor tradat rem, ſi modò pretium fuerit ſolutum. l. ex empto. ff. de actio. empt. ergo ante pretij ſolutionem cùm veniat ex natura contractus bonæ fidei, non intelligitur tranſlatũ dominium, quia tacitum haberi oportet pro expreſſo. l. cùm quid. ff. ſi cer. peta. Nec eſt vero ſimile, quòd venditor, maximè ſi diligens eſt velit dominium transferri in emptorem ante realẽ numerationem pretij l. cum de indebito. ff. de probat. Ergo non eſt dicendum per argumentũ à veroſimili, q̃ eſt receptum in iure. c. quia veriſimile nõ eſt. de præſumpt. Tiraquel. in rep. l. ſi vnquam. in princ. num. 37. C. de reuocan. dona. & Euerard. in locis legali. loco. 5. & Ferdnand. Loazes in tract ſuper noua pagan. conuerſ. regni Valentiæ. colum. 8. §. nec prædictis obſtat. num. 26. cum ſeq. vbi plura ſingularia de eiſa comperies gratia huius argumenti, quæ faciunt etiam ad. l. non eſt veriſimile. ff. de eo quod met. cauſa geſtũ eſt. Item etiam, quia oratio reſpiciens plura determinabilia, debet ea æqua lance definire ac terminare. l. iam hoc iure. ff. de vulg. l. quanuis. C. de impube. & alijs ſubſti. Sed hæc tria ponuntur exceptiue à regula in. dict. l. quod vendidi. dicendo, quod vendidi & tradidi non aliter ſit accipientis, quam ſi aut pretium nobis ſolutum ſit, aut ſatis eo nomine factum, vel etiam fidem habuerimus emptori ſine vlla ſatisfactione vel datione. Tamen ſatisfactũ niſi probetur, non præſumitur. l. ſi duo patroni § ſi quis iurauerit. ff. de iure doti. l. quinquaginta. ff. de probat. ibi, nam ſi creditum petã, ille reſpondeat ſolutam pecuniã, ipſe hoc probare cogendus eſt l. in ciuile. in fi. C. de rei vẽdi. l. 45. ad. fi. tit. 9. parti. 6. Ergo non habita fides de pretio, non præſumitur, niſi ꝓbetur. Item fundãs intentionem ſuam in aliquo, ſiue ſit, in ſubſtantia ſiue in qualitate, ad obtinẽdum illud probare debet. l. 2. ff. de probat. l. ſi rẽ minorem. ff. de in integ. reſti. & dicetur in. l. 4. infra. Ergo emptori conuẽto à venditore rei vendicatione, dicenti habitã fidem de pretio, cùm in eo ſe fundet, debet illud oſtendere apertè. Præterea facit: nam tranſlatio dominij eſt magni præiudicij, ac difficilior, quàm poſſeſsionis. l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de acquiren. poſſ. & ideo quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro à nobis tolli non poteſt. l. id quod noſtrum. ff. de regul. iur. igitur per ſimplicem traditionem rei non debet induci factum longè aduerſum voluntati venditoris, & contra eius mentem. Confirmatur: nam contractus emptionis & venditionis eſt reciprocua, id eſt, vltro citroque obligatoria, & non debet claudicare. gloſſ. in. capit. de illis. 1. in gloſſ. fin. de deſpõſa. impub. l. Iulianus. §. ſi quis colludente. ff. de actio. emp. & emptio & ven-

venditio definiuntur, quòd ſunt contractus bonæ fidei vltro citroque obligatorius, qui conſenſu, re, & pretio perficitur, vt explicat Fabian. de mōte in tract. de empt. & vend. in princ. 1. quæſtionis principal. Definitur etiam alijs modis, de quibus ſuprà. Sed ſi dicimus dominium tranſlatum, & pretium non ſolutum, claudicabit, igitur, &c. ideo vt ceſſet omnis ſcrupulus, cautela erit elegans, quòd ſemper in inſtrumento dicatur, quòd venditor tradidit rem, ſeruato ſibi dominio rei, & quòd ſit ſpeciali hypotheca affecta, quouſque pretium ſibi ſolutum ſit. Quod pactum valet, & impedit dominij translationem, vel reſeruare ſibi manuum iniectionem, nempe non ſoluto pretio abſq; authoritate alicuius, ſiue emptoris, ſiue iudicis liberè poſsit apprehendere, & ſic retinet ſemper dominiū & precario interim tantum poſſidere dicitur emptor ipſam rem. l. qui ea lege. iunct. gloſſa. final. C. de pactis. inter empto. & vēdito. & ratione retenti dominij, vēdicare poterit ſecundùm Azo. in ſum illius tit. quē ſequitur Fabian. hāc cautelā optimā dicēdo in tract. de emp. & vend. quæſt. 5. princip. num. 39. poſuit Bald. licèt non ita apertè in rubri C. de contrahen. emptio. quæſtio. 13. num. 13. Ioan. Andre. ad ſpecul. de empt. & vend. in rub. verſic Sed an poſsit ſibi prouideri hoc facto. Grego. Lopez in l. 28. verb. *Entregar*. titu. 5. part. 5. Sin vero ſolutionis tempus conceditur emptori, ſi emptor intra illud tēpus, fidem ſuam apud venditorem non liberauerit, non propterea poterit venditor (ſecluſa dicta cautela) ipſam rem vendicare, ſed actione ex eo cōtracta; nempe ex vendito aget. l. 1. C. de actio. empt. l. quia à lege. C. de pact. inter emp. & vend. etiam tranſlato termino aſsignato ad ſoluendum quia initium eſt ſpectandum. l. 1. ff. de pœn. quicquid Fabianus attentare in contrarium velit vbi ſuprà num. 40. Quæ omnia ſæpe verſantur in practica, imò quotidie, ideoque diligenter ſunt memoriæ tradenda. Cætera ad hanc quæſtionem & pro eius declaratione neceſſaria ſunt videnda vltra Plat. & doct. in dict. §. vendita. Per Fabian. loco præcitato. Procurator fiſci nō poteſt fidem habere de pretio vt trāſeat dominium. l. ſi procurator. in fin. ff. de iur. fiſc. gloſ. in l. 4. verb. debes. C. vbi cauſ. fiſcal. ¶ Quæritur, Vtrum vſura committatur in contractu emptionis & venditionis? Et videtur dicendum quòd non: nam deceptio, & non vſura ſupergreſsio iuſti pretij dici debet. l. 2. C. de reſ. vend. quia ſedes vſuræ eſt in mutuo, iuxta illud. Mutuum date, nihil inde ſperantes. Luc. 6. & cap. conſuluit. de vſur. ergo, &c. Ex quo infertur, quod emens redditus perpetuos, nō cōmitit vſuram: quia de ſubſtantia mutui eſt. quòd ſit officium gratuitum, & quòd recipiens obligetur ad reſtituendum idem genus tantùm, non tamē poteſt in plus obligari. l. ſi tibi decē. in princ. ff. de pact. & ibi gloſſ. verb. re. & glo. verb. condici. per tex. ibi in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. de reb. cred. Si verò paciſcatur, quod teneatur aliquid reddere vltra ſortem, ipſo iure non valet tale pactum, nullaque oritur obligatio dictis legibus, quia eſt contra ſubſtantiam actus: non autem ſufficit, nec efficere poteſt, vt actus tranſeat in alium contractū. Tum, quia nec natura contractus qui re contrahitur, nec verba patiuntur. Faciunt notata per Bar. in. l. vbi ita donatur. ff de do. cauſ mor. colum. 2. & ibi Ad. Tum, quia tale pactum eſt vera, & propria vſura. Patet, quia illud ſolùm præſtatur propter vſum. & temporalem retentionem pecuniæ mutuatæ, & ſic ex definitione vſuræ in dict. §. ſi tibi. quæ dicit, quòd eſt quicquid accedit Sorti. c. plerique. 14. quæſt. 3. eſt vera & propria vſura, & pactum remanet prorſus nullum. Quæ omnia ceſſant in emptione redditus, vbi ſors nunquam reſtituitur, ſaltem non obligatur venditor ad vllā reſtitutionem. Et ſic verè dici non poteſt, quòd aliquid præſtetur, vel percipiatur vltra ſortem, ſed bene quòd aliud loco ſortis prorſus alienatæ percipitur, videlicet ius annui redditus, & ſic nō poteſt hic cadere vera vſura, quia cùm vſura non ſit, niſi quod accedit ſorti, ſemper præſupponit ſortē deberi, & poſſe repeti, licet interim habeat in creditum, vt fit in mutuo. Secundò præſupponit interim aliud ſolui pro vſu, vel retentione ſortis, quæ eſt propria ratio vſuræ, vnde non poteſt propriè cadere in contractu emptionis redditus, vbi ſors, ſiue pretium nullo modo abijt in creditū prout abit in mutuo, ſed prorſus abalienatur, & omnino recipienti acquiritur, qui non obligatur ad aliquam reſtitutionem pretij, ſed tantum ad præſtationem redditus pro pretio recepto vēditi ergo redditus pecunia emptus, etiam de nouo ad hoc conſtitutus, dummodo valorem & commenſurationem pretij ſeu ſortis, tempore contractus inſpecto, non excedat, alio ceſſante vitio, non eſt illicitus, nec verè, nec præſumptiuè vſurarius, ſed omni iure, etiam poſitiuo licitus, & permiſſus. vt ex pluribus probat Andr. Tiraquell. lib. 1. de retract. §. 1. gloſ. 6. num. 15. Carol. Molinæ. in trac. commerciorum, & vſurarum, & redditum. pag. 8. num. 20. D. Couar. lib. 3. Variarum. capit. 7. nu. 2. verſic. Contrariam ſanè opinionem. Gregor. Lopius in. l. 28. verb. *A cenſo*. titul. 8. part. 5. Et iſta eſt communis docto. reſolutio. Tamen quando contractus emptionis, ſeu venditionis fit in fraudem vſurarum, vſurarius erit, non ex eo, quia contractus emptionis excedit pretium iuſtum, ſed quia continet mutui rationem, nempe, ſi rem valentem decem iuſto valore tempore contra-

ctus, vendiderim ad creditum pro quatuordecim quia lex ſingit, quòd pecuniam ſtatim connumeraui emptori, hoc eſt decem, per viam mutui ſuper quatuor aureorum fœnore ex S. Thom. 2. 2. quæſt. 78. artic. 2. ad 7. Domi. Sotus lib. 6. de iuſti. & iure, quæſtio. quarta. artic. 1. Quod illicitum ac in fraudem vſurarum eſſe nullus dubitat. Et hoc voluit regia. l. 1. ibi. *E porque algunos no dan derechamẽte a vſuras*, &c. Et inferius ibi, *Tenemos por bien, que ſi alguno vendiere a otro*, &c. tit. 2. lib. 8. ordinam. vbi (Deo dante) plenius agendum erit de his contractibus, quando liciti, vel illiciti iudicandi ſint, nunc autem ſufficiat inueſtigare, vtrũ vſura ſit in contractibus emptionis & venditionis. Nam ſi vſura eſt vſus pretium mutuatæ rei, prout Domi. Sotus verè definit lib. 6. de iuſt. & iur. quæſt. 1. artic. 1. per verbum, pretium vſus, ſecluditur contractus emptionis. vbi non pro vſu tantum, ſed pro re empta amittitur pretium. Et etiam per verbum, mutuatæ rei, ſemouentur à definitione contractus locationis & emphyteuſis, quibus res non mutuatur: ergo, &c. Quod eſt ſingulare & notandum. Item ſi vendas triticum nondum collectum, hoc eſt, in herba, illicitus contractus iudicatus eſt à Caietano, verb. Vſura. verſic. Quartus caſus, & eſt. l. 48. in curijs Pincianis à Carolo. V. celebratis anni. 1523 Sed intelligerẽ (ſalua meliori cenſura) cùm vendunt ad menſuram, dicendo, tibi decem fanecas tritici ex tali fundo ad nouem argenteos vendo. Secus tamen ſi locaui tibi fructus talis fundi pro decem. nam ſpes poteſt vendi, & locari. l. ſi iactum retis. ff. de actio. empt. & vend. vbi ratione dubij euẽtus licet emere ſpem. vt ibi habes. quem declarat Deci. in. l. certi condictio. colum. 8. num. 12. ad fin. ff. ſi cert. petat. & cõpetit emptori remedium. l. 2. C. de reſc. vend. Quod notandum inquit pro declaratione dict. l. ſi iactum. retis. Antoni. Burgenſi. in. c. cum caula. colum. 7. num. 18. de empt. & vendi. Quod dictum fuit Anchar. & Imol. ibi. Et etiam de eius intellectu agit Pinel. in rep. l. 2. prima par. capit. 4. num. 16. C. de reſc. vendi. vbi ſpem vendi poſſe propter dubium euentum conſtat. Et ad fraudem re ipſa vltra dimidiam iuſti pretij probãdam, crederem illam eſſe, quæ à limitibus iuſti pretij, ſecũdùm communem & iuridicum euentum illius rei fuit datum. Putà, ſolitus erat dare homini induſtrioſo fundus tot corbes, vel fanegas tritici, nũc caſu, & abſque facto conductoris, vt in hoc anno non dedit illas, verum etiam dimidia pars fructuũ, in ſpecto igitur pretio, & redditibus, qui iure communiter percipi ſolebant, poteſt dici deceptus vltra dimidiam iuſti pretij. Quæ læſio probanda erit per homines peritos, & liquidanda inprimis erit, vt locator recipiat læſionem in partẽ pretij, nam vltra ſibi debitum, ius naturæ repugnat, vt recipiat, per præmiſſa de iuſto rei pretio. ex. l. 4. Conductori autem prædiorum remediũ datur inſigne, quòd ſi penitus per caſum fortuitũ & inconſuetũ fructus corrumpantur, erit omnino liber, ſufficit enim quòd ipſe laborator ſemen amiſerit, ſin verò omnes fructus non corrumpantur, tenebitur ſoluere penſionem locatori, vel ei reſtituere fructus perceptos omnes deductis ſibi expenſis, quia id euenit caſu inopinato, & præter eius cõductoris culpam. Secùs ſi proueniret eius facto, nam non iuuaret. l. 22. incipien. *deſtruyendoſe*, tit. 8. part. 5. confirmata per. l. 106. data in Curijs Pinciæ Anno. 1537. Quod eſt pulchrum, & in practica ſæpe vſitatum remedium. ¶ Eſt tamẽ dubium, ſi in cõtractu locationis conductor renuntiauit caſus fortuitos, vtrùm iuuandus ſit aliquando remedio aduerſus cõtractum præmiſſum, vel ſimilem? Videtur quòd ſic: nam vnuſquiſque poteſt liberè per pactũ conditionem ſuam deteriorem facere, renuntiando iuri pro ſe introducto capit. quam periculoſum. 7. q. 1. l. ſi quis in cõſcribendo. C. de pact. Felin. conſil. 43. nu. 7. ſiue ius ſit in re. ſiue ad rem, renũtiari poteſt, vt latè oſtẽdit Paul. Pariſ. conſ 76. col. 1. nu. 1. lib. 4. Quo fit ꝙ eo caſu, quo venditor renuntiat exceptionẽ deceptionis, & damni enormis, ſeu enormiſſimi, ꝙ cenſetur renuntiaſſe beneficium. l. 2. C. de reſc. vend. ſecundum Bald. ibi. q. 4. & reliquos omnes teſte Paul. Pariſi. conſ. 20. num. 36. lib. 1. Corne. conſ. 189. in princ. lib. 1. Matth. de Afflict. deciſi. 220. nu. 1. vbi tenet partes renũtiare poſſe ſpecificè remedium. l. 2. C. de reſc. vendi. Gregori. Lopez in. l. 56. verb. *mayor de* 14. *años*. ad fi. tit. 5. par. 5. & eſt cõmunis, etiam ſi in eodem contractu renuntiauerit, cõtra Calcane. conſi. 25. num. 27. Pro quo plura. quæ ei ſuffragari videntur, recolit Couar. & refutat. lib. 2. variarũ. c. 4. Si tamen renuntiatio fuiſſet facta in contractu emptionis, venditionis, ſeu locationis, in quo etiam fuiſſet adiectũ iuramentum ſi enormiſſimam contineret læſionẽ, ea non obſtante, nec iuramento, eſſet læſus iuuandus, ſecundùm eum ad id citãrem alios, & ita profitentẽ in prætorio Rotę, ac Granatenſi obtẽtum fuiſſe in contradictorio iudicio. Et cõmunem firmat Anto. Capici. deciſi. 159. nu. 24. poſt Deci. cõſi. 180. Ergo renuntians caſus fortuitos, vel remedium. l. 2. de reſcind. vend. nõ poterit citare aliquod remedium pro ſe, cum eos præuiderit, & quamuis de ſtylo notariorum apponi ſoleant, & ſic non inducant diſpoſitionem, vt per Felin. cõſi. 43. nu. 18. col. fin. tamen legi ſoleant & debeant iuxta leges noſtri regni de verbo ad verbum ante concluſionem, & finalem perfectionẽ contractus per contrahentiũ conſenſum, non poterit pars re-

nun-

nuntians allegare diſſenſum, nec ignorantiam caſuum, ex mente Couar. vbi ſuprà.c.4.verſi. Quinto Caleinei ſententia.& in rub.de teſtam.2. par. nu.14.& Menchac.de ſucceſ.creat lib.1.§.6. nu. 53. Et dixi ad Segur.in.l.3.§.fi.nu.31.ff.de vulg. & pupilla. & quæ dixit Caſtell.in l.50.Tauri.n. 14.l.9.tit.19 part.3.&.c.1.fol.190. Pragma. Regũ Cathol. Cæpol.caut.192. Nota quòd ea quæ. Ergo ſterilitas allegari non poterit eo caſu, quo maior 25.annis,& ſanus mente ſine vi,dolo, vel fraudde renuntiauerit, eſt ſecundùm ſtylum notariorum, qui has renuntiationes ex ſuis formulis firmiſsimè ſcribere & apponere ſolent in cõtractibus alias deriſoriæ eſſent, ac ſuperfluæ, quod dicendum non eſt, cùm veniant ibi ex conſenſu partium:& ſic nullum verbum poſitum in cõtractibus debet eſſe ſine effectu operandi, etiam ſi verba impropriarentur.ex Bal.in rub. C.de contrahen.empt.quæſt.9.l.diuus. ff. de vſu. & habita. Pro cuius intellectu eſt videndus Pinel.in. l.1. part.2.nu.56.verſi. Sed vltra gloſſam.& doctores C.de bon. mater. Præterea renuntiatio caſuum fortuitorum valet, ſi ſpecialiter fuerit facta. l. ſed & ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis caut.& l.23.tit.8. part.5.& l.3.titu.2.& l.8.verſi. *el primero es.* eod. tit.8.par.5. Et generalis renuntiatio poſt aliquos caſus expreſſos tenet in contractibus ex iudicijs ſecundum communiorẽ ſententiam teſte Gregorio Lopio in.d.l.3.in glo.fin.& in l.23.verb. *Por qualquier occaſion*.tit.8.part.5. Et ſunt addẽda, quę notat Tiraquel.in rep.l.ſi vnquàm.in prin. num. 112.cum ſeq. C. de reuo.dona.Boeri. deciſi.147. nu.12.& ad remittendam penſionem ex cauſa ſterilitatis in terminis.l.2.C.de reſc.vẽd. vltra Bart. in l.licet.C.locat.eſt videndus Corn.conſil.128. n.26.lib.2.Gregor.Lopez in.l.22.tit.8.part.5. in verb. *En ſu eſcogencia*.vbi eſt.l. optima & apud Luſitanos.l.1.ti.61.lib.4.ord.Pinel.in rep.l.2.c. 3.nu.21.verſi.ex præcedentibus.C.de reſc.vend. vbi referunt opinionum varietatem in hoc. vide apud ipſos.& remedium.d.l.2.competere etiam finito contractu locationis ad reperendum quod dedit vltra iuſtam penſionem, probãdo ſe læſum vltra dimidiam ipſius iuſtæ mercedis. Contra Decium ſe obtinuiſſe fatetur Pinel.vbi ſuprà.cap.3. nu.20. Et nos etiam obtinuimus in quadam cauſa cuiuſdam ciuis Zamorenſis in audientia metropolitana Reuerendiſsimi Archiepiſcopi ſancti Iacobi. ¶ Nunc quæritur, An contractus emptionis & venditionis requirat ad ſui perfectionem ſcripturã, vt ante eius confectionem contrahentes pœnitere poſsint? Videtur dicẽdum, quòd ſi partes dixerunt quòd fiat ſcriptura illius rei venditę gerentes in animo non prius contrahere, quàm ſcribatur contractus, non erit perfectus ante conſectionem ſcripturæ. ex gloſſ. in l. contractus. verb. in ſcriptis.C.de fide inſtru.& ſequuntur doctores ſecundùm Salicet.in authen. Sed nouo iure.colum.3.C.ſi cert.pet.gloſſ.Inſti. de empt. & vend in.§.1.verb.ſcriptura conficiuntur. Specul. de emptio.& vendi,§ 1.verſi. Sed dictum. Boeri. deciſi.183. nu.50. verſi. propterea dixit Specul. Soci.conſi.120.num.17.lib.4. communis ſecundum Boeri.deciſ.48.num.18.Antoni. Gomez in lib.de contractibus. capit. 2. num. 17. Et eam in puncto rationis veriorem dicit Gregor. Lopez in.l.6.vbi eſt caſus approbans iſtam communem titul.5.part.5.& nos diximus in l.3.titul,8.lib.3. ordina.in gloſſ.5.colum.1054.cum ſequen. verſi. Quæro, vtrùm eo caſu, quo quis vendidit. Et ex partium intentione conſtat eo ipſo, quod in ipſo contractu, vel antè dixerunt quod fieret ſcriptura, quòd ſine ea contractus non eſſet perfectus: ergo quamuis non ſit neceſſaria alias in pręmiſſo caſu erit, & erit locus pœnitentiæ ante confectam & abſolutam ſcripturam, vt dixi in dict.l.3. in gl. 1. Si enim quis dicit quòd aliquid nõ fecit animo litem conteſtandi, nec per illud quod dixerit intendit litem cõteſtari, non erit conteſtatio actus talis, licèt alias idoneus eſſet ad faciendam conteſtationem, ex communi ſententia, quam retuli in.l.1.tit.3.lib.3. ordinam. in gloſſ.1. quæſt.15. col.867. quamuis glo. fin.notet oppoſitum.in ra. ſolicitudinem.de appella. Ergo & in ſpecie propoſita, cùm partes id conſtituere poſsint.d.l.contractus.ibi, quas tamen in ſcriptis fieri placuit. Et iſta volũtas clare deducitur ex pręmiſsis verbis, quæ opinio fuit Azo. in ſum. de fide inſtru. col. fin.num.27. Quamuis alia ſit opinio Ioannis, dicẽtis, quòd licet præmiſſa verba apponantur à contrahentibus, non per hoc dicetur venditio facta in ſcriptis, niſi adiectũ ſit, quod fiat inde ſcriptura, & quòd alio modo non valeat contractus. refert glo.in.dict.l.contractus.verb.in ſcriptis.quã communem dixit Angel.in princ.Inſti.de empt. & vendi.& Decius conſil.340.nu.3.lib.3. Et has duas communes alios referendo adduxi in dict.l. 3.in glo. 1. Tamen tenenda eſt prior communis. Quam limita, niſi ex aliquot cõiecturis conſtaret de intentione partium, quod noluerunt per hoc in ſcriptis contrahere, ſed voluerunt tantum ſcripturam ad probationem. ex gloſſ. verb. in ſcriptis.in.dict.l.contractus.Areti. conſi.159. Deci. conſil. 340. Gregor. Lop. in dicta leg. 6. verb. *Quiero*.ad finem. Anton. Gomez de contractibus capitulo ſecundo. numero decimoſeptimo. vbi dicit communem gloſſa.1.in.l.2.tit.10. libro.3. foro legum. vbi tenet priorem communem opinionem. Ex præmiſsis ergo colligitur concluſio. In contractu emptionis, venditionis, vel alio quo-

liber,

Digitized by Google

libet, regulariter non eſt neceſſaria ſcriptura, niſi in caſibus expreſsis in iure, vel ex pacto partiũ. Er eſt notandum, quòd contractus recipiunt interpretationem ex racira mente contrahentium. l. in conuentionalibus. ff. de verb. obligat. & ibi Iaſo. numero. 3. colum. ſecunda. l. ſed & Celſus. ff. de contrahenda emptione. l. fina. C. quæ res pigno. obliga. poſſe. & ibi norat gloſſ. l. in conuentionibus. ff. de verborum ſignific. l. Blandirus. C. de fideiuſ. gloſſ. in l. ſi in vendirione. ff. communia prædio. Iaſo. in leg. iuriſgentium. §. prætor ait. not. 6. ff. de pact. & in l. ſi tibi pecuniam. columna prima. ff. ſi certum peta. Angel. conſi. a. col. a. Quod etiam locum haber in contractibus ſtricti iuris, vt larius agit Alexan. conſi. 34. ad fin. lib. a. Si ergo fuir dictum ad probationem, conſequens erit, quòd non voluerunt quo ad perfectionem, & ſic ante ſcripturę confectionem non poterunt recedere, cùm contractus ſit perfectus. l. ſicut. C. de actioni. & obligati. l. perfecta donatio. C. de d꜀ɔn. quæ ſub mod. l. ſi donationem. C. de reuocand. donation. & præmiſſo caſu, res erit clara.

¶ Dubium eſt, ſi quis vendat rem, ſi poſt perfectum contractum res pereat, vel deterioretur, an periculo vendiroris, vel emptoris pereat? Videtur quod periculo venditoris: quia ante traditionem quanuis res ſit vendita, adhuc non dicitur alienara, cùm ſit in eius dominio. l. traditionibus. C. de pact. l. alienatum non propriè dicitur, quòd adhuc in dominio venditoris manet, venditum tamen rectè dicitur. ff. de verbo. ſignificat. ergò cùm non ſit dominus, periculum erit domini, hoc eſt venditoris. Sed perfectione venditione etiam ante tranſlatum dominium, periculum eſſe emptoris, probat gloſſ. in dicta. l. alienatũ. verb. venditum. iuncta gloſſ. verb. diritur. l. quod ſæpe. §. ſi res vendita. ff. de contrahenda emptione. Nam quando cõtractus eſt perfectus quo ad obligationem, & habet omnia ſubſtantialia, periculum, & damnum eſt emptoris: & ſic mortua, perempta, ſeu dereriorara re, emptor tenetur ad pretium, licet res ſibi non tradatur. l. ſi in emptione. §. ſi emptio. ff. de contrahenda emptione. l. Lucius. ff. de. euictio. l. cùm emptor. ff. de reſcindende venditione. l. neceſſariò. & l. ſi vendira. ff. de pericul. & commod. rei vend. l. 23. titulo quinto. part. quinta. l. 17. titu. 10. libro tertio. for. legum. vbi per Montaluum. Aleia. in. l. vnica. numero. 57. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt profer. cirar. l. 1. C. de peri. & commod. rei vend. Confirmatur, quia vendiror eſt debitor in ſpem, qua perempta, liberatur debiror. l. quod te mihi. ff. Si cerrum petat. l. ſi ex legati cauſa. ff. de verborum obligarionibus. quia cum in poteſtate emptoris fuit agere ad rem, & eam conſequi, & poſt traditionem periculum rei ad ipſum pertineret, ita & eodem modo antè, cum nulla culpa poſsit venditori imputari. Bald. in rub. columna ſecunda. C. de pericu. & commod. rei vendi. & Anto. Gomez de conrractibus, capirulo ſecundo. numero 32. vbi vide de hac ratione. Item etiã eo caſu, quo res fuit tradita vere vel fictè, cùm in emptorem fuerit tranſlatum dominium, & venditor ex ſua parte adimpleuerit toraliter omne id, quod ratione contractus venditionis aſtringirur, ſi pereat naturaliter vel accidentaliter, periculum erit emptoris. l. quod ſi neque. & l. lectos. ff. de peri. & cõmod. rei vendi. & cenſeretur res mobilis tradita per ſigilli appoſitionem, vt quia ſignaſti librum tuo ſigno, vel aliam rem, &c. texr. ſingul. in dict. l. quod ſi neque. §. materia. ibi, videri autem trabes traditas, quas emptor ſignaſſet. ſecundum Ludo. Roma. ſingul. 281. Tuſcis, quòd tradirionibus. Iaſ. in leg. rradirionibus. columna ſecunda. numer. 8. C. de pact. Intellige tamen dupliciter. Primo modo, quod ſignum præſente & conſentiente vẽditore fiat, tacitè, vel expreſsè, cùm abſque voluntate venditoris traditio fieri non poſſit. l. ſi ex ſtipulatione. ff. de acquir. poſſeſsio. Secundo, in dolio vini, quia traditio facta non videtur, licèt ſignatum fuerit. l. 1. §. ſi dolium. ff. de pericul. & commod. rei vend. Bald. notat in rub. eo. titul. Roma. in dict. ſingu. 281. Et conſiderandum eſt ad rationem Iuriſconſulti Vlpiani in dicto. §. ſi dolium. dum ibi dicit, magis poteſt videri ſignatum, ne ſubmitteretur, quàm vt traditum videatur. Nam hæc ratio etiam videtur militare in trabe, vel in arbore: niſi dixeris aliam eſſe rationem in his, quæ menſuranda ſunt, cum ante menſurationem vini, olei, vel huiuſmodi, venditio ſit in pendenti, & conditionali. l. quod ſæpe. §. in his. ff. de contrahen. emptio. Decius in dicta. l. traditionibus. nume. 6. & 7. Couar. in practicis quæſtion. capitulo tertio. numero. 7. verſic. Nonò ex his conſtat. & in numero. 6. agit ante menſuram adhibitam, an ſit rei periculum venditoris, vel emptoris & per totum caput. 3. agit, quando res immobilis ſeu mobilis venditur, conceditur, ſeu donatur ad menſuram vel corporis certi, qualiter interſit inter ſe plurimum, ac plures caſus ponit, quos legere poteris. Adde his. l. 24. titulo quinto. part. quinta. & quæ ibi notat Grego. Lopius, maximè in gloſſ. *ò peſadas*. & in gloſ. *La mejoria*.

¶ Quando tamen culpa, vel negligentia venditoris, & ſic eius culpa res deteriotaretur, vel periret, ſiue culpa eſſet in omittendo, ſiue in faciendo, tenebitur reſarcire damnum, vel æſtimationem ſoluere. Ratio, Quia venditor antequam tradat rem, cenſetur tanquam procurator eius, qui à lege habet mandatum. l. quod ſæpe. §. ſi res. ff.

de

Digitized by Google

de contrahenda emptione. Qui text. eſt apertus & ſingula. text. in l. venditor domus. ff. de actionibus empti. l. 3. ff. de peri. & commod. rei vend. l. Iulianus. §. idem Celſus. ff. de actionibus empti. Corne. conſil. 231. columna prima. nume. quarto. libro ſecundo. Item etiam in rebus, quibus tenetur venditor ante menſuram, intelligendum eſt ſecundum Gregor. Lop. in dicta lege. 24. *ante que ſea peſada*. niſi per emptorem ſtetit, quo minus menſuraretur, vel appendatur. vt in l. ſi emptorem. ff. de peri. & commod. rei vendi. & l. 2. C. eodem titul. quo in caſu ſi emptor eſt in mora eius erit periculum. & adde l. 39. titu. quinto parti. 5. ex qua habebis aliam declarationem in materia. & ibi Gregor. *Lop.* in gloſſ. final. & l. 3. §. ſi. per venditorem. ff. de actionibus empti. & l. 8. titulo primo, part. 5. ¶Non obſtat prior ratio. Nã in caſibus præmiſsis ratione emptionis & venditionis contractus cenſetur eſſe perfectus ante rei traditionem, ſecus tamen quo ad alios effectus. vt in. l. quoties. C. de rei vend. De cuius intellectu & materia vltra Docto. ibi eſt videndus Couarruuias. libro ſecundo. Variarum reſolutio. capit. 19. num. 2. Quid autem erit, vbi eſt data arrha, vtrùm pereat periculo venditoris? Et videtur, quòd cùm habeat emptor ius relinquendi arrham, & ſic poſsit recedere à contractu: quòd iſto caſu pereat periculo venditoris, & arrha maneat penes ipſum, cum loco rei ſit ſubrogata, & in compenſationem conuentionis, ſi partes à contractu receſſerint. §. in ijs autem. & quæ ibi notat gloſſ. verb. compellitur. Inſti. de emption. & venditio. vbi conſtat, quòd quælibet pars poteſt licitè recedere à cõtractu, & perdit arrham, quam dedit, vel reſtituet duplam ſcilicet quam accepit, & tantundem de patrimonio ſuo. l. contractus. §. illud. C. de fide inſtrumen. Et iſta opinio ſeruatur in practica ſecundum Sal. ibi. & tenet Azo. in ſumma. de contrahend. emption. C column. penult. nume. 11. quæ eſt tenenda, relictis alijs opinionibus, de quibus per Anto. Gomez. in tracta. de cõtracti. capitulo ſecundo. nume. 18. l. 7. tit. 5. parti. 5. l. 2. & ibi Montal. titu. 10. libro tertio. foro. legum. Niſi quis diceret, quòd dabat talem arrham. pro arrha & pro pagamento, & in ſignum perfectionis contractus, quia iſto caſu erit firmus contractus, & nulla pars poterit ab eo recedere. gloſſ. verb. compellitur. in dict. §. 1. Inſti. de emptio. & vendit. Anto. Gomez vbi ſupra. l. 2. ibi, *diere alguna partida del precio*. tit. 10. lib. 3. for. leg. d. l. 7. ibi, *Pero ſi quando el comprador dio ſeñal, dixo aſſi, que le daua por ſeñal, y por parte del precio, o por otorgamiento*. Quod verbũ ibi, exponit Greg. Lopez. dicens: *otorgamiento*. id eſt, non dentur nomine arrharũ, ſed in ſignum perfectionis contractus. Et nota multûm iſtud verbum, quia non vidi (ſi bene memini) ſimile verbum in iure communi, niſi dicas, quòd hoc vult. l. quod ſæpe. in princ. ff. de contrahend. emptio. Hactenus ipſe. Et hoc caſu cùm habeat poteſtatem rei tradendæ, præciſe tenebitur venditor ad tradendum, & emptor ad pretium. Barto. in. l. prima. vbi gloſſ. ponit opinionem Mart. ff. de actionibus empti. Idem Barto. in l. ſtipulationes non diuiduntur num. 39. ff. de verb. obligat. & in. l. certi condictio. num. 24. ff. ſi certum petatur. Bald. in. l. vnica. colum. penult. num. 74. verſicu. Sed vltimò quæro. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt profer. Idem Bald. in capit. primo. §. ſi facta. ſi de feud. fue. controuerſ. inter domi. & agna. & gloſſ. in. §. pretium. Inſti. de emptio. & venditio. gloſſ. quæ ita eſt intelligenda in capit. cum Ioannes. verb. vacuam traderes. de fide inſtrumen. dict. l. 7. vbi Gregor. Lopez in gloſſ. fina. & eſt magis communiter recepta opinio Marti. in dict. §. pretium. à gloſſ. relata quòd compellatur ſi eſt facultas rei reſtituendi præciſè, alioquin ad id, quod intereſt. ſecundum Gregor. Lop. per tex. etiam ibi in. l. 7. verb. *à poſtre del*, titu. ſeptimo. part. 7. Et omnes prædicti idem dicunt. Et eſt magis communis opinio ſecundum Felin. in dicto capitulo. cum Ioannes. num. 34. Iaſo. in. §. actionum. nume. 147. Inſtit. de actio. & in dict. l. ſtipulationes non diuiduntur. colum. 15. nume. 35. verſiculo. Prima eſt communiter approbata. Couarru. lib. ſecundo. Variarum reſolut. cap. 19. nu. 1. Tamen dicendum eſt, quòd pereat periculo emptoris, vt in articulo precedenti. Nam quamuis amittendo arrham ſecundum præmiſſam opinionem liberetur à contractu, nec teneatur ad intereſſe in caſu præmiſſo, contractus perfectus eſt, & validus interim, quia contrahentes non receſſerunt diſſenſu expreſſo à contractu, nec conſtat de pœnitentia: quia iſte caſus quòd potuit pœnitere, non eſt præſumendus in dubio, cum veniat contra factũ proprium. l. 3. ibi. nec credendus eſt quiſquam genus teſtandi eligere ad impugnanda ſua iudicia, ſed magis vtroq; genere voluiſſe propter fortuitos caſus. ff. de mili. teſtam. Alci. de præſumptio. regul. 3. præſumptio. 35. n. 1. Item etiam, quia caſus competens alicui de iure ſpeciali, non eſt in conſideratione, nec nocet actui valido de iure, antequàm ſit propoſitus in iudicio à parte, cui competit. l. 4. §. ſi is qui. ff. de fideicommiſſa. liberta. vbi apertè deducitur, quòd ea, quæ de iure ſpeciali implorari poſſunt, non ſunt in conſideratione antequàm aſſequãtur, & impetrentur. l. exceptiones quæ perſonæ. §. fina. ff. de exceptio. l. nam poſteà quã. §. ſi minor. ff. de iureiurand. ibi, nec enim vtique quod minor eſt, &c. Bart. in. l. fin. num. 1. col. 2.

Digitized by Google

col.2. verſ. Venio ad quartam particulam. C. de ſenten.paſsis,& reſti.Iaſo.in l.ſi bonorum. nu.4. col.fi. C. qui admit. Quo fit reſtitutum aduerſus contractum validum de iuris rigore non debere reſtitui ad fructus perceptos ante reſtitutionis conceſsionem factam per ius ſpeciale,ex præmiſſis. De cuius tamen articuli veritate eſt videndus Couar.lib.1.Vari.reſolut.cap.3. Et dicetur infrà. l.4. ¶ Vtrùm propter vitium incognitum emptori,diſſoluatur contractus? Videtur quòd ſic, nam vitium ſi eſt tale,propter quod emptor non emiſſet,vel tantùm pretium dediſſet,ſi vitium ei eſſet apertum,defuit conſenſus,ac eo deficiente, cõtractus,qui conſenſu perficitur, erit inualidus. argu. l.conſenſu.ff.de actio.& obligati.in princ. Inſti. de obliga.quæ ex conſenſu. Cõfirmatur ex Diuo Ambroſio,lib.de officijs. vbi dicit. In contractibus vitia eorũ,quæ veneũt,prodi iubentur,ac niſi intimauerit vẽditor, quãuis in ius emptoris trãſierit,doli actione euacuantur. Declarat Domini. Sotus,ponẽs in hoc ſex cõcluſiones li.6. de iuſt. & iur.q.3.art.2.Ioan.Methymnen. in Codice de reſtitutione.q.34. Cõfirmatur inſuper, ꝙ venditor teneatur ex vitio rei venditæ per.l.Iulian. in princ.& l.tenetur ex empto.§.ſed ſi vas. ff. de actio.empt.l.ſi ſeruus cõmunis.§.quod verò ff. de furt.gl.verb.itẽ qui ſciens.in.l.in rebus.18.§. itẽ qui ſciens.ff.commoda.l.12.& l.21.& 63. titu.5. part.5.ergo venditio retractatur volente emptore propter vitiũ rei non cognitũ ei propter calliditatem venditoris. Quo fit,ſi res vendita pro libera,& abſq; aliqua ſeruitute & tributo,appareat poſteà tributaria & ſubiecta ſeruituti poterit emptor agere de nullitate contractus, & recuperare pretium,vel actione quanto minoris,ſi ſciret tempore emptionis rem ſubiectam eſſe tali ſeruituti, & oneri.l.1.§.venditori.ibi,Venditor ſi cùm ſciret deberi ſeruitutem,celauit,non euadet ex empto actionem, ſi modò eam rem emptor ignorauit. Omnia enim, quæ contra bonam fidem fiũt, veniunt in empti actionem. Sed ſcire venditorẽ & celare ſic accipimus, non ſolum ſi non admonuit,ſed & ſi negauit ſeruitutem iſtã deberi, cùm eſſet ab eo quæſitum.ff.de act.emp.l.ſi ſterilis.§. ſi prædij.illomet.tit.l.ſi minor.C.eo.tit.l.63.tit. 5.par.5.l.quoties de ſeruitute.ff.ædili.edict.Imò imponens tributum, vel vendens rem aliquam, tenetur aperire emptori noui tributi,omne tributum & cenſum primænum illius rei,& non declarans, tenebitur pœna dupli emptori applicanda. l.65.in Curijs Madritijs anni.1528. ibi, *Mandamos que las perſonas que de aqui adelante puſieren cenſos y tributos ſobre ſus caſas y heredades y poſſeſsiones que tengã atributadas, ò encẽſuadas primero a otro:ſeã obligados de manifeſtar y declarar los cenſos y tributos que haſta entõces tuuierẽ cargados ſobre las dichas caſas y heredades y poſſeſsiones, ſo pena q̃ ſi aſsi no lo hizieren,paguen con el dos tanto la quantia que recibierẽ por el cẽſo que aſsi vendieren y cargaren de nueuo à la perſona à quien vendieren el dicho cenſo.* Ergo ex impoſitione pœnæ conſtat eſſe delictũ. Quam.l.limita.niſi prædiũ eſſet hæreditariũ,nam iuſtã cauſam ignorantiæ habet,qui in ius alterius ſucceſsit l. qui in alterius. ff. de reg.iur.gl.in.l.ſi ſterilis.§. 1.ff.de act.empt.gl.in l. Iulianus. verb. interfuit. ff.de actio.emp.ſed ſiue ſciat, vel ignoret vitium venditor tenebitur pretium reſtituere,ſi reſcindatur contractus, vel quanto minoris pretij propter impoſitã ſeruitutẽ,ex Greg.Lopez in l.65. verb.tributaria.tit.5.part.5.Nã verbum,*celando*, ibi.poſitum,eſt accipiendũ ſecundũ eum ſiue ſciẽter,vel ignoranter, hoc eſt quantũ ad reſcindendũ contractũ,vel agendũ quãto minoris. Intellige tamẽ,niſi vitiũ eſſet compertũ ex rei euidentia emptori tẽpore contractus, quia iſto caſu non cõpetit redhibitoria:nã ſcienti & cõſentienti nõ fit iniuria.l.1.§.ſi intelligatur.l.quæritur.§. ſi nominatim.ff.de ædili.edict.l.1.§.vẽditor.ff.de act. empt.l.ſi fundũ.C.de euictio. Anto, Gomez de cõtractibus.c.2.n.48.Itẽ etiã poteſt exẽplificari, quando ſeruitus eſſet apparens,veluti,ſi in domo vẽdita vicin⁹ haberet feneſtras apertas, vel tigna immiſſa in pariete ab vna parte,nã iſto caſo nõ tenebitur vẽditor, etiã ſi promiſiſſet vacuã tradere poſſeſsionẽ.l.ea quæ cõmendandi.verſi.quædam etiã.ff.de cõtra.empt.l.ſi tamẽ.§.ei qui.ff.de ædi. edi. Plenè diſputat Alber.in.l.1.§.1. ff.de action. emp.Angel.in.§.prætorum.Inſtit.de iure natura. col.2.Grego.Lopez in l.65.in gl.1.ti.5.par.5.Et eſt notandũ, ſi emiſti equũ, qui non vult trãſire pontẽ,aut acerrimè formidat riuũ.vel flumẽ pertranſire,potẽs,& ſufficiẽs cauſa eſt ad compellendũ venditorẽ redhibere.glo.in.d.l. ea quæ commẽdandi.§.fin.verb.fallendi. Quã nota in practica. ¶ Itẽ ſi quis virginẽ ſe emere putaſſet cùm eſſet corrupta,ex empto cõpetit actio ad reſoluẽdum cõtractũ,quia ſi ſciuiſſet emptor qualitatẽ rei,ſeu perſonæ,non emiſſet.l.ex empto.§. ſi quis virginẽ.ff.de acti.empt.l.21.ti.5.par.5. ¶ Deducitur etiã, ꝙ ſi in domo vendita vel cõducta ſit vitiũ ante cõtractũ,& ex eo etiã,ꝙ terris imaginibus, nocturnis illuſionibus & tumultibus inquietẽtur habitatores,licet ab eo contractu recedere,& domũ relinquere dño ipſius, qui eã locauit, ſeu vẽdidit. tex.ſing.in.l.habitatores.§.fi.ff.locat. vbi ait Iuriſcõſultus, Si quis timoris cauſa emigraſſet, an deberet mercedẽ,nec ne:reſpondi,ſi iuſta cauſa fuiſſet,cur periculũ timeret. quãuis periculũ verè nõ fuiſſet,tamẽ nõ debere mercedẽ: ſed ſi cauſa timoris iuſta nõ fuiſſet,mercedẽ nihilominus eũ debere.tex.

re.tex.in.l in hanc ſtipulationem. verſi. idem iuris.ff.de dam.infect. Confirmatur ex his quæ ſcribit Rip.in tract.de peſt.a.par.n.17.verſi.Præſtat quarto colono,vbi in nu.22.citat.d.l.habitatores § fin.& Anto.Gomez de contracti. ca.2.num.3. verſi.2.infero.dicit.2.infeto, quod ſi conductor recedat à domo propter metū malorum ſpirituū non tenetur ſoluere penſionem. Item etiā propter peſtem vel aerem corruptum. Item etiā, ſi minatur ruinam, & ſic cōductor propter prædicta vitia liberatur à ſolutione penſionis pro illo tempore, quo res eſt vitioſa prædictis caſibus. Quod etiam locum habere in terris, & imaginibus, ſeu ſpiritibus (quos duendes dicimus) in contractu locationis, & quot ſint vitia, propter quę relinqui poſſit domus locatori, vt dictum eſt, in terminis tenet Couar.& dicit ſe in Granatenſi prætorio controuerſum vidiſſe ampliùs quàm ſemel lib.4. Varia. reſolut.cap. 6. & adducit dictam.l.habitatores.§. fin.& tenet Anto.Gomez vbi ſuprà. Et ipſe vidi Salmanticæ in contradictorio iudicio in prima & ſecūdā inſtantia agitatum ſimile negotium, & quamuis fabuloſa & commentitia narratio à iudicibus viſa eſſet, quod vix ab ea opinatione recedere poſſemus in cauſa ſubiecta: & nos adduximus id ſine aliqua fraude conductoris contingere poſſe, vt iam ab antiquis traditū erat, vt Plinius libro 7.epiſtolarū ad Surā.& Couar.ipſum & alios plura de hoc referentes commemorat, nec malum ſeu mendacium eſt præſumendum ex aliquo præmaxime bono viro, & quod ſecundum deducta in proceſſu & probata debetet iudicare: etſi contra eius opinionem & præſumptionem eſſent, & alia huiuſmodi ex quibus ita fortè in cauſa appellationis fiet, præſertim viſo optimo practico Couar. qui tunc non fuit, nec potuit deſignari ita in punctis hoc ipſum in ſpecie propoſita probantē, quia adhuc eius opera in dict.4.lib. Var. non extabant excuſa. Quod eſt menti tenendum. ¶ Dubium eſt, Quid erit, quando vendit or obſcurè ac generaliter & confuſè vitia rei venditæ expreſsit vt pote, Vendo tibi equum pro cæco, claudo, & morboſo, cum omnibus alijs vitijs & morbis, & emptor fortè quia vitia expreſſa falſa, eſſe apparebant, quia non erat cæcus vel claudus exiſtimā do alijs vitijs carere emit, ſi poſtmodum appareat morbus non expreſſus particulariter. vtrum poſſit redhiberi? Reſpondendum eſt poſſe agere emptorem, ac ſi nullum vitium, vel morbum expreſſiſſet.l.ea quæ commendandi. verſ. dolum malū. ff.de contrahend.emp.l.1.§.ſi venditor. verſi.Sed & ſi proponas.l.tenetur.§.ſi.l.Iulianus.§.idem Iulianus.& l.quero.ff.de actio.emp.l.1.verſ.1.ff.de ædili.edict.Specula.& ibi ad eum Ioan. Andr. in tit.de empt.& vendi.§.nunc dicendum,3. verſic. Quid ſi venditor.& in tit.de reſc.vend.§.1.verſi. Quod ſi vendēs equum.col.3. Angel.in l.paciſci. ff.de pact.& in l.ſi quis cùm aliter. ff. de verb. obliga.vbi Alexand.nu.4. Angel. Areti.in.§. prætorum.col.2.nu.1.Inſti.de iur.natu.genr. & ciui. Panor.in.c.cùm contingat.nu.24.de iur.iuran.& in.ca.iniuſtum.nu.3. & ibi Additio de rerum permuta.Et eſt pro hac deciſione.l.66.ti.5.par.5. Et ſic tenetur ſpecificè, & non inuolutè, ac artificioſe vitia exprimere, alias venditio propter vitium retractabitur. Quod etiam adnotauit Anto. Gomez de contract.cap.2.nu.49.& Grego. Lopez. dict.l. 66. verb. cnbneltas. ¶ Sed circa præmiſſa eſt dubium, Quis vendidit equum, vel boues, ſeu oues, quæ intra breuiſsimum tempus perierūt, eſt dubium, vtrùm præſumantur mortuæ ex vitio præcedenti & ſtanti tempore contractus, an ex ſuperuenienti? (vtilitas erit maxima, ac effectus ad dignoſcendum, cuius periculo, venditoris, an emptoris periſſe dicantur.) Reſpondendum eſt propter breuitatem temporis præſumendū eſſe deceſſiſſe ex infirmitate præcedente. Si poſt contractum intra triduum mortuus fuiſſet equus, vel boues, dūmodò haberent aliquod ſignū morbi, vt pote cor macilentū, iecur corruptū, vel huiuſmodi. Ioā. And.ad Spec.de emp.& vend.§.nunc. videndū. verſi. Sed nota. quē refert & ſequitur Panot.in.c.iniuſtū.col.2.nu.5.de re. permutar. Bal. in.l.2.col.3.nu.4.q.2.C.de reſc.vend. idē Bald.in l.1.col.2.n.12.C.de ædili. action. Bal.& Flori.in l.paciſci.ff.de pact.& ibi Iacobinus à ſancto Georgio.nu.4.Boeri. & alij plures ab eo citari deciſio. 323.n.12.Et ita practicatur ſecundùm Cæpolam in actioni.nu.2.ff.de ædili.edict.& dicit bene notandū.arg.gl.ſing.in.l.1.C.de emēd.ſeruo. Licèt Ange.ibi.& in.l.ſi quis cum aliter.ff.de verb.obliga.teneat cōtrarium. Conſtat enim ſi res viueret ob vitiū tale teneretur venditor, ergo & mortua ex vitio pręcedenti præſumpto.arg.l.ſi ventri.§. in bonis.ff.de priui.credi. vbi ex his, quæ in cōtinenti fiūt, præſumptio deſumitur. Montal.in.l. in gl.1.tit.17.lib.3.foro leg. hoc expreſsè dicit, adijciēs quod ſit ſtādū, vtrùm ex morbo pręcedēte fuit mortuus, dicto mareſcalli, id eſt, albeitari. l. argu.l.ſemel.C.de re mil.lib..12.cap.propoſuiſti de probat. Si tamen nō conſtaret per aliqua ſigna vnā cū breuitate tēporis mortuū fuiſſe animal ex cauſa præcedenti contracta, cū mors ex caſu & ſi ne aliqua infirmitate lōgæua, ſed inſtantanea euenire ſoleat, periret periculo emptoris, cuius eſt damnū & cōmodū poſt perfectā venditionem, & vēditor, qui eſt debitor ſpeciei ante morā eius interitu liberari nō ſit dubiū. l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb.obligat. Et in hoc caſu opinio Angel. vbi ſuprà, ſaluāda erit. Itē etiam tempus quale ſit ad colli-

colligendā præſumptionē, ꝗ mortuus fuit equus vel mortuæ fuerunt oues, concedimus nō reſtringēdū fore ad triduū poſt venditionē, ſed ad minorē terminū, vel maiorē, relinquendo iudicis arbitrio cùm in iure non ſit expreſſum. l. 1. ff. de iur. delibe. cap. de cauſis. §. fin. de offi. delega. Tum etiam cùm verſetur æquitatis ac humanitatis ratio, eſſet bonum, ꝗ ſaltem in aliqua pretij parte ſubueniretur emptori, & ſic quod damnū inter eos diuideretur propter incertitudinē cauſæ, à qua ſuccesſit mors tam repentina, & in breui poſt cōtractum.

¶ Dubitatur, equo vendito, vtrùm cenſeatur vendita ſella, frænū, & alia ornamenta? Et videtur dicendum, ꝗ ſi tempore contractus erat ornatus cū ſella & fræno, & cæteris ornamentis, ꝗ cēſendus ſit vēditus ita ſicut fuit oſtenſus emptori. ex tex. Bal. & Cæpol. in l. ædiles. in princi. ff. de ædili. edict. & idem Cæpol. in. d. l. ædiles. §. vendendi notab. 2. n. 5. fol. 146. Ex quo colliges declarationes duas ad hanc quæſtionem, videlicet eo caſu, quo ornamenta haberent arma venditoris, vel conſuetudo eſſet, ꝗ non venirent in contractu, quanuis tempore contractus fuiſſet ornatus equus: nā iſtis duobus caſibus ex contraria præſumptione, quæ ex vnoquoque colligenda eſt, non venire teſtatur prædictus Cæpol. vbi ſuprà. Antoni. Gomez de contracti. cap. 2. nu. 15. verſi. Itē quæro ſi quis ſimpliciter. Vnū tamē eſt notandum, ꝗ vendito equo, ſeu mula, cū fræno ſaltem & ſella, non debetur gabella ex tali contractu, prout receptū eſt in noſtro regno Caſtellæ. Forte eſt ratio, quia ex his, quæ ſolent neceſſaria eſſe ad militiam, non debetur, vt equis, mulis, iumentis venditis cum ſella & fræno, & ex armis, nec de libris, vt habetur in l. 31. quaterni Gabellarum. Cuius tenor eſt qui ſequitur. *Otro ſi, que no ſe pague alcauala de pan cozido, ni de los cauallos, ni delas mulas è machos de ſilla que ſe vendieren y trocarē enſillados y enfrenados.* &c & l. 22. tit. 4 lib. 4. ſupra. vbi diximus de libris. ¶ Quid autem eſſet, ſi res eſſet aliena, vtrùm emptor poſsit venditorē excludere à pretij petitione? Videtur ꝗ ſic, nā ex facto illicito alias conſequeretur premiū, ſi pretiū ei ſolueretur, quod minime fatendū eſt, ꝗ ex tali facto, dolo & fraude patrociniū quis eccipere poſsit, quia eſſet eius factū approbare. ca. qui cum fure. de furt. ergo vero domino rei pretium, vel res eſt reſtituendà. vt præſumptionem furti excludat emptor. ex. l. in ciuilem. C. de fur. & l. 5. tit. 13. li. 3. ſupra. ergo nō erit cōpellendus ei ſoluere, ſed vero domino rei, cum ab eo poſsit res vendicari, & emptor remaneret ſine re & pretio, igitur retinere poterit pretiū & rem ſibi traditam, vt indemnis ſeruetur, & ſeruari poſsit ius vnicuiq;. Itē videtur: nam contractus rei alienæ in præiudicium veri domini non potuit valere, quanuis in præiudiciū venditoris, ſi ſuperueniat dominiū, valeat, ac ad implementum cogi poſsit. l. ſi quis. ff. de acti. emp. ibi, Si quis alienā rem vendiderit, & medio tēpore hæres domino rei extiterit, cogetur implere venditionē. l. rē alienā diſtrahere quē poſſe nulla dubitatio eſt, nam emptio eſt, & venditio, ſed res emptori auferri poteſt. ff. de contra. empt vbi gl. optima. Et omnino eſt videndus Pet. Vnzola in practi. artis notariatus, tit. De emptione rei alienæ nu. 1. cum ſeq. l. 54. tit. 5. par. 5. vbi vēditor omni caſu cōpellitur ſoluere pretiū emptori, ſiue nomine domini vēdiderit, ſiue ſuo ſecundum Grego. Lopi ibi, verb. *En todas guiſas*. per. l. marer C. de rei vēdi. & l. . C de reb. alien. nō alien. Si tū emptor eſſet in mala fide, & certus, ꝗ res vendita erat aliena, non poterit de euictione, nec ad pretiū agere. l. ſi fundū C. de euictio. Iaſ. in. l. fin. § fin. C. cōmunia de legat. Io. Lup. in rep. rub. de donat. inter vir. & vxo. §. 65. n. 53. Anto. Gomez omnino vidēdus de cōtractib. c. 2. n. 42. verſ. Septimus caſus quando emptor. Couar. lib. 3. Var. c. 17. col. 3. verſ. Adeā quæſtionē. vbi contrariā nec verā, nec cōmunem fore dicit. Quanuis Frāciſc. de Aret. in. l. ſi aliquā rē n. 5. ff. de acq. poſſ. contrariā omnium iudicio receptā dixerit eſſe. Et cōtra eū eſt l. 21 ti. 8. par. 5. l. 6. tit. 10. li. 3. for. legū. optima. l. 19. ti. 5. par. 5 ibi, *no es tenudo el vendedor de tornarle el precio, fueras ende*, &c. Quam vide. & ibi per Gregor. Lopi. verb. *tornarle el precio*. vbi agit, cui ſit applicādum venditori, an fiſco. Et cōcludit in fiſco, cùm pretium amittatur ex crimine, & fiſcus eſt ſucceſſor eorū, quæ ſcelere quæſita ſunt. vt in. l. Lucius. ff. ff. de iure fiſc. l. fin. & ibi gl. verb. *tornar al Rey* tit. 22. part. 2. Et cōprobatur ex. l. quemadmodum. verb & emptor. & ibi Ioan. de Platea. C. de agri. & cenſ. lib. 11. Idem Plat. in. l. final. C. de fund. rei priuatæ. lib. 11 Si autem ſit ignorās, tenebitur reſtituere pretium, ac damna & intereſſe emptori. l. qui officij. §. qui neſciens. ff. de contrahend. emptio ibi, licet emptio non teneat (quo ad rem ſecundum glo. ibi.) ex empto, tamen aduerſus venditorem experietur, vt conſequatur, quod intereſſit eius ne deciperetur. l. 19. tit. 5. par. 5. vbi Grego. Lop. in gl. fin. Tum etiā, quia vēdens rem alienam, & eam cōtrectans, quæ contrectatio reſultat ex traditione vera, committit furtum. gloſſ. in. l. item ſi res. verb. vſucaptæ. de alien. iud. mut. cauſa fact. l. alienum ſeruum. vbi gloſſ. C. de furt. l. . & ibi gloſſ. fin. C. de vſucap. pro empti vbi Cæpol. columna tertia verſic. Nota. 2. numero ſexto. Iaſo in lege tertia. § ſi rem. numero tertio. ff de acquirend. poſſeſsio. Segur. in repe. l. filius dum in ciuitate. numero. 42. vbi in additione dixi. ff. de acquirend. poſſeſsio. & Collectar. in cap.

cum

Digitized by Google

cum laicis.nume:12.de reb.eccleſ.dicit, quòd vendens rem alienam,committit furtum, ac de crimine accuſari poterit. Intellige vt per Segur.& Iaſ. vbi ſuprà, ſcilicet, quando interuenit contrectatio,quæ reſultat ex vera traditione: nam ſi res eſſet penes emptorem,ex tacita tali traditione non habetet locum,quia res non contrectatur. Secundò intellige,quod eo caſu,quo quis ſcienter vendat rem alienam,& ſe conſtituat nomine emptoris precariò poſsidere,committit furtum:quia cõſtitutum habet vim traditionis,ex glo.in.l.ab emptione.ff.de pact. Iaſ.in dict.§.ſi rem. nume.4. Et quod conſtitutum transferat poſſeſsionem ciuilem & naturalem.latè probat Andr. Tiraquel.de iure conſtituti poſſeſſorij.1.part.num.2.& 3.Ergo non ſolùm emptio erit nulla, ſed vendens ſcièter poterit accuſari de delicto furti. & falſi, quippe cùm committat falſum , rem alienam pro ſua vendẽdo,vt ex adductis à Cæpol.loco præmiſſo apparet. Et qui duobus in ſolidum eandem rem vendidit diuerſis contractibus,pœna falſi eſt coercendus.l.qui duobus.ff.ad legem Corneli. de falſis.l.7.titu.7.part.7.Angel Areti.in tract. de malefic.verb: *Falſario*. verſic. Quæro an vendens.nu. 31.fol.165.co um.prima. paruæ impreſsionis.Fabian.de monte in tracta. de emptio. & vendi.3. quæſt.principa.verſi. Vigeſimoſextò an quis.nu. 50. Limita tamen, quando vendens rem duobus ex eo vendidit, quia primus emptor non ſoluit pretium , quia non incidit in crimen falſi. Bald. poſt Odoffred.in.l.venditor ex hæreditate. ff. de hær.vel actio.vendi.& in capit.primo.§.ſi facta.ſi de feud.fue.controu.interdomi. & agna.Bald.Salice.& cæteri in.l.quoties.C. de rei vendic. Imol. Cu nan.Alexand.& Iaſo in. l. à diuo Pio.§.ſi emptor.colum.2.ff.de re iudi.Fabia.vbi ſuprà, & Auguſt.Arimi.ad Angel.de maleficijs.verb. *Falſario*. num.31.Carol.Molinæ.in conſuetu·Pariſienſib. priori parte.§.23.verſic. Fortius inquit Bald. nu: 18.Faciunt quæ ſcribit Curti.Senior. cõſil.22.Titius & Seius.colum.2. Quod ſanè intelligendum eſt,quando emptor primus fuit in mora ſoluendi,nempe,ſi quis emit rem,dicendo , hinc à duobus diebus mittam pretium, alias trãſacto termino,viſus eſt receſsiſſe à contractu : quia non ſeruanti fidem,fides ei non eſt obſeruanda, tranſcurſo tempore ſic ſtatuto, quod interpellat pro venditore.l.magnam.C.de contrahen. & commit.ſtipul.l.traiectitiæ.§.de illo,ff.de actio. & obliga.& argumen.cap.peruenit.de iure iuran. vbi gloſ.ver bo.patuiſſe.¶ Circa præmiſſa dubitatur.Res vendita fuit diuerſis cõtractibus in ſolidum duobus, ſecundo autem ignorante fuit tradita, vter ſit præferendus? Dic quòd ſecundus ratione poſſeſsionis.l.quoties.vbi per Iaſo.late.C.de rei vend.Inſigniter,ac latè declarat Anto. Gomez de contractibus.col.2.nu.20.Couar.lib.2.cap.19.l.5. & ibi Greg.Lopez,tit.5.par.5.verb. *Dos vezes*. ¶ Vtrũ autè emptio in re proprie locũ habeat? Dicendũ eſt ꝙ non.l.ſuæ rei emptio non valet, ſiue ſciẽs,ſiue ignorans emit.ff.de contrah. emptio.l.8 tit.5. parti.5.debet enim eſſe diuerſitas inter vendentem,& ementem.l.pupillus.§. item ipſe.ff de aucto.tut. Et eſt ratio naturalis: quia in cõtractibus eſt quædam digreſsio de perſona in perſonam reſpectu acquiſitionis , & ideò requirit duo extrema.vt tradit Bald. in.l. ſecunda, colum. ſecunda, C.ſi ſeru.exter.vbi agit,quando valeat mandatum de re propria emenda. Ad idem eſt videndus Decius in.l.neque pignus.nume.6.ff. de regu.iur.vbi in nu.5.per illum text.probauit prædictam concluſionem.Et ibi Cagnol. verſic. Tertiò nota.nume.14.ideoque nemo rem ſuam vtiliter ſtipulatur.l.nemo.ff.de verborum oblig. & quæ ibi not. Iaſ.colum.2.notab.1. Quæ regula procedit,quando res eſſet propria pleno iure,& omni reſpectu, & ſic in eo,quo deficit eſſe ſua,poterit emere.Iaſ. in.l.huiuſmodi.§.qui ſeruum,nu.12.ff.de legat.1. & in.l.planè.§.quod ſi rem.num.2.eod. titul. Vel quando res eſſet communis, emendo eam intelligitur emere partem ſuam, quam habet in illa communione.Iaſ. in. l. ſi fundum per fideicõmiſſum, num.14.ff.de legat.1.Si autẽ dubites, vtrum quis poſsit contrahere ſuper re propria , breuiter ſub diſtinctione reſpondere poteris, Aut vult contrahere ipſam rem propriam alteri alienando per viam contractus venditionis, vel donationis , ſeu permutationis,& iſto caſu indubitanter poterit: nihil enim tam cõueniẽs naturali æquitati , quàm voluntatem domini volentis rem ſuam in alium trãsferre,ratã haberi.§.per traditionẽ.Inſt.de rerũ diui l.qua rõne.§.literæ.ff.de acqui. rerum domi. Dom.Sotus lib.4.de iuſt.& iur.q.5.ar.1.dũ tamẽ dominus ſit habilis perſona ad alienandũ , nempe homo ſanę mẽtis,& maior, ac res ſit talis,quæ alienari poſsit. Aut vult rem propriam quis acquirere,& tunc ſubdiſtinguendum eſt. Aut deficit ius aliquod ſibi in ea,vt poſſeſsionis, vel vſuſfructus, & tunc etiam poteſt contrahere ſuper re propria, illud ius ſibi acquirendo. l. ſi in emptione.§.Item ſi emptor.verſic.rei ſuæ.ff.de contrahen.emptio. Petrus Vnzola in practi.artis notariatus. rub. De contractu inutili ratione rei ſuæ.n.4.fol.218.col. 4.tex.in.l.18.& ibi not.Montalu.ti.5.par.5.Aut nullũ ius deficit,& vult quærere rem propriã per emptionem,aut per ſtipulationẽ. Si per emptionem,diſtingue. Aut purè, aut ſub cõditione. Si purè emit quis rẽ ſuã,tunc non valet, ſiue ſciens.ſiue ignorans rem ſuam eſſe. Hoc tamen eſt aduertendũ,ꝙ qui ignorans emit,& pretium ſoluit,repete

Item que todo el pã que ſe ouiere de cõprar y vender: que ſe venda y compre por la medida de la ciudad de Auila:y eſto aſsi en las hanegas:como en los celemines y quartillos. Y mandamos que ſe guarde aſſi en todos nůeſtros reynos y ſeñorios no embargante que digã que lo tienen de priuilegio vſo y coſtumbre como dicho es.

ADDICION.

¶ *Eſta ley,en el principio y en el verſiculo, itẽ, que el peſo de oro concuerda con la ley.1.titul.22. lib.5. de la Recopi la qual corrige a eſta ley.en quãto dize (ſeys granos) y dize quatro, y tãbiẽ dize quatro, la ley 1. 2. 3.tit.24.del dicho libro 5.en el verſicu. (itẽ q̃ el platero) cõcuerda cõ la ley.1. tit.24.lib.5. de la Recopi. en el verſi.(itẽ q̃ todos los peſos) cõcuerda la ley.1.tit.13.lib.5. de la Recopi.en el principio,y en quãto dize en el marco,ocho onças, y en la libra dos marcos en el verſi.(itẽ,q̃ todo paño)cõcuerda la ley.3. titulo 12.lib.5.de la Recop.y en quãto eſta ley, dize q̃ ſe mida por la vara Toledana eſta alterada por la ley 1 tit.13.lib.5 de la dicha Recopi.(q̃ dize q̃ ſea la de Burgos,en el verſic (itẽ q̃ las medidas)cõcuerda cõ la ley.1.tit.13. del dicho libro.5. y con la ley.2. verſiculo. item que la medida, en el verſiculo (item que todo el pan)concuerda con la dicha ley.2. verſiculo,item que todo el pan.*

quòd venditor poſſet rem ſuam vendicare, ſi non ſoluatur ei pretium conuentum, quod ineſt naturaliter ex natura contractus, quod emptor tradat rem, ſi modò pretium fuerit ſolutum.l. ex empto.ff.de actio.empt.ergo ante pretij ſolutionem cùm veniat ex natura contractus bonæ fidei, non intelligitur tranſlatũ dominium, quia tacitum haberi oportet pro expreſſo.l. cùm quid.ff.ſi cer. peta. Nec eſt vero ſimile, quòd venditor, maximè ſi diligens eſt velit dominium transferri in emptorem ante realẽ numerationem pretij l. cum de indebito. ff. de probat.Ergo non eſt dicendum per argumentũ à veroſimili, quod eſt receptum in iure.c.quia veriſimile nõ eſt. de præſumpt. Tiraquel. in rep. l.ſi vnquam.in princ. num.37.C. de reuocan. dona.& Euerard.in locis legali.loco.5. & Fernand. Loazes in tract ſuper noua pagan. conuerſ.regni Valentiæ.colum.8.§. nec prædictis obſtat.num. 26.cum ſeq.vbi plura ſingularia deciſa comperies gratia huius argumenti, quæ faciunt etiam ad.l. non eſt veriſimile.ff.de eo quod met. cauſa geſtũ eſt.Item etiam,quia oratio reſpiciens plura determinabilia,debet ea æqua lance definire ac terminare.l. iam hoc iure.ff. de vulg.l. quanuis. C. de impube.& alijs ſubſti.Sed hæc tria ponuntur exceptiue à regula in.dict.l. quod vendidi. dicendo, quod vendidi & tradidi non aliter ſit accipientis, quam ſi aut pretium nobis ſolutum ſit, aut ſatis eo nomine factum,vel etiam fidem habuerimus emptori ſine vlla ſatisfactione vel datione. Tamen ſatisfactũ niſi probetur,non præſumitur. l. ſi duo patroni § ſi quis iurauerit.ff. de iure doti.l. quinquaginta.ff.de probat.ibi, nam ſi creditum petã, ille reſpondeat ſolutam pecuniã, ipſe hoc probare cogendus eſt l. in ciuile. in fi.C.de rei vẽdi.l.45.ad. fi. tit.9.parti.6. Ergo non habita fides de pretio, non præſumitur, niſi ꝓbetur. Item fundãs intentionem ſuam in aliquo, ſiue ſit, in ſubſtantia ſiue in qualitate, ad obtinẽdum illud probare debet.l. 2. ff.de probat.l.ſi rẽ minorem. ff. de in integ. reſti.& diceretur in.l.4.infra. Ergo emptori conuẽro à venditore rei vendicatione,dicenti habitã fidem de pretio, cùm in eo ſe fundet, debet illud oſtendere apertè.Præterea facit:nam tranſlatio dominij eſt magni præiudicij,ac difficilior, quàm poſſeſsionis.l.ſi quis vi.§.differentia. ff. de acquiren. poſſ. & ideo quod noſtrum eſt;ſine facto noſtro à nobis tolli non poteſt. l. id quod noſtrum. ff. de regul. iur. igitur per ſimplicem traditionem rei non debet induci factum longè. aduerſum voluntati venditoris,& contra eius mentem. Confirmatur: nam contractus emptionis & venditionis eſt reciprocus,id eſt,vltro citroque obligatorius,& non debet claudicare.gloſſ. in.capit. de illis.1.in gloſſ.fin.de deſpõſa. impub. l. Iulianus. §.ſi quis colludente.ff.de actio.emp.& emptio & ven-

venditio definiuntur, quòd ſint contractus bonæ fidei vltro citroque obligatorius, qui conſenſu, re, & pretio perficitur, vt explicat Fabian. de mõte in tract. de empt. & vend. in princ. 1. quæſtionis principal. Definitur etiam alijs modis, de quibus ſuprà. Sed ſi dicimus dominium translatum, & pretium non ſolutum, claudicabit, igitur, &c. ideo vt ceſſet omnis ſcrupulus, cautela erit elegans, quòd ſemper in inſtrumento dicatur, quòd venditor tradidit rem, ſeruato ſibi dominio rei, & quòd ſit ſpeciali hypotheca affecta, quouſque pretium ſibi ſolutum ſit. Quod pactum valet, & impedit dominij tranſlationem, vel reſeruare ſibi manuum iniectionem, nempe non ſoluto pretio abſq; authoritate alicuius, ſiue emptoris, ſiue iudicis liberè poſsit apprehendere, & ſic retinet ſemper dominiũ & precariò interim tantum poſſidere dicitur emptor ipſam rem. l. qui ea lege. iunct. gloſſa. final. C. de pactis. inter empto. & vẽdito. & ratione retenti dominij, vẽdicare poterit ſecundùm Azo. in ſum illius tit. quẽ ſequitur Fabian. hãc cautelã optimã dicẽdo in tract. de emp. & vend. quæſt. 5. princip. num. 39. poſuit Bald. licèt non ita apertè in rubri C. de contrahen. emptio. quæſtio. 13. num. 13. Ioan. Andre. ad ſpecul. de empt. & vend. in rub. verſic Sed an poſsit ſibi prouideri hoc facto. Grego. Lopez in l. 28. verb. *Entregar*. titu. 5. part. 5. Sin vero ſolutionis tempus conceditur emptori, ſi emptor intra illud tẽpus, fidem ſuam apud venditorem non liberauerit, non propterea poterit venditor (ſecluſa dicta cautela) ipſam rem vendicare, ſed actione ex eo cõtracta; nempe ex vendito ager. l. 1. C. de actio. empt. l. quia à lege. C. de pact. inter emp. & vend. etiam tranſlato termino aſsignato ad ſoluendum quia initium eſt ſpectandum. l. 1. ff. de pœn. quicquid Fabianus attentare in contrarium velit vbi ſuprà num. 40. Quæ omnia ſæpe verſantur in practica, imò quotidie, ideoque diligenter ſunt memoriæ tradenda. Cætera ad hanc quæſtionem & pro eius declaratione neceſſaria ſunt videnda vltra Plat. & doct. in dict. §. vendita. Per Fabian. loco præcitato. Procurator fiſci nõ poteſt fidem habere de pretio vt trãſeat dominium. l. ſi procurator. in fin. ff. de iur. fiſc. gloſ. in l. 4. verb. debes. C. vbi cauſ. fiſcal. ¶ Quæritur, Vtrum vſura committatur in contractu emptionis & venditionis? Et videtur dicendum quòd non: nam deceptio, & non vſura ſupergreſsio iuſti pretij dici debet. l. 2. C. de reſ. vend. quia ſedes vſuræ eſt in mutuo, iuxta illud. Mutuum date, nihil inde ſperantes. Luc. 6. & cap. conſuluit. de vſur. ergo, &c. Ex quo infertur, quòd emens redditus perpetuos, nõ cõmittit vſuram quia de ſubſtantia mutui eſt. quòd ſit officium gratuitum, & quòd recipiens obligetur ad reſtituendum idem genus tantùm, non tamẽ poteſt in plus obligari. l. ſi tibi decẽ. in princ. ff. de pact. & ibi gloſſ. verb. re. & glo. verb. condicti. per tex. ibi in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. de reb. cred. Si verò paciſcatur, quod teneatur aliquid reddere vltra ſortem, ipſo iure non valet tale pactum, nullaque oritur obligatio dictis legibus, quia eſt contra ſubſtantiam actus: non autem ſufficit, nec efficere poteſt, vt actus tranſeat in alium contractũ. Tum, quia nec natura contractus qui re contrahitur, nec verba patiuntur. Faciunt notata per Bar. in. l. vbi ita donatur. ff de do. cauſ mor. colum. 2. & ibi Ad. Tum, quia tale pactum eſt vera, & propria vſura. Patet, quia illud ſolùm præſtatur propter vſum. & temporalem retentionem pecuniæ mutuatæ, & ſic ex definitione vſuræ in dict. §. ſi tibi. quæ dicit, quòd eſt quicquid accedit Sorti. c. plerique. 14. quæſt. 3. eſt vera & propria vſura, & pactum remanet prorſus nullum. Quæ omnia ceſſant in emptione redditus, vbi ſors nunquam reſtituitur, ſaltem non obligatur venditor ad vllã reſtitutionem. Et ſic verè dici non poteſt, quòd aliquid præſtetur, vel percipiatur vltra ſortem, ſed bene quòd aliud loco ſortis prorſus alienatæ percipitur, videlicet ius annui redditus, & ſic nõ poteſt hic cadere vera vſura, quia cùm vſura non ſit, niſi quod accedit ſorti, ſemper præſupponit ſortẽ deberi, & poſſe repeti, licet interim habeat in creditum, vt fit in mutuo. Secundò præſupponit interim aliud ſolui pro vſu, vel retentione ſortis, quæ eſt propria ratio vſuræ, vnde non poteſt propriè cadere in contractu emptionis redditus, vbi ſors, ſiue pretium nullo modo abijt in creditũ prout abit in mutuo, ſed prorſus abalienatur, & omnino recipienti acquiritur, qui non obligatur ad aliquam reſtitutionem pretij, ſed tantum ad præſtationem redditus pro pretio recepto vẽditi ergo redditus pecunia emptus, etiam de nouo ad hoc conſtitutus, dummodo valorem & commenſurationem pretij ſeu ſortis, tempore contractus inſpecto, non excedat, alio ceſſante vitio, non eſt illicitus, nec verè, nec præſumptiuè vſurarius, ſed omni iure, etiam poſitiuo licitus, & permiſſus. vt ex pluribus probat Andr. Tiraquell. lib. 1. de retract. §. 1. gloſ. 6. num. 15. Carol. Molinæ. in trac. commerciorum, & vſurarum, & redditũum. pag. 8. num. 20. D. Couar. lib. 3. Variarum. capit. 7. nu. 2. verſic. Contrariam ſanè opinionem. Gregor. Lopius in. l. 28. verb. *A cenſo*. titul. 8. part. 5. Et iſta eſt communis docto. reſolutio. Tamen quando contractus emptionis, ſeu venditionis fit in fraudem vſurarum, vſurarius erit, non ex eo, quia contractus emptionis excedit pretium iuſtum, ſed quia continet mutui rationem, nempe, ſi rem valentem decem iuſto valore tempore contra-

ctus

ctus, vendiderim ad creditum pro quatuordecim quia lex ſingit, quòd pecuniam ſtatim connumeraui emptori, hoc eſt decem, per viam mutui ſuper quatuor aureorum fœnore ex S. Thom. 2. 2. quæſt. 78. artic. 2. ad 7. Domi. Sotus lib. 6. de iuſti. & iure, quæſtio. quarta. artic. 1. Quod illicitum ac in fraudem vſurarum eſſe nullus dubitat. Et hoc voluit regia. l. 1. ibi. *E porque algunos no dan de verbamẽte a vſuras*, &c. Et inferius ibi, *Tenemos por bien, que ſi alguno vendiere a otro*, &c. tit. 2. lib. 8. ordinam. vbi (Deo dante) pleniùs agendum erit de his contractibus, quando liciti, vel illiciti iudicandi ſint, nunc autem ſufficiat inueſtigare, vtrũ vſura ſit in contractibus emptionis & venditionis. Nam ſi vſura eſt vſus pretium mutuatæ rei, prout Domi. Sotus verè definit lib. 6. de iuſt. & iur. quæſt. 1. artic. 1. per verbum, pretium vſus, ſecluditur contractus emptionis. vbi non pro vſu tantum, ſed pro re empta amittitur pretium. Et etiam per verbum, mutuatæ rei, ſemouentur à definitione contractus locationis & emphyteuſis, quibus res non mutuatur: ergo, &c. Quod eſt ſingulare & notandum. Item ſi vendas triticum nondum collectum, hoc eſt, in herba, illicitus contractus indicatus eſt à Caietano, verb. Vſura. verſic. Quartus caſus, & eſt. l. 48 in curijs Pincianis à Carolo. V. celebratis anni. 1523. Sed intelligerẽ (ſalua meliori cenſura) cùm vendunt ad menſuram, dicendo, tibi decem ſanegas tritici ex tali ſundo ad nouem argenteos vendo. Secus tamen ſi locaui tibi fructus talis fundi pro decem. nam ſpes poteſt vendi, & locari. l. ſi iactum retis. ff. de actio. empt. & vend. vbi ratione dubij euetus licet emere ſpem. vt ibi habes. quem declarat Deci. in. l. certi condictio. colum. 8. num. 12. ad fin. ff. ſi cert. petat. & cõpetit emptori remedium. l. 2. C. de reſc. vend. Quod notandum inquit pro declaratione dict. l. ſi iactum. retis. Antoni Burgenſi. in. c. cum cauſa. colum. 7. num. 18. de empt. & vendi. Quod dictum fuit Anchar. & Imol. ibi. Et etiam de eius intellectu agit Pinel. in rep. l. 2. prima par. capit. 4. num. 16. C. de reſc. vendi. vbi ſpem vendi poſſe propter dubium euentum conſtat. Et ad fraudem re ipſa vltra dimidiam iuſti pretij probãdam. crederem illam eſſe, quæ à limitibus iuſti pretij, ſecũdùm communem & iuridicum euentum illius rei fuit datum. Putà, ſolitus erat dare homini induſtrioſo fundus tot corbes, vel fanegas tritici, nũc caſu, & abſque facto conductoris, vt in hoc anno non dedit illas, verum etiam dimidia pars fructuũ, in ſpecto igitur pretio, & redditibus, qui iure communiter percipi ſolebant, poteſt dici decepius vltra dimidiam iuſti pretij. Quæ læſio probanda erit per homines peritos, & liquidanda imprimis erit, vt locator recipiat læſionem in parte pretij, nam vltra ſibi debitum, ius naturæ repugnat, vt recipiat, per præmiſſa de iuſto rei pretio. ex. l. 4. Conductori autem prædiorum remediũ datur inſigne, quòd ſi penitus per caſum fortuitũ & inconſuetũ fructus corrumpantur, erit omnino liber, ſufficit enim quòd ipſe laborator ſemen amiſerit, ſin verò omnes fructus non corrumpantur, tenebitur ſoluere penſionem locatori, vel ei reſtituere fructus perceptos omnes deductis ſibi expenſis, quia id euenit caſu inopinato, & præter eius cõductoris culpam. Secùs ſi proueniret eius facto, nam non iuuaret. l. 22. incipien. *deſtruyendoſe*, tit. 8. part. 5. confirmata per. l. 106. data in Curtijs Pinciæ Anno. 1537. Quod eſt pulchrum, & in practica ſæpe vſitatum remedium. ¶ Eſt tamẽ dubium. ſi in cõtractu locationis conductor renuntiauit caſus fortuitos, vtrũm iuuandus ſit aliquando remedio aduerſus cõtractum præmiſſum, vel ſimilem? Videtur quòd ſic: nam vnuſquiſque poteſt liberè per pactũ conditionem ſuam deteriorem facere, renuntiando iuri pro ſe introducto capit. quam periculoſum. 7. q. 1. l. ſi quis in cõſcribendo. C. de pact. Felin. conſil. 43. nu. 7. ſiue ius ſit in re, ſiue ad rem, renũtiari poteſt, vt latè oſtẽdit Paul. Pariſ. conſ. 76. col. 1. nu. 1. lib. 4. Quo fit ꝙ eo caſu, quo venditor renuntiat exceptionẽ deceptionis, & damni enormis, ſeu enormiſsimi, ꝙ cenſetur renuntiaſſe beneficium. l. 2. C. de reſc. vend. ſecundum Bald. ibi. q. 4. & reliquos omnes teſte Paul. Pariſi. conſ. 20. num. 36. lib. 1. Corne. conſ. 189. in princ. lib. 1. Matth. de Afflict. deciſi. 220. nu. 1. vbi tenet partes renũtiare poſſe ſpecificè remedium. l. 2. C. de reſc. vendi. Gregori. Lopez in. l. 56. verb. *mayor de 14. años.* ad fi. tit. 5. par. 5. & eſt cõmunis, etiam ſi in eodem contractu renuntiauerit, cõtra Calcane. conſi. 25. num. 27. Pro quo plura. quæ ei ſuffragari videntur, recolit Couar. & refutat. lib. 2. variarũ. c. 4. Si tamen renuntiatio fuiſſet facta in contractu emptionis, venditionis, ſeu locationis, in quo etiam fuiſſet adiectũ iuramentum ſi enormiſsimam contineret læſionẽ, ea non obſtante, nec iuramento, eſſet læſus iuuandus, ſecundùm eum ad id citãtem alios, & ita profitentẽ in prætorio Rotę, ac Granatenſi obtẽtum fuiſſe in contradictorio iudicio. Et cõmunem firmat Anto. Capici. deciſi. 159. nu. 24. poſt Deci. cõſi. 180. Ergo renuntians caſus fortuitos, vel remedium. l. 2. de reſcind. vend. nõ poterit citare aliquod remedium pro ſe, cum eos præuiderit, & quamuis de ſtylo notariorum apponi ſoleant, & ſic non inducant diſpoſitionem, vt per Felin. cõſi. 43. nu. 18. col. fin. tamen legi ſoleant & debeant iuxta leges noſtri regni de verbo ad verbum ante concluſionem, & finalem perfectionẽ contractus per contrahentiũ conſenſum, non poterit pars re-

nun-

nuotians a'legare diſſenſum, nec ignorantiam caſuum, ex mente Couar. vbi ſuprà.c.4.verſi. Quintò Caleinei ſententia.& in rub.de teſtam.s. par. nu.14 & Menchac.de ſucceſ.creat lib.1.§.6.nu. 13. Et dixi ad Segur.in.l.3.§.fi.nu.31.ff.de vulg. & pnpilla. & quæ dicit Caſtell.in l.50.Tauri.n. 54 l.9.tit.19 part.3.&.c.1.fol.190.Pragma.Regũ Cathol.Cæpol.caut.192.Nota quòd ea quæ. Ergo ſterilitas allegari non poterit eo caſu, quo maior.25.annis, & ſanus mente ſine vi, dolo, vel fraudde renuntiauerit, eſt ſecundùm ſtylum notariorum, qui has renuntiationes ex ſuis formulis firmiſsimè ſcribere & apponere ſolent in cõtractibus, aliàs deriſoriæ eſſent, ac ſuperfluæ, quod dicendum non eſt, cùm veniant ibi ex conſenſu partium: & ſic nullum verbum poſitum in cõtractibus debet eſſe ſine effectu operandi, etiam ſi verba impropriarentur. ex Bal.in rub. C.de contrahen.empt.quæſt.9.l.dious. ff. de vſu. & habita. Pro coius intellectu eſt videndus Pinel.in. l.1. part.2.nu.56.verſi. Sed vltra gloſſam.& doctores C.de bon. mater. Præterea renuntiatio caſuum fortuitorum valet, ſi ſpecialiter fuerit facta. l. ſed & ſi qoi.§.quæſitum.ff.ſi quis caut.& l.23.tit.8. part.5.& l.3.titu.2.& l.8.verſi. *el primero es.* eod. tit.8.par.5. Et generalis renuntiatio poſt aliquos caſus expreſſos tenet in contractibus ex indicijs ſecundum commooiorẽ ſententiam teſte Gregorio Lòpio io.d.l.3.in glo.fin.& in l.23.verb. *Por qualquier occaſion.* tit. 8.part.5. Et ſunt addẽda, quę notat Tiraquel.in rep.l.ſi vnquàm.in prin. num. 112.cum ſeq. C. de reuo.dona.Boeri. deciſi.147. no.12.& ad remittendam penſionem ex cauſa ſterilitatis in terminis.l.2.C.de reſc.vẽd. vltra Bart. in l.licet. C.locat.eſt videndus Corn.conſil.128. o.26.lib.2.Gregor.Lopez in.l.22.tit.8.part.5. io verb. *En ſu eſtogencia.* vbi eſt.l. optima & apud Luſitanos.l.1.ti.61.lib.4.ord.Pinel.in rep.l.2.c. 3.nu.21.verſi.ex præcedentibus.C.de reſc.vend. vbi referunt opioionum varietatem in hoc. vide apud ipſoſ.& remedium.d.l.2. competere etiam finito contractu locationis ad repetendum quod dedit vltra iuſtam penſionem, probãdo ſe læſum vltra dimidiam ipſius iuſtæ mercedis. Contra Decium ſe obtinuiſſe fatetur Pinel.vbi ſuprà.cap.3. nu.20. Et nos etiàm obtinuimus in quadam cauſa cuiuſdam ciuis Zamorenſis in audientia metropolitana Reuerendiſsimi Archiepiſcopi ſancti Iacobi. ¶ Nunc quæritur, An contractus emptionis & venditionis requirat ad ſui perfectionem ſcripturã, vt ante eius confectionem contrahentes pœnitere poſsint? Videtur dicẽdum, quòd ſi partes dixerunt quòd fiat ſcriptura illius rei vendité gerentes in animo non prius contrahere, quàm ſcribatur contractus, non erit perfectus ante confectionem ſcripturæ. ex gloſſ. in l. contractus. verb. io ſcriptis. C. de fide inſtru.& ſequuntur doctores ſecundùm Saliect. in authen. Sed nouo iure. colum.3.C.ſi cert.pet.gloſſ.Inſti. de empt. & vend in.§.1.verb. ſcriptura conficiuntur. Specul. de emptio.& vendi,§ 1.verſi. Sed dictum. Boeri. deciſi.183. nu. 10. verſi. propterea dicit Specul. Soci.conſi.120.num.17.lib.4. communis ſecundum Boeri.deciſ.48.num.18.Antoni. Gomez in lib.de contractibus. capit.2.num.17. Et eam in puncto rationis veriorem dicit Gregor. Lopez in.l.6.vbi eſt caſus approbans iſtam communem titul.5.part.5.& nos diximus in l.3.titul,8.lib.3. ordina.in gloſſ.1.colum.1054.cum ſequen. verſi. Quæro, verùm eo caſu, quo quis vendidit. Et ex partium intentione conſtat eo ipſo, quod in ipſo contractu, vel antè dixerunt quod fieret ſcriptura, quòd ſine ea contractus non eſſet perfectus: ergo quamuis non ſit neceſſaria alias in pręmiſſo caſu erit, & erit locus pœnitentiæ ante confectam & abſolutam ſcripturam, vt dixi in dict.l.3. in gl. 1. Si enim quis dicit quòd aliquid nõ fecit aoimo litem conteſtandi, nec per illud quod dixerit intendit litem cõteſtari, non erit conteſtatio actus talis, licèt alias idoneus eſſet ad faciendam conteſtationem, ex communi ſententia, quam retuli in.l.1.tit.3.lib.3.ordinam. in gloſſ.1. quæſt.55. col.867. quanuis.glo.fin.notet oppoſitum.io ea. ſolicitudinem.de appella. Ergo & io ſpecie propoſita, cùm partes id conſtituere poſsint.d.l.contractus.ibi, quas tamen in ſcriptis fieri placuit. Et iſta volũtas clare deducitur ex pręmiſsis verbis, quæ opioio fuit Azo. in ſum. de fide inſtru. col. fin.num.27. Quamuis alia ſit opinio Ioannis, dicẽtis, quòd licet præmiſſa verba apponantur à contrahentibus, non per hoc dicetur venditio facta in ſcriptis, niſi adiectũ ſit, quod fiat inde ſcriptura, & quòd alio modo non valeat contractus. refert glo.in.dict.l.contractus.verb.in ſcriptis.quã communem dixit Angel.io prioc.Inſti.de empt. & vendi.& Decius conſil.340.nu.3.lib.3. Et has duas communes alios refereodo adduxi in dict.l. 3.in glo.1. Tamen tenenda eſt prior communis. Quam limita, niſi ex aliquot cõiecturis conſtaret de intentione partium, quod noluerunt per hoc io ſcriptis contrahere, ſed voluerunt tantum ſcripturam ad probationem. ex gloſſ. verb. in ſcriptis.in.dict.l.contractus.Areti.conſi.159. Deci. conſil.340. Gregor. Lop.in dicta leg.6. verb. *Quiero.* ad finem. Anton. Gomez de contractibus capitulo ſecundo. numero decimoſeptimo. vbi dicit communem gloſſa.1.in.l.2.tit.10.libro.3. foro legum. vbi tenet priorem communem opinionem. Ex præmiſsis ergo colligitur concluſio. In contractu emptionis, venditionis, vel alio quo libet,

Digitized by Google

liber, regulariter non eſt neceſſaria ſcriptura, niſi
in caſibus expreſsis in iure, vel ex pacto partiũ.
Er eſt notandum, quòd contractus recipiunt in-
terpretationem ex tacira mente contrahentinm.
l. in conuentionalibus. ff. de verb. obligat. & ibi
Iaſo. nnmero. 3. colum. ſecnnda. l. ſed & Celſns. ff.
de contrahenda emptione. l. fina. C. quæ res pig-
no. obliga. poſſe. & ibi notat gloſſ. l. in conuentio
nibus. ff. de verborum ſignific. l. Blanditus. C. de
fideiuſ. gloſſ. in l. ſi in venditione. ff. comnmnia
prædio. Iaſo. in leg. iuriſgentinm. §. prætor ait.
not. 6. ff. de pact. & in l. ſi tibi pecuniam. colum-
na prima. ff. ſi certum peta. Angel. conſi. 2. col. 2.
Qnod etiam locum habet in contractibus ſtricti
iuris, vt latius agit Alexan. conſi. 34. ad fin. lib. 2.
Si ergo fuit dictum ad probationem, conſequens
erit, quòd non voluernnt quo ad perfectionem,
& ſic ante ſcripturę confectionem non poterunt
recedere, cùm contractus ſit perfectus. l. ſicut. C.
de actioni. & obligati. l. perfecta donatio. C. de
don. quæ ſub mod. l. ſi donationem. C. de reuo-
cand. donation. & præmiſſo caſu, res erit clara.

¶ Dubium eſt, ſi quis vendat rem, ſi poſt perfe-
ctum contractum res pereat, vel deterioretur, an
periculo venditoris, vel emptotis pereat? Vide-
tur quod periculo venditoris: quia ante traditio-
nem quanuis res ſit vendita, adhuc non dicitur
alienata, cùm ſit in eius dominio. l. traditionibus.
C. de pact. l. alienatum non propriè dicitur, quòd
adhuc in dominio venditoris manet, venditum
tamen rectè dicitur. ff. de verbo. ſignificat. ergò
cùm non ſit dominus, periculum erit domini,
hoc eſt venditoris. Sed perfectione venditione
etiam ante tranſlatum dominium, periculum eſſe
emptoris, probat gloſſ. in dicta. l. alienatũ. verb.
venditum. iuncta gloſſ. verb. dicitur. l. qnod ſæpe.
§. ſi res vendita. ff. de contrahenda emptione.
Nam quando cõtractus eſt perfectus quo ad obli
gationem, & habet omnia ſubſtantialia, pericu-
lum, & damnum eſt emptoris: & ſic mortua, pe-
rempta, ſeu deteriorata re, emptor tenetur ad pre
tium, licet res ſibi non tradatur. l. ſi in emptione.
§. ſi emptio. ff. de contrahenda emptione. l. Lu-
cius. ff. de euictio. l. cùm emptor. ff. de reſeinden-
de venditione. l. neceſſariò. & l. ſi vendita. ff. de
pericul. & commod. rei vend. l. 53. titnlo quinto.
part. quinta. l. 17. titu. 10. libro tertio. for. legum.
vbi per Monraluum. Alcia. in. l. vnica. numero.
57. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt profer.
citar. l. 1. C. de peri. & commod. rei vend. Confir-
matur, quia venditor eſt debitor in ſpem, qua pe-
rempta, liberatur debitor. l. quod te mihi. ff. Si
certum petat. l. ſi ex legati cauſa. ff. de verborum
obligationibus. quia cum in poteſtate emptoris
fuit agere ad rem, & eam conſequi, & poſt tradi-
tionem periculum rei ad ipſum pertineret, ita
& eodem modo antè, cum nulla culpa poſsit ven
ditori imputari. Bald. in rub. columna ſecunda.
C. de pericu. & commod. rei vendi. & Anto. Go-
mez de contractibus, capitulo ſecundo. numero
32. vbi vide de hac ratione. Item etiã eo caſu, quo
res fuit tradita vere vel fictè, cùm in emptorem
fuerit tranſlatum dominium, & venditor ex ſua
parte adimpleuerit totaliter omne id, quod ratio
ne contractus venditionis aſtringitur, ſi pereat
naturaliter vel accidentaliter, periculum erit em-
ptoris. l. quod ſi neque. & l. lectos. ff. de peri. &
cõmod. rei vendi. & cenſeretur res mobilis tradi
ta per ſigilli appoſitionem, vt quia ſignaſti li-
brum tuo ſigno, vel aliam rem, &c. text. ſingul. in
dict. l. quod ſi neque. §. materia. ibi, videri autem
trabes traditas, quas emptor ſignaſſet. ſecundum
Ludo. Roma. ſingul. 281. Tuſcis, quòd traditioni
bus. Iaſ. in leg. traditionibus. columna ſecunda.
numer. 8. C. de pact. Intellige tamen dupliciter.
Primo modo, quod ſignum præſente & conſen-
tiente vẽditore fiat, tacitè, vel expreſsè, cùm abſ-
que voluntate venditoris traditio fieri non poſ-
ſit. l. ſi ex ſtipulatione. ff. de acquir. poſſeſsio. Se-
cundo, in dolio vini, quia traditio facta non vide-
tur, licèt ſignatum fuerit. l. 1. §. ſi dolium. ff. de pe-
ricul. & commod. rei vend. Bald. notat in rub. eo.
titul. Roma. in dict. ſingu. 281. Et conſiderandum
eſt ad rationem Iuriſconſulti Vlpiani in dicto. §.
ſi dolium. dum ibi dicit, magis poteſt videri ſigna
tum, ne ſubmitteretur, quàm vt traditum videa-
tur. Nam hæc ratio etiam videtur militare in tra-
be, vel in arbore: niſi dixeris aliam eſſe rationem
in his, quæ menſuranda ſunt, cum ante menſura-
tionem vini, olei, vel huiuſmodi, venditio ſit in
pendenti, & conditionalis. l. quod ſæpe. §. in his.
ff. de contrahen. emptio. Decius in dicta. l. tra-
ditionibus. nume. 6. & 7. Conar. in practicis quæ
ſtion. capitulo tertio. numero. 7. verſic. Nonò
ex his conſtat. & in numero. 6. agit ante menſu-
ram adhibitam, an ſit rei periculum venditoris,
vel emptoris & per totum caput. 3. agit, quando
res immobilis ſeu mobilis venditur, conceditur,
ſeu donatur ad menſuram vel corporis certi, qua-
liter interſit inter ſe plurimum, ac plures caſus
ponit, qnos legere poteris. Adde his. l. 24. titulo
quinto. part. quinta. & quæ ibi notat Grego. Lo-
pius, maximè in gloſſ. *ò peſadas*. & in gloſ. *La me-
joria*. ¶ Quando tamen culpa, vel negligentia ven
ditoris, & ſic eius culpa res deterioraretur, vel pe
riret, ſiue culpa eſſet in omittendo, ſiue in facien-
do, tenebitur reſarcire damnum, vel æſtimatio-
nem ſoluere. Ratio, Quia venditor antequam tra-
dat rem, cenſetur tanquam procurator eius, qui
à lege habet mandatum. l. quod ſæpe. §. ſi res. ff.
de

Digitized by Google

hunc paſſum tene menti, quia pulcher eſt. Idem notat Anto.Gomez de contractibus. ca.3. nume. 2 vbi ipſe pro ſuo ingenio ſubtili aſsignat rationē diuerſitatis eam eſſe: quia in cōtractu venditionis & ſimilibus agitur de perpetua alienatione rei, & totali iure eius transferēdo, quod nō acquiritur, nec cōſequitur quis per ſolutionē pretij, in cōtractu verò locationis agitur tātū de vtenda & fruēda re ad tēpus, ex qoo cōtractu nullū trāſijt dominiū, nec poſſeſsio, nec ius in re. l. nō ſolet. ff. locat. l. rei cōmodatæ. ff. cōmod. l. malè agitor. C. de præſcrip. 30. vel 40. annorū. Et ſic cū agatur de modico præiudicio, faciliùs de æquitate per legē conceſsū eſt, aliā rē æquè idoneā poſſe præſtari. Et iſta ratio eſt ex mēte Vlpiani Iurecōſolti in dict. l. ſi quis domū. dū dicit, Planè ſi dominus nō patiatur, & locator paratus ſit aliā habitationē nō minus cōmodā præſtare, æquiſsimū eſſe ait abſolui locatorē. ibiq; aſsignat Raphael Fulgo. etſi Bart. cogitādū reliquerit. Idē eſt in fideiuſſore, vel pignore, quia ſi quis promiſit dare certū fideioſſorē, vel pignus, ſatisfacit dādo aliū æquè idoneū. Bart. in. l. cū debitore. ff. de pigno. actio. Alberi. nu. 4. & ibi Paul. in dict. l. ſi quis domū. tex. ſingul. in. l. qoi autē. §. 1. ff. de cōſti. pecuoi. vbi glo. Odoff. Bar. Alberic. Bald. Paul. & cōmonis, idē fatētur. ¶ Si tamē impedimētū quo minus res locata nō poſſet tradi, vel ex aliqua cauſa iā tradita cōductori vti, ſine culpa nec dolo locatotis, ſed ex impedimēto prouenienti facto tertij. vel natura nō teneretur dominus ad intereſſe, nec cōductor ad penſionē pro illo tēpore. l. habitatores. §. fina. ff. locat. l. ſi fundus quē. & l. itē quæritur. §. exercitu. & in. l. ſi merces, verſi. ſi vicino. eod. tit. l. 21. tit. 8. part. 5. ¶ Ex quo deducitur, ꝙ ſi cōductor recedat à domo ex aliqua iuſta cauſa, nēpè peſtis, vel aeris corrupti nō teneri ad ſolutionē pēſionis, ſed pro rata tēpotis tantùm, quo domū habitauit, erit ſoluēda. Panormi. in cap. propter ſterilitatē. eap. 2. de loca. Fulgo. in. l. cū plures. ff. eodē. tit. Baptiſta à Sācto Seuerino in repet. l. diē functo. q. 40. nu. 54. verſi. Antequā veniā ad determinationē quæſtionis, & ibi Sebaſtia. Sapia. n. 22. verſi. Alia eſt quæſtio, ꝙ ſi ſcholaris. ff. de offi. aſſeſſo. Chriſtopho. Porcha. in. §. Itē quæritur. col. fina. verſi. Quær tur, an illo qoi conduxit domū. Inſtit. de locario. & conduct. Ange. Areti. in. §. ſequēs. col. pen. ad fin. nu. 15. Inſtit. de actioub. Thom. Parpali. in l. ſiquis nec cauſam. §. 1. nu. 4. ff. ſi cer. pet. Tenent cōmuniter ſcribētes ſecundū Ripā in tracta. de peſte, 2. par. nu. 17. verſic. Quarto præſtat colono. vbi optimè loquitur Anto. Gomez de cōtractib. c. 3. col. 3. nu. 3. verſi. Adde tamē ꝙ ſi res locata. Hippolyt. ſingul. 615. Calderi. conſil. 5. ſub tit. de locat. Soci. coōſil. 44. lib. 1. Fulgoſ. in l. ſi in lege. §. ſi domus. poſt gloſſ. ibi. ff. locat. tex. in l. habitatores. §. fina. ibi, Reſpōdi, ſi iuſta cauſa fuiſſet cur periculū timeret, quanuis periculū verè nō fuiſſet, tamē nō debere mercedē. Sed ſi cauſa timoris iuſta nō fuiſſet, mercedē nihilominus eū debere. ff. locat. l. 1. §. 1. ff. de migrand. Arnold. Ferronus in cōſuetod. Burdegalenſibus. tit. 8. §. 3. Quorū omniū opinioōe cōmunē eſſe fatetur Couar. in Practic. q. ca. 30. verſi. Hæc planè obtinēt in fundis cōductis ab his. nu. 3. Aliquas cōcordantias citat Matt. de Afflict. deciſio. 258. nu. 2. vbi probat nullā remiſsionē ipſis inquilinis propter peſtē ſuperuenientē penſionis faciendā, ex votis iuris prudentum Alphonſum Secundū Neapolis Regē decreuiſſe. Quod quidē decretum potios pertinet ad illius regni conſuetodinē, quàm ad iuris rigorem. vt ipſe Matthæ. de Afflict. & Couar. dict. cap. 30. ad fin. inſinuant. & Guid. Papæ deciſio. 630. incip. Theſaurarius Dalphinalis, nu. 3. Rebuff. de priuileg. Scholaſticorū priuileg. 11. Plura etiā adducit ad probationē huius concluſionis. Et Nicola. Boeri. in conſuetudi. Bituriceōſibus. §. 18. col. 3. fol. 25. verſi. Et etiam propter peſtē, Propter mortis timorem multa licent, quæ aliàs prohibita à iure exiſtunt: nā licet aggreſſorē interficere. Clement. vnica. de homi. l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. l. 1. C. vnde vi. l. ſcientiā §. qui cum aliter. ff. ad legem Aquil. nō ſolùm propriam, ſed proximi, quando iniuſtè opptimitor. cap. dilecto. ibi, & quidem cùm liceat cuilibet ſuo vicino, vel proximo pro repellenda ipſius iniuria ſuū impertiri auxilium: imò ſi poteſt, & negligit, videatur iniuriantem fouere, ac eſſe particeps eius culpæ. de ſentētia excom. lib. 6. Marius Salomoni. poſt alios in. l. vim. nu. 16. ff. de iuſt. & iur. pulchtè confirmat. ac mortaliter peccat omittēs talē defenſiooem. Panormi. in cap. 1. num. 9. de reſti. ſpolia. ca. non in ioferenda. & cap. qui poteſt. 23. quæſt. 3. ca. ſicut dignum. §. illi etiā. de homic. ca. 1. 83. diſtinct. Item propter euitandam mortem licitum eſt corrumpere aduerſarium. l. prima. ff. de his qui ſibi mort. conſci. Licèt non ſit ſecundùm Deum, authore Alberic. io indice. verb. Leges dicuntur. S. Thom. 2. 2. quæſt. 69. artic. 2. Itē mortē violentam licitum eſt fugere. glo. in clem. Paſtoralis. §. per violentam. de re iudicat. de qua ibi per Ioan. Imol. nume. 60. & dixit ſingul. Panormi. in cap. ſi verò. de iure iurando. num. 8. Ang. in ſum. verb. *Carcer*. §. quarto. Ioan. Igne. in. l. tertia. §. ſubuenitur. num. 522. ff. ad Syllani. Tiraq. de retract. in procem. nu. 68. Præpoſit. in capi. primo. col. 2. numer. 5. de coniug. ſeruo. & quæ optimè ad propoſitum prædictæ gloſſæ tradit Henric. Gandau. quodlibet. 9. quæſt. 26. Et opinionem ipſius cum diſtinctione approbant omnes, vt reſoluit D. Couar. lib. 1. Variarum reſolu. cap. ſecundo. num. 7.

omni-

Digitized by Google

omnino videndus. Igitur cõductor poterit domũ propter peſtem relinquere.cap.negotiatorem clericum.88.diſt. ¶ Intellige primò hanc aſſertionẽ procedere durante tempore peſtis,quòd poſsit inquilinus dimittere domum, ceſſante tamen cauſa peſtis,non liberabitur à penſionis ſolutione:nam ceſſante impedimento , ceſſare oportet cauſa ipſius,& ab eo deriuata.vt animaduertit Couar.lib. Practicarũ quæſt.c.30.nu.3. ¶Intelligenda eſt ſecundo loco,dum tamen claues domorum conſignentur domino,&domus recuſetur,& renũtietur, vulgò deſauzietur , ipſoq; nolente acceptare de mandato iudicis deponãtur . Quod eſt ſingulare, & optimũ conſilium in practica,quòd poſuit Baptiſta à Sancto Seuerino in rep.l.diem functo. q. 40.n.54.quem ibi ſequitur Sapia.nu.22.& Hieronym.Cagnol.nu.47.& Tho.Parpal. in repet. l. ſi quis nec cauſam.§.res pignori.nu.4.ff.ſi cert.pet. Et cõſidera tex.ad hanc limitationẽ in. d.l.habitatores.§. fin.qui loquitur in migrãte, & ſic in relinquente domũ, ſed ille qui tenet res ſuas in domo tempore peſtis,nec conſignat claues domino,non dicitur migrare,ſed tenere adhuc domũ, & ſic interim ſoluere tenetur penſionẽ domus.Ideoq;erit optima cautela,vt ei renũtietur domus , & cõſignentur claues:quia cùm de domini præiudicio agi velit,oportet,vt locum habeat,vt certioretur. argum. cap. primi. de cauſa poſſeſſ. & propriet. & cap.In nomine Dñi.de teſti.ca.fi.de emp. & vẽd. & ſic ſeruatur in practica ex Iuriſconſultorũ conſilio,ſi fieri poſsit talis denunciatio,ex Rebuff. in authẽ.Habita.priuileg.11.C.ne fili.pro patre. & in concordat.tit.de collatio.§.verb.reſidentiæ.

¶Tertiò intellige,quando peſtis ſuperuenit: ſi autem tempore cõtractus locationis adeſſet, remiſſio pẽſionis non eſt conductori faciẽda,quia ei eſt imputãdum,quippè cùm tẽpore peſtis conduxit, & cogitare potuit de ea, & viſus fuerit renuntiare tale remedium,cum proſpicere debuit ex præſenti circa tempus futurum.l.ſi quis fundum.§. fi. ff. locat.glo.& doct.in.d.l.habitatores.§.fin.ca.propter.§.fin.de locat.Bald.in.l.ſi ea lege.col.2.C.de vſur. Cõfirmatur.Nã licèt ratione cõtractus quis ſortiatur forum.c.vlt.de foro compet.l.3 2.tit.2. part.3.Socin.reg.159.verb.forum. & Bernard.regul.146.Contractu1. tamen quando quis contrahit cum aduena,hoc locum non habet. l. hæres abſens.§.proinde.ff. de iudi.Et ideò ſi miles tempore belli ſuſceperit caſtri cuſtodiam,tenetur,etiam ſi violẽter ab eo auferatur,quia tẽpore conceſsionis hoc conſiderare debebat.ſecundum Ioan.Andr.ad Specul.rub.de locat. Idem dicitur in conductoribus,in confinibus regni exiſtentibus, vt non poſsint remiſsionem tempore belli petere , quia quotidie id verſari ſolet.Bald.l.ſi ea lege.col. fin. C.de vſu.Alex.conſi.112.lib.1. Faciunt notata à Tiraquel.in repe.l.ſi vnquam.in princ.nu.61. C. de reuo.donat.vbi ſi donans cogitauit de filijs;nõ videtur habere locum illa lex. & ſic quanuis ex cauſis enumeratis in.l.6.ti.8.par.5. locator poſsit expellere inquilinum,habet locum,quando ſuper uenerũt poſt locationis contractum, ſecùs ſi erãt tempore contractus. ¶Intellige quarto , niſi fuiſſet conuentum , quòd propter peſtem non fieret remiſsio,nam valet tale pactum. Bertachi. in tract.de gabellis.2.par.q.24.nam recipere poteſt periculum caſus fortuiti.l.ſed & ſi quis. §. quæſitum.ff.ſi quis caut.vbi Bart. & Doct. l. 17. & ibi Greg.Lopez.verb.*Por qualquier manera quier*. tit. 8.par.5.Quod procedit,niſi caſus peſtis, vel alius contingeret per ipſum locantem , vel aliũ eius familiarem,nam tũc fieret remiſsio,etiam ſi per pactum non veniret alias facienda. Tum, quia actus affectatus non iuuat.Felin.in.c.fi.de teſtib.col.fi. nu.5.Iaſo.in.l.ſi ſeruus plurium.§.fin.nu. 4. ff. de lega.1.Hippol.in.l.1.§.cùm quis. ff. de quæſtioni.c.eos. ibi, ſcienter, ſeu affectata ignorantia. de temp.ordin.lib.6.vbi glo.in verb. affectata. Suadetur.§.item tria.Inſtit.de excuſ. tuto. Secundò, quia renunciatio violentiæ, intelligitur de ea,quæ infertur ab extraneo,non autem de illata à cõtrahentibus,vel ſuis domeſticis.text.aureus in. l.qui inſulam. §.colonus.ff.locat.vbi Bart.ſingul.ſecũdùm Roma.ſingul.29.Ial.in.l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.col.penult.ff.ſi quis caut. ¶Quintò declara, quando locus eſſet naturaliter peſti ſubiectus , & aliquis ſciens loci qualitatem conduceret. Ioã.Igneus in.l.contractus.col.34.ff.de reg.iur. & Rip. in dict.tract.de peſte.2.par.verſ.ſecundo caſu.nu. 4.Rebuff.in authent. Habita.priuileg.11.nu.7. C. ne filius pro patre. ¶Item etiam ex alijs cauſis deductis in.l.6.titu.8. part. 5.poteſt expelli inquilinus. Vbi vide Grego.Lopium in gloſſ. 1. & in verb.*caualleros*.Dicit idem eſſe, Si filius locatoris crearetur doctor, vel iudex,ſeu aduocatus,ita , quod indigeret ampla domo ſeorſum à patre,vel ſi fieret presbyter,quia dicitur miles cœleſtis.gl. in.l. miles.& ibi doct.ff.de re iud.c. militare. 23. q. 1. vbi glo.verb.militiæ.& latius cęteris.dico in.l.12 in glo.1.col.107.verſ.Vlterius etiam clericus dicitur miles,ac priuilegio militiæ gaudet,tit.3.lib. 1.ordin.Sed ſi quis facit filium militem , poterit expellere inquilinum.d.l.6.ibi,*ò ſi los fizieſſe caualleros*.Ergo creando eos presbyteros.Et eſt notandũ , quòd quanuis inquilinus propter refectionis neceſsitatem à domo conducta poſsit expelli. vt in.d.l.6.&l.æde.C.locat.vnde ſumpta fuit , tamẽ refecta debet reponi,&reſtitui in re locata , gloſ. ſing.in l.ſi duo.§.cum inquilinus.verb. Dominiũ. vti poſsid.vbi Bart. Et dixit ſingularem Ludoui.

Roma ſingn. 232. & Cremenſ. ſingu. 71. & Hippolyt. in reper. rub. ff. de fideiuſſ. nu. 223. & repet. l. vnicæ. C. de raptu virgi. nu. 23. Fernandus Loazes de matri. Regni Angliæ part. 7. num. 30. fol. 58. Greg. Lopez in d. l. verb. *Si no fueſſe adobada* Quid autẽ ſit, ſi ſint in domo mali ſpiritus, vel (quod aiunt) *Traſgos*, vide quæ dixi in contractu emptionis ſuperiori. ¶ Dubitatur, ſi prædicti caſus ſint tempore locationis, poſſit locator inquilinum expellere à domo conducta? Videtur quòd ſic, cum generaliter loquatur dict. l. æde. ergo ſiue caſus contingat ante vel poſt locationem, poterit dominus ſibi prouidere de remedio illius legis abſque diſtinctione: in contrarium tamen verſatur intentio contrahentium, cùm de caſu iam in eſſe producto cogitauerunt, & ipſo ſtante ſimpliciter contraxerunt, & ſic renuntiauit ſuum priuilegium, quod potuit facere. Tum etiam per id quod dixi ſupra in verſic. Tertiò intellige. Tum etiam ex optima glo. in dict. l. æde. verb. neceſſariam. C. locat. Montalu. in l. 6. titu. 8. part. 5. & in l. 2. verb. *Refazer*. tit. 18. lib. 3. for. legum. Anton. Gomez de contractibus. cap. 3. num. 6. & aliqua adducta ab eo, quæ faciunt in confirmationem. Et apud Luſitanos eſt Regia lex. tit. 58. lib. 4. ordin. quæ idem determinat. ¶ Quæritur etiam, ſi quis haberet rem datam in emphyteuſim, an dominus eodem modo poſsit propter ſuam neceſsitatem, vt habetur in dict. l. æde. auocare ad ſe domum? Et videtur, quòd contractus locationis & emphyteuſis ſunt ſimiles, ac multum inter ſe fraternizare videntur, vt per ſcriben. in l. prima. C. de iur. emp. ergo diſpoſitio dict. l. æde, locum habere debet in emphyteuſi. ex paritate rationis. capit. cùm dilecta. de confir. vti. vel inuti. Sed contrarium reſpondet Ioan. Andr. ad Specul. tit. de loca. §. nunc aliqua. verſi. Quarto, &c. quem refert & ſequitur Iaſ. in l. prima. in fin. col. 9. C. de iure emphy. Hippoly. ſing 94. ¶ Quæritur, Vtrùm res eccleſiæ poſsint locari? Reſpondeo, quòd poſſunt, dum tamen non locentur vltra triennium ſub pœna excommunicationis, vt habetur in extrauagant. Pauli Veneti. incip. Ambitioſæ. de rebus eccleſ. non alienand. in communes, quam declarat Nauar. in Manuali Confeſſ. cap. 27. num. 149. cum ſequen. & Couar. lib. 2. Variarum reſolut. cap. 16. num. 6. Auendanius de mandatis Regum: 1. par. cap. 4. num. 34. Concil. Triden. ſeſsio. 25. ca. 11. in Decreto de reformatione. Quæritur, an recepta fuerit prędicta cõſtitutio, vel poſtquã fuit recepta per conſuetudinem ſublata fuerit? In priori dubio, ſi recepta non fuit à principio à ſubditis, eſt reſpondendum vim legis minimè obtinuiſſe, quia leges à principe dantur ea intentione & conditione, vt non aliter obligent, quàm ſi fuerint à republica receptæ, ſecundum Domi. in capit. in iſtis, §. leges. 4. diſtin. vbi eſt text. & in l. de quibus. ff. de legib. & docet Ariſtote. 2. Politicorum. cap. 6. dum dicit, nam lex nullam vim habet ad ſuadendum, niſi ex more, mos autem non fit niſi temporis longitudine. Ad idem eſt glo. in capit. primo. verb. frangere. de treug. & pace. quam ordinariam dixit Iaſ. in l. rem non nouam. col. 2. num. 5. C. de iudi. dicens, quòd conſtitutio, ſeu ſtatutum, quod non eſt receptum in obſeruantia, nec moribus vtentium approbatum, nullas habet vires. Et eſt glo. in d. l. rem non nouam. §. patroni. quæ communis eſt ſecundum Couar. lib. 2. Variat. cap. 16. num. 6. verſ. Quintò ſunt qui nam. & maximè præſumendum eſt, eam legem, quæ à republica non admittitur, non ei conuenire. Quæ tamen concluſio recipit diſtinctionem ac declarationem, vt dixi in priori tomo harum Regiarum conſti. in procem. quæſt. 12. Si ergo nunquam fuit recepta, etiam ſi caſus euenit abſque dubio vim legis non habuit. Secundus caſus reſpectu quæſtionis propoſitæ eſt, quando à principio lex fuit ſemel recepta, & tunc tollitur per conſuetudinem conſtitutioni aduerſam legitimo tempore præſcriptam. cap. fina. de conſuetudine. & tunc dicitur legem non fuiſſe receptam, quando Principe ſciente per aliquot actus contrarios excluditur, eo autem ignorante, vbi per decennium lex negligitur, & omittitur, nec vllo pacto admiſſa fuerit. Imol. & Feli. nu. 13. in ca. primo. de treuga & pac. Iaſ. in dict. §. patroni. Couar. lib. 2. Variar. reſolut. cap. 16. num. 6. quibus præmiſsis potuit conſtitutio præmiſſa à principio non recipi, & deinde recepta contraria conſuetudine tolli, ita quòd iſto caſu ſit ius antiquum obſeruandũ, quo caſu accipiendus eſt Roch. Curti. in repe. cap. fin. de conſuetud. fol. 51. col. prima. Syluest. verbo. Alienatio. quæſt. 15. dicentium moribus vtentium non fuiſſe receptam prædictam conſtitutionem, Ambitioſæ. Caieta. verò in ſum. verb. Excommunicatio. cap. 75. dicit non fuiſſe receptam vbique, & alicubi videtur recepta, non totaliter, ſed quoad aliquid, ideo vbi non eſt recepta, & ſimiliter quantum ad illud, in quo alicubi non eſt recepta, neminem damnandum eſſe, eo quòd niſi conſenſu vtentium lex fuerit firmata, pro non lege habenda eſt. Sit ergo cautus Confeſſor, vt ſciat conſuetudinem patriæ quo ad hoc, quæ indagãda eſt à Curia Epiſcopali. Apud Hiſpanos dubium eſt, an ei conſtitutioni ſit derogatum: vidimus etenim eam ſæpe in forenſibus controuerſijs adduci, & quandoq; admiſſam, quippè cum probatur, eam communi vſu illius Diœceſis & Epiſcopatus receptam fuiſſe, quandoq; ex defectu huius probationis neglectam fuiſſe, ideoque iudicis examinationi pro

ni pro more patriæ & tribunali relinquimus. Eſt tamen notandum ſecundùm Caiet. verb. Excommunicatio. ca. 75. quòd in rebus minimis non habet locum præmiſſa conſtitutio, & quòd eſt epiſcopalis. ¶ Circa præmiſſa dubitari ſolet, Locatio ad longum tempus in caſu prohibito á Canone, vel à lege, valeat ad tempus permiſſum, vel in totum vitietur? Et videtur dicendum, quòd quando talis locatio fit vltra triennium in materia ſeparabili, quòd vitietur tantùm in reſiduo tẽpore, non autem in præfinito à lege, ſeu Canone: Quia vtile per inutile nõ debet in his vitiari. Probatur: nã in contractibus diuiduis, & ſeparabilibus modò cõtineatur quantitas, modò res, non vitiatur vtilis diſpoſitio per inutilem. l. 1. §. ſed ſi mihi. ff. de verb. oblig. ibi, nec vitiatur vtilis per hanc inutilem. Et probatur ex ibi traditis à Barba. col. pen. verſi. Item ponit aliam quæſtionem Romanus. l. placuit. ibi, quod illicitè adiectum eſt, pro nõ adiecto haberi, & licitas poſſe peti. ff. de vſur. & l. vſuras. & ibi glo. ff. eod. tit. l. ſiue generalis. & ibi glo verb. infirmari. ff. de iure doti. l. ſed ſi ſibi. ff. de ſtip. ſeruo. l. proprium. ff. communia prædi. l. ſancimus. C. de donat. glo. fin. in. l. fi. ff. de iur. omni. iudi. & glo. in l. quæ fideicommiſſum. in glo. vlti. ff. de lega. 2. Panorm. in cap. cùm ſuper. fin. verbis. de offic. delegat. & probaui in terminis prædictæ conſtitutionis ad Segur. in repet. l. vnũ ex familia §. ſed ſi fundum. nu. 150. ff. de leg. 2. Suadetur præterea. Nam valet argumẽtum de re ad tempus, ſed in contractibus diuiduis, in quibus res cõtinetur, inutilis diſpoſitio non vitiat vtilem, igitur nec in caſu prædictæ extrauagantis, Ambitioſæ. Et pro hac parte iam vidi obtentum in cõtradictorio iudicio ampliùs quã ſemel. ¶ Tertiò iſtã concluſionem tenet Areti in l. prima. §. ſed mihi. col. penult. verſi. Secundo inducitur per dominũ meum hic iſta materia ad aliam quæſtionem. ff. de verb. oblig. ex Bald. in auten. Si quas ruinas. C. de ſacroſanct. eccleſijs. Paulo Caſtrenſ. in authen. Qui rem. eod. tit. Imol. in cap. ex parte. col. penu. num. 4. de feud. & eſt communis ſecundum Iaſo. & Deci. in d. authent. Qui rem. Alciat. in l. prima. §. ſed ſi mihi. num. 20. ff. de verb. obligat. Curti. Iunior. in tract. de feudis. 2. par. q. 6. Couarruuias lib. 2. Variarum capi. 16. num. 5. qui aliqua adducit in contrarium, quæ fuerunt Areti. in. d. §. ſed ſi mihi. vbi ſunt originaliter. nec Aretin. in meo libro dicit in praxi receptam eſſe hanc concluſionẽ, prout Couarru. refert, ſed quòd diligentius hanc quæſtionem conſiderando, nunc credit locationem præmiſſam valere pro minori tempore in ſpecie propoſita. & Andr. Tiraquel. de retract. libr. ſecundo. in fin. nu. 144 Et an locatio vel emphyteuſis vltra legitimum tempus facta, in totũ vitietur, an ſaltem intra tempus licitum ſuſtineatur, remiſſiuè tradit Pinell. nihil decidens in quæſtione in l. prima. C. de bonis mater. 3. par. nu. 65. ¶ Quam concluſionem communem intelligendam oporter veram eſſe, niſi ex probabilibus cõiecturis appareat locatorem, aut conductorem, nõ minori tẽpore rem illã vel locaturũ, vel conducturũ, quod omnes fatentur, præſertim Socin. & Alciat. in d. §. Sed ſi mihi. Bart. conſil. 159. nu. 8. verſi. 4. eſt videndum Felinus in cap. cùm ſuper. de officio delega. Carolus Molin. in cõſuet. Pariſien. tit. primo. §. 4. quæſt. 10. num. 47. ponit exemplum, ſi emphyteuta tempore cõtractus eccleſiæ dederit trecentos aureos pro emphyteuſi vſque in quartam generationem, & ſic vltra tempus à iure permiſſum, nam vel in totum eſt reſcindenda emphyteuſis fauore recipientis, vel in totũ erit valida, quod fieri non poteſt. citat. l. ſi quis colludente. ff. de actio. empti. Quod exemplum non videtur conuenire emphyteuſi eccleſiaſticæ. ex text. in authenti. de non alien. aut permut. rebus eccleſ. §. ſi verò etiam. in ſecunda. par. vbi recipiens emphyteuſim eccleſiaſticam vltra tempus à iure permiſſum, in pœnam, quod dedit, amittit. quem laudat Aretin. l. ſi aliquam rem. colum. 14. ff. de acquirenda poſſeſſ. niſi iuſta aliqua cauſa valeat recipientem emphyteuſim à pœna excuſare. ¶ Item etiã conſtat, quòd ſi locatio, vel conceſſio rei eccleſiaſticæ fiat ad longum tempus, in totum vitiatur, & non valet etiam vſque ad nouem, vel pauciores annos. ex text. in Clemen. prima. de rebus eccleſ. non alien. vbi habetur, quòd nec recipienti, ius aliquod acquiratur expendatur negatiua, nec, cum dictione, aliquod, quæ etiam in qualibet minima parte verificatur. gloſſ. in Clementi. prima. verbo. aut earum parte. de foro competen. & ibi Cardina. & Panormit. Felin. in cap. Paſtoralis. in princip. ad finem. de offic. delegat. Panormit. ibi. nume. nono. Iaſ. in. l. Gallus. §. in omnibus. vbi Maria. Salomoni. nume. ſecundo. ff. de liberis & poſthum. Iaſ. in. l. cætera. §. ſed ſi quis ad opus. num. 56. colum. tertia. ff. de liberis & poſthum. & in authent. Ex cauſa. C. de liber. præter. & in. l. prima. nume. ſeptimo. de pactis. & conſilio. 130. nu. tertio. lib. quarto. Thom. Diploide in additio. ad Alexand. in. l. prima §. ſi quis ſimpliciter. nume. octauo. ff. de verborum obligatioo. Philip. Franeus in capit. ſtatuto. nume. 4. de decim. lib. 6. Rebuff. in authen. Habita. pag. 550. in verb. aliquam. C. ne fili. pro patre. Andre. Tiraquel. in repet. l. ſi vnquam. verb. omnia vel partem aliquam. nume. 14. C. de reuoc. dona. Grego. Lopez in. l. 8. verb. *O gran parte*. tit. 4. part. 5. Corſet. in ſingul. verb. pars. & ſic nullum ius acquirit.

In actione negotiorum geſtorum libellus tam indirecta, quàm in contraria.

EL Doctor Diego Perez, vezino deſta ciudad en la mejor forma è via que de derecho puedo, y deuo parezco ante v.m. è pongo demanda à Iuan Sanchez, y contando el caſo della digo, que es anſi, que eſtando yo abſente deſta ciudad, el dicho Iuan Sanchez ſin yo ſaber lo ſe entremetio à entender en mi hazienda, è labrarla, è grangear ciertas viñas, y heredades que yo tenia y tengo en el lugar de huerta, juriſdiction deſta ciudad, y cobrò los fructos y rentas dellas, y encerrò el pan y vino que dellas ſe cogio, y lo vendio, è hizo dello lo que fue ſu voluntad. Por lo qual es obligado à dar me cuenta con pago, anſi de lo que adminiſtrò, como de lo q̃ dexo de adminiſtrar, pues fue por ſu culpa: porque ya que ſe entremetia en la adminiſtracion de la dicha hazienda, la auia de adminiſtrar toda ella, y ſi el no ſe entremetiera en la dicha adminiſtracion, vuiera otro que lo hiziera. Porque pido á v.m. auida mi relacion por verdadera, o parte que baſte en eſte caſo, condemne al dicho Iuan Sanchez por ſu ſentencia, qual mejor de derecho lugar aya, à que me de cuenta con pago de todo el tiempo, que entendio en la adminiſtracion y cobrança de la dicha hazienda, que fueron diez años. Y anſi miſmo le condemne, que por quanto por ſu culpa ſe dexaron de labrar tal huerta, y tal viña, y por ello recibi mucho detrimento y daño, y perjuyzio haſta en quantidad de veynte ducados, le condemne en ellos, y à que me pague todo lo que por ſu culpa quedo por arrendar, y labrar, pagandome la renta de todo ello, que eſtimo en cada vn año vno con otro en quinze mil marauedis, y cien hanegas de pan mediado. Para lo qual, y en lo neceſſario el officio de v. m. imploro, juſticia y coſtas pido y preteſto.

¶ In locationibus bonorum ciuitatis quæ requirantur omnino per Auendani, de mandat. Regum. 2. par. cap. 12. l. 3. tit. 3. lib. 7. infra.

In actione negotiorum geſtorum contraria libellus.

E DICO que ès anſi, que eſtando el dicho Doctor auſente deſta ciudad por le hazer bien y buena obra, y porque ſu hazienda no ſe perdieſſe, yo entendi en la adminiſtracion della, y ſe la arrende: y porque la dicha hazienda tenia neceſsidad de hazerſe en ella muchos gaſtos, y de repararſe, porque ſin ellos no rentara coſa alguna: por manera, que liquidada, y aueriguada cuenta de mi propria hazienda yo tengo gaſtados cien ducados en ella, los quales el dicho Doctor me es obligado à pagar por ſe auer gaſtado en vtilidad y prouecho de la dicha hazienda. Porque pido à v.m. del ſobredicho Doctor me haga entero cumplimiento de juſticia. E ſi otro mas, o mayor pedimento es neceſſario, que pronunciando mi relacion por verdadera, en quanto baſte al vencimiento deſta cauſa, por ſu ſentencia diffinitiua, ò otra, que en tal caſo lugar aya, condemne al dicho Doctor, â que me de y pague la dicha quantidad de marauedis que tengo gaſtados en la dicha ſu hazienda, pues eſtan dello todo hechas cuentas. Sobre que pido juſticia. Para lo qual, &c.

¶ Ad declarationem materiæ negotiorum geſtorum eſt præmittendum, quòd pluribus modis negotium alienum geri poteſt. & inter alios, quoſdã explicat glo. in. l. ſi pupilli, §. item quæritur. verb. ipſo geſta. ff. de negot. geſt. & alios tres ibi ponit Barto. nu. 4. & ibi Additio. addit alium per quos videre poteris. l. 28 tit. 12. part. 5. forma libelli in vtraque forma colligitur ex Bart. in. l. ſi quis abſentis. per text. ibi. ff. de nego. geſt.

Quæritur ex negotio geſto quæ actio oriatur? Reſpon-

Reſpondendū eſt duplicem actionē oriri, nempè directam, quæ competit domino, hoc eſt, ei, cuius negotia geſta ſunt, ad hoc, vt geſtor reddat rationē ſuæ adminiſtrationis & ſi quid factū eſt propter culpā domino ſatisfaciat, & ſoluat. Aliā verò cōtrariam, quæ datur geſtori aduerſus dominum pro repetitione, & recuperatione expenſarum, & ſumptuū. vt eſt caſus in. §. igitur. Inſt. de obligat. quæ ex quaſi contra. naſc. ¶ Vtrum autem ad hoc vt cōpetat actio contraria ſufficiat, ꝙ ab initio negotiū geſtum ſit vtiliter, quanuis effectum nō habuerit? Reſpondendum erit in hoc initiū ſpectandum eſſe ad hoc vt cōpetat. l. ſi pupilli. §. ſed ſi qs & in. l. ſed an vltro. ff. de nego. geſt. glo. in ca. prouidendum. verb. inferas. 83. diſt. quæ per prædicta iura voluit, medicum repetere poſſe ſalarium, & ſumptus quos fecit in curādo infirmum, quanuis mortuus fuerit, cùm vtiliter cæperit negotiū gerere, licèt aduerſus euentus ſequutus fuerit. tex. in l. ſi quis. ad fin. & ibi docto. C. de nego. geſt. l. 28. tit. 12. part. 5. vbi Greg. Lop. verb. *Acaeſce.* ponit exempla huius rei, & tenet ibi hanc partem. verb. *Lo deue cobrar.* Sunt tamen aliqui caſus, in quibus geſtor non poteſt agere, etiam ſi negotium vtiliter geſtum ſit, de quibus per gloſ. in. l. ſi paterno. verb. repetiturus. C. de nego. geſt. quam notabilē firmant Ange. nu. 28. & Iaſ. num. 197. in. §. actionum. Inſtit. de actio. & gloſ. in. l. Neſennius. ff. de nego. geſt. & in l. 37. vbi Greg. Lop. verb. *Todos los otros omes.* tit. 12. par. 5. ¶ Ex parte verò agētis, cui cōpetit contraria, tantùm erit neceſſariū dicere, ſe vtiliter geſſiſſe negotia aduerſarij, aut abinitio ſe cæpiſſe vtiliter gerere, licèt tractu negotij nulla vtilitas domino fuerit ſequuta. vt in. d. l. ſed an vltro. §. 1. nihilominus cōpetit prædicta actio, vt ſuprà habitum eſt.

Quæritur, Vtrùm negotiorum geſtor teneatur reddere rationē adminiſtrationis? Dicendum eſt, ꝙ tenetur. §. 1. Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi contr. naſc. l. 26. tit. 12. part. 5. vbi Grego. Lopez. verb. *Cuenta verdadera.* deducit ad optimam quæſtionem, quòd ſi frater ſtetit in communione cū fratribus, tenetur eis reddere rationē adminiſtrationis geſtæ cùm venerint ad diuiſionem. Quā in terminis cōſuluit Bald. cōſil. 418. dub. 6. lib. 3. firmās, quòd de omnibus teſtes haberi nō poſſunt, ſed in modicis ſuo ſtatur iuramento, & etiā in nō modicis, ſi perſonæ qualitas, veriſimilitudo, & iudicis motus cū hoc cōcurrant. argum. l. ſi quis pro redemptione. C. de donat. & quæ nor. in. l. ſumptus. & in. l. in fundo. ff. de rei vēdi. & Bart. in repe. l. admonendi. nu. 54. ff. de iureiur. vbi firmat ſecūdum Doctores, quòd cauſa magna quæ ſit, ſeu parua, eſt iudicanda, attēta qualitate perſonarum, & ſic ex eius mente relinquitur iudicis arbitrio. Cuius opinio cōmunis eſt ſecūdum Curti. Iuniorem ibi nu. 67. Iaſo. nu. 172. & Coraſ. nu. 51. & Ripam. lib. 1. reſpōſ. cap. 1. nu. 56. Et fortè ita eſt intelligēda regia. l. 2. tit. 12. a. par. 3. quæ dicit, vſq; ad ſummam decem marapetinorum, intellige aurei vulgo Caſtellani, iuramētum deferēdum eſſe habēti ſemiplenā probationē, quod id locum habeat, ſi iudici viſum fuerit reſpectu qualitatis perſonæ, cui deferendum eſſet: nam ſi eſſet vilis perſona, & pauperrima, iſta quātitas eſſet magna, ac proinde eius arbitrio relinquēdum erit, etiam vſq; ad hāc ſummā, per præmiſſa. Quanuis Gregor. Lopez. ibi, verb. *Diez marauedis.* velit iudicē teneri de neceſſitate in quacūque cauſa, etiam inter quaſcunque perſonas infra ſummam prædictā decem Caſtellanorū recipere iuramētum in ſupplemētum probationis, ſi tamē excedat, ſtetur eius arbitrio. Cuius ſententiam nō admitterem ex exēplo Bart. in. d. l. admonendi. nam quæ ſit cauſa magna, vel parua, eſt incertum quid, cum reſpectu perſonarū & qualitatū earū in iudicio ſit diſcernēdum, quod de neceſſitatē eius arbitrio eſt relinquendū. ex ca. de cauſis. ff. de offic. deleg. l. 1. ff. de iur. delibe. Tū etiam, quia ad eum ſpectat inſpicere fidem teſtiū. l. 3. ff. de teſti. ergo & in ſpecie præmiſſa. Et quod diximus procedit, quando adminiſtraſſet iure fraternitatis: nam ſi vt tutor, vel curator, diligentem tenetur reddere rationem. vt in. l. prima. in princ. & §. de rationibus. ff. de adminiſtr. tutor. l. aduerſus. & l. rationes. C. de admini. tutor. Soci. conſil. 46. Cùm in præſenti conſultatione. colum. 2. in ſecūdo. libro primo, & dicit, quòd filius, qui viuēte patre adminiſtrauit, tenetur reddere rationem de his, quæ adminiſtrauit, licèt pater in vita rationem nō petierit. argum. text. in. l. cum oportet. verſi. Sed in hac ſpecie. C. de bon. quæ lib. & alia, quæ adducit Panormit. cōſil. 12. colum. 4. verſic. Tertius. lib. primo, Crott. in. l. frater à fratre. nu. 19. & ibi Ioan. Coraſ. 2. part. nu. 7. ff. de cōdit. in debi. Socin. cōſil. 192. num. 5. & conſil. 213. nu. 4. lib. 2. Deci. cōſil. 255. colum. 1. Gregor. Lopez in l. 26. in glo. fin. titu. 12. part. 5. Hippoly. ſing. 493 Pinel. in. l. prima. part. 2. C. de bonis quæ libe. nu. 39. verſic. Quod autem diximus. Quod ſuadetur ex regul. l. 1. §. officio. ff. de tute. & ratio. diſt. vbi adminiſtratoris officium eſt rationem reddere. & l. cum ſeruus. §. primo. & ibi Paul. de Caſtro. ff. de condi. & demonſtra. Hoſtien. in ſum. de obligat. ad ratiocini. Rip. de peſte ſecundum minorem excuſionem fol. 84. Deci. conſil. 469. latè Chaſſan. in cōſuetud. Burgun. rubr. 6. §. ſexto. fol. 222. Iaſ. cōſil. 111. lib. 1. Didac. à Caſtello in hoc artic. videndus in. l. 17. Tauri. & iuxta illud, quod in ſacris habetur Luc. 16 redde rationem villicationis tuæ. cap. qualiter & quando. 2. de accuſa. Vnde videmus,

Digitized by Google

d. mus, quòd negotiorum geſtur reddere tenetur rationem adminiſtrationis, & de mala & negligẽti adminiſtratione tenetur. l. 2. vbi notabiliter declarat Bart. ff. de negu. geſt. Hoc idem videmus in procurarore ad lites & ad negotia. vt in. l. ſi remunerandi, & in. l. ſi procuratorem. §. primo. ff. mandat. Item in actore vniuerſitatis. l. 1. & l. Item eorum. §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſque vniu. nomine. Similiter executor teſtamenti rationẽ reddere tenetur. cap. tua nos. & cap. Ioannes. de teſtamen. l. 7. tit. 19. part. 1. & l. 6. tit. 10. part. 6. quatenus dicunt, quòd Diœceſani poſſunt compellere executorem teſtamentarium, vt impleat voluntatem defuncti, ergo debet ei præſtare rationem, ſi dixerit eſſe impletam, quomodo, qualiter, & quãdo, & ita quotidie fit. Quod munus compellẽdi, ſcilicet executorem, competit etiam iudici ſeculari, quippè cum ſit mixti fori. Panormi. & Barb, in capit. ſi hæredes. de teſtamen. & ibi legendo dixi. Et nouiſsimè Gregor. Lopez in l. 7. verb. *que cum plan*. tit. 10. par. 6. Et quod teneantur reddere rationem, tenet Socin. conſil. 46. colum. 1. lib. 1. imò ſi ſe immiſcuit in bonis, tenetur reddere cum inuentario, vt diximus in. l. 4. tit. primo. lib. iſto. 5. ſuprà. Item executor ſententiarum. l. executorẽ. C. de execu. rei iudica. ſecundùm Soci. vbi ſuprà. Nam vbicunque ſe immiſcet alienæ adminiſtrationi, rationem reddere tenetur, & reliqua reſtituere, vt ſuprà dictum eſt. Quo fit, quòd pater adminiſtrans beneficium eccleſiaſticum, vel alia bona, in quibus non acquirit vſumfructum, tenetur ipſe & hæredes eius poſt illius mortem rationem adminiſtrationis cum ſatisfactione filio beneficiato reddere, quemadmodum alius negotiorum geſtor, ſeu adminiſtrator tenetur domino rei adminiſtratæ, vt ſuprà dictum eſt. Et iſta Theorica ſæpè eſt practica contra adminiſtratores, & negotiorum geſtores, eorumve hæredes. text. in. l. litis conteſtatæ. §. pater. ff. de neg. geſt. Cuius pulchra verba ſunt hęc. Pater ſi emancipati filij res à ſe donatas adminiſtrauerit, filio actione negotiorum geſtorum tenebitur. vbi Barto. dicit bene notandum, quia ſæpe contingit, & ſe vidiſſe. quòd pater emancipat filium, & retinet eum in domo, & adminiſtrat illud, quod ſibi donauit, quòd non quæritur vſusfructus ipſi patri, imò tenetur reddere rationem ipſi filio. Idem eadem ratione in omnibus, quæ quæruntur filio, quorum patri non quæritur vſusfructus: vnde ſi pater adminiſtrauit bona præbendæ filij, tenetur ei actione negotiorum geſtorum reddere rationẽ adminiſtrationis. vt. l. Sacroſanctæ. C. de epiſcop. & cler. vbi habetur, quòd iſtæ præbendæ habentur loco caſtrenſis peculij, vel quaſi, & ibi eum etiam notat Bald. ſub. l. ſi pecuniæ. & aſsignat cautelam patri donanti, vt reſeruet ſibi vſumfructũ, nec veniat reſtitutio fructuum, & faciat ipſe pater cum filio beneficiato, vt ipſum liberet à ratione fructuum perceptorũ, & ſolutione, alias tenebitur ſatisfacere. per dict. §. pater, quem ſingul. dixit ad præmiſſa Rodeti. Suarez in quæſtio. maioricatus. colum. penul. cum ſequen. Ioan. Lup. in repeti rubri. de donatio. inter vi. & vxor. §. 42. num. 9. verſic. Ex his infero ad vnum quotidianum. Ciſontan. in. l. 48. quæſt. final. in deciſin. Tauri. Barba. in rubri. de pecul. cleri. colum. 3. num. 10. & in capit. quia nos, colum. 3 num. 5. de teſtamen. Matthæ. Afflictus deciſio. 241. & Bald. in. l. 3. §. ſi quis minor. 2. lectura. ff. de minorib. notat, quòd ea, quæ cohærent perſonę filij, non quærũtur patri vllo modo. Vtrùm autem expenſæ factæ à patre pro filio habente beneficia eccleſiaſtica videantur factæ de fructibus beneficiorum, & ſic animo compenſandi? Iſtud dubium poſuit Paul. Caſtrenſ conſil. 416. colum. prima. dub. 2. lib. 2. & determinat quòd cenſetur facere animo compenſandi debitum, cùm fuerit in ſua ſpecie filius naturalis. Si igitur ſimpliciter pater expendit aliquid pro filio in bullis Apoſtolicis pro cõſequendo ſacerdotio, cenſebitur ei donare affectione paterna, & non animo repetendi, cum tunc nihil dixit in contrarium, ne bona ipſius poſsideret, ergo cenſebitur donaſſe. Item datum ob iſtam cauſam non poteſt vendi, nec in alium transferri, cum nec beneficium non poſsit reſignari ſub aliqua pactione, conditione, vel modo, alias eſſet ſimoniæ crimen, gloſſ. per text. ibi in ca. ex parte. N. de offic delegat. Rebuff. in practi. beneſi. titu. De pura reſignatione. pagi. 478. & pagin. 484. §. nunc dicendum eſt. num. 1. Aymon. Crauett. omnino videndus conſil. 122. lib. 1 colum. 1. ergo non debet filio imputari, cùm cenſeatur pro militia filij expenſum. l. 5. tit. 15. patr. 6. l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffic. teſtam. vt dixi in expẽſis factis à patre pro filio in gradu licentiaturæ, ſeu Doctoratus conſequendo. in l. 8. verb. *Eſtudios generales*. ad finem. titu. 2. lib. 1. ordinamen. Suprà. maximè cùm, vt ibi dixi. colũ. 78. verſi. Sexta concluſio. datum filio clerico, ſtatim valet, & cenſetur prælegatum tertij & quinti bonorum, niſi pater contrarium proteſtatus fuerit. ex. l. 26. Tauri. ergo pro bullis expenſum à patre, cenſebitur prælegatum, nec in legitima filio clerico erit imputandum. Facit quod Ioan. Fab. in. l. ſi emancipati. C. de collatio. docuit, & in §. fin. Inſt. de inoffi. teſtamento. quòd donatio data ad ordinem clericalem ſuſcipiendum, quod patrimoniũ dicitur, quod talis donatio non debet in legitima computari, quia non ſunt bona, quæ vendi poſſunt, & quia datum cauſa dignitatis conſequendæ, non imputatur. Quem refert Nonius Auenius

danius reſpõ. 17. col. 1. Couar. c. Raynaldus. §. 2. n. 7. de teſtam. Ioan. Igne. in. l. §. ſubuenitur. num. 175. ff. ad Syllani. vbi de veritate huius dubij, quã alibi tractaui, nunc tamen quatenus tangit illã rationẽ, datum ſimpliciter filio cenſeri prælegatum ac donationem ſimplicem, quæ non imputatur in legitima, ſecundũ eos, ergo nec ſumptus facti pro conſequendo ſacerdotio, cùm pater ad id nullo iure potuit cogi, vt eſt notoriũ. igitur nec imputandi ſunt filio, ſiue legitimo, ſiue baſtardo, ex mente Paul. bene perpenſo in. d. conſ. 416. ¶ Sed circa præmiſſa cõtingere ſolet, ꝙ pater fatetur ſe receepiſſe mille aureos ex tali adminiſtratione bonorũ filij, & nõ amplius, cũ fortè nihil receperat, quod non ſit redditũ filio beneficiato, ſed vt defraudet alijs filijs vel creditoribus, vel fortè eum receperit tria millia aureorũ, dicit tantum mille, & fortè iuramento firmauit pater in teſtamẽto, ſeu in ſuo libro, vtrùm eius dicto ſit ſtandum in odiũ creditorum, quibus debetur legitima integra, vel vltra legitimam aliquid vltrà, nempè habitum ex beneficio adminiſtrationeq; bonorum filij? Videtur dicendum, ꝙ parentis confeſsioni, dicendo ſe eſſe debitorem alterius in præiudicium filiorum non ſit ſtandum, quia daretur anſa defraudãdi filios legitima ſua. vt tenet Bart. in. l. cûm quis decedens, §. codicillis. ff. de legat. 2. Ioã. Andr. ad Specu. tit. de confeſsis. §. nunc videndum. verſic. Sed nũquid patris confeſsio. Segur. in repet. l. cohæredi. §. cũ filiæ. nu. 127. ff. de vlgar & poupillar.

Libellus in actione mandati.

E *Digo que es anſi, que yo dixe y mande al dicho Pedro que me compraſſe tal heredad por cien mil marauedis, los quales le di y entregue, y el de mi recibio, y quedò de comprarme la dicha heredad. E anſi es, que el dicho Pedro comprò la dicha heredad para ſi, y la tiene, y poſſee, y por ello es obligado â me la entregar, y pueſto que por mi ha ſido requerido, no lo quiere, ni ha querido hazer ſin contienda de juyzio Porque pido â v. m. del ſobredicho me haga entero cumplimiento de juſticia, y ſi otro mas, ô mayor pedimiento es neceſſario, que pronunciando mi relacion por verdadera en quanto baſte el vencimiento deſta cauſa, por ſu ſentencia diffinitiua, o por otra, que en tal caſo lugar aya, condemne al dicho Pedro, à que me de y entregue la dicha heredad que anſi comprò para mi, con mas los fructos que ha rentado, y podido rẽtar, y rẽtare haſta la real reſtituciõ, q̃ eſtimo en cada vn año en ſeys mil marauedis. Para lo qual, &c.*

Libellus in actione mandati ad intereſſe.

E *Digo que anſi es, q̃ yo rogue al dicho fulano que me cõpraſſe vna caſa, que es en la rua nueua deſta ciudad, en la collaciõ de S. Yſidro, de que ſon linderos de la vna parte fulano librero, y de la otra caſas de fulano enquadernador, y dixe que me las cõpraſſe por ciẽt mil marauedis, los quales le dì è pague, y el de mi los recibio E anſi es, que por culpa del dicho fulano no cõpro la caſa ſobredicha, y ſe vẽdio à otra perſona, de la qual no ſe puede auer, y à mi ſe me ſiguio de daño è intereſſe por no me auer cõprado para mi la dicha caſa tãtos marauedis, porq̃ confinaua cõ otra caſa mia, y tenia della muy gran neceſsidad para la meter en la dicha mi caſa. E por lo auer aſsi hecho el dicho fulano, me eſta obligado a los dichos intereſſes Porque pido à v. m. del ſobredicho fulano me haga entero cumplimiẽto de juſticia E ſi otro mas o mayor pedimiento es neceſſario, que pronunciando mi relacion por verdadera en quãto baſte al vencimiento deſta cauſa, por ſu ſentẽcia diffinitiua, o por otra, que en tal caſo lugar aya, condemne al dicho fulano en tantas mil marauedis por razon del dicho daño, è intereſſe. Para lo qual, &c.*

¶ Circa actionem mandati eſt notandum, quòd tantùm eſt neceſſarium, quòd mandatarius ſuſceperit mandatum, & gratis. vt in. §. in ſumma. Inſt. manda. aliàs non diceretur mandatum, ſi pecunia, vel quid aliud interueniſſet, vt ibidem. Et in hac actione dupliciter agitur. Nonnũquàm enim agitur ad tradendam rem, ſi mandatum de emenda vel locanda re. Nonnũquàm verò agitur ad intereſſe, & eſt eo caſu, quo mandatarius ſuſcepit mandatum. & nihil fecit vel exceſsit formã mandati. vt in. l. diligenter. ff. manda. §. is qui. Inſti. eo. tit.

titu. Alciat. in.l. prima.§.ſi ſtipulanti.nume. 6.ff. de verb.obligat. ¶ Dubitatur quid ſit mandatū? Reſpon. Mandatum eſt officium ſuſceptum gratis exhibendum.gloſſ.Alber. & communiter doćto.in rubri.ff.manda.& ex Alberi.in dictio.verbo.Mandatum debet eſſe gratuitum.l.1.ff. manda.l.20 tit.12. part. 5. ¶Dubitatur quæ ſit differentia inter mandatum & iuſſum. cùm ſit clarum ex diuerſitate titulorum, dandam eſſe differentiam inter vtrunque.ex. l. ſi idem. C. de codicill. & ſenſit glo.in.l.etiam.C.quod cum eo.verb. nec iubente.quæ tamen non declarat in quo differāt. Ideò dic,quòd differentia eſt,quòd mādatum eſt gratuitum.Iuſſus verò continet quodāmodo coactionem,cùm ſit reſpectu filij,vel ſerui.Paul.Caſtrenſ.in.d.l.etiam.Salicet.in.l.ſi literas.C. māda. Ex quo conſtituitur cōcluſio,quòd mandatū continet liberam voluntatem, iuſſus autem coactionem ſaltem reuerentialem circa dominum vel patrem.glo.in.l.1.verb.quemadmodū.ff.manda. dū ait,Rogatio domini præceptū eſt,ſed mandatum ſpontaneā obſequij præſtationē.De qua glo. per Panor.c.a.col.1.quod met.cauſa.Feli.in.c. eā te.nu.9.de reſc.vbi ponit differētias inter præceptū & mandatū. & reuerentia ſuperioris facit actum præſumendum fuiſſe celebratū ex metu.glo.in.l. 1.§.quæ onerandæ.verb.metu.quarum rerū actio non datur.quā dixit ſingul.& ord.Cæpol. in. l. ſi cōtra.nu.44.C.de vſucap.pro empt.Panor.in.ca. cum dilectus.quod met.cauſa. Suarez allegat.24. Ergo ſi iuſſus eſt reſpectu inferioris, præſumitur non continere libertatem, ſed neceſſitatem reſpectu patris vel domini: & ſic erit cognitio reſpectu.tit.ff.de manda.& quod iuſſu,in quo inter ſe diſcrimen habeant. ¶ Quæritur quæ ſit differētia inter titulum de procur.& tit.ff. & C. mandat. & ad quid multiplicantur? Reſpondendū erit, quòd regulariter nō eſt differentia, niſi reſpectu duorū. Primò,quia in tit.De procuratoribus, principaliter tractatur de procuratore ad iudicia,& incidenter de procuratore ad negotia.in tit.mandati.principalius tractatur de procuratore ad negotia.& incidenter de procuratore ad iudicia.Secundò in titu.De procuratoribus tractatur de officio, vel exercitio officij,in tit.Mandati tractatur de actione.quæ cōpetit vtrique poſt geſtū officium.glo. in rubr.de procura.& ibi Bart.& Alberi.& poſteriores ſequuntur. ¶ Quæritur inſuper,quibus verbis poteſt conſtitui mandatum? Reſpon. concluſiuè,quòd mandatum dari poteſt non ſolùm per verbū,mando,ſed etiam per verbum, rogo, volo, vel aliud ſimile.l.1.ff. mandā. l. cuicunque.§. ſed & cum fullo.ff.de inſti.actio.l.ſi verò non remunerandi.§.ſi quis mandauerit.ff.mand.l.24. tit.12 par.5. ¶ Sed dubitatur etiam, Vtrùm mandatum abſque verbis ſola volūtate cōſtituatur? Quod nō conſtituatur ſed quòd verba ſint neceſſaria. tenet Bart.in.l.poſt dotem.col.2. verſ. Oppono & videtur.ff.ſolut.matri.& in.l.2. §. ſecundò. ff. noui oper & videtur de mente Grego. Lopij in dict.l. 24.in glo.2.quatenus ſe refert ad Barto. Aduerte tamen ad Greg.Lopium,dicentem.d.l.1.ff. manda. inducere contrarium,imò non dicit oppoſitū: poteſt tamen induci mandatum ex voluntate ſola deducta ad actum exteriorem:nam licet ſit tacita voluntas, multum operatur. argum. text. cum communi interpretatione doctorum in clement. prima.de procurat. Quemadmodum in matrimonio dicimus,quòd quanuis requirantur verba, nihilominus ſufficit voluntas expreſſa per ſigna exprimentia conſenſum.glo. penult.in cap.tuæ. de ſponſalib.quæ corrigenda eſt.quatenus dicit, verba & ſigna, debet dicere per diſiunctā, verba vel ſigna.& ibi eſt ſenſus docto.& Palud.in 4.diſtin. 27.quæſt.2.art.3.cōcl.3.Lap.allegat.57.Syluest. verb.Matrimonium.2.q.7.Couar.in epitome.4. decreta.2.part.ca.4,nu.1.vbi dicit veriorem, etiā in valentibus loqui, ſufficere ſigna. De mandato plura ſcitu digna congerit Franc.Cōna.in doctiſſimis commentarijs Iuris ciuilis.lib.7.ca.14. pag. 571.vſque ad 586.col.1.vbi in cap.15.agit de contractibus innominatis.& Anto.Gomezi.de contractibus.cap.8.de contractibus innominatis. vbi de eorū materia reſolutiuè videbis. ¶ Vtrum autem mandatum præceſsiſſe in actu præſumatur ex diuturnitate temporis? tradit Boeri,deciſ.281 num.17.per quem vide. vbi tenet partem affirmatiuam,& plures quos refert Sebaſt. Vanti.de nullitate proceſſ. titu. Quibus modis ſent. nulla defend.poſſ.num.91.& 92. quo loco intelligit hanc ſententiam, referendo contrariā dicentem, quòd etiam per mille annorū curſum nō ceſſat exceptio falſi procuratoris. ¶ Poſt actionem mandati, ad prouenientem ex depoſitio me conuertam,& aliqua neceſſariora prælibabimus.& quæri poteſt an mandatum & depoſitū ſint inter ſe ſimilia, vel in quo differant? ſit conclu. mandatum & depoſitum ſimillima in hoc ſunt, quòd & ſummæ fiduciæ eſt vtrunque,& eius gratia tantū fiūt, qui mādat, aut depònit.Cæterum in hoc differunt,quod depoſitū re contrahitur, mandatum ſolo conſenſu:& illius fides in cōſeruando cernitur, huius autem in agendo. Qui depoſitum ſuſcepit. tenetur tantum, vt rem ſibi creditam cuſtodiat diligēter, cui mandatum eſt aliquid,etiam vt faciat, & operam atque induſtriam ſuam præſtet alieno negotio.vt oſtenditur in.l.prima.ff.depoſit. §. ſi te rogauero, inquit Vlpianus, vt rem meam perferas ad Titium,vt is eam ſeruet, qua actione tecum experiri poſſunt apud Pomponium quæritur. Et putat te-

tat tecum mandati: cū eo verò qui eam receperit, depoſiti. Sin vero tuo nomine recepit, tu quidem mandati mihi teneris, ille tibi depoſiti, &c. declarat plura ſubijciens Franciſc. Connanus lib. 7. cōmenta. iuris ciuilis. ca. 4. nu. 2. Quæritur quid ſit

¶ *Ley, III. Que fabla del dorar & argētar,*

Mandamos, q̃ ninguno orepeze, o platero, no ſea oſado de dorar ſobre cobre, ſo pena que el que lo hiziere dorando, o argentando lo tal vſando dello engañoſamente, que por el meſmo hecho incurra en pena de falſo.

a ¶ *Fazer peſquiſa general.* Inquiſitio fit ex mero iudicis officio inquirentis, l. congruit. ff. de offic. præſid. l. 2. §. ſi præſens. ff. de magiſtr. conuent. l. 1. §. quæſtionem. ff. ad Syllani. cap. 1. de offic. ordin. vnde eſt dicendum, quod ſiue inquiratur primo motu iudicis ſiue ad petitionem cuiuſcunque, inquiſitio tamen ſemper iudicis officio expeditur. gloſſ. in capitulo qualiter & quando. de accuſation. hoc vero iudicis officium non poteſt in omni caſu & crimine exerceri, niſi in certis caſibus ſecundum diſpoſitionem iuris ciuilis. quos explicat Bald. in pract. ſua titul. quæſtiones circa inquiſitionem. q. 1. num. 2. quem ibi vide & in q. 2. vbi quærit vtrum mortuo accuſatore iudex de illo delicto poſsit per inquiſitionem procedere, & concludit poſſe, ſi talis eſt caſus, de quo poteſt inquiri, morte enim rei iudiciũ eſt ſolutũ l. in ſenatu. §. 1. ff. ad Syllani. & ideo iterum inchoandũ eſt, l. libellorũ. §. fin. ff. de accuſationi. Bart. in l. ſiue contra. §. quia Plautianum. col. 3. nu. 13. cũ ſeq. ff. de liber agnoſcendis. & Bald. loco præcitato q. 3. quærit an tollatur proceſſus inquiſitionis ſuperueniente accuſatore? de quo plene per Specul. titu. de inquiſitio. §. 4. Sed cum inquiſitio ſit inducta ab iſta lege & ſimilibus ac ſit remediũ ordinarium nõ debet tolli per accuſationem ſuperuenientem: vt dixi in ſuperioribus. Eſt præterea notandum, quod de iure regio non eſt permiſſa generalis inquiſitio text. eſt hic & in l. 3. ſupra eo. titulo. Idem eſt de iure ciuili: ſecus tamen de iure canonico. Panormitan. in capitulo. qualiter & quando. 2. numero. 11. de accuſat. & ibi numero. 13. tractat quando inquiſitio generalis de iure ciuili ſit permiſſa.

b ¶ *Ayan poder de demandar los nombres.* Ante reſponſionem rei facienda eſt ſibi copia capitulorum de quibus inquiritur, & ei danda, vt facultatem habeat ſe defendendi in contrarium, vt hic habetur & notat Bald. in practi. folio. 26. col. 4. num. 4. tit. quæſtio-

quæſtiones circa inquiſitionem. quæſtio. 1. per notat. in cap. ex tenore. de teſtit. & nomina teſtium ſuper infamia, & atteſtationes ſūt publicandæ, & exceptiones & defenſiones debent eſſe ſaluæ reo, tam in principali, quàm contra teſtes; ne innocens contra veritatem grauetur capitulo. qualiter & quando. & capit. olim. de accuſationib. Bald. vbi ſupra, firmans ita ſeruari. iſtam. l. citat Iacobus Septimacenſis) in inſtitutionibus Catholicis. capit. 62. numero. 11. etiam ſi fuerit inquiſitus in crimine nefando ſodomię eſt copia teſtium reo danda. l. 85. in pragmat. Regum Catholicorum.

ORdenamos q̃ peſquiſa no ſe pueda hazer contra aquellos q̃ mal dezmaren los fructos de ſus heredades: pero que ſe haga, y pueda fazer peſquiſa contra los terceros: ſegun ſe cõtiene en eſte libro en el titulo de los diezmos.

ENtendiẽdo que cũple a nueſtro ſeruicio y al biẽ y pacifico eſtado de nueſtros Reynos: acordamos que ſeã deputados por nos en cada vn año veedores è viſitadores de prouincias de nueſtros reynos para que veã como ſe cũple e adminiſtra la nueſtra juſticia: e para las otras coſas q̃ ſe cõtienẽ en eſte libro en el titulo de los viſitadores.

ORdenamos que los que embiaremos por peſquidores contra nueſtros Corregidores, o Aſsiſtentes no puedã ſer proueydos de Corregidores: ſegun ſe cótiene en eſte libro en el titulo de los Corregidores.

COntra aquellos que las nueſtras rentas y pechos y derechos por arte, o por dicho, o por amenaza, o en otra qualquier manera, o por coluſion hizieren que valan menos. Mandamos que las nueſtras juſticias de los lugares donde eſto acaeſciere procedan luego ſin tardança de ſu officio a fazer y fagan peſquiſa, e inquiſicion, y la embien a nos, ſegun ſe contiene en eſte libro en el titulo de las rentas y pechos y derechos.

TITVLO II.

de las vſuras a.

¶ *Titulus. II. de vſuris.*

a ¶ *De las vſuras.* Vſuræ crimẽ eſt omni lege reprobatũ & dãnũ inferẽs reipublicæ eum deuoret ſubſtantias ſubditorum, iuxta illud *Lucani*. Hinc vſura vorax auidum omni tempore Fænus: capitulo. 1. de vſu. lib. 6. Ideo tractare oportet plenius hanc materiã, de qua vbique agitur mentio à legiſlatoribus vt patet. ff. & C. de vſu. & in decret. 14. q. 4. & in decretalibus, Sexto & Clementinis. Pro declaratione autẽ inquirendũ eſt, vſura vnde dicta & quid ſit. Et quę differẽtia ſit inter vſurã & fęnus? Itẽ quãdo vſura ſuccedat loco intereſſe, & quæ requirantur vt exigi poſsint. Capitiſque. 1. & c. ſalubriter, de vſur. declarantur? de pœnis etiam vſurariorum agendum eſt, item etiam de arte campſoria, vtrum licita ſit? Præterea tractabitur materia contractus cenſuum ſeu tributorum redimibilium vel ad vitam, vel ad tempus aliud limitatũ vtrũm ſit iuſtus & abſque labe vſuræ ibique interpretantur extrauagan. 1. & 2. de emptio. & venditio. inter communes, & leges huius regni. Veniendo igitur, ad primam quæſtionem dicimus vſuram ab vſu æris dictam, id eſt pecuniæ: nam pecunia ſecundum

cundùm Philoſo. 1. Poliç. inuenta eſt commutationis, & translationis gratia, vt quia difficile erat res neceſſarias ad vſum vitæ deportare ad loca remota, conuenerunt ementes & vendentes authoritate Principis, vel Reipub. quòd fieret numiſma æreum, ferreum argenteum, vel aureum, & in ſignum recti valoris & ponderis cudebatur, ſeu imprimebatur numiſmati character, vel imago. vt in l. 1. io princ. ff. de contrahe. emptio. Sic enim de numiſmate cenſus quæſiuit Dominus Matth. 22. Cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio? Verùm quia à principio & antiquitus pro maiori parte fiebat ex ære (ex ære enim erat pecunia, quam vidua obtulit in Gazophylacium Domini Luc. 21.) idcirco vſus pecuniæ, in vſura dicitur vſus æris. Cardi. in ſumma. 14. quæſt. 3. artic. 1. nume. 2. Hoſtien. in ſum. De vſur. §. Vnde dicatur. vel ab vſu rei ſecundùm eum. Et Ioan. de Anani. in rub. eo. titul colum. 2. nume. 3. dicit, Vſura eſt, quæ datur propter vſum pecuniæ. Et intelligit pecuniæ, id eſt, cuiuslibet rei numero, pondere, vel menſura exiſtentis. Et ſic dicitur Vſura ab vſu rei, vel æris. Vel dicitur ab vrendo, dupliciter. Primò, quia vſura in augmentum pecuniæ vrit velut ignis, & inflammat affectum vſurarij, dicente beato Ambroſio in tract. de Tobia. ca. 6. quòd Vſura vſum requirit, vt adurat & inflammet. Sic enim creſcente vſura, creſcit in vſurario affectus pecuniæ in infinitum, vt Philoſoph. 1. Politic. inquit. Pecunia enim non eſt terminus, nec finis. Auarus namque qualis eſt vſurarius, non repletur pecunia, Eccl. 5. Secundò, quia in vſura eſt vrens ignis, conſumens, & deuorans facultates, & ſubſtantias pauperum, à quibus per vſuram extorquetur pecunia, & ex hoc vſura vorago dicitur. Vnde Ambroſi. in tractat. de Tobia, cap. 11. dicit, quòd vſura ſubſtantiam inopis & pauperis deglutit, & quaſi mare magnum omnia abſorbet. Bene ergo vſura dicitur ab vrendo. Vnde non immerito Lucanus cecinit.

Hinc vſura vorax, auidum omni tempore fœnus.

capitul. 1. de vſur. libro 6. vbi dicit, vſurarum voraginem, quæ animas deuorat, & facultates exhaurit compeſcere volentes. § Differentia autem inter Fœnus & vſuram iuxta vtriuſque iuris doctores ea eſt, quòd illa tanquam inferius & ſuperius ſe habeant, quòd ſcilicet Fœnus duntaxat pro vſura ſtrictè ſumpta vſurpetur pro eo, quod ex ſolo mutuo iniuſtè accreſcit: Vſura autem accipiatur extenſius pro quocunque augmento ex quocunque contractu, etiam dum licitum ſit. Vt ſi quid credita pecunia vendidiſti, & quia debitor in mora fuit, aliquid tibi ratione lucri ceſſantis auctum eſt, acceſsio illa, vſuraria quidem eſt, non fœnebris. Ita habet Paul. Iuriſconſultus in l. cum quidam. §. ſi pupillo. ibi, Vſuræ enim non propter lucrum petentium, ſed propter moram non ſoluentium infliguntur. ff. de vſur. Sed aliquando vnum ſumitur pro alio. l. pecuniæ fœnebris. in princ. ff. de vſur. & in l. Caius Seius. eodem. titu. & in capitulo. 1. de vſur. lib. 6. vbi Fœnus & vſura reciprocantur. Plerũque Fœnus pro vſura, & ecõuerſo vſurpantur. vt Hotomanus libr. 1. de vſuris capit. 1. docet, & Domi. Sotus libro. 6. quæſtio. 1. articulo 1. de iuſt. & iur. Et vt Feſtus Pompeius & Gellius ſcribunt, Fœnus ab eo dictum, quòd quaſi fœtura quædam pecuniæ ſit. Vnde intellige Fœnus eſſe, propriè ac ſpeciatim accepto nomine, lucrum illud, quod quis captat ex nuda pecunia, veluti cum Menſarij (quos campſores, ſeu bancarios noſtri vocant) pecuniam mutuo dant, non vt accipienti commodent, ſed vt inde lucrum aucupentur, ex quo etiam illorum quæſtus Latinè Fœnus dicitur, id eſt, fœtura, ſeu partus pecuniæ. Vſura autem cùm ab vſu appellata ſit, aliam vim atque ſignificationem ab hac notatione retinuit. Vſuram enim qui petit, ipſum quodammodo vſum petere videtur, quippe quæ eius perpetuò remanſit, nec vnquam cuique ab eo datus aut conceſſus eſt: quem quidem vſum, quia repetere non poteſt, vtpote conſumptum, eius petit æſtimationem ac pretium: vt cum emptor rem traditam poſsidet, nec tamen pretium exoluit, itaque contra venditoris voluntatem vtitur pecunia, poterit venditor ex empto actione, non dico vſum conſequi, quia conſumptus eſt, ſed certè æſtimationem illius. l. fin. ff. de pericul. & commo. rei vend. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de action. empt. Et ſic Fœnerator agit de lucro captando, vſurarius de damno vitando contendit. vt explicat Hotomanus loco proximè citato pagi. 4. Vſura & Fœnus idem ſunt propriè loquendo, niſi quòd verbum, Vſura, latius in iure patet, quia Fœnus non capitur niſi pro vſura ſtrictè ſumpta in mutuo. capi. ſi fœneraberis hominem. 14. quæſtio. 3. § Ad ſecundam quæſtionem, in qua quærebatur, quotuplex vſura reperiatur? Reſpondeo quòd duplex. Nam vno modo vſura largè ſumitur pro acceſsione vel augmento ſucceſsiuo ſortis in quantitate conſiſtentis, ex quacunque cauſa, etiam aliàs quàm ex mutuo debitæ, purà ex cauſa venditionis & traditionis rei. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de actionib. empt. ibi, ex vendito actio venditori competit ad ea conſequenda, quæ ei ab emptore præſtari oportet. Veniunt autem in hoc iudicio infra ſcripta. In primis pretium quanti res venit: item vſuræ pretij poſt diem traditionis: nam cum re emptor fruatur, æquisſimum eſt eum vſuras pretij pendere. l. curauit. l. fructus. C. de actio. empt. l. 2. C. de vſur. vel dotis & ſuſceptorum onerum ma-

trimo-

Digitized by Google

trimonij.l.cùm poſt.§.vſuras.ff. de iure doti. tex. elegans in capit.Salubriter. de vſur. De cuius. intellectu eſt videndus Hierony. Cagnol. in rep. l. 2.numer.14.C.de action. empt. & Chaſſ. in conſuet.Burgund.rubr.4.§.23.fol.193.numer.22.Caſtell.in l.29.verb. *Quiſiere.* in legib. Taur.Hippolytus ſingul.360. Scribitur apud Legiſtas. num.4. Et habetur ad ſingul. Mattheſila. 49. Per Gabri. Sarai.numer.17.Et latiſsimè Couarr.libr.3.Variarum reſolut.capitul.1. Et inferius ſuo loco diſputabitur.Item etiam in caſibus,quibus dicit gloſſa. licitam eſſe vſuram in gloſſ. ſumm.14. quæſtio.3. verſi. Niſi in quinque caſibus. Vel propter morã in bonæ fidei iudicijs, legatis, & fideicommiſsis.l. qui ſolidum.ff.de lega.2. Notatur in l.mora. ff. de vſur. Aliquãdo etiam ſumitur largiſsimè pro omni iniuſta ſuperabundantia, ſiue debeatur quantitas,ſiue non,vt in capit.putant,14.quæſt.3.quem refert ex Diuo Hieronymo Iuo Carnot. libr. ſui Decreti.3.cap.160.Sed quia in toto iure non legitur ita accipi,omittendum eſt. Hoc autem primo modo promiſcuè & crebrius in toto iure ciuili accipitur,vt per Moline.de vſur.quæſti.74.¶ Secundo vſura ſtrictè & propriè accipitur pro eo quod accedit vltra ſortem principalem in mutuo. vt in l.ſi tibi decem,in princ.ff.de pact.l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi cert.pet.l.hactenus.§.final.ff.de conſt.pecu.l.31.& Gregor.Lope titul.11.partit. 5. Vnde hoc ſolo caſu dicitur Fœnerator, debitor vſurarius,& pecunia fœnebris.l.fœnerator.ff. de naut. fœno.l.debitor.l. pecunia.ff. de vſur.l.1. C.de his, qui ex publicis rationibus mutu.pecu.accep. lib. 10.Patet,quia pecunia dotalitia,vel per emptorẽ, aut quemuis quoquo vero titulo, alias quam ex mutuo debita,non dicitur pecunia fœnebris, etiã ſi ex mora veniant vſuræ, prout nec dicitur propriè fœnus, niſi in ſolo mutuo. Iſto caſu propriè & planè militant leges huius tituli, & ſanctiones, & pœnæ contra vſurarios & vſuras ſtatutæ & l.9. titul.13.par.1.& l.4.titulo 6.partit.7.Tertio ſunt præterea quædam vſuræ interpretatiuæ, ſeu præſumptiuæ. Quoties videlicet contractus non eſt in forma mutui,ſunt tamen ſufficientes probationes frandis exquiſitæ ad occultandum mutuum & vſuram, vt in caſu huius noſtræ legis.& in cap. ad noſtram.de empr.& vendi.& in l.fin.titul. 11. part.5. Et quando quis vendidit rem ad creditum maiori pretio, quàm vendidiſſet ad pecuniam de præſenti paratam,¶ Tandem vſura propriè ſumpta & formaliter eſt pro eo, quod propter ipſum mutuationis officium tantùm ſine alia iuſta cauſa exigitur. Et huiuſmodi vſura quæ dicitur formalis,eſt inhoneſta,vitioſa, & ſemper eſt contra naturam mutui, quod debet eſſe gratuitum, iuxta illud Luc.6. Mutuum date, nihil inde ſperantes,

cap.conſuluit.& capit. quoniam. & capit. quia in omnibus.de vſur.capit. ſi fœneraberis. capit. putant.& capitul.plerique.& capit.vſuram.14.quæſ. 3.& capitul.miniſtri.cum alijs.14.quæſti.4.capit. quoniam.47.diſt.in.Clement.vn.de vſur.& capit. 1.eod.titul,Exod.22. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes. Et Leuit.capitu.25.Pecuniam tuam non dabis ad vſuram.Et Deuter.23.Non fęneraberis fratri tuo. Et apud Pſalmiſtam Pſal. 14. Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram.S.Thom. 2.2.quæſtion. 78. arti.1.Vſura enim eſt contra naturam, vt id quod eſt inanimatum & artificiale, velut ipſum animatum & naturale pariat. vt pater. 1. Politic. vnde vtroque teſtamento eſt prohibita. Lucas de Pena in l.apud eos. columna.1. C. de debito. ciuita. lib. 11.Domi.Soto optimè lib.6.de Iuſtitia& iur. quæſtion.1.articul.1.pagi.494.verſic. His de nomine vſuræ. Et variè definitur à docto. vt per Couar.lib.3.Variarum reſolutio.cap.1.vbi ipſe poſt alios definitionem Vſuræ in hunc modum aſsignat,& eam per partes declarat,nempè, Vſura eſt voluntas capiendi vltra ſortem lucrum aliquod tempore vi & cauſa mutui principaliter. Vel aliter & ſecundò ſecundùm Domi. Soto. dict. quæſtion,1.articul.1.pagin.494.column.1. Vſura eſt vſus pretium mutuatæ rei. Tertio definitur ab Specul. titu.de vſur.num.6. Vſura, eſt quicquid ſorti accedit, intentione, vel pacto præcedente. Ioan.de Anan.in capitul.1. de vſur.Sum. Piſana. verb.Vſura.1. in princ. Eſt pro ea caſus in cap. ſi fœneraberis. & in capitul.putant.& in capit.plerique.&in capit.vſura.14.quæſti.3. Quartò, Vſura eſt lucrum ex mutuo, pacto debitum vel exactum.Sum.Roſel. in verb. Vſura.1,in prin.Quinto, Vſura eſt quodcunque rei mutuatæ accedit ipſius rei gratia actione interpoſita,vel hac intentione habita in contractu, vel actione habita ex poſt facto.Hoſtien.in Sum. de Vſur. §.1. Angel. verb. Vſura. 1. Nicolaus Naunus in Polyantea.verb.Vſura. Sed inſufficiens eſt, nam aliquid poteſt accedere ſorti, quod non ſit æſtimabile, quo caſu non erit vſura.ergo,&c. Sexto definitur Vſura eſt lucrum æſtimabile ex mutuo principaliter intentum.Conrad.lib.de contractibus.q.21. Gabriel in.4.ſenten.diſtinct. 15.quæſt. 11.Et eſt communis ſecundùm Ioann.Merhymnen. tract. de reſtit.titu.De rebus per vſuram acquiſitis. Probatur Luc. 6. in capitul. conſuluit. de vſur. Mutuum date, nihil inde ſperantes.Septimò definiri poterit ſtrictè & ſpeciatim ſumpta, Vſura eſt pretium,ſeu potius æſtimatio vſus ſortis conſumptæ cum damno Creditoris, ſecundum Franciſcum Hotomanum tract.de vſur.libr.1. capitul.1. pagi.

5.vbi

ſ. vbi eam proſequitur & declarat. ¶ Quo fit, fructus rei pignori datæ debere computari in ſortẽ principalem, eamq; extenuare, quia graria mutui nullum æſtimabile eſt recipiendum, ſiue in pecunia, ſiue in fructibus. cap. pleriſque. 14. quæſtio. 3. Caſus eſt de hoc in cap. illo vos. de pigno. & cap. cum contra. eod. titul. cap. quoniam, & capit. 1. & capi. conqueſtus. de vſur. l. 1. C. de pignor. actio. qua lege cautum eſt, fructus, & commoda rei pignoratæ ſortem ipſo iure extenuare, creditore percipiente. l. creditori. eod. tit. l. 1. C. de diſtract. pigno. l. 2. C. de partu pigno. & omni cauſa. Bartholom. Soci. in tract. regu. cum falleot. regul. 3. l. 23. tit. 13. part. 5. l. 2. vbi Gregorius Lopius in gl. penul. eod. tit. 13. part. 5. l. 2. vbi Greg. Lopius in glo. pen. eod. tit. 13. part. 5. Intellige ramen eos fructus extenuare ſortem, qui ſuperſunt credltori, deductis expenſis factis in ipſa re pignorata. l. emptor. vbi Bald. ff. de rei vend. Antoni. Capici. deciſio. 93. num. 11. & probant præmiſſa iura. Fructus autem vniuſcuiusquè rei dicuntur, qui deductis impenſis neceſſarijs ſuperſunt. l. fructus. ff. ſolut. matrimo. l. ſi à Patre vel à domino. §. fructus. intelliguntur deductis impenſis, quæ quærendorum, colligendorum, conſeruandorumque eorum gratia fiunt. gloſſ in capi. 1. de vſur. verb. deductis & in cap. grauis. de reſti. ſpoliat. Tiraquell. lib. 1. de retract. §. 15. glo. 1. num. 27. Gouar. lib. 2. Variarum reſolut. cap. 3. num. 3. l. 40. titul. 28. part. 3. gloſſ. in ca. cum contra. verb. fructus. de pigno. l. 1. C. de fruct. & lit. expenſis. Nauar. in manuali confeſſ. capitul. 17. numer. 216. ¶ Circa præmiſſa dubitatur, Vtrum creditor fructus rei pignori datæ non ſolùm percepti, verùm etiam eos, qui percipi potùeruot, teneatur in ſortem cõputare? Videtur quod ſic, ex gloſſ. in capitul. cum cauſa. in gloſſ. fin. de offi. de leg. vbi ſuper verb. cum fructibus inde perceptis. dicit, vel qui percipi potuerũt de reſti. ſpolia. grauis, & 12. quæſtioo. 2. nõ liceat & colligitur ex pluribus ad id citaris per Aodre. Tiraquell. loco ſuprà citato. §. 15. gloſſ. 1. nu. 28. Concludendum igitur eſt, quòd quando rem pignoratam non locauir ob fraudem, etiam ſi ex leui culpa tenebitur ad fructus percipiendos: vbi autem dolus & culpa deeſt, nõ tenebitur, putà, quia erat domus alicuius magnaris, qui eam ſolitus nõ erat locare, vel alius locus, ſeu oppidũ. Sed ſi erat inferioris, qui talem domum locare erat ſolitus, tenebitur ex Collectar. numero quinto. in capit. 1. de vſur. vbi Ioann. Andre. Cardi. & Panorm. & Hoſtienſ. in ſumm. de pigno. §. quando efficaciter. verſicul. Sed nunquid creditor. Et iſtam partem probat Gregor. Lopez in. l. 2. verb. Deſtructe. titul. 13. part. 5. dicẽs cõmunem eſſe opinionem, quòd teneatur non ſolùm de perceptis, ſed de percipiendis. Limitat tamen virtualiter, vt dixi. Ad idem adde Gregor. Lopez. in. l. 21. verb. *Si moro en ella*. titul. 13. part. 5. Et malæ fidei poſſeſſor etiã nõ tenetur ad reſtitutionẽ fructuũ, quos ex prædio percipere potuiſſet ex ſua induſtria & artificio. l. cæterum. verſi. improbè. de rei vendic. ff. ſingul. ſecundum Roma. in ſingul. 333. gloſſ. in ca. cùm. M. verb. Induſtriam. de conſti. Facit tex. in capitul. 1. ad fin. de in integ. reſti. vbi debitor, à quo extrahitur res, fructus, quos labore & induſtria fecit bona fide, ex quibus res fuit facta melior, eos debet conſequi, nec defraudari debet. Ergo creditor non tenetur de fructibus percipiendis abſque ſua culpa, cum ſit bonæ fidei poſſeſſor, aliàs secùs, ex communi ſententia gloſſ. quæ communem ſententiam fauet in capitul. cùm contra Guilielm. verb. Perceptum. de pignori. l. 2. C. de partu pigno. & omni cauſa. ¶ Si ergo reſolutio. Aut loquimur poſtquam fuit in mala fide, quia debitum erat ſolutum, & pignus liberatum, & tenebitur etiam de percipiendis. Aut ante liberationem, & non tenebitur niſi de perceptis, ſi fuit abſque fraude, vt ſuprà dictum eſt. Confirmatur ex Ioanne de Imol. in. l. cùm ſeruus. §. fructus. ff. de leg. 1. vbi Alexand. dicit magis communem ſententiam Bar. in. l. domum. C. de rei vendi. vbi idem firmat in additione ad ipſum Bart. Et nota, quia ſine reſolutiooe hanc quæſtionem reliquit plura citando Andre. Tiraquell. libr. 1. de Retractu. §. 15. in gloſſ. 1. num. 28. Eſt tamen notandum quod in ſolutione decimæ, non eſt habenda conſideratio ad expenſas factas ratiooe fructuum, ſed integræ prædiales ſunt ſoluendæ ſine deductione expenſarum, secùs in perſonalibus, vbi expenſæ deducuntur. tex. in capitul. Paſtoralis. cap. cum homines capitul. non eſt in poteſtate. de decim. gloſſ. in. l. ſi à patre vel à domioo. §. fin. verb. Deductis impenſis. ff. de rei vendi. Bald. in margarita verb. Decimæ verſiculo ſeptimo. Ad idem eſt text. in capitulo. Tua nobis, & in capitulo cum non ſit in homine de decim. Matthæ. de Afflictis. in conſtitutiooib. Neapolitan. libro primo. rubrica ſeptima. quæſtione oona. numero. 19. & in deciſion. 252. numero ſecundo. Tiraquell. vbi ſuprà, libro primo. de retract. §. 15. gloſſa prima. numero. 10. l. 13. titul. 20. part. prima. Rebuff. in tracta. de decim. quæſtione vndecima. numero tertio. & ſic prædictæ decimæ ſunt ſoluendæ ſtatim collectis fructibus antequàm penſio cenſus, ſeu tributum detur, quòd impoſitũ eſt ſuper tali prædio. ex text. in capitulo. cum nõ ſit in homine de decim. gloſſ. in capitulo. quæſtion. 16. quæſtione prima. Bertrãd. conſi. 255. Viſis petitionibus. column. 1. lib. 1. in prima editio. Idem notat. Matthæ. de Afflicti. in colono partiario,

qui colit fundum,& habet dare dimidiam,vel tertiam partem fructuum, nam dabit ſine deductione expenſarum,ſcilicet,in lib. 1.conſtitu.Neapolitanarum,rub.7.num.20. Et Rebuff. & Bertrãd. in locis præcitatis. Ratio autem diuerſitatis inter perſonales & reales decimas ponit Rebuff. in dicta.quæſtion.11,num.5.verſi.Ratio eſt,quia decima eſt tributum.¶ Oppono contra iſtam concluſionem ſic declaratam,quatenus habet, quòd fructus percepti ex re pignorata ipſo iure extenuant ſortem,imò quòd nõ extenuent modo prædicto. Quia ſi fructus extant, creditor non compellitur eos recipere,per regulam iuris. Aliud pro alio inuito creditore non venit ſoluendum: cuius oppoſitum hic habetur,igitur minùs iuridicè. Conſequens patet. Nam pecunia eſt in obligatione,fructus tamen hic deducuntur in ſolutione. Antecedens ſumptum pro maiori,probat text.l.2.§.1.ff. ſi cert.peta. ¶ Confirmatur & ſecundo.Nam nunquam admittitur compenſatio fructuum in ſortem,quia ſpeciei ad quantitatem non fit compenſatio.l.fin.C.de compenſatio.c.fi. de depoſit. gl. in.l.vlti.C.commoda. Soci.regul.61.incip. Compenſatio.l.21.&l.27.titu.14.part.5.¶ Solutio ad primum argumentum hæc eſt, quòd hoc habet locum in fructibus extantibus,ſecùs tamen eſt in conſumptis, vt hic:nam æſtimatio ſuccedit loco quantitatis debitæ ratione fructuum. argu.l.ſi rē, & pretium.ff.de pet.hære.& l.quia qui pretio.ff. de vſufru.& ſic fit compenſatio de quantitate ad quantitatem,& ſoluitur quod verè eſt in obligatione. ¶ Nec obſtat ſecundum, quod diſſoluitur eodem modo ex mente Panormi.num.3.in capi. 1.de vſur.fructus enim computantur per æſtimationem vt quantitas,ſecundum Cardi.ibi, verſic. Oppono.4.& Soci.regula.3.fallen.8 Et adde Syluc.verb. Vſura.3. quæſtio.10. Limitatur.1. iſta cõcluſio,quòd fructus non cõputantur in ſortem eo in caſu,quo feudum eccleſiæ.eſt datum in pignus.text.eſt in capitul.1.§.vlti.iſto tit.vbi dicit, niſi fortè eccleſiæ beneficium fuerit, quod redimendũ ei hoc modo de manu laici videatur. Nota ſecundum Bartho.Soci.in tract.fallen.regul.3. fallen.1. ¶ Et quamuis in re debita eccleſiaſtico beneficio loqui text.videatur, idem eſt in feudo eccleſiaſtico. capitulo primo. de feud.& capitul. conqueſtus.de vſur. Quod eſt ſingul. ſecundùm Roman.ſingul.325. Creditor computat fructus. vbi ponit prædicta iura citando exẽplum in feudatario & emphyteuta. ¶ Et hoc fauore eccleſiæ inductum inquit gloſſ.in capitul. conqueſtus. de vſur. Contra quam eſt communis ampliatio, vt etiam procedat in laicis,vt Panorm. & Anani.& communis ibi ſatentur.& id dict.capit.1.de feud. tenet communis.& in.ca.1.de vſur.vbi Ioan.Ananinum.5.Hoſtien.in ſum.de vſur.§. an aliquo caſu.verſicul.Eſt ergo generaliter verum. Socin. in tract.fallen.regul.3.fallen.5.Ioan. in ſumm. confeſſo.lib.1.tit.15.quæſtio.38.Conrad. de contractib.quæſtio.32.cõcluſi.3. Archiep. Florentin.2. parte.tit.1.cap.7.§.25. Gabri. in.4. ſenten.diſt. 15.quæſt.11.cõcluſio.4.caſu.2.Angel. verb.feudum.§.31.vbi dicit iſtam opinionem communẽ Syluest.verb. feudum. quæſt.29. & quæſtio.30. Angel.verb. Vſura.1.§.11. Baptiſta Trouamala eod.verb.Vſura.1.§.18.Ioan. Merlynnen.in codice de reſtitutione. fol.133. column.3.§. ad cap. conqueſtus. de vſur. Et hoc procedit ex natura feudi:nam cum dominium directum maneat penes dominum, ſi vtile redit ad eum ex voluntate. vaſſalli pignorantis, conſolidatur ipſum vtile dominium,ſeu vſuſfructus cum proprietate, non ex aliena re,ſed ex propria; nam & vaſſallus interim liberatur ab obligatione quā tenetur domino:diſſoluitur ergo interim ſeu ſuſpenditur obligatio inter eos contracta. Et hæc ratio facit, vt idem ſit in laico,ſecundum Trouamalam vbi ſuprà. ¶ Pro ratione huius concluſionis eſt notandum, quod in caſu capitis primi,de Vſur.quis recuperat rem ſibi debitam,& ſic agit, recipiendo fructus, quod dominus directus ſeu vtilis, cui alias debiti eſſent tales fructus eos colligēdo poſſet liberè facere ratiõe dominij:licitè enim quis aliquid in caſu præ, dicto recipit ratione mutui,cùm id erat ſuum,vel alter ſibi orbitum,nec poterat aliter conſequi,ſecũdum Panor.in.dict.c.1.& Socin.in tract.fallenti,regul.3.fallentia.6.Et Confirmatur. Nam quis rem ſibi debitam,quã aliter conſequi non poteſt ab intruſo,abſque ſcandalo,& ſecretè eam furtiuè poteſt recuperare. Thom.& Caieta.2.2.quæſti 66.art.5.ad tertium. Herueus Brito.quodlibet.8. quæſtio. 14. Henri. Gandauus quodlibe.6.quæſt. 27.Paludan.in.4.ſenten.diſt.35.q.1.art.4.cõclu. 3.Conrad.de contract.q.32.cõclu.2.in fin.verbis &.q.32.Ioan. Methym.in codice de reſtitutione rubr. De rebus per creditorē in recompenſam debiti oblatis.vbi dicit,quod hanc ſententiã tenet cõmunis. E noſtris eſt gl.1.in.c.ius gētiũ.1.diſt. Innocen.in.c. olim cauſam.col.3.nu.8. de reſti. Spolia. Feli.in c.quoniã.nu.12.de Simoni. Philip. Deci. in.l.nõ eſt ſingulis.nu.2.ff.de regul.iur. Firmian. in tract.De epiſcopis.lib.4.in princ.n.17.Hippolyt.in conſi.58.col.fin.n.16.& conſi.135.n.23.& in ſingula.177.& in ſua practica cauſarũ criminũ. §.conſtante.num.36.Bartholom. Caſſanæ.in cõſuet.Burgun.rubr.1.§.5.num.37.Neuizan.in Syluanupti. libr.3, numer 4., adeo procedit hæc opinio(ſecundum eum ibi) quòd ſi poſtea fierent monitoriæ,talis creditor, nec ſcientes tenerentur reuelare talē rem ſic acceptã. Quò ad creditorem tenet

tenet Ioan. Ana.in.ca. ad deliberandum. nu.5. de Iudæ.& Hadria. quod lib.6. Et iſtam ampliationem integrè tenet Ioã. Neuizan. vbi ſupra.& Ripa lib.de peſte.§.fina. nu.118. aſſerit nanque Ripa,neminem teneri ad denuntiandum prætextu monitoriarum,quando pro certo ſcit cauſam retentionis iuſtam eſſe. Et idem firmat Iacob. Rebuff.in repe.l.vnicæ.C.de ſenten. quæ pro eo qđ intereſt profe.nota.10.numer.15. Sylueſt. verb. Furtum quæſtion.15. vbi ponit conditiones neceſſarias ad hoc, vt tute qui rem ſuam proprio marte poſsit furtiuè capere. Et iſta opinio eſt tenenda,quicquid Angel. verb. Furtum. §.41. ſenſerit. Si ergo quis rem ſibi debitam poteſt apprehendere furtiuè,à fortiori ipſam retinere, & fructus percipere,vt in prædicto capit.1. dicitur,ſecundum præfixam declarationem ab Hoſtien. column.fina. Confirmatur ex notabili quæſtione poſita ab Anchar.in regul. Poſſeſſor. num.26. quã latè fuimus proſequuti anno præterito.1552 in noſtra lectura.colu.18. verſic. Quærit hic Ancharranus.¶Confirmatur inſuper. Nam res de facili conuertitur ad ſuam naturam. ca. ab exordio. 35.diſt.& ibi glo.verb.reuolat.& Bartholo.Soci. in tractat.fallen.regul.3.fallen.5. Comprobatur iſta ſententia ex not.à gloſſ.in capitul.fin. de decim.& ab Hoſtien. in ſumm. eiuſdem titul.§. & vtrum.verſic.Sexto quæritur.& ex optima regia l.24.tit.20.part.1. ¶Præterea intereſſe eſt iſtud quòd quis habeat fructus rei ſuæ nemini iure debitæ:at intereſſe non eſt prohibitum, ergo iure optimo percipit creditor fructus rei ſuæ in caſu prædicti capitis.1.in fine. Et iſta eſt vera ratio illius deciſionis. Theorica enim eſt recepta, quòd vſuræ etiam hodie de iure Canonico poſſunt nomine intereſſe,& quatenus verè ſunt intereſſe,peti à debitore.gloſſ. in capitul. conqueſtus. verb. De feudo.de vſur. vbi Panor. idem tenet num.6. gloſſ.in ſumm.14.quæſtion.3.gloſſ. in capitul.2. verb.indemnem.de fideiuſſo.& in.l.1. verb. Petrum.de ſum.Trini.gloſſ.1.in.l.2.C. de vſur.& in l.curauit.C.de actionib.empti. Alexand. Ales.3. par.quæſt.66.Panorm.capitu.fin.de vſur. Cardi. clemen.vni.§.ſanè.quæſtion.8. colum.2. num.4. de vſur. Alexan. conſi.221. nu.1.libr.2.Philipp. Decij.conſil.183.n.3.verſic. Non obſtat quia pro intereſſe.Ioan. Lup.in rep. capitul. per veſtras.§. Sextò cùm dicit textus.de dona. inter vi.& vxo. Carol.Molinæ.in tracta.de vſur. numer.25.& eſt de mente Sãcti Thomæ.2.2.quæſt.78. artic.2.ad primum,vbi tenet,quòd quando aliquid percipitur nomine intereſſe,ꝙ nõ committitur vſura. Ex quo infertur,tutorẽ,curatorem, adminiſtratorem ve obligatum eſſe pupillo ad intereſſe ratione pecuniæ ab eo receptæ,ad intereſſe inquã, quod verosimiliter pecunia illa iniuſta negotiatione eſſet aliàs lucratura. Primò probatur authoritate Panormi.in.cap.conqueſtus.de vſur. num.8.colu.2. & Ioann.Lup.in repet. cap. per veſtras.§. Septimò infertur.fol.109. colum.4. de dona.inter vir. & vxor.Sylueſt.in verb. Tutela. quæſtio.4. Bar. præterea ſuffragatur huic noſtræ ſententiæ in.l. Diuus Seuerus.nu.3.ff. ad legem falci.dicens pecuniam dandam mercatoribus, vt interim ex illa lucrum honeſtum percipi poſsit. Quod ego ſæpe conſulendo, & exemplum deſignando dico poſſe poni ad lucrum & damnum cum debita ſecuritate,& quôd faciat iudicis authoritate,vt euitet calumniandi occaſionem propter caſus contingentes in perſonas mercatorum,quæ aliquando à populo nimis diuites iudicantur, & ære alieno ſunt valde oppreſsi.¶Præterea iure probatur iſta aſſertio in.l.quicquid.C.arbitrium tutelæ. & in.l. obfœnus.ff.de admi.tuto.& in.l.idemque.§. ſi procurator.ff.manda.vbi dicit textus,quòd ſi nõ exercuerit pecuniam, ſed ad vſur ſuos conuertit in vſuras conuenietur,quæ legitimo iure frequentãtur.Hactenus procedunt verba prolata à Iureecõſulto, quæ ſatis in ſe nutrimentum continere videntur.Ad idem eſt.text. in.l. ſi pecuniam.C. de vſur.pupilla.vbi habetur,ſi pecuniam pupillarem nec idoneis hominibus credere, nec in emptionẽ poſſeſsionum conuertere potuiſti, non ignorabit iudex vſuras eius à te exigi non oportere. Ergo caſu quo potuit, & non dedit, tenebitur pupillo ad intereſſe,per prædicta,arguẽdo à cauſa ceſſante.¶His adſtipulatur gloſſ. in capitu. quicunque ſub verb.aut neglectum.12.quæſtione quarta vbi prælato imputatur,quod neglexit acquirere ſuæ eccleſiæ cùm poſſet. Quam ſingularem exiſtimat Barba.de præſtantia Cardinali. quæſtion.3. baſilica.prioris partis. num.29. & gloſſ. in dict. capitul.quicunque citat dict.l. quicquid.& tenet Soci.tract.fallent.regul.3.fallen.36. Et probatur in capit.per veſtras.de donatio. inter vir. & vxorẽ, quod ad hoc optimum dixit Doctor Couarr. lib.3. Variarum reſolut.capitul.2. colum.2.num. 1.& eſt gloſſ.in dict.capitul. per veſtras. in verb. honeſti lucri.¶Et ſi quæras,ad quod intereſſe pupillo tenebitur? Eſt dicendum, quòd ad minorem quantitatem,& intereſſe,ſeu lucrum, quod in lucro frequẽtatur,ſcilicet ad vnum ratione.14.Probatur in.l.tutor qui repertorium.§. ſi poſt. verſi. quæ autem ſint.ff.de admi.tuto. ibi. Ex cæteris cauſis ſecundum morem prouinciæ præſtabit vſuras,aut quincunces,aut trientes,aut ſi quæ aliæ leniores in prouincia frequentantur. ſingul. ſecundùm Rom.ſing.176.& ſecũdũ eũdẽ cõſi.139.col. pen.verſicul.Tertiò verò. ¶Hinc etiam infertur, mercatorem ſolitum negotiari, agi poſſe ad inter

eſſe ratione lucri ceſſantis, quia ei non fuit ſoluta pecunia in tempore, quo iuſte negotiari & lucrari eũ ea poſſet. Ratione probatur: quia qui eſt mihi impedimentũ lucri immediatè mihi facit damnũ, ac per conſequens tenebitur ad ſatisfactionẽ ipſius damni illati.c.fi.de iniur. ¶ Secundo confirmatur ex.l.dedi.§.quanquã.ff.de condi. cauſa data.vbi impediens aliquam vtilitatem, conuenitur actione in factũ ad intereſſe parti læſæ. Cui tex. adde Mino.Spec.conſci.lib.1.c.66. ¶ Tertio iſtã opiniouem tenet Card.in clem.vn.§.ſanè.num.4. verſi.Octauò quæro.de vſur.Rebuff. in rep.l.vnicæ.in gl.fi.nu.23.C.de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profer. Et colligitur ex Ricar. de Media villa in 4.ſent.diſt.15.art.5. q.5. Exẽplũ, ſi mercatori debebam centum ſoluere in primis nundinis Salmanticæ, ſi ceſſani à ſolutione, mercator poterit agere contra me pro illa centum vnà cum intereſſe, ad id, quod cum illa quantitate lucratus fuiſſet, ſi eam habuiſſet, cùm ſolitus ſit negotiari. Et amplia & limita ſecundùm Rebuff. loco allegato, vbi ponit practicam articulandi intereſſe. ¶ Ex eadẽ radice infertur intellectus ad tex.in.c. Salubriter.de vſur.maritum, ſcilicet, poſſe recipere vſuras dotis nõ ſolutæ debito tempore ratione damui emergentis ex re ſibi in pignus datæ, nam fructus non computantur in ſortem. Ricar. idem adnotatũ per illum textũ reliquit in.4.ſent.diſti.15.q.5.art.5.& ibi Ioan.Maior.q.26. Conrad.de contract.q.35.Archiep.Florenti, 2.par.tit.1.c.7.§.27.Medina in.ca.de reſtitutio.rubr. de vſura an ſit vel fuerit licita.c.fi.fol.133.col.4.Ioan.Lup.in rep.ca.Per veſtras.§.8.fol.110. col.3. de dona.Caſtell.in.l.29.verb.*Quiſiere eſcoger.* in legibus Tauri. Nouiſsimè Doctor Couar.in lib.3. Varia.reſo. cap.1.n.3.verſic. Ex his plurima poſſent deduci. Bald.l.pro oneribus.colum.2.C. de iure doti. Et ſic debetur ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis, ergo ratione intereſſe, non tamẽ eſt vſura, nec tale nomen poteſt habere, & ſic nullũ ſpeciale ratione matrimonij ſtatuit eccleſia, cum in mercatore, & in cæteris perſonis, quibus tale damnum, ſeu lucri ceſſatio cõtingat, idem ſit (per prædicta) fatendum. ¶ Secundò probatur, quod nihil ſit ſpeciale in genero, nec ex cauſa dotis: quia propter cauſam quantũcũque piam iniuſtitia non debet à ſummo præſide inferri.c. ex tenore.de foro comp.&.c.nuper, de dona. inter vi. & vxorem nec permitti.c. ſuper eod.de vſuris. ¶ Tertiò, id quod eſt ex ſe peccatum, & contra ius diuinum, à Papa permitti nõ poteſt.c. contra.25.q.1. Caſus in propoſito in.d.c.ſuper eo. de vſur. Conrad.de cõtractib.q.25.q.26.& q.27.Ioan.And. in regul. Peccatũ.de regul.iur.libr.6.Ange.verb. Vſura.§.34.Angelus de Neuo in conſil.1. Contra Iudæos fœnerantes.dubio.3.Et ſic ſecundũ eos nõ poteſt permittere vſurã. Confirmatur. Vſura nullo iure eſt permiſſa, quia (vt inquit Cicero lib.3. offi.) nũquã eſt vtile peccare, quia ſemper turpe eſt. ideoque cũ ſit huiuſmodi, Papa non poteſt efficere ꝙ nõ ſit peccatum.c.1.diſt.41.Ripa in.ca.ſi quando nu.4.de reſc. Hinc dicit Bal.in.l.1.nu.3. colum.3. C.de ſum.Trini.ꝙ Princeps nõ poteſt aliquo caſu vſurã permittere. Sequitur Alex. cõſi.1.col.2. lib.1.& cõſi.1.& cõſi.2.li.2.Catelli. Cotta in memorialibus iuris.verb.Par in parem. ad finẽ. & in verb. Vſura. Hinc infertur malè dixiſſe Alexan. conſi.1.& 2.& in conſi.107. lib.2. & Loazes in tracta. De noua conuerſ. regni Valentiæ. col.33. nu.41. Papã ſuper vſuris diſpenſare poſſe ex cauſa & citat tex.in.c.ſalubriter.de vſuris. nã ex prædictis cõſtat falſum eſſe, & in ſpecie reprobat Alexandrum in loco allegato. Carolus Molin.in cõſuetudini. Pariſienſibus.tit.1.§.1.gloſ.9.n.19. Ex eodem dicto deducitur, non procedere quod Bal. in.l.fin.§.prætcrea.C.de iure doti, nu.5. & in authen.ei qui.col.fina.C.de bonis autho. iud.poſsi, ſenſit, vſuram ſcilicet ex priuilegio ſpeciali debitam eſſe genero. Quod tamen non procedit per prædicta, quia fructus debentur vt intereſſe, non tamen ex priuilegio ſpeciali, & ſic fructus à genero rei pignoratæ dantur à canone ſalubriter. loco intereſſe, ſecundum Ioan. Andr.in regu. Peccatũ de regul.iur.lib.6.& Bart.in.l. inſulam. §. vſuras. ff.ſolut.mat.vbi inquit, ꝙ in prædicto loco vſura non eſt propria, ſed proprium intereſſe, ſecundũ communẽ, teſte Fortuni. de vltimo fine vtriuſq; iur.illat.6.num.68. Et ſic ex iſto intellectu communi adaptato inferuntur plures ampliationes. Ampliatur primò prædicta iuris deciſio, vt locũ habeat etiam eo caſu, in quo ſponſus ſuſtinet onera matrimonij, alimentando ſponſam maiorem duodecim annorum.gloſſ.in.l.7. C. de dotis promiſsio.quam gloſſæ ſententiã ibi ſequitur Albe. & communis.& Bart.& Iaſo.col.2.ff. ſoluto matrimo.in.l.ſi ante nuptias. ¶ Secundò ampliatur, vbi maritus non eſſet perſona ſolita negotiari, quia etiã haberet locum diſpoſitio capi. Salubriter, ex eo, ꝙ intereſſe ibi petitur tanquã conſiſtẽs in dãno emergẽti, in quo nõ eſt diſtinctio facienda inter perſonas ſolitas negotiari, vel non, quia hæc diſtinctio attendẽda eſt, vbi agitur tãtũ de lucro ceſſante, vt iã explicatũ eſt. Tenet Ana.in d. c.ſalubriter.col.2. Et Bal. nouell. de dote part.7. ſpecial.3.Ioã.Lup.de don.inter vi. & vxo.§.8.n.3.ſuper ca.per veſtras.fol.110. Amplia.3. vt locũ habeat, vbi gener conuenit cum ſocero aliquid annuatim ſibi præſtari quãdiu dos apud ſocerum ſteterit, nam illud licitè poterit percipere, ſicut & petere ratione intereſſe, ſecũdũ Bar.in.l.inſulã.§. vſuras

vſuras.ff. Solut.matr. Panor. & Anani. cõtra Ioã. Andr.in.d.c ſalubriter.quos ſequitur. Ioan. Lup. vbi ſuprà.& tenet Alex.cõſil.221.lib.2.Philipp. Deci.conſi.116 & cõſi.183.n.3. & Syluest.verb. Vſura.3.q 3.dicẽs hanc opinionẽ veriorẽ aduerſus Ioan. Andr.Conrad.de cõtract.q.35.conclu.7. Lauren.Rodulphus in.c.conſuluit.q.53. de vſur. Ego in hac re cùm diligẽter animaduerterem ad Ioannis Andr.literã, immeritò improbatã à doctoribus prædictis exiſtimaui, cùm ipſe concordet cũ opinione ſua & communi potiùs, quam diſcordet. Si fundamentũ igitur cõſideremus ſecundũ ꝙ cõſiderari oportet, vt Bartolus aſtruere videtur in, l.nõ ſolũ.§.liberationis verba. ff. de libe.lega.& in.l.cùm quidã.poſt med. ff. de his quib. vt indig.& ipſe Ioan. Andr.in.c. cùm nuntius.col.2. de teſtib.q.dicta gloſſarũ aliorùmve Doctorum ſunt accipienda & intelligenda ſecundum eorũ ab eis citatã. Idem tenet Salic.in.l. ſi ex cautione. col.7.verſ.Quarto.2.C.nõ nu. pec. Roma. conſi. 211.verſi.Quo ad vltimum.Curtius ſenior.cõſil. 60.col.9.verſ. Secundo reſpondemus.& in conſi. 65.col.3.verſi Præmiſsis tamen non obſtãtibus. Tiraquell.de nobili c.26.n.4.& in tracta. de retract fol.335.n.53.verſi.Sed quod his reſpondeatur.Deci.cõſi.621.n.5.& conſi.189.n.1. Ioan Lecerier.in tract.primogenio.q 6.3.lib.n.1.Hippolyt.in repe.rubr.ff.de fideiuſſo.nu. 45. Segura in tracta. De bonis lucra. conſtan. matri. num. 104.

¶Sed tunc fundamentũ Ioã.And.tale eſt, ꝙ quia fructus pecuniæ tanquã certus non ſubiacet fortunæ, nõ militat eadẽ ratio, quæ in fructibus poſſeſsionũ, qui tanquam incerti ſubiacent fortunæ. Vult ergo ipſe ꝙ nõ ſit amplianda ad hunc caſum deciſio capit. ſalubriter. de vſur. & eius opinio in hũc modũ perpenſa, erit vera. ¶Ratio, quia à principio certa quãtitas nomine intereſſe non poteſt taxari per pactũ ſine fraude vſuræ, ſecundũ Bald. in.l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi cert. peta. Ioan. Andr. in c.fi.de vſur. Alex.conſi.27.lib.4 Philipp. Deci. cõſi.119.nu.4. ¶Intereſſe lucri ceſſantis à principio taxatũ, ſapit vſurã & hoc eſt, qđ voluit Ioan. Andr.& hoc ipſum volunt Doct.licèt ipſum malè intelligendo reprobare contendant. ¶Et iſtam opinionẽ ſic intellectam ſequitur Laurẽ. Rodul. in.c.cõſuluit.q.53.de vſur. Alex. cõſil.221.col.1. lib.2.Et Anchar. cõſuluit ſecundũ eam in conſil. 145.Et hanc communẽ firmat Hieirony. Cagnol. in rep.l.curauit.nu.14.de action.emp. & vendit. ¶Exiſtimat tamen Philipp.Deci.in.c.cùm venerabilis.n.14.de exceptio.ꝙ ſi à principio taxaretur aliqua determinata & certa quantitas habito reſpectu ad intereſſe futurũ veroſimile, ꝙ non eſſet improbanda talis conuẽtio. ¶Quod ſano modo eſt accipienda ſententia Dec. eo in caſu, quo damnũ emergens conſideraretur in futurum, vt in venditore, qui interim, quò ſibi nõ ſoluitur pecunia, pro quo fundus eſt venditus, poterit compenſationem percipere in certa quantitate: quia emptor rei venditæ fructus percipit, & hoc eſt, vt tollatur difficultas in futurum taxandi intereſſe, quod eſt difficilis probationis.l.fin.ff.de præto.ſtipulationib. Comprobatur ex cap. vlti.eod. tit. vbi quando veriſimiliter dubitatur, non debet contractus illicitus iudicari. Quando verò intereſſe lucri ceſſantis à principio contractus conſideratur, non admitterem, niſi cõcurrẽtibus modificationibus, de quibus ſtatim verba faciemus.

¶Hinc eſt, ꝙ legatũ quantitatis relictum à Teſtatore cum onere iniuncto hæredi, ꝙ interim quo non ſoluit, annuatim tantùm ſoluat nomine intereſſe legatario decem, ꝙ licitè poterit percipi, concurrentibus prædictis requiſitis, & modificationibus, non aliàs. ¶Ratio eſt: nam teſtator non poteſt id facere, ſeu præcipere legatario, quin ſit vſura, ſecundum Franc. Are.fol.151. Ioan.Lup.in rep.c.§ 5.incip. Nota quintò nu.9. ¶Lex autem 3.§.ſi cui.ff.de an.lega. quæ hoc olim permittebat, correctam eſſe aſſerit Cagnol.in repe. l. curauit.nu.9.C.de acti.emp. vbi inquit quod eſt communis hæc opinio, & Carol. Molinæ.in tracta.de contract.& vſu.q.72. num.437. & colligitur ex Conrad.de contract.q.34.concluſi.6.Et communem refert eſſe Couar.lib.1. Variarum reſolu.ca. 1.nu.9. ¶Ex quibus deducitur intellectus ad dictum Bartholo. Socini in.l. pœnam. num.7.ff. de his qui pœnæ nomine.& Ripæ in.l. nemo poteſt nu.23.ff.de legat.1.vbi tenent, quòd teſtator poterit legatum relinquere ab hærede tali modo, ꝙ ſit in electione ipſius hæredis ſoluere, vel caſu, quo nolit teneatur præſtare annuã penſionem legatario. Ratio poteſt eſſe, quia ita poterat fieri per cõtractum purè vendendo cum clauſula retrouẽdẽdi, & ſic cũ nõ ſit in poteſtate legatarij petere ſortem, ergo rectè poterit penſionem & fructus nomine intereſſe petere. ¶Nam ſimpliciter ſumpta huiuſmodi opinio, non eſſet vera, tũ quia vere eſt mutuũ, & ratione dilationis id ſoluitur, ergo vſura erit. Secundo, quia teſtator, nec legatarius fecerũt cõtractũ vẽditionis, vt in eo haberet locũ retractus, vt apparẽter cõſtat, & ſic eſſet vſurã palliatã inducere, quod iniquũ eſſet. Tamen ratione intereſſe ſi nõ eſſet in poteſtate legatarij cõferre rem legatam, poterit etiam hodie locum habere dict.l.3.§ fina.ff.de annu.legat. De cuius intellectu agit Couar.lib.3. Var.reſo.c.1.nu.9. Quæ autẽ ſint requiſita & modificationes vt peti poſsit intereſſe lucri ceſſantis, hæc ſunt. Primum, quòd perſona petens ſit perſona negotiari conſueta. Bart.in.l.vni.nu.13.C. de ſent. quæ pro eo quod

intereſt profe. Idẽ Bart in.l.3.§.fi. ff. de eo quod cert. loco. vbi iſtam firmat ſententiam communem Iaſo. & in l.1.nu.50.C.de ſum trini. Alexan. conſi. 190.colum.fin lib. 1.Rebuff.in dict.l. vnic. gloſſ.fin.num.25.Deci.in.l.cum quid. nume. 56. ff.ſi cert.peta.& colligitur ex.S.Thom.2.2.q. 62 arti.4.¶ Secundum, quod lucrum ſit certum, vel quaſi, vel ſaltem veriſimile. Paul. in. l. nummis. colu.2.ff.de in lit.iur.& Iaſo in.d.l.1. C. de ſum. trini.num.50.colum.11. verſi. Limita. Requiritur etiam aliud, quòd ſcilicet talis mercator ſolitus lucrari habuit præ manibus mercantiam, in qua poſuiſſet pecuniam, ſi ſibi eſſet reſtituta. Idem Paul. Caſtren.in.l. 3.§.fina.num.5. ff. de eo quod certo loco. Roman. Singul. 632. Præpoſi.in capit. iuuenis colum.vlti.nu.6.de ſponſa. Matthæ. Afflict. deciſio.20.nu.2.per text.egregium in.l.quemadmodum.§.planc.ff. ad legem Aquil. ¶ Tertium, dummodo petatur primum lucrum, quod immediate ex mora conſiderari poteſt, non autem attẽdi debet, quòd ſi eam debitam habuiſſet, illam vendere potuiſſet, & rurſus ex illis pecunijs lucrari: talis diſcurſus non debet fieri circa intereſſe, quod conſiſtit in lucro. vt animaduertit Philipp. Deci. in capitul cum venerabilis, num. 14. de excep. alias enim procederet infinitas, quæ à iure reprobatur. capitul. cum in multis. de reſc. libr. 6. & in.l. vni. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profe. ¶ Quartum erit, quòd petens intereſſe, debet articulare & probare, quod eſt perſona ſolita negotiari, alias non obtinebit. ſecundum Alexan. conſil. 142. in prin. lib. 5. Deci. in capitul. cùm venerabilis. numer. 14. de exceptioni. ¶ Poſtremum requiſitum erit, quòd petens hoc lucrum, fundet illud in perſona propria, ſcilicet, quòd ipſe eſſet lucraturus, ſi pecunia eſſet ſibi ſoluta, alias non ſufficeret, ſi in perſona alterius fundaret, dicẽdo, quòd quælibet perſona habens illam ſummam, hoc eſſet lucraturus, quia non obtineret, ſecundũ Angel. qui ita docet aduocatos libellare in. l. ſi commiſſa. ff. rem ratam hab. dicens ad hoc eſſe gloſſ. in. l. 3. §. fin. verſic. Solebat. ff. de eo quod cert. loco. Et ipſam gloſſ. ad hoc citauit Paul. Caſtren. in. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. col. 2. num. 5. vbi Angel. dicit ſe ita practicaſſe Florentiæ. ¶ His ergo requiſitis concurrentibus, intereſſe lucri ceſſantis poteſt hodie exigi, & ſecũdum hoc eſt intelligendus tex. in. c. conſtitutus. & in. c. peruenit. de fideiuſſoribus. l. Iulianus. ff. de actio. empt. vbi habetur quòd intereſſe debet peti tantum vt damnũ emergens, non vero vt lucrum. & l. 8. ti. 3. par. 5. verſi. *Eſtos menoſcabos.* Adde Bald. in. l. 2. in. 6. C. de vſu. & Palati. cub in Repet. c. per veſtras. § 6. de dona. inter vir. & vxo. ¶ Ex prædictis verificatur dictũ Hoſti. quem cæteri Docto. ſequuntur in. c. fin. de vſur. contra Innocen. quòd ſi mercator habens cẽtum ducatos volebat ex eis emere merces, & illas deferre in certum locum cauſa negotiandi, in quo negotio erat veriſimiliter & probabiliter lucraturus decem, quòd licitè poterit abſq; aliqua vſura recipere illud lucrum ſperatum in prædictũ modum ab amico, cui mutuauit pecuniam ipſam. Idem tenet Angel. verb. Vſura. 1. §. 16. & Syluest. in. 1. q. 23. vbi dicit, quòd ſequuntur eum omnes ſummiſtæ. ¶ Tamen ſi eſſet Doctor miles, ſeu perſona eccleſiaſtica, quia in iſtis perſonis ceſſant requiſita ſuprà allata. non poſſunt repetere aliquid loco intereſſe conſiſtentis in lucro ceſſante, ſed illud tantùm quod conſiſtit in damno emergente, in quo poterit declarari & verificari dictũ Innocen. in. ca. 1. de vſur. dicentis, quòd vbi debitor mihi non ſoluit debitum ad certam diem, & ego ob id ab alio recepi illam quantitatem mihi debitam ſub vſuris; quòd vſuras, quas ſolui, poſſum in foro animæ ab eo recuperare, quia eſt damnum emergens in meis bonis. Adde quod idem dicit Bald. in. l. vſuras. numer. 1. C. de vſur. & tenet Anchar. conſi. 376. num. 3. Conrad. de contract. q. 41 ¶ Et circa prædicta dubitatur, Petrus recepit pecuniam mutuam à Paulo ſub vſuris, Vtrum illam pacto expreſſo poſſit remutuare Ioanni ſub eiſdẽ vſuris? Et eſt dicendum quòd vſuras currentes deinde poſſunt à mutuatario ſtipulari, quia eſt damnum emergens, ſi ipſe manerem obligatus ad ſoluendum cum vſuris, vel cambijs. Archid. in. c. vſura. 14. q. 3. Conrad. de contract. q. 41. ¶ Hinc etiã eſt, quòd diſpoſitio cap. Salubriter. de vſur. habet locum in tertio mutuante genero, vt ſi gener rem ſibi pignori datam pro dote tradiderit Paulo mutuatore, & hoc caſu, quo gener liberaliter conceſſerit & donauerit ius quod habet in re, vel eo in caſu, quo ei ex mutuatione ſequeretur damnũ emergens, ſeu lucrum ceſſans ſicut contingeret genero, non alias. ¶ Probatur. In re propria, vnuſquiſque eſt moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. l. Sed ſi lege. §. cõſuluit. ff. de pe hære. Sed gener habet ius leuandi fructus rei pignori datæ pro dotis aſſecuratione, abſq; eo, quòd teneatur propter eos extenuare ſortẽ, ergo eos poterit donare mutuatori. ¶ Secũdo. Quis rem cũ omnibus ſuis priuilegijs & cauſis in tertiũ transferre poſſe, non eſt dubiũ. l. certi iuris. C. de hære. vel act. ven. igitur cùm tranſferre voluit, modo prædicto ipſe habebit. Tertio. Subrogatus gaudet priuilegio ſubrogantis. l. filiæ tuæ. §. Titia. ff. de condi. & demonſtra. §. fuerat Inſti. de act. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautioni. capit. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſt. Ludo. Gome. in regul de trien. poſſeſſo. q. 14. idem in cap. ſtatutum. num. 63. de reſc. libr. 6. Iaſon. conſil. 78. &. 108. lib. 2. & in conſili.

21.lib.2.Eueta.in topica iuris.capit.93.Coraſi.
lib.3.iuris ciuilis miſce.capitul.19.nume. 4. Hip-
poly.ſingul.255.Andr.Tiraquel. de retract. foli.
100.numer.80.& de primogenitura.quæſt. 40. n.
40.verſic.Decimo ſubrogarum ſapit naturā eius.
¶ Præterea, Vbi eadem militat ratio, eadē debet
eſſe iuris diſpoſitio.l.his ſolis.C.de reuo.dona.c.
cùm dilect.de conſ.vtili vel inutil.cum ſimil. ſed
hic verſatur intereſſe, & iſtud priuilegium ſit ra-
tione intereſſe, & non dotis, vt animaduerſum
fuit à Ioan.Lup.in capit.per veſtras.§.8.fol.100.
col 4. Requiſitis extantibus lucro ceſſante, de
quibus ſuprà habitum eſt. ¶Inſuper quinto loco
probatur ex Salic.in authen.Ad hæc.quæſtio.13.
C.de vſur.Lauren.Rodulp.in. c. conſuluit. quæſ.
54.eod titul.Ioan Lup.in loco citato.§. 8. num.3.
Conrad.de contract.quæſti.35.conclu.13.Archi.
Florenti.2.part.titul.1.§.32.capitis ſeptimi. Caie
tan.2.2.quæſt.78.art.2.ad.6.Syluest. verb. vſura.
3.quæſt.4.vbi dicit.quòd conſiderandum eſt in-
tereſſe, quod ſi militat in extraneo ratione mu-
tui,eſt ſibi dandum.Angel.verb.Vſura. 1. §. 26.
Ioan.Methymnen.de reſti.fol.139.colu.1.¶ Nec
obſtat authoritas Bald.in rub.C.de vſuris.nume.
5.tenentis contrariam ſententiam in extraneo ta
li fundamento, Per mutationem perſonæ ; tolli-
tur qualitas & priuilegium rei.l.licitatio.§.merca
tores.ff.de publica.l.per procuratorem.ff.de ac-
quirend.hæredi.cap.vni.§.fina.de iure patro. lib.
6.Ande.Tiraquel.de retract.lib.1.§.1.gloſſ.13.n.
12.& dixi ad Segur.in.l.3 § fina.nu.119.ff.de li-
be.& poſth.ergo per tranſlationem rei pignora-
tæ pro dote in extraneum ceſſabit priuilegium
generi tributum.¶Nam Baldi argumentum pro-
cedit,vbi perſona eſt cauſa immediata priuilegij.
l.1.de imponend.luc.diſcretio.lib. 10. & in dictis
iuribus.Secùs tamen eſt, vbi eſt alia cauſa, vti in
noſtro caſu eſt lucrum ceſſans,vel damnum emer
gens,ſeu libera voluntas donandi ius ſuum in ex-
traneum,quo in caſu remota perſona tranſit cum
ſua cauſa.argu.text.in clem.vnic.de ſupplen ne-
gligentia prælatorum.¶Nec obſtat quòd text.in
cap.Salubriter.loquitur in genere, & non in ex-
traneo.& ſic in ſuis terminis eſt intelligendus. l.
proſpexit.ff.qui & à quibus capitul. ad audientiā
de decimis. & omiſſum manet pro caſu omiſſo in
quacunque. iuris, hominis ve diſpoſitione. vt la-
tè oſtendit Andreas Tiraq. de iure primogenio-
rum,q.40.nu.190.vbi omnino vide.Sed eſt dicen
dum,ꝙ iſtud procedit ex interpretatione declara
tiua & paſsiua,quæ ſemper,& in quibuſcunq; diſ
poſitionibus,locū obtinet,vt Tiraquel.docet. d.
q.40,nu.209.Vel dici poteſt, ꝙ hoc in extranea,
cum eadem æquitas ſtatuendi verſetur, pro ſtatu-
to habendum eſt,quia ſi rogati fuiſſent ſtatuentes
tempore huius conſtitutionis de iſto caſu, idē diſ-
poſuiſſent.Et ſic pro diſpoſitione expreſſa haben
da eſt,iuxta theoricam communem glo. in clem.
1.vet.præſidētes.de teſc.& in.l.tale pactum.§. fi.
ff.de pact.Segur.in rep.l.Imperator.nu.39.& ibi
latè dixi ff.ad Trebel.¶Quæro ſucceſsiuè. Vtrū
pro fideiuſsione liceat aliquam commoditatem
expectare;ſeu lucrum poſtulare?Et eſt dicendum,
quod ratione lucri ceſſantis, vel damni emergen-
tis licitum erit.ſecundum Laurenti. Rodulph. in
rep.cap.conſuluit.3.part.q.3.&. q: 47.Ambroſi.
de Bign.in rep.cap.Salubriter.num.38. de vſuris.
Ioan.Lup.in repe.cap.Per veſtras.§.Sexto nota.
fol.108.nu.9.de dona & Philipp.Deci. conſil. 7.
col.1.nu.1.Et eſt communis ſecundum Carolum
Molinæum in tract.de contra.vſura. q. 31. Con-
rad.de contract.q.40.Archiep.Floren.2.part. ti-
tul.1.ca.7.§.45.Syluest.in ſum.verb.Vſura.in.t.
quæſtio.39.vbi dicit quòd eſt communis opinio.
Angel.verb.Vſura.1.q.41.& expreſsiùs in verb.
Fideiuſſor.§.20.& ſic non erit vſura aliquid reci-
pere vltra capitale pro fideiuſsione, dum tamen
fraus,& dolus abſit.Et Ioan.Methy.in codice de
reſtitutione.fol. 146.§.ſequitur amplius fideiuſ-
ſor.Nauar.in repe.c.fin de vſuris.in princ. nu. 7.
¶Sed quæro, iſte mutuatarius non inuenit fide-
iuſſorem,& principalis mutuator petit ab eo id
quod poterat dare pro fideiuſsione,vtrùm poſsit
recipere ſicut fideiuſſor? Et dicendum videtur ꝙ
ſic, quia ipſe remittit fideiuſsionem,& ſe ponit,
hac ratione in periculo amittendi debitum, vt à
communiter accidentibus contingit.argu. tex. in
ca.fin.de vſur.Secundò,ſi in fideiuſſore hoc locū
habet,ergo & in principali,cùm verſetur eadē ra-
tio reſpectu aſſecurationis.Carol.Molinæ. de vſu
ris.q.32.& Couar.lib.3.Variarum reſolutio.ca.2.
nu.6.¶Tamen eſt (mea ſententia) dicendum con-
trarium: quia qui ſe exponit periculo peccandi,
peccat,& iſte eſt huiuſmodi;cùm cautius ſit abſti
nere in iſtis caſibus à prædictis contractibus,cùm
contineant vſuram quodammodo interpretati-
uam,Tum, quia eſſet deductio vſuræ per ind re-
ctum, quæ minimè eſt permittenda. argu.regul.
Cùm quid.de regul.iur.libr.6. Tum, quia ſtipu-
latio lucri pro ſorte etiam lucri ceſſantis inducit
vſuram, ſi à principio contractus mutui inter-
ponatur.Bald.in.leg.rogaſti.§.ſi tibi.ff. ſi certum
petatur.Ioannes Andr. in capitulo finali, eodem
titulo. Præterea, quia fideiuſſoris pactum po-
nitur pro ſuo facto,& non pro pecunia, & ſic lu-
crum conſequitur ex illa aſſecuratione & labo-
re quod non eſt inhibitum, principalis verò il-
lud lucrum ex ipſius pecuniæ vſu vult habere,
quod iniquum eſt. Quod nota tanquam nouum,
& vſque ad hæc tempora non tactum per alium.

Google

Quæro nunc, vſura an ſit prohibita, & quonam iure? Et eſt dicendum, vſuram omni iure prohibitam, adeo quòd pertinaciter affirmans non eſſe prohibitam, eſt hæreticus cenſendus. ¶ Confirmatur per text. in capit. quia in omnibus. & in capitul. ſuper eod. de vſur & in capitu. cùm tu. eod. titul. vbi habetur, quòd vſura eſt peccatum. Sed peccatum ſemper omni lege fuit turpe & odioſum, ergo &c. Eſt gloſſ. in capitul. 1. verb. animas. de vſur. lib. 6. per tex. ibi. & eſt text. in capitul. quamquam. eod. titul. & lib. & in clem. 1. de vſur. & in clem. 1. de ſepultu. ¶ Secundò iſtam partem è noſtris approbant Archidi. in capitul. ſi quis 14. quæſtion. 4. Ioan. Anania in capitul. quia in omnibus. colum. 19. num. 16. de vſur. Flori. in rubri. ff. eod titul. numer. 1. Iaſo. in. l. 1. num. 47. C. de ſum. Trin. & in. §. omnes autem. numero. 14. Inſti. de actio vbi dicit iſtam eſſe opinionem cõmunem. & gloſſ in. l. 6. titul. 2. lib. 4. for. legum. in gloſſ. 1. Petr. Ferra. in forma libelli in actione. Hippoly. verb. ſine aliqua vſurarum. fol. 178. Robert. Maran. in ſpeculo aureo aduocat. folio. 78. num 54. in. 4 part. diſtin. 16. Conrad. in tracta. de contract. quæſtion. 22. ¶ De iure diuino probatur. Luc. 6. Benefacite, mutuum date, nihil inde ſperantes capitul. conſuluit. infra eod. tit. de vſur. & Exod. 22. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui tecum habitat, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes. Et Deutero. 23. Non fœneraberis fratri tuo ad vſurã pecuniã, nec quam libet aliam rem. Et in Pſalm. 14. Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram. Et ſic firmans contrarium, negat ius diuinum, & præcepta Pontificum, & ſic merito hæreticus eſt cẽſendus, vt eſt text. in clem. vnic. §. fin. de vſur. Conrad. vbi ſupra. quæſtio. 24. concluſio. 4. & quæſt. 100. concluſio. 1. ¶ De iure ciuili probatur vſurã inhibitam fuiſſe à Iuſtiniano Imperatore per gl. verb. Petrum. in dict. l. vbi Iaſo. C. de ſum. trini. gloſſ. in authe. Ad hæc. C. de vſur. tali fundamento. Vſura fuit prohibita à Concilio Nicæno in capitul. quoniam. 47. diſti. & concilia quatuor fuerunt præcepta ſeruari ſicut quatuor Euangelia à Iuſtiniano in authen. De eccleſiæ. titulis. in prin. ergo ab ipſo cenſentur prohibitæ, cùm lex referens ſit in referente. l. aſſe toto. ff. de hæred. inſti. l. Titia. in princ. ff. de manu. teſta. l. inſtitutio talis. ff. de condi. inſti. l. ſi ita ſcripſero. ff. de condi. & demonſtra. ¶ Et leges non dedignatur ſacros Canones imitari, vt eſt notum, & in materia, in qua verſaretur culpa peccati, eſt præferenda diſpoſitio iuris Canonici. gloſſ. in regul. Poſſeſſor. de regul. iur. lib. 6. capitul. fin. de præſcr. gloſ. §. hactenus. Inſti. de grad. quæ dicit, quod in materia ſpirituali aſſentiendum eſt iuri Canonico cap. 1. noui ope. nunti. & cap. clerici. de iudi. ¶ De iure regio, eſt. l. 1. & 8. titul. 2. lib. 8. ordina. & l. 5 titul. vltim. eod. lib. & in lib. Pragm. fol. 50. col. 3. verſi. *Otroſi tened mucho cuydado, è poned mucho diligencia en caſtigar las blaſphemias, è vſuras* & in. l. 96 in curijs Madri. anno. 1534. & l. 77. Valliſoleti. Anno. 1548. & in reperto. Curiarum. l. 1. titul. 2. libr. 8. ſupp. in. t. De iure naturali eſt pluſquã notum eſſe prohibitam, quia vſu conſumitur pecunia, vti probat alijs rationibus Couar. libr. 3. Variarum reſolutio capit. 5. num. 5. ¶ Quæri poteſt, cùr fuerint vſuræ prohibitæ. Multæ certè rationes aſsignantur in hoc à Saliceto in repet. authẽ. Ad hæc. colum. 2. verſicul. Septimo quæro. C. de vſur. Vna eſt, ad euitandam ſegnitiem in artibus virtualibus & induſtrialibus, nam vnuſquiſque intenderet dare ad vſuram officijs & artificijs omiſsis, & ſic induceretur maximum malum reipublicæ, maximè circa deſertionem agriculturæ, cuius quàm vtile ſit reipublicæ, nullus eſt qui ignoret. De qua aliquã ſcribit Tiraquel. de nobilitate capitul. 35. Alia ſecunda eſt, quia per vſuram depauperarentur ciues. capit. quanto. vbi Pan. num. 2. de vſur. & intereſt reipublicæ ſuos ciues habere locupletes. gloſſ. in. §. ſed maior. Inſti. de ijs qui ſunt ſui vel alie. iur. verb. malè vtatur. Cæteræ rationes videndæ ſunt apud Conrad. de contractibus. quæſtion 22. concluſi. 5. & Ioan. Coraſi. lib. 3 iuris ciuilis miſcella. capit. 21. num. 7. & Hoſtien. in capi. 2. de vſuris. ¶ Quæritur præterea, Vtrum dare ad vſuram ſit mortale. Et eſt dicendũ quod ſic, prout denotat inæqualitatem ratione mutui. Probatur. Lege diuina eſt id prohibitum, & lege etiam humana, ergo veniens contra huiuſmodi iura peccat. Secundo iſtam partem tenet San. Thom. 2. 2. quæſtion. 78. ar. 1. & ibi Caieta. Idem Thom. quodlibe. 3. articu. 19. & in opuſcul. 73. capitul. 4. & in quæſtio. de malo. quæſtio. 13. art. 4. & in. 3. ſenten. diſtin. 37. articul. 6. Florenti. 2 pat. titul. 1. capitul. 6. §. 1. ¶ Hinc deducitur, Papam in vſura diſpenſare non poſſe. Quia non debet concedere peccatum. Tenet Panor. in capitul. mandato. numer. 6. de Simoni. Ratio, quia Papa non poteſt venire contra legem Dei. Quod eſſet, ſi vſuram permitteret, & lex ſuperioris, non poteſt tolli ab inferiori. Clemen. Ne Romani. de electi. ¶ Ampliatur, etiam ex iuſta cauſa, vt eſt redemptio captiuorum capitul. ſuper eod. de vſur. Quia intentio finis boni, non iuſtificat factum in ſe dãnatum. Conrad. de contract. quæſtion. 84. concluſi. 2. verſi. Ex hac concluſione. & mala nõ ſunt facienda, vt inde eueniant bona. Conrad. de contract. quæſtio. 26. concluſ. 2. Hadrian. quodlib. 9. litera. y. Et hãc partem probat Apoſtolus ad Roman. 13. Ex quo infertur, quòd puer, qui diceba-

tur

Digitized by Google

tur ſanare infirmos in hac ciuitate, ad quem populus concurrebat, optimè fuit factum, cùm Epiſcopus & Inquiſitor ipſum examinauerint in qua virtute id faciebat, & fuit pulſus, quia nullam demonſtrauit Item etiam alia opera, quæ quanuis in ſe bona, fiunt mala arte, His etiam accedit nota. Conrad. quæſtio. 27. concluſio. 2. Couar. li. 3. Variarum reſolutio. capit. 1. num 8. ¶ Dubitatur, An pro pecunia mutuata liceat expectare aliquã commoditatem, ſeu rem æſtimabilem. Et eſt dicendum quod non. cap. ſi fœnerabetis, & capit. plerique. 14. quæſtio. 3. capit. conſuluit. ibi, nihil inde ſperantes. Ezechiel. 18. Si vſuram & ſuperabundantiam non acceperint. Et Luc. 6. Mutuum date, &c. Sanct. Thom. 2. 2. quæſtio. 78. articu. 2. ¶ Hinc infertur, quòd ſi mutuas frumentum antiquum ad renouãdum nouum, hoc eſt, vt nouum tempore ſolutionis mutuatarius tibi reſtituat, eſſe peccatum vſuræ, quia facis principaliter propter lucrum, ne tuum pereat, & inde lucrum ex meliori recipias. Laurenti. Rodolph. 2. par. in repet. capitu conſuluit. quæſtion. 45. de vſur. Archiep. Florent. 2. part. tit. 1. cap. 7. §. 9. Syluest. verb. Vſura. in quæſtio. 17. Guido Papæ in tractat. De vſuris. num. 24. Clauis huius dubij in eo potiſſimum conſiſtit ſi hoc faciendo, intendit lucrum, nam ſi ita eſt, vſura erit. Si tãtùm ſalua æqualitate iuſtitiæ intenditur vitatio damni, non erit vſura, nec illicitus cõtractus. ¶ Deducitur etiam, quòd mutuans granum exiſtens Salmanticæ tempore mutui, vt ſibi reddatur in alio loco, vbi requiritur maior expenſa in vectura, committet vſuram, quia eſt quid æſtimabile ratione mutui. ¶ Ex eadem quæſtione, & in eius capite dictũ infertur, quòd ſi quis mutuat alteri ea intentione vel pacto, vt vadat ad apothecam ſuam ad emendum, vel ad molendinum ſuum ad molendum, vel ad furnum ad coquendum, quod committit vſuram. Ioan. Andr. in regul. Peccatum. de regu. iuris, lib. 6. Laurenti. Rodulph. in cap. conſuluit. 2. part. quæſt. 38. de vſur. Archiepiſco. Florent. 2. part. tit. 1. capit. 7. §. 8. Hadrian. de reſtitutione in 4. ſentent. fol. 118. §. iuxta prædicta diſquirendum eſt. ¶ Ratio eſt, quia libertas iſtius mutuatarij prædicto pacto ligatur, quæ ſufficit ad reddendum contractum illicitum eo in caſu, quo nulla alia res æſtimabilis interueniſſet. ¶ Quæro, Vtrũ petere pecuniam mutuam ab aliquo ſub vſuris ſit peccatũ? Et eſt dicendum quod non. Quia ſecundum Philoſophum. 5. Ethicor. qui patitur iniuriam, non peccat. Sed vſurarius peccat inquantum facit iniuſtitiam accipienti mutuum ſub vſuris: ergo ille qui accipit mutuum ſub vſuris non peccat. ¶ Secundò confirmatur. Nam iuramẽtum quod peccatum inducit, non eſt ſeruandũ capitul. non eſt obligatorium de reg. iuris. lib. 6. cap. in malis promiſsis. 22. quæſtio. 4. Sed iuramentum de ſoluendis vſuris eſt ſeruandum à promiſſore. cap. 1. & cap. debitores. de iureiuran. ergo licitum eſt ex parte ſoluentis. Idem tenet glo. ſi. in dict. cap. debitores. Archi. in cap. ſi quis vſuram. 14. quæſt. 4. & in cap. mouet. numer. 4. 22. quæſtio. princ. Collectar. in cap. quia in omnibus 2. colum. numer. 6. de vſur. Panormit. in capit. ſuper eod. num. 4. eod. tit. Idem in cap. cùm in eccl. num. 6. de Simoni. Anani. in cap. ooo ſatis num. 6. de vſur. Luc. de Penna in. l. 2. ad fin. C. vt ruſtici ad nullum obſequium. lib. 11. E Theologis iſtam partem tuetur Diuus Thomas. 2. 2. quæſtio. 78. artic. 4. & Caietan. idem tenet Thomas in 3. ſentent. diſtinct. 37. artic. 6. ad ſextum & in opuſculo. a 1. artic. 5. & opuſculo. 73. capit. 17. & quæſt. 13. de malo. artic. 4. ad 17. & 19. argumentum. Conrad. de contracti. quæſtio. 47. Richard. de Media villa in 4. ſenten. diſtinct. 15. art. 5. quæſtio. 5. ad ſecundum. & ibi Ioann. Maior. quæſtio. 29. Archiep. Florenti. 2. parte. tit. 1. cap. nono. §. 14. Angel. verb. Vſura. 2. §. 2. verſi. Vtrũ liceat. Hadrianus Papa quod lib. 3. §. ſecundo inquirendum eſt, an ſemper illicitum. litera. A. ¶ Præterea peccatum hic non verſatur, cùm deficiat intentio dantis vſuram, quia facit pro ſubuentione ſua, & ſic ad neceſsitatem propriam in uandam. argum. text. in capit. humanæ aures. 22. quæſtio. 5. gloſ. in capit. veniens. de iureiurand. Deci. in cap eccleſiaſticæ. colum fin. de exceptio. Alia, quæ hic poſſemus annotare in materia ſunt videnda per Laurenti. de Rodulphis in dict. repet. capit. conſuluit. & per Ambroſi. Bigoa. in capit. ſalubriter. de vſur. & per Archiepiſc. Florenti. 2. par. titu. 1. capit. 6. & Doct. Didacum Couarru. lib. 3. Variarum reſolutio. cap. 1. ¶ Reſtat vt videamus quibus pœnis ſit plectendus cõuictus in iſto crimine vſurarũ. Et eſt prima, quod eſt infamis citra aliam ſententiam eo ipſo, quod de vſura cõſtat. l. improbum fœnus. C. ex quibus cau. infami. irrog. cap. infames. §. porrò. 3. quæſtio. 7. Panormit. in cap. inter dilectos. num. 2. de exceſſ. prælatorum. ¶ Ampliatur, quòd infamia irrogatur ipſo iure ob tale crimen. gloſſ. Cin. Albert. & Sali. in l. improbum. C. ex quibus cauſ. infami. irrogetur. Panorm. & Anch. in cap. inter dilectos. de exceſſ. Prælato. Matheſilan. notab. 49. & eſt communis opinio ſecundum Doct. Couar. lib. 3. Variarum reſolutio. capit. 3. num. 2. Gregor. Lopez. in l. 4. verb. *Vſureros.* titu. 6. part. 7. Ex qua concluſione infertur intellectus ad l. fratres. C. de inoffició. teſtam. & ad. §. ſoror. Inſtit. eod. quod frater habet querelam inofficioſi aduerſus teſtamentum fratris, in quo vſurarius eſt

 inſti-

Digitized by Google

inſtitutus hæres tanquàm turpis & infamis perſona ſit inſtituta, omiſſo fratre. Ita Anto. Butrio in capit. Rainuntius. de teſtamen. quem ſequitur Matth. notabi. 49. & notabi. 197. ¶ Ampliatur, etiam ſi ſit vſurarius in quacunque quantitate, cũ hodie ſit prohibita vſura in quacunque ſpecie, & quantitate de iure diuino, & naturali, & etiam Canonico, vt probatum eſt, & ſic ſemper in quacunque parus vſuraverit improbum fœnus dicendum cùm vſura ſit omnino improbata. ¶ Ita Matheſi. nota. 39. Guillel. de Cuneo. Pet. Iacob. Butriga. Cin. & Salice. qui teſtantur hanc opinionem communem in. l. improbum fœnus. C. ex quibus cau. infam. irrog. Et ſecundum Domi. in conſil. 77. colum. penult. & probat regia. l. 8. iſto tit. contra gloſſ. in. l. improbum fœnus. ſuprà citata. quatenus voluit hanc pœnam infamiæ locum habere contra exercentes vſuram vltra limites legis ciuilis, ſcil. vltra centeſimam, cùm aliæ vſuræ intra centeſimam permiſſæ forent, & ideò veroſimile non eſſe legem Cæſaream infamia eos affeciſſe, qui ſecundum eius permiſſionem & authoritatẽ fœnori darent. Et approbat concluſionem prædictæ gloſſ. Domi. in dict. conſil. 77. ¶ Item etiam clericus vſurarius infamis eſt ipſo iure, ſicut laicus, text. ſecundum Panor. ibi in capit. inter dilectos. de exceſsi. prælato. Et eſt intelligenda iſta ſententia eo pacto, quo diximus in laicis ad interpretationem dictæ. l. improbum fœnus. ¶ Hinc venit, quòd conuictus de vſura, eſt inhabilis ad ſacrorum ordinum ſuſceptionem. text. in capit. maritum. 33. diſtinct. capi. ſeditionarios. 46. diſt. Seditionarios ſtatuimus nunquam ordinandos clericos, ſicut nec vſurarios, vel iniuriarum ſuarũ vltores. capit. 147. diſtinct. ¶ Confirmatur, nam vſurarius eſt infamis, & infamis infamia iuris vel facti eſt irregularis ad ordines ſacros ſuſcipiẽdos. capit. qui in aliquo. diſtinct. 51. capit. Euthemianus. hinc colligitur. 2. quæſt. 3. vbi loquuntur de infamia iuris. Et Richard. in. 4. ſenten. diſtinct. 25. artic. 6. quæſtio. 1. & ibi. quæſtio. 2. loquitur de infamia iuris Canonici. Angel. verb. infamia. §. 10. & Sylu. quæſtio. 3. Idem de infamia facti. ca. omnipotens. de accuſatio. Richard. vbi ſuprà. q. 3. Gundiſaluus de Villadiego, de irregular. capit. 2. verſic. Item eſt irregularis infamis. l. 8. tit. iſto. 2. infrà hoc lib. 8. ergo & vſurarius, cùm ſit talis. ¶ Eſt etiam alia pœna, quòd non poteſt eligi, ſeu præſentari ad eccleſiaſticum beneficium, ſeu dignitatem. capit. de Petro. 47. diſtinct. Bertachi. in tracta. de Epiſcopis. 2. lib. 1. partis. quæſtio. 33 Cæſar Lambert. de iure patronatus. 21. artic. 9. quæſtio princip. 1. par. 2. lib. fol. 247. col. 3 §. expediti. Rebuff. de pacificis poſſeſsio. Præterea eſt alia, quod clericus conuictus de vſura, eſt ab ordine & dignitate deponendus capit. epiſcopus. 47. diſtinct. Quod intellige, quando monitus non deſtiterit à tali iniquitate. capit. præterea. de vſur. vbi Panormi. ¶ Hinc clericus priuatur ab obtinendo beneficio. gloſſ. in capit. Præterea. de vſur. ſecundum regulam. Infamibus. lib. 6. ¶ Item etiam priuatur officio obtento & obtinendo. text. not. in capit. 1. de vſur. vbi eum notant Ioan. Andr. Panor. & Rauen. Alex. conſil. 72. in princ. lib. 1. & Ioan. Bern. in practi. crimi. capitu. 82. Hoſti. in ſum. de vſur. §. vlti. verſic. Alia à iudice. & ſic punitur pœna arbitraria à iudice ſuſpẽſionis tantum. vt in cap. præterea. Si tamen punitus pœna ſuſpenſionis in eodem errore perſtiterit, venit puniendus pœna depoſitionis ab officio & beneficio. vt in dict. capit. 1. quod ibi probat, quatenus inquit, inſiſtat. & ſic ex perſeuerantia augetur delictum. capitu. quanto. de conſ. ca. non debet. de conſang. & affini. capit. cùm haberet. de eo qui dux. in matri. quam pollu. per adulte. ergo & pœna eius. ¶ Vſurarij etiam præter alia compelluntur in odium vſurarum demonſtrare libros rationum. clem. vnic. §. cæterum. de vſur. Ioan. Anani. in capit. præterea. colum. 4. nume. 6. de vſur. Panor. capit. 1. nume. 9. de probatio. ¶ Præterea vſurarijs manifeſtis & prædonibus denegatur appellatio. tex. & ibi Anani. in. ca. quàm perniciosum. de vſur. Quod declaravit ibi per eũdem Anani. colum. 1. & 2. ¶ Vſurarijs vltra pœnã reſtitutionis propter delictum eſt eis pœnitentia iniungenda. Anchar. in capit. cum tu. numer. 6. de vſur. ¶ Vſurarij nullo exiſtẽte accuſatore etiã de officio ſunt puniendi ab ordinarijs per pœnã Concilij Lateranenſis. capitulo. cùm in diœceſi. vbi Anch. num. 1. de vſur. & Deci. cõſil. 170. quærit, vtrùm vſurarius per ſecularem iudicem caſtigari poſsit criminali pœna. Omnino vide Marãt. diſputatione. 5. Vſurarij manifeſti non admittuntur ad eccleſiaſticam communionem ſecundum Innocen. in cap. quia in omnibus. de vſur. id eſt, ad ſuſcipiendum corpus Chriſti. Vel ſecundùm Panor. ibi, non admittitur ad eccleſiam, quando celebrantur diuina: quia exiſtentes in eccleſia, dicuntur admitti ad altaris communionem. Et iſta expoſitio videtur melior. vt vſurarius rubore cõfuſus, faciliùs reſipiſcat, & exeat à crimine, ſicut dicitur de excommunicato in cap. 1. de except. lib. 6. Et ita poteſt intelligi text. in capit. miniſtri. ibi, à communione. 14. quæſtio. 4. ¶ Eſt & alia pœna, quòd decedenti in hoc peccato manifeſtæ vſuræ, denegatur eccleſiaſtica ſepultura, ita vt nec in cœmeterio eccleſiæ ſit ſepeliẽdus. & clerici eius ſepulturæ intereſſe non debent. dict. ca. quia in omnibus. Quæ pœna eſt confirmata per text. in capit. 1. de vſur. lib. 6. & aucta per Clem.

Eoſ. de

Eccl. de ſepult. quia ſepelientes manifeſtum vſurarium ſunt excommunicati ipſo facto. vbi gloſſ. ponit qui dicantur ſepelire, clerici tantùm, an laici aſſiſtantes, vel foueam facientes, ſeu in foueam cadauer reuoluentes. ¶ Præterea ſi ſepeliatur cadauer in eccleſiaſtica ſepultura, debet exhumari. Panor. in cap. ſuper. num. 2. de ſtat. monach. Angelus verb. Vſura. 2. §. 6. ¶ Alia pœna eſt, vt non admittatur ad oblationem faciendam, vnde debet ſacerdos reſpuere oblationem vſurarij manifeſti. Ita Panormit. & Anani. in capit. quia in omnibus de vſur. & Cæſar. Lamberti. in tracta. de iure patron. 2. art. 9. quæſt. princ. 1. partis. 2. libri. nu. 4. ¶ Eſt etiam & alia pœna, quod vſura ad conuincendum vſurarium probatur per teſtes, ſingulares ſecundum Nellum in tracta. de teſtibus. num. 187. etiam deponendo in facto proprio, dicẽdo, quòd ipſi receperunt mutuum ſub vſuris. l. iſta. 1. tit. 2. lib. 8. ordinam. Et adde Alexand. num. 4. in. l. dictantibus. C. de teſtamen. Additio. Panormit. in capit. licet ex quadam. num. 8. in verb. reddit. de teſtib. cũ adductis ab Aymone conſil. 6. nu. 102. Matthæ. de Afflictis in conſti. Regni Siciliæ & Neapoli. lib. 1. rubri. 6. num. 2. & Didac. Couar. lib. 3. Varia. reſolutio. capit. 3. num. 5. Præterea probatur vſura coniecturis. capitul. cùm in diœceſi. de vſur. ibi, ſi tamen alijs argumentis. ſing. ſecũdum Panorm. ibi. & in conſ. 22. lib. 1. quòd quis poteſt conuinci de vſura per famam, & alia argumenta, adde Panorm. in cap. illud vos. num. 4. de pignor. Feli. in capit. veniens. colum. 4. de teſtib. gloſſ. verb. manifeſtos in cap. 1. de vſur. lib. 6. l. 1. titu. 2. de vſuris. lib. 8. ordinam. & Raue. de emptio. & vend. colum. 4. dicit eſſe bonum text. dict. cap. in diœceſi. ad id quod ſuprà diximus. ¶ Punitur etiam excommunionis pœna, cap. clerici arma. de vita & honeſta. clerico. ¶ Eſt etiam alia pœna, quoad vſurarij teſtamentum citra formam textus in cap. quanquam. de vſur. lib. 6. Pro cuius interpretatione eſt videndus Couar. in dict. capitu. 3. num. 7. & quæ notat ipſe in rub. de teſtam. 3. par. num. 11. ¶ Eſt tamen prædictis adnectendum id, quod Felin. in cap. in præſentia. colum. 7. num. 13. de probatio. & Burgos in cap. ad noſtram colum. 4. de emptio. & vendi. adnotarunt, quod nõ ſufficit probaſſe contractus vſurarios feciſſe, ſed oportet probare illas vſuras recepiſſe. Et eſt communis nota ad tex. in dict. ca. quanquam. de vſur. lib. 6. ibi, De vſuris quas receperãt, & debet probare actor quòd tales cõtractus communiter pro vſurarijs in loco reputabantur. Soci. nepos conſi. 83. num. 21. lib. 2. alios citat. quæ ſunt not. ad liberandum aſſertum aliquem de contractu vſurario. Cum forte non ſit. Et præterea alia pœna: quod dominium vſuræ non tranſit in vſurarium, vt diximus in l. 5. glo. 1. tit. 19. infrà. eod. lib. 8. vbi aſſerui communem opinionem aduerſus aliam communem contrariam firmantem quòd tranſeat dominium. ibi videbis. ¶ Vſurarius cenſetur hæreticus & punitur pœna dimidiæ partis bonorum cameræ Regis. dict. l. 5. tit. 19. infrà. eod. lib. 8. ordi. quam intelligas, vt ibi intelligo nouo ſenſu. Eſt etiã turpis perſona, & ſic ſi hæres inſtituatur à teſtatore, fratri daretur querela. Bald. & Salice. in. l. improbum. C. qui notant. infam. Antoni. in cap. Raynutius. de teſta. Fernan. Vaſquius Minchacę. in lib. 1. §. 10. num. 193. de ſucceſſ. creat. fol. 123. colum. 1. vbi idem dicit eſſe contra filium ſpuriũ ſacerdotis, & etiam concubinam teſtatoris hæredes inſtitutos, quæ perſonæ tanquam turpes querela fratris excludi poſſunt ab inſtitutione, & ibi declarat multis modis à num. 196. cum ſeq. de vſurario hærede inſtituto ſiue ſit manifeſtus, ſiue occultus dum tamen ſit ſententia declaratoria datus pro vſurario eſt infamis & turpis perſona, & quòd querela inſtitui poſſit contra eum à fratre prætерito. Sententia eſt Grego. Lup. in. l. 4. tit. 6. part. 7. verb. *Vſureros*. ſed dolendum eſt, his noſtris tẽporibus, quibus nihil timoris eſt, talis periculi, & pœnarum impoſitio, de quibus ſuprà cum alijs multis in vtroque foro ſtatutis non retrahit eos ſaltem timore earum ab iſto crimine vſurarum. ¶ Eſt etiam puniendus à iudice eccleſiaſtico, vel ſeculari, cum ſit mixti fori, etiam ſi crimen mere eccleſiaſticum ſit. Nam concluſiue tenendum eſt quòd iſtud crimen habetur pro eccleſiaſtico quãdo eſt dubiũ, an contractus ſit vſurarius: vel quando agitur de vſuris, vt de peccato. Sed ſi ageretur de vſuris, vt de indebito ſoluto, tunc clarum eſt, quòd etiam ſecularis cognoſcit. c. poſt miſerabilẽ. de vſur. Præpoſ. ita reſoluit in ſum. 11. quæſt. 1. colum. 2. verſi. in gloſſ. ibi vſurarum. numer. 4. dicam in. l. 5. ti. 19. infrà. hoc lib. 8. & poſſunt lege Regia aliqua pœna ſeculari puniri. Iacob. Butri. in. l. improbum fœnus. C. ex quib. cauſ. infa. irrogetur. monach. Ioan. Andr. & Domi. in cap. 1. de vſur. lib. 6. Carol. Molinæ. de contract. illicitis, q. 10. Couarru. in epito. 4. decreta. 2. part. ca. 6. nu. 18. vbi defendit hanc noſtram legem Regiam. ¶ Eſt etiam in pœnam ſtatutum in iure, quod vſurarij manifeſti teſtamentum ſit ipſo iure nullum, niſi fiat ſecundum formam capit. quanquam. de vſur. lib. 6. Couar. lib. 3. Variarum reſolut. cap. 3. num. 9. nec etiam poterit cauſa mortis donare. Lap. allegat. 125. dicens inualidam donationẽ cauſa mortis eſſe, niſi reſtitutæ fuerint prius vſuræ vel præſtita cautione ab vſurario. vt in dict. capit. quanquam idem not. Hieronym. Gigas de crimine læſæ maieſta. libro tertio. titul. 1. quæſtio. 3. num. 4. gloſſ. in dict. capitu. quanquam. tenet text.

Digitized by Google

tex. illum procedere in qualibet vltima voluntate. quam approbant docto. communiter vt poſt Imol. in l. tam is. ff. de donat. cauſa mort. fatetur. Couar. in rub. de teſtamen. 3. par. verſi. tertio. numer. 11. vbi ponit contrariam affirmando eſſe cõmunem. Sed prior eſt tenenda, nam alias diſpoſitio dicti. cap. quanquàm redderetur illuſoria, nam quod eſt ei prohibitum vna via, cõcederetur per aliam indirectam contra diſpoſitionem dicti Canonis, quanquàm. de vſur. lib. 6. iſtas duas communes contrarias: verùm autem cambia & recambia quæ communiter ſunt in vſu: ſint licita, cum ſecundum Philoſ. 1. politico. ſola ratione naturali dicat, quòd vſuraria acquiſitio pecuniarum eſt maximè præter naturam. tradit S. Tho. 2. 2. quæſ. 78. art. 1. ergo iniuſta & reprobata ſunt & ſentit expreſſe Greg. Lup. in l. 4. verb. *vſureros*, titu. 6. part. 7. ¶ In contrarium imò quod licita ſint in republica. eſt gloſ. in l. 3. C. de inſti. actio. quam ibi communiter ſequuntur doct. ſecundum Fernandum Mchac. vbi idem poſt longam diſputationem concludit pulchre & fuſe in iſta materia, vt in reliquis. lib. 3. controuerſ. frequentium. ca. 60. num. 7. cum ſeq. ibique citat plures agentes de hoc dubio. & poſt Bald. ibi ad fin. num. 7. dicit, Cõtractum cambiorum interdum neceſſarium, interdum quaſi quintum quoddam elementum iuregentium neceſſarium & conducibilem eſſe. adde Henri. Gandau. quodlib. 6. quæſt. 22. Conrad. de contractib. quæſtio. 59. verùm cambium. Ioan. Methy. lib. de reſti. rubr. de cambio in quo ſola temporis diuerſitas interuenit. Ioan. Lup. in rep. cap. per veſtras. §. 10. num. 13. ſo. 112. de donat. inter vir. & vxor. Domini. Soto lib. 7. de iuſti. & iur. quæſtio. 1. art. 2. Archiep. Florentin. 2. part. tit. 1. capit. 7. §. 47. cambia fiunt tripliciter. vſque ad. §. 50. Item leges regni ſine calumnia cambia & campſores permittunt. l. 1. tit. 8. lib. 5. ſuprà, ibi, *Mandamos que el cãbiador ſea libre y franco aſsi en nueſtra corte, como en todas las ciudades y villas y lugares de nueſtros Reynos y ſeñorios, y que todos cambien y puedan cambiar ſin pena ni calũnia alguna.* Fallit niſi nummularius eſſet exterus ab iſto regno cui eſt in regno prohibitũ exercere cãbium. per pragma. 126. lib. pragma. Reg. Cath. per quã eſt correcta in hoc prædict. l. 1. ordin. & approbatur vſus cãbiorum cũ certa qualitate. vt in prag. 96. de *Madrid*. anno. 1534. ne nũmularij recipiant vltra decem annui reditus pro centenario, aliàs eos declarat vſurarios, & in fraudem vſurarum id facere ergo intra limites legum regiarum, ne dum licitum ſed iuſtum exiſtimatur. Tum ratione curæ, ſolicitudinis, laboris & periculi, quod patiuntur in vtilitatem reipublicę, vt præter alios ſenſit Alexan. conſi. 60. colum. fina. verſicu. nec obſtat ſi diceretur. nume. 13. lib. 2. vbi vi. citata ad eum in additio. incipi. cambia & Fernand. Vaſquius loco præcitato. ¶ Eſt etiam dubium verum annui redditus, quos cenſos vocamus, cum pacto redimendi ſint liciti abſque labe vſuræ? Reſpond. de iſtis redimibilibus & irredimibilibus agit Cõrad. de contract. 4. part. per. 15. quæſtiones. incip. à quæſt. 72. Ioan. Maior in 4. ſenten. diſtinctio. 15. quæſtio. 34. & ibi Gabriel. quæſt. 12. Guillelm. Bont. in quodlib. verum emere redditus vitales, aut perpetuos ſit cõtractus illicitus & vſurarius. Tiraquell. de vtroque retract. titu. 1. §. 1. gloſſ. 6. Ioan. Methym. in C. de reſtitu. C. de cenſibus. fo. 154. colum. 3. vſque ad 172. latè proſequitur Couar. lib. 3. Vari. reſolu. capit. 7. & 8. In quo dubio omiſsis ſuperfluis ſit Conclu. 1. Annuos redditus temporales, ſine fraude aliqua vſurarũ, emere & vendere eoſque retinere eſt licitum. eſt tex. expreſſus in extraua. 1. & 2. inter communes ſub ti. de emptio. & vendi. vbi hos contractus licitos iudicat & probant Guiliel. Bont. in dict. quodlib. verum emere redditus, &c. in nume. 75. vbi referr. 8. motiua in contrarium huius concluſionis Henri. Gandaui, eaque diſſoluit. Innoc. Ioan. Andr. Anto. Cardi. Panor. & Anani. in capitu. in ciuitate. num. 17. de vſur. Conrad. de contractib. quæſtio. 79. & quæſt. 82. & Tiraquell. in tracta. de retract. lib. 1. §. 1. gl. 6. num. 15. plures ad idem referens doctores. Domi. Sotus lib. 6. de iuſtit. & iure, quæſtio. 5. artic. 2. pro confirmatione accedat tex. in authen. vt hi qui obligat. ſe hab. perhibent res mino. §. quoniam autem. verſicu. final. colla. 6. vbi gloſſ. dicit, quòd redditus inter immobilia computantur vt in authen. de non alien. aut permut. §. à leone. ſi ergo licitum eſt curatoribus ex pecuniis minorum eis annuos redditus comparare, licebit & vnicuique, nam ſi vſuræ labem continerent etiam fauore minorum non liceret, nec pro alia quacunque iuſta piaque cauſa. capit. ſuper eod. de vſur. ſuadetur. 2. ex l. neceſſario. §. cum vſumfructum. ff. de peri. & comm. rei vend. vbi vſusfructus poteſt emi ad vitam vſufructuarij venditoris. Iaſon. in l. cum dubitatur. nume. 106. C. de iur. emphi. Collectar in capitu quæ in eccleſiarum. colum. 2. nume. 6. de conſti. dicens vſumfructum eiuſque commoditatem vendi & pignorari poſſe per vſufructuarium. & non ſolum ad vitam ſed ad tempus vendi poſſe vſumfructum tenent Domini de Rotta in antiq. deciſion. 860. ſi vendatur ſub titu de empt. & vendi. in tantum quòd emptor ſeu vſufructuarius ratione vſusfructus poſſunt conductorem expellere à domo vel fundo in quo habent vſumfructum emptũ. & ita fuit concluſum in Capella Tholoſana deciſion. 420. Locaui domum meam. per tex. in l. arbores.

ff. de

Google

ff.de vſufruct.ſingulariter not.pro regul.l.empt. C.locat.vt non tantum locum habeat in emptore proprietatis,ſed etiam dominij vtilis, vt in vſufructuario , emphiteuta & huiuſmodi. Præterea emptio annui redditus cenſetur merx & res immobilis,proptereaq; tex.in clem. exiui. de verb. ſigni.inter immobilia defixit.in §.cumque annui redditus inter immobilia cẽſeantur à iure. quem tex.adhoc citauit Boeri.conſil. 3. num. 9. Domi. Sot.lib.6.de iuſt. & iure. quæſtio. 5. art. 2. pag. 555. columna. 2. verſic. duabus concluſionibus. Conrad.de contractib.quęſtio.72.in. 1.ſuppoſit. Panor.& eius additio.in capit.nulli.nume. 10. de reb.eccl.alien.vel non.glo.in extrauagan. ad conditorem.Ioann.22.ſub titu.de verb.ſignificat. in verb.mobilium. Tiraquell. latiſsime de retract. lib.1.§.1.gloſſ.6. intellige tamẽ quando huiuſmodi redditus eſſent præſtandi perpetuo,vel ſaltem ad longum tempus,non tamen ſi admodicum puta nouem annos vſque.ex mente gloſſ.in dict.extrauagan. ad conditorem. verb. mobilium. Matthæ.de afflict. in tract.de iure prothomyſeos in princ.§.3,nota.nume.6. Tiraquellus in dict. §.6. nu.7.,referens ibi plures huius intellectus & ſententiæ authores.qui intellectus eſt memoriæ tradẽdus ad dict.§.cumq; annui redditus.Item etiam his non longe abeſt pro confirmatione text. in Clement.1.de reb.eccleſ.non alien. vbi ingruente neceſsitate cõceditur pręlato ad vitam poſſeſsiones eccleſiæ alienare ſeruatis debitis ſolemnitatibus.quem text.annotauit Conradus de contractib. quæſtio. 79. vbi probat non ſolum fructuarium ſed pecuniarium cenſum licitum eſſe, & locum habere præmiſſa concluſio. Cõtractus iſtos ad tempus cum pacto redimendi dum tamẽ præſtentur in pecunia numerata ad rationẽ quatuordecim numi pro vno annuatim eſt receptum in regno legibus & conſuetudine , nec cenſentur habere ſuſpicionẽ vſuræ , vt omnibus in cõperto eſt,l.127.in curijs Madritijs anni.1534.& l.139. in curijs Pincianis anni.1537, & in l. 19.in curijs Toleti Anni.1539. quibus. ll. omnes contractus cenſuales redimibiles præcipiuntur reduci ad pecuniam ad rationem vnius pro quatuordecim in quocunque fructu annuo ſint conſtituti.& ſic nõ improbãt contractus annui redditus ſed fructuarios reducit ad pecuniã noſter Rex Carolus quintus Imperator ſanctiſsimus.& conſtituti etiam in pecunia & conſtituendi futuris temporibus minori pretio quam ad rationem.14.milia,pro mille conſtitui non poſſunt per legem Cæſareã Philippi Regis domini noſtri in curijs Madritijs latã anni.1563.in l.127.fol.40.quam etiam refert Alphonſus Azeuedo in repert.ſuo Curiarum.lib.5. tit.5.*De los cenſos y juros*.l. 2. & venditor tenetur huiuſmodi tributa imponens ſuper aliquibus rebus explicare omnia alia quæ ante ſunt conſtituta in eis,alias aperto onere & tributo à venditore non expoſito,ipſe vẽditor agere poterit ad intereſſe & reſciſsionem contractus.l.65.ti.5. part.5. cuius verba ſunt.*Caſa,o torre , que deue ſeruidũbre à otro,ò q̃ fueſſe tributaria,vendiendo vn ome à otro, callando el vẽdedor e non lo apercebiendo dello a aq̃l que la compra,por tal razon como eſta , puede el comprador desfazer la vendida , e es tenudo el vendedor de tornar le el precio con los daños e menoscabos que le vinieſſen por eſta razon.* & ad pœnam dupli tenetur vt in. l. 65.in curijs Madritijs ann.1528.cuius verba ſunt. *Mandamos que las perſonas que de aqui adelante puſieren cẽſos y tributos ſobre ſus caſas y heredades y poſſeſsiones que tengan atributadas,ò encẽſuadas primero a otro,ſean obligados de manifeſtar y declarar los cẽſos y tributos q̃ haſta entonces tuuieren cargados ſobre las dichas ſus caſas y heredades y poſſeſsiones , ſo pena que ſi aſsi no lo hizieren paguen con el dos tãto la quantia , q̃ recibieren por el cenſo que aſsi vendieren y cargaren de nueuo,a la perſona a quien vẽdieren el dicho cẽſo.* Petitum etiam fuit quòd contra præſcriptos venditores procedatur criminaliter per viam furti. in. l. 161.in curijs Pincianis ann.1548.fo.26. ſed nihil fuit de nouo ſtatutum,ſed reſponſum eſt, *a eſto reſpondemos, que ſe guarde y execute lo proueydo.* & idẽ fuit poſtulatũ in curijs Pincianis Anni.1555. petitio.121.fol.58.col.1.cum ſequent.ex his igitur conſtat approbatio horum cenſualium ſeu tributorum cõtractuum. Sed circa præmiſſas leges dubitari vidi aliqua in practica. primum an habeant locum cum quis vendidit ignorans tributũ ?quia fortè erat ſucceſſor alterius & antequam potuiſſet certiorari, puta ſtatim adita hæreditate impoſuit tributum cogitans liberam eſſe domum ei relictam , nondum enim dies ſolutionis tributi aduenerat & creditor non apparuit. Vel quia creditur ignorantem fuiſſe propter fidelitatẽ & qualitatem venditoris , ſe iurantem inſcium tributi fuiſſe tempore celebrati contractus ? & dixi quod ad reſciſsionem contractus & reſtitutionem pretij locum habere etiam in ignorante vitiũ rei venditæ,vel quãto minus valet res propter tributum emptore volente rem habere , & non reſcindere contractum. per dictam.l. 63. ibi, *puede el comprador desfazer la vendida,&c.* Igitur nõ tenetur præciſe, ſed alternatiuè, tum etiam ex Gregor.Lupo annotatione in verb.*el vendedor.* & in verb.*con los daños.* & quòd non teneatur vltra redditionem pretij cum fuit ignorans tenet ibi poſt Salycet, per tex.ibi Grego,Lupus in dicta.l.63. confirmatur nam error & ignorantia potius quam dolus præſumitur interfuiſſe,& excuſat à dolo.l.plagij, criminis accuſatio ceſſat.C.ad leg.Fabiam. de plagi.&

gi. & ibi glo.& quæ notat per eam Boeri. deciſi.
68.num. 11.item etiam ex.l.5.ibi, tenorem indul
gentiæ meæ , pœna legis Corneliæ tibi remitti-
tur , quam credo tu magis errore quam malitia in
cidiſſe. C. de his qui ſibi aſcrib. in teſtam. quem
nota perpetuo ad excuſandos notarios à crimine
falſi & not.poſt Bal.in.l.1.ff.de legi.& in.l.2. C.
de erro.aduoca.Iaſo. in l.errore ſcribæ. colum. 2.
num.2.de teſtam.C.& in.l.ſingularia.nume. 48.
ff.ſi certum petatur.& ignorantia in eius fauorem
vt excuſet ei à culpa allegari poteſt, vt latè dedu
cit Anton. Rubeus in Rep.l.non ſolum. §. morte
num.59.ff.noui oper. nunci. per.l. inter omnes.
§. recte.ff.de furt.§.placuit.inſtit.de obligat.quæ
ex quaſ.delict.tum ex.l.qui in alterius locum ſuc
cedunt, iuſtam cauſam ignorantiæ habent , an id
quod deberetur,peteretur. ff. de regul. iur. l. qui
in ius.138.§.nemo videtur dolo facere , qui igno-
rat cauſam cur nō debeat petere. ff. eod. tit. niſi
ignorantia eſſet craſſa & affectata , nam non iuua
ret.ex gloſ.in.l.ſi minor.C.de acti.empt. Grego.
Lup.in.l.63.gloſ.penult. tit. 5. part.5. ¶ Eſt ta-
men notandum , quòd quamuis committens do-
lum contractum reſcindere non poſsit , quando
paſſus dolum vult contractum obſeruari, attamē
ille qui commiſit dolum , poteſt agere cōtra paſ-
ſum dolo,an velit ſtare contractui, vel reſcindere
& ipſe tenebitur clare reſpondere, quāuis habeat
electionem.l.Iulianus.§.ſi quis à colludente. ibi-
que Bart.ff.de actio.emp.Bart.in.l.ſi quos. C. de
decurioni.lib.10.Bald. in l.ſi dolum. C. de peric.
& comm. rei vendi.& eſt ſingul.& notatu digna
iſta doctrina ſecundum Curti.in repet.l. ſi tranſa
ctione finita.num.2.C.de tranſactioni. ¶ Sit ſecū
da concluſio conſtitutio cenſus non ſolum proce
dit in annuis redditibus impoſitis ante approba-
tionem factam à Romanis Pontificibus Marti. 5.
& Calixti.ſed etiam in omnibus poſteà conſtitu
tis:& conſtituendis in futurū. per dictas duas ex-
trauag.de emp.& vend.inter communes. dum ta
men ceſſet fraus.quia pecunia non generat pecu-
niam in contractu cenſus, ideo non eſt exiſtiman
dus vſurarius,Emptor enim non emit pecuniam,
ſed actionem ad rem ſuper qua imponitur cenſus
vt ex illa actione poſsit exigere cēſum. & eſt iſta
ratio optima ad defendendum iſtum contractum
& dicendum licitum eſſe. & ſic ceſſat ſcrupulus
Anthar. in diſputa. incipi. antiquis & modernis
temporibus. quam refert Anani. in capit. in ciui-
tate.colum.6.num.14.de vſur. Conrad. de Con-
tract. quæſtio.79. Molinæ. de contract. quæſtio.
68. Nauar. in capit. 1. 14. quæſtio. 3. num. 77.
Couarr.lib.3. Variar. cap.7. colum. 8. ¶ Tertia
ſit concluſi.ampliatiua primæ, cenſus conſtitutio
non ſolum in redditibus pecuniarijs, Sed etiam
in fructibus cōſtitui poteſt,niſi Regia lege,prout
eſt in noſtro regno,eſſet prohibita. & ſic ex fru-
ctibus percipiēdis ex domo,fundo,vel alia re fru-
giſera,& hæc conſtitutio in vtroque foro proce-
deret.Ioan. Maior in 4.ſent.diſt. 15.quæſtio. 34.
concluſ.1.vbi Gabriel.quæſtio.12.col.2.artic.2.
concluſ.1. Conradus de contractib. quæſtio. 72.
& quæſtio..73. Pro qua concluſione adſtipula-
tur.l.ſi debitor.§.veriſimile eſt. ff. de contrahen.
emptio.vbi venditio fructus oliuæ pendentis va-
let.& legatum de fructibus naſcituris eſt validum
l. 1. ibi, aut fructus qui ex eo fundo percepti fue
rint hæres dato.ff.de cond.& demonſtr. ad idē.l.
certus numerus. ff.de tri. vino oleoque legat. vbi
oſtenditur vinum legatum adhuc non natum ex
certo fundo ſoluendo validum eſſe.&.l.ex eo.ff.
eodem.titu.in quo textu etiam apparet, legatum
vini in certa quantitate præſtandum in ſingulos
annos ex tali fundo iure debitum fore.l.inter ſti-
pulantem.§.ſacram. verſic. ſi ſtipulatus fuero.ff.
de verb.obligat.quo text. habetur venditionem
vſusfructus alicus fundi vini vel huiuſmodi fir-
mam eſſe.& l.legatum eſt.§ vini.ff. de annuis le-
gat. vbi annuum legatum vini Falerni quod do-
mi naſcerentur tenet , & quod deeſt in vno anno
ſupplendum venit ex fructibus ſequentis anni ex
eodem loco & fundo.nec longe his abeſt. l. licet.
C.locat.vbi locatio fundi pro annua mercede ſed
tributo præſtando valet.l.22.titu.8.part.5.l.106
in curijs Pincianis anni. 1537.Ad idē eſt.l. ſi vno
anno.in princ. ff. locat. vbi conductio fundi fru-
ctuarij pro certa quantitate pecuniæ valet,& ſte-
rilitas vnius anni compenſatur cum augmento al
terius.conc.l.23.tit.8.part.5.ea. propter ſterilita
tem.in princ.locat.d.l.23.quæ cum eo cōcord. C.
l.106.in curijs Pincianis Anni 1537.& l. 109. in
curijs Segouiæ Anni.1532.de quo articulo ſingu
lariter per Deci.conſil. 112.& Hippolyt. ſingul.
85.tu ſcis propter ſterilitatem. ſi ergo fructus poſ
ſunt emi,vendi legari, locari & in ſtipulationem
deduci , meritoque poterunt vendi per viam tri-
buti & annui redditus. ¶ Quarta ſit concluſio, lici
ta eſt emptio reddituum ad vitam. & ita ſunt in
vſu in regno. Conrad.de contract.quæſt. 81. Ioā.
Maior in 4.ſenten.diſtin. 15. quæſt. 34. vbi Ga-
briel.quæſtio.12.concluſ. 3. dicit quòd eſt com-
munis practica & ab omnibus confeſſa. quam
etiam tenet Archiep. Florent, 2. part.ſummæ tit.
5. capit. 8. §. 11. & communem Pariſienſium &
Canoniſtarum fatetur Angel. Clauaſi. in ſumm.
verb.vſur.1.§.44.quid de illis. Ioan. Methymnæ
in.C.de reſtitut.titu.de cenſu temporali.fol.170.
colum.3.Oldrad.conſi.207.Panormit. quæſt.15.
num.9. Innoc. & communis ſecundum Panor. in
cap.in ciuitate.num.7.de vſur. Rom.conſil. 302.

ego

ego hunc contractum, eſt ſecundum Iaſo. qui cõmunem aſſerit in l. cunctos num. 65. C. de ſacroſan. ẽt. eccleſ. Rom. conſi. 413. verſ. quintum conſideram Ium. Philipp. Deci. conſi. 123. perlectis & pro tenua. lib. 1. Sed quæro quod precium dicatur iuſtum iſtorum redituum & ſub alternis cõcluſionibus reſponde. in tributis perpetuis, vel redimibilibus cõſiderata preciũ iuſtum eſſe, quod in populo vel maiori parte verſantium inter hos contractus iudicat commune & iuſtum, ſiquidem ſi eſt in paſcuis, & herba valet quinquaginta vel minus pro vno annuatim ſecundum fertilitatem & bonitatem paſtus, ſi eſt in fructu rerum immobilium domorum triginta, pro vno annuæ præſtationis: vel minus ſecundum qualitatem loci & tẽporis quo celebratur contractus, ſi reddituum redimibilium in prædictis rebus ratione oneris iniuncti etiam diminuitur æſtimatio: & ſic ſecundum communem hominum conſuetudinem & arbitrium iudicatur precium iuſtum, nam vbi eſt defectus pecuniæ, & cum pauca quantitate ſolet multum lucrari, minor erit precium, & è conuerſo maior, & iuſtum in vtroque loco reputabitur. ex his quæ Couar. tradit lib 3. Variarum reſolu. capit. 9. num. 7. verſic. ex quibus & cap. 10. num. 1. cum ſequent. Confirmatur concluſio, nam commune æſtimum ad pretij iuſtificationem eſt inſpiciendum, vt declaraui melius quam alius in l. 2. gloſſ. 1 tit. 23. lib. 2. ordinam colum. 705. cum ſeq. tum etiam quia in cenſu ad vitam conſiderabitur in eius taxatione pretij arbitrio boni viri habita ratione ad ætatem & valetudinem pro cuius vita datur. Conrad. de contractib. quæſtio. 81. num. 18. & 19. Ioan. Methymnenſis vbi ſupra de cenſu temporali. & non ſicuti cenſuerunt Paul. nume. 2. & Iaſo. num. 8. in l. pater puellæ. C. de inoffi. teſtam. eſſe conſtituendum iuxta. l. hæreditatum. ff. ad legem falcid. quod falſum ex prædictis apparet. & adde ipſum Conrad. de contractib. quæſtio. 84. nu. 11. verſi. 2. concluſ. & quæ notat Rom. conſi. 423. pro pleniori diſcuſsione. colum. 1. Tiraquell. de retractu lib. 1. §. 1. gloſſ. 6. nu. 19. ſic ergo eſt dicendum omiſsis aliorum annotationibus ſtandum eſſe conſuetudini, vel legi ſi qua eſt in regno vt eſt à Principe Philippo lata in curijs Madritijs anni. 1566. cap. 126. fol. 39. quo cautum eſt omnes redditus ſeu cenſus redimibiles conſtituti & cõſtituendi deinceps, reducantur ad precium quatuordecim milia marobetinorum, annuatim pro mille. & iſtud precium non licet tranſgredi tanquam legitimum. vt dixi in dict. l. 2. gloſ. 1. ante tamen ſæpe dixi quod à Pragmaticis Regijs non erat certum pretium ſtatutum quo cenſus emi debuiſſent, vt aliqui exiſtimabãt per. l. 127. in Curijs de Madrid anni. 1534. & Toleti. Anni. 1537. l. 10. Nam dictæ pragmaticæ non impoſuerunt taxam certam cenſibus emendis, ſed veteres cenſus fructuarios voluerunt reducere ad certam normam & precium, commutando & reducendo eos ad rationem. 14. pro vno. nõ tamen prohibebant, quo minus cenſus pecuniarius redimibilis pro minori pretio poſsit emi, nẽpe dando decem, vel vndecim Duodecim ſeu amplius pro vno annuatim leuãdo, quemadmodum ante prædictam pragmaticam erat conſuetum in Bethica & Cantabria & apud diuerſas Alemaniæ partes quam conſuetudinem approbarunt Martinus & Sixtus in dictis extrauag. 1. & 2. de empt. & vendit. in illis verbis dum inquiunt, vndecim, tredecim, quatuordecim marchæ, aut plus vel minus ſecundum temporis qualitatẽ prout ipſi contrahentes tunc inter ſe conuenerant. ita tenet. Io. Methymnen. in codice de reſtitut. fo. 178. col. 3. de cenſu redimibili. verſic. ſequitur amplius pragmaticarum regiam. ſuaderi poteſt, nam ad iuſtificationem pretij conſiderantur valor rei, & onera & cõditiones ei adiectæ ex quibus augetur & minuitur pretium. & ſic conditio quod poſsit redimi cenſus & ſic pactum de retrouẽdendo minuit pretium, quia quanuis valeant quinquaginta vnũ perpetuum. ob illud tamen vinculum iterato vendendi, minuitur pretium, vt emantur non pluris, quam quatuordecim, quæ propter cum obligatio illa qua emptor reuẽdere cogitur æſtimetur tõto reſiduo, & ſic nulla reſtat fraus ſeu iniquitas. Vel ſi emptis ædibus nõ poſsis aperire feneſtras vel vt certis perſonis vendere in pactum deduxeris, ex partium enim voluntate grauamen tale imponi poſſe, non eſt dubium, & ſic reuendendi iugum ſubire poteris, cum ex cõuentione partium contractus legem accipiant. Quod autem pactum de retrouendendo minuat pretium tenet Panormi. in cap. ad noſtram. num. 9. de empt. & vendi. idem in capit. in quibuſdam. colum. 1. verſicu. 2. noto. de decim. Tiraquell. in tract. de retract. lib. 2. in procem. nume. 20. vbi plures concordantias adhoc refert. Angel. Clauaſ. in ſumm. verb. vſur. 1. §. 66. Ioan. Gerſon de contractib. 1. parte cõcl. 8. Ioan. Methymnen. lib. de reſtitu. de cenſu redimibili. §. ex dictis alia naſcitur. fol. 166. colum. 4. Nam tanto pluris valet res, quanto ius & dominium vtriuſque tranfertur, ita è diuerſo eo minus valet, quo tenuius infirmiuſque transfertur. in id que citari poteſt illud Leuit. 25. quanto minus tẽpus numeraueris, tanto minus emptori cõſtabit. Ioã. Gerſ. vbi ſupra & in. 2. par. propoſ. 19. Soci. conſi. 15. nu. 57. lib. 2. ¶ Igitur precium iuſtũ erit in cenſibus illud quod à conſuetudine receptum eſt, vel à lege ſtatutum. ſiue loquamur in perpetuis, ſeu redimibilibus ſiue præfinitione tẽporis

cauſ

cum pacto redimendi, ſiue ad certum tempus determinatum, ſiue incertum ad vitam, nam nil certius quàm mori, & incertius quàm mors. l. 1. ff. de condit. & demonſtrat.; de cenſibus autem incerti temporis, puta ad vitam, vel quouſque paternam ingrediaris hæreditatem, & ſimiles dubitari non poteſt quin ſint liciti, etenim cum illic dubium ſit quantum ſis temporis victurus, quantumve tuus parens, quantumcunque ſubinde fructuum emptor percepturus ſit, manifeſta eſt emptionis venditioniſque ratio. Domini. Sot. lib. 6. de iuſtitia & iure. quæſtio. 5. artic. 2. ad fin. pagi. 557. colum. 2. ¶ Sitque ſecunda concluſ. pretium taxatum à lege dicitur legitimum nulloq; pacto licet tranſgredi. Secus in inducto conſuetudine, quod poteſt minorari, vel ampliari intra latitudinem iuſti pretij, infimi ſcilicet medij & rigoroſi. vt dixi in dict. l. 2. gloſſ. 1 titu. 23. lib. 1. ordinam.

¶ Huiuſmodi cōtractus cenſuales ſunt approbati etiam apud Aragonenſes lib. 4. fororum. titu. de viur. cōſti. incipien. *deſſeantes proueyr*. fol. 109. col. 2. verſic. *declaramos empero*. & ibi ponitur pretium cenſus ad vitam Decem mille ſolidorum pro mille. in conſtit. *de voluntad de la corte*. cuius verba ſunt, *ſtatuymos que violarios o annuor reditos a vida o vidas de algunos daqui auant, por vniuerſidad del dito regno, o por perſonas habitātes en aquel, no ſe puedā vender a menor pretio de diez mil ſueldos por millar.* & approbantur perpetui & redimibiles in tit. de cenſualibus cōſt. incip. opinionibus antiquorum foriſtarum finem imponere cupiētes. Statuimus & ordinamus, quòd cenſualia empta ad in perpetuum, de quibus inſtrumentum gratiæ factæ venditori de ea luendo, reuendendo & redimendo non oſtenditur loco bonorum ſedentium habeātur. Vbi vero monſtrabitur inſtrumentum gratiæ, pro bonis mobilibus & loco bonorum mobiliū cenſeātur. quē tex. notēt regnicolæ, quia probat quod in dubio res præſumitur libere vendita ſecundo probat venditionem factam de his redditibus annuis cum gratia redimendi, mobilium bonorum cenſeri. & ſic redditus perpetui ſine clauſula redimendi cenſentur bona immobilia. & ſolutioni & executioni horum redditūm non obſtabit aliqua exceptio nullitatis vel appellationis allegata per debitorem quouſque ſatisfaciat creditori cenſus. dict. lib. 4. fororum Aragoniæ titu. de cenſualibus & alijs debitis. conſt. incip. *Porque las execuciones de las ſentencias, &c.* & quòd ratione oneris iniuncti poſsit minorari pretiū a lege vel conſuetudine. eſt text. in capit. cum Ioannes. ibi cuius conditionis intuitu. vbi not. Feli. colum. 1. num. 4. de fide inſtr. l. pen. ff. de hæred. vel actio. vend. l. ſi quid venditor. ff. de ſeru. export. l. fundi partem. 79. ff. de cōtrahenda emptio. ibi, Nam hoc ipſum pretium fundi videretur. not. Socin. in l. 1. §. hæres. num. 3. ff. ad Trebellian. & in cōſ. 15. nu. 57. lib. 1. Andre. Tiraquel. de retract. lib. 2. in princ. nu. 20. vt iam dictum eſt ſupra. ¶ Quæri poteſt an conſtitutiones principum reducentes cenſus ad certam taxam, & quod in pecunia conſtituantur obligent clericos & eccleſias: quæ ſecundum tenorem & permiſsionem extrauag. Martini & Sixti habent huiuſmodi redditus in fructibus, ſcilicet tritico, blado, oleo vel in ſimilibus? Videtur quòd non quia ſunt leges laicorum præceptiuæ, quæ etiam in fauorem clericorum non ligant clericos ſine Papæ approbatione. ca. fin. de reb. eccl. non alien. ca. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſt. cum ergo ſit extra forum ſuum, nō ligabit clericos nec res ipſorum. argu. l. final. ff. de iur. om. iudi. cap. 2. de conſt. lib. 6. tum etiam quia clerici vtuntur iure communi & non ſubijciuntur ſtatutis laicorum. vt in ſimili not. Bal. in l. venditiones. quæſtio. 6. colum. 2. num. 5. de contrahend. emptio. tum quia prædicta leges veniunt in correctionem iuris communis, & ſic ſtrictè ſunt accipiendæ cum perſonis tantum laicorum, cum de clericis nihil in eis ſit expreſſum. argum. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſoluto. matrimonio. l. commodiſsime. ff. de liberis & poſthumis. l. ſi extraneus. ff. de cond. cauſ. dat. cap. ſuſceptum. vbi dixi. De reſc. lib. 6. tum etiam quia lex Papæ quo ad ſuos clericos eſt ſuperior & Regis inferior cap. ſolitæ. de maio. & ob. igitur ab inferiori tolli non poterit. Clemen. ne Romani. de elect. præcipuè cum inducat nullitatem contractuum ſecundum formam iuris Canonici eis licitam & permiſſam, quæ eſt priuatio & pœna. l. non dubium. vbi Bald. C. de legi. Alexan. & Iaſo. in. l. turpia. 2. notab. ff. de lega. 1. Philipp. Franc. in cap. quoniam. num. 6. de elect. lib. 6. Feli. in cap. 2. num. 3. de conſti. Caſſador. deciſi ſuper reg. Cancella. 14. num. 7. Gomeſsi. in cap. ſtatutum. numer. 90. de reſc. lib. 6. Igne. in l. 3. num. 8. ff. ad Sillani. cum ergo ſit pœna, & à iure nō expreſſa talis reciſsio & nullitas cōtractuum non comprehendet clericos gloſ. in cap. fin. de iur. patrona. ca. is qui. de ſententia excom. lib. 6. & alibi latius dixi. igitur, &c.

¶ In contrarium eſt, quòd lex principis non recognoſcētis ſuperiorem in ſuo regno poterit ponere legem omnibus ſubditis, quæ eſt communis & in vtilitatem reciprocam cuiuſcunque. & præſertim cum eſt talis lex lata ad bonum animæ iuſtificando contractum, ne labē vſuræ contineat, quia valor frumenti & aliorum fructuum variatur latiſſimè. & ideò melius eſt vt pretium ſit vnum, & ſolutio ſemper vniformis. quæ fieri nequit niſi in pecunia. Cum ergo ſimiliter venditio realis ſit, quæ imponitur ſuper rebus immobilibus ſitis in

regno

regno poterunt à Rege hoc iugo affici, confirmatur nam clerici gaudent ſtatutis & conſuetudinibus laicorum, dummodo ſint generales, & eis ſanorabiles præceptum, nec inhibitionẽ continentes.tex.eſt in.ca.conſtitutus.de in integ.reſt. ibi; iuxta municipij Patroſinenſ.ſingularis ad hoc ſecundum Angel.conſ.225.Rom.ſing. 442. Bertachin.in tract.de epiſcop.5.par.4.lib.quæſtio.37. Lap.allegat.106.nu.6.& allegat.101.n.14. Cum ergo clerici velint in regno vti legibus Regijs de contractibus loquent.bus obligando laicos, tenentur cum ſuis qualitatibus.Bald.in. l. omni nouationẽ num.2.C.de ſac.ſanct.eccl.& in.l. 1.quæſt.fin.C. de contrahend.emptio. & in l. de quibus. verſic. Sexto quæritur.ff.de legib.& in.l.contra iuris.§. fin.ff.de pact.Philipp.Deci.conſ.532.nu. 8. col. 2.lib.4.quia quando quis vtitur iure quæſito ex perſona alterius debet vti cum qualitatibus illo iure inhærentibus. l. Pomponius. §.cum quis.ff. de acq.poſſeſſ.adde quæ notantur ab Andre. Tiraquel.de primoge.quæſt.43.vbi agit de quæſtione an cõſuetudo præferens primogenitũ cęteris fratribus,liget ſecũdo genitum clericũ, vt ei præferatur primogenitus laicus.& quæ notauit ad. l. 4.in glo.1.verſ.vtrum.autem contra clericos. tit. 8.lib.3.ſupra.pag.1086.Couar. in practi. quæſt. cap.8.verſi.quinta concluſio.nu.5.Ioan. Oroſ. in l.de quibus.nu. 146. ff. de legib. Sed huiuſmodi ſtatuta ſunt mixta & in vtilitatem communẽ ergo ligant clericos.Itaq; etiã ſtatuta quæ tractant de armis non portandis propter pacem,& quæ agunt de conſeruatione montiũ. & quæ prohibet venationẽ & aucupationem incertis mẽſibus, vt conſeruentur animalia & aues: augeanturq; comprehẽdit etiã clericos. igitur & in ſpecie propoſita. Confirmatur:nã in his quæ concernunt vtilitatẽ publicam cõprehendũtur clerici.l. additos. C. de epiſcopali audien.not.glo.in.l.ex ea.ff.de poſtu.ſed non dare cenſum niſi ſub forma legum regni concernit commune bonũ ſubditorũ temporale & ſpirituale vt ſuprà habitum eſt,ergo comprehendit clericos.ex Ioan.de Platea. in. §. item lex Iulia.col.3.verſ. item nũquid ſtatutum laicorũ.n.108.cõſti.de publi.iudi.fo.134.his etiã accedit ſtatutũ generale laicorũ ad commodũ, & incommodũ clericorũ, arctat clericos in vtroq; foro Ioã.de Platea poſt Bart.in.l. ſi diuina domus. C.de exactori.tributo.lib. 10.Ioan. Lup.in.l.70. Taur.nu.15.qui laté loquitur. melius per Georg. Natrã in rep.c.quãuis pactũ.col.56.q.15.nu.171. verſ.contrariã tamẽ ſententiã.de pact.lib. 6. Deci.conſ.282.nu.7.Barbat.in.c.cæterum. nu.5.de dona.c.cũ veniſſent.de eo qui mitti.in poſſ.cauſa rei ſeru.c.cũ cauſam.de re iudic. non enim ligat clericos intuitu ſtatuti, ſed intuitu honeſtatis. Bart.in.l.cũctos populos.C.de ſum. Trin. Imol. in.c.quod clericis.de for.compe. col.2. & eſt lex fundata in ratione & bonis moribus ad euitãdam vſuræ præſumptionẽ, & cõtinet mixtũ fauorem clericorũ & laicorũ.tum etiã quia ratione rerũ ſuper quibus fit conſtitutio cenſuũ & in iuriſdictione noſtri Principis tenebuntur ſeruare formã datã in talibus cõtractibus. arg. eorum quæ notantur à Platea in.d. l. ſi diuina domus. & clerici veniunt ciuiũ appellatione & dicũtur ipſi & eccleſiæ de corpore ciuitatis. Bart.in.l. 1.ff.ad municipal.Bal.in.c.1.de eo qui arm.bellica depoſ. in vſibus. ergo ratione connexitatis & indiuiduitatis clericorũ & laicorũ in his cõtractibus cenſualibus cũ ad inuicẽ ſint venditores & emptores ; ſtatutum in laicis locũ habebit in clericis,cum vna res non debeat diuerſo iure cenſeri.c.tua.de decim.& quod fit ad communem hominũ vtilitatem patet ex d.extrauag.1.in prin.& in extrauag. 2.quibus tantũ diſponitur inter laicos & clericos annuos redditus licitos eſſe,&cõtractus obſeruãdi in talibus & ſic leges Regiæ nõ cõtradicunt. Imò cõcordãt cũ diſpoſitione iuris & ſecundũ eius mentẽ declãrãt omnes cõtractus fructuarios cẽſuales annuos ad pecuniã eſſe reducendos,& cõſtituendi ſimiliter per pragm. nouam dñi noſtri Philippi Regis ſunt inſtituẽdi ad preciũ.14.mille per mille.quæ leges ab omnibus in Regno ſunt ſeruandæ : & in vtroq; foro practicandæ. Sed quæro an debeatur gabella ex cõtractu annui redditus?reſpondeo deberi,quia eſt vere vẽditionis & realis ; quippe cũ res vẽditur ſuper quã fundatur , etiã ſi contineat clauſulam redimẽdi.extrauag. 1.ibi,bonis in ipſo cõtractu tunc expreſsis , pro ipſius cenſus annui exolutione in perpetuũ obligatis. & in extrauagãt.2.ibi,vẽdentes &emẽtes in cõtractibus ſuper his inter ſe firmauerũt & receperũt,& recipi ſoliti fuere illa ex domibus,terris,agris,prędijs poſſeſsionibus & hæreditatibus prędictis qui huiuſmodi cõtractibus expreſsi fuerũt, prædictorũ ſolutione cẽſuũ & redditũ efficaciter obligantes, &c.ſi ergo cõtractus eſt realis perpetuus & vẽditionis merito ergo debita erit gabella,ſicut ex cęteris.per.l. 3.quaterni gabellarũ.tũ etiã quia ad iuſtitiã horũ cõtractuum requiritur vera venditio & emptio,& quòd cõſtitutio fit in rebus immobilibus frugiferis,& pactum redimendi in voluntate & ſola facultate vẽditoris,nõ emptoris , vt eſt notum , ergo debetur gabella , & ſic practicatur.
¶Sed eſt dubium vtrũ ex reſolutione cõtractus, cũ clauſula redimẽdi, debeatur noua gabella tanquàm ex nouo contractu? & eſt dicendũ nõ deberi,quia ex cõtractu debetur gabella , quæ fuit iam ſoluta ratione contractus. non ergo debetur amplius ratione diſtractus, cum ſit odioſa lex indu-

cens tributum & gabellæ præſtationẽ. ex Andr. Tiraquell. in legibus connubialibus gl. 5. nu. 2. & 29. quẽ vide. tum etiã ex Paul. Caſtrẽ. in l. 1. col. 1. nu. 3. C de pactis inter empt. & vendit. & iterũ in. l. 1. col. 2. nu. 8. C. quando liceat ab emp. receed. cũ ergo non ſit nouus contractus, & annullatio & receſsio proueniat ex vi clauſulę poſitę in primo contractu, gabella nõ erit debita ſecundo loco ex diſtractu. ſecus ſi clauſula redimendi, nõ eſſet appoſita in primo contractu. nã eſſet venditio noua & nouus contractus toties, quoties repetitur, cũ precio & noua obligatione. non ſic cũ redimitur ab ipſo vẽditore, quia legis authoritate receſsit à priori contractu emptor & compulſus: ideoq; cũ fuerit ſoluta gabella à venditore in cuius fauorem fit diſtractus, nulla debebitur gabella. l. 70. Tauri in finali. verbis. ibi. *y anſi miſmo aya de pagar el comprador las coſtas, y el alcauala, ſi la pago el comprador ante que la coſa anſi vendida ſea entregada.* Nõ ergo ex diſtractu debetur gabella. tenet Angel. in. l. ſi hominem. col. 1. verſi. in textu quoniã ea vẽditio ff. de vſucapio. Bar. in l. ab emptione. col. 4. verſi. quæro qualiter debet. ff. de pact. nu. 12. vbi Bald. Paul. & Iaſ. n. 17. Bal. in. l. ſi donationis. C. quod met. cauſa. Bal. & Salic. in. l. 1. C. quando liceat ab emp. diſcede. Ioan. de Platea in. l. Sancimus. col. 1. verſi. & ſimiliter ſi res vendita. C. de conſul. lib. lib. 12. fol. 165. Rebuff. in. 2. part. conſtit. Galliæ pag. 169. gl. 6. nu. 2. ar. vnico. Quæritur tamẽ de ceſsione cenſus quã pecunia numerata facit emptor cedendo ſuum ius quod habet contra primũ venditorem in iſtũ ceſsionarium ſeq; illi & bona obligando pro validitate cenſus, an debeatur gabella? & eſt dicẽdum ꝙ ſic, cum ſit nouus contractus, & non ſit virtute primi reſolutus ex pacto reſolutiuo. ergo tenetur ex. l. 2. quaterni. & ex mente Iaſ. in dict. l. ab emptione. nu. 16. col. pen. ad fi. Bald. in l. cũ per eos. n. 3. C. ſi quis alte. vel ſibi. facit nã attendenda eſt natura contractus potius quã verba, quia licet dicat ceſsionẽ vel cõductionem, tamẽ ex obligatione & pretij receptione eſt in rei veritate cõtractus vẽditionis. & ſic verbũ ceſsit, eſt accipiendũ, ideſt, vendidit. l. ſi olei. C. locat. l. ſi inſulã. ff. de præſc. verb. l. hi qui. C. locat. l. ea lege. § locauit. ff. eod. l. cotẽ ferro. §. qui maximos. vbi Bart. ff. de publicanis. & ex notat. à Ripa in tract. de peſte. 1. par. in princ. nu. 60. Corne. cõſil. 12. lib. 4. Item, quia verba ex qualitate contractus contra propriam ſignificationem ſunt accipienda, tex. in. l. ſi vno. verſic. ſed & ſi verbo donationis. & ibi glo. verb. ſed tranſactio. ff. locati. l. in lege. ff. eod. tit. locati. l. ſi cũ duo. & l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. notat. Signorol. de homodeis in rep. l. cunctos populos. nu. 3. C. de ſum. Trini. Item ex qualitate pretij dignoſcitur qualitas, virtus, & eſſentia contractus. ex gl. in. l. 1. verb. agendo. ff. de ſuperficieb. ſecundũ Bar. ibi. n. 3. notatu digna ſecundũ eund. in quæſt. 4. col. 3. n. 9. Iaſo. in l. filius familias. §. diui. col. 21. nu. 245. ff. de lega. 1. ſed in ſpecie propoſita conſtat non eſſe donationis contractus talis ceſsio, nec locationis, ſed venditionis ergo talis erit iudicandus vẽditionis & tenebitur nouus venditor nominatus cedens ad gabellam per. l. 2. & 3. quaterni gabellarum. & ita ſæpiſsime vidi in practica iudicatum, & iudicaui, in fauorem gabellarij. ¶Quæritur vtrum clericus venditor teneatur ad ſolutionem gabellæ ex contractu iſto cenſus, vel alterius? Reſpondendum eſt non teneri, niſi id faciat per modũ negotiationis. l. 3. in quaterno gabellarum. Caſtell. in l. 70. Tauri. nu. 43. in gl. *y el alcauala.* cap. quanquã de cenſi. lib. 6. Albert. Trot. de vero & perfecto clerico lib. 1. c. 54. nu. 7. Marc. Anton. Natta. con. 139. nu. 4. lib. 1. tradidimus in l. 1. gl. 1. col. 93. ad fin. cum ſeq. titu. 3. lib. 1. ord ſupra. quod priuilegiũ immunitatis extenditur ad clericos primæ tonſuræ non tamẽ ad coniugatos. l. 13. tit. 3. lib. 1. ord. l. 23. tit. 4. lib. 4. ordinam. ſi tamen res vendita non erat patrimonialis ſed ex negotiatione habita debetur gabella & recuperatur ab emptore laico. l. 120. quaterni gabellarum. Caſtellus vbi ſuprà & ita eſt intelligenda. l. 4. tit. 4. lib. 6. ſuprà. ibi, *que el clerigo vendedor ſea tenido de pagar, y pague enteramente el alcauala dello.* nam alias eſſet cõtra tex. in. d. l. 1. ibi, *de todo tributo, &c.* & quæ ibi dixi tit. 3. lib. 1. ſuprà non tamen debet vendere ſuo nomine, vt eam acquirat alteri tertio laico in fraudem fiſci, prout ſæpe fit in damnum conſcientiæ, & tenetur ad reſtitutionẽ in foro animæ fiſco ſeu conductori gabellarum, vt dixi in dict. gl. 1. l. 1. col. 93. ver. quid autem obſecro tit. 3. lib. 1. ordinam. dixi cõmunem plura citando ad Segur. de bonis lucrat. conſtan. matr. num. 233. illicitam tamen gabellam licet defraudare ex Tiraquello in princ. n. 68. lib. Retractus. & fraudẽ gabellę qualiter ꝓbent collectores vi. Hipoli. ſingul. 698. ¶Quæritur etiã vtrum hæredes teneantur in ſolidũ pro ſolutione cẽſus, vel pro hęreditarijs portionibus, & nõ obſtãte clauſula appoſita in cõtractibus cẽſualibus dicẽti, *cõ condicion q̃ podays pedir todo el dicho cẽſo a qualquiera de mis herederos* inſolidũ *al q̃ vos mas quiſierdes y por ello le podays hazer execuciõ.* an executio debeat fieri inſolidũ? iſtud dubiũ eſt nũc apud me decidendũ cũ dño iudice ordinario iſtius ciuitatis? in quo pũcto omiſsis ſuperfluis dicerẽ, ꝙ quãuis eſſent hæredes extranei non ſunt cõueniendi inſolidũ, niſi pro hæreditarijs portionibus, nã in filijs nõ eſt dubiũ, nã pater nõ potuit eos grauare in legitima. l. quoniã in priorib⁹. C. de inoffi. teſta. de primo & dubitabili caſu do tibi caſum vnicum & ſingularem

rem in.l.cum qui.§.te & Titium.ff.de verb.obliga.ibi,& quamuis conueniſſe videatur,ne ab alio hærede,quàm à Titio peteretur,tamẽ inutile pactũ rõuentum cohæredibus eius erit. notat Ioã. Oroſci.in.l.auus.nu. 2. ff. de pact. de quo textu. agit Bart.in.l.continuus.§.fin.ff. de verb. obliga. Declarat optimè Paul.Caſtren.in dict.§.te & Titium.ex lege. 12.tabularum diuiditur obligatio dandi inter omnes hæredes. l. ea quæ omnibus. C.fami.ercisſ.l.1.ſi cert.pet.l. pacto ſucceſſorum. de pact. ideò tranſit ad hæredes , & hæres pro ea tantum portione qua repræſentat defunctum cõuenienduſ eſt.not.ff.de præto.ſtipula.l.2.§. fina. in gl.magna.tex.in l.cum à matre. C. de rei vendica.l.fin.§.& ſi præfatam. C.de iur. deliber. Pinel.in.l.1.par.3. num. 80. C. de bon. mater. fol. 142.col.2.Suarez in rep.l.quoniam.in prioribus. ampliat.7.C. de inoffi. teſtament. igitur cum ius nouum introduxit inuentarium in fauorem hæredum, non intendit vllo pacto tollere beneficiũ iuris diuidentis obligationem pro portionibus hæreditarijs.ex dict.l.fina. C.de iur.delibe.l.7.& ibi Greg.Lupus verb.*que las deudas*.tit.6.part.6. igitur condemnati debent hæredes pro portionibus hæreditarijs non inſolidum etiam ex lege cõtrahentis & conſtituentis talem conditionem in annua præſtatione. & hoc erit quando creditor egit contra vnum hæredẽ vel plures actione perſonali,nam ſi egiſſet contra eum tanquàm contra poſſeſſorem rerum hypothecæ ſubiectarum, & in quibus eſt obligatio conſtituta pro ſolutione tributi ſeu cenſus,executio fieret in ipſa re in ſolidũ,& reſeruatur ius ſuum poſſeſſori contra cohæredes,vt ei pro portionibus hæreditarijs ſatiſfacerent,& intereſſe.colligitur ex Barto. in dicta l.continuus.§.prætereà ſciendum.num. 9. ad fin. ff.de verb. obligar. & in terminis quòd ſi habeat hypothecam poterit agere inſolidum ad totum cenſum contra quemlibet poſſeſſorem, & ſingularem ſucceſſorem, & hæres conuentus hypothecaria non poterit opponere beneficium excuſsionis.tenet Roder.Suarez in rep.l.poſt rem iudicatam.limita.1. ad legem regni. nume. 14. ff. de re iud.Pagin.293.& citat. l. mulier. ff. qui potio.in pig.hab. vbi eſt caſus ſecundum gloſſ. ibi ſingul. quòd vbi ſunt plures debitores,quod ſi vnus de dictis debitoribus conueniatur hypothecaria , non poteſt opponere de excuſsione fienda cõtra alios debitores.l.creditoris.vbi not.Bar.nu.3.ff.de diſtract.pigno.idẽ Bar.in.d.l.mulier.text.& ibi gl. verb omnes.in.l.moſchis.ff.de iur.fiſc.vbi.Bart. n.1.idẽ Bar.in.l.1.C.ſi vnus ex plur. hæred. Specul.in tit.de obliga.& ſolut.§.1.verſi. itẽ debitor meus.Neguz.in tract.de pigno. primo memb. 8. par.princ.nu.48. Couar. alios referens dicit hanc communẽ opinionẽ etiã in ſpecie propoſita annui redditus.in lib.3. Var.reſo.ca.7.nu.7. & 8.

¶ Confirmatur, nã ius hypothecæ eſt indiuiduũ ex ſuapte natura,vnde tranſit cum rebus ipſis hypothecæ ſubiectis ſine aliqua diuiſione, ac proinde cum ipſis inſolidũ agendũ eſt.l.quãdiu vbi notant Bald.Salic.& omnes.C.de diſtract.pign.Neguz.vbi ſuprà & in.1.memb.6.partis.nu.20. vbi hoc probans rationẽ ſubdit , ne cogatur creditor cum pluribus poſſeſſoribus per partes minuatimque conſequi debitum ſuũ.ad idem.l.1. vbi notat Bald.& Salic.C.ſi vnus ex plurib.hæred.& tenet nouiſsimè Gomezius Leonius in ſua centuria reſponſorum iuris. deciſio. 17. ita iudicatum fuiſſe per ſupremos iudices,vt ſinguli ad cenſum inſolidum obligarentur,ita vt vnius ſolutione integra alij liberarentur.& ita ſententiam ipſe protuli & fuit confirmata per Cancellariæ Regios Senatores Pincianæ. Loquimur enim cum conſtitutio cẽſus ſtat in re obligata per ſpecialem ſeu generalẽ hypothecam.in ca.conſtitutus.de religio. domi. Ideo fuit pro rata diuidenda penſio annui redditus,quia penſio ſeu redditus debebatur pro pluribus eccleſijs ſine aliqua hypotheca ſpeciali ſeu generali,vt not.ibi Panor.n 8.& ſic opinio cõtraria huic iudices in Hiſpania merito nõ recipiũt , ſed primam de qua ſuprà. ſecũdùm Couar. vbi ſuprà quamuis ipſe ab ea recedat cum Guido.deciſ.432. Rupella in inſti.forenſi.lib.1.ca. 10. Caſſanæ. in conſuet.Burgund.rub.5.§.2.nu.35.per.d.c. conſtitutus.non iuridice ab eis expenſum. & intellectum. Dubitatur etiam quis conſtituit cenſum in aliqua domo annuatim præſtandum forte decem mille morobetinorũ pro cẽtum quadraginta,ſoluit gabellã ratione iſtius cõtractus,vẽdidit ipſam domũ deinde Petro pro quadringẽtis aureis cum ſuo onere, itaq; ſolutio pretij fuit in pecunia , & tributo ſeu onere quod loco pretij ſucceſsit , eſt dubiũ vtrũ gabella debeatur pro quingẽtis aureis quibus res fuit æſtimata,an tantũ pro pretio dato & ſoluto in pecunia? in quo dubio dixi,& ita iudicatũ fuit Salmanticæ per iudicẽ ſecularẽ & eius aſſeſſorẽ. Gabellã tantũ debitã eſſe ex iſto cõtractu venditionis ex pecunia in nũmis ſoluta,nõ in æſtimata & loco pretij aſsignata ratione cẽſus & oneris iniuncti, quia illud onus iã ſemel eſt apud emptorẽ primũ & in eũ remanet res vẽdita pro parte tributi,& fuit ſoluta gabella de tali vẽditione,& nũc nõ venditur per tributariũ nec auſertur,ſed ſolutionis onus trãsfertur in ſecundũ emptorẽ,vt liberetur Dñs domus,& recipit loco pretij Sed circa onus vẽditio aliqua nõ celebrat quia eſſet vẽdere rẽ alienã & alteri hypothecatã ratione prioris cõſtitutionis annui redditus, ex qua iã fuit ſoluta gabel.ſuffirit ergo,q ex re vẽdita detra

cto onere [illegible] ſoluatur, hoc eſt de pretio in pecu
nia dicto ab iſto ſecundo emprore ipſius domus.
¶ Quæritur vlterius vtrùm res ſuper qua eſt im-
poſitum & fundatum cenſum veniat in commiſ-
ſum ob ceſſationem penſionis ex vi iuris & con-
ditionis appoſitæ per partes in contractu cenſus?
videtur quòd ſic, quia contractus ex partium con
uentione formam & legem accipere dignoſcun-
tur. l. 1. §. ſi conueniat. ff depoſit. faciunt prędictę
extrauag. 1. & 2. de emp. & vend. ibi inter ſe fir-
mauerunt. text. expreſſus in. l. 68. Tauri. dicente,
*ſi alguno puſiere ſobre ſu heredad algun cenſo con condi
ciō que ſino pagare a ciertos plazos que caya la heredad
en comiſſo, que ſe guarde el contracto y ſe juzgue por el,
pueſto que la pena ſea grāde, y mas de la mitad.* Reſol
uitur ob canonem non ſolutum talis contractus.
Laurent. Syluan. conſi. 49. nu. 81. Solet commu-
niter apponi in cenſuali contractu ea conditio, vt
non ſoluto cenſu biennio, aut triennio, ius ipſius
contractus extinguatur, fiatque res ipſa cōmiſſa.
eaque pactio ſeruanda eſt ex prædictis. & Couar.
lib. 3. Variar. reſolu. c. 7. num. 1. fol. 20 a. col. 2. ver
ſic. ſolet tamen. vbi ponit modum & practicā in-
telligendi hanc cōditionem, quæ eſt apud ſupre-
ma Regii tribunalia, eam enim legem & cōditio-
nem quamuis in contractu expreſſa ſit, tantū ad-
mittit, & probat, vbi cenſus perpetuus conſtitui-
tur abſque pacto redimendi, & res, ſuper qua con
ſtitutus eſt, ipſius erat, qui penſionem annuā ſibi
ſoluendam cauerit, alioqui benigno quodam iure
nunquam obtinet is, qui rem iure, & ratione com
miſſi reddi ſibi poſtulat, quod expreſſim iure fie-
ri comprobat Matthę. Afflict. deciſi. 80. quā pra-
cticam iuſtam iuridicamq; cēſeo, quamuis repug-
ner verbis dict. l. 68. Tauri. ibi, *ſi alguno puſiere ſo-
bre ſu heredad.* ergo ad hæreditatem venditoris, &
non emptoris refertur, qui ſuper eam conſtituit
annuam præſtationem. & cum culpa ſua veniat
priuandus nō ſeruando leges & conditiones con-
tractus cenſus, non poterit repetere melioratio-
nes factas in re ſubiecta cenſu. Iaſo. in. l. 1. nu. 30.
& in. l. 2. nu. 27. C. de iure emphyteu. & à die quo
incidit res in cōmiſſum tenetur emphyteuta ſeu
cenſuarius reſtituere ipſam cum fructibus. Iaſo.
in. l. in emphyteuticarijs. colum. 5. num. 17. C. de
iur. emphy. Vtrùm autem res incidat in commiſ-
ſum propter ceſſationē ſolutionis fortè per tres
vel quatuor annos, vt in praxi vidi dubitari, ſi nō
fuit prædicta pœna commiſſi poſita in contractu
cenſuali? videtur quòd non, quia ſolet apponi, &
ſi non fuit appoſita, cenſetur omiſſa ex partium
cōuentione, quāuis in iure eſſet expreſſa ex vi cō
tractus. tū quia eſt pœna priuationis, quæ locum
nō habet, niſi exprimatur. gl. not. in. c. fin. de iur.
patron. & quæ ſcripſi ad Segurā de bonis lucta-
tis cōſtant matrim. n. 166. gl. in. c. Apoſtolus. 81.
diſtin. & gl. in ſum. 15. q. 8. & in. c. quanquā. verb.
ſecus. de elect. lib. 6. c. is qui. de ſententia excom.
lib. 6. tū quia in contractu cenſuali ex ceſſatione
ſolutionis quis nō cadit à iure ſuo. ex gl. notabi.
in cap. conſtitutus. de religio. domi. in verb. iuxta
raram. quam magiſtram dixit Ioan. de Imol. in. c.
ad audientiā. de reb. eccl. non alie. not. Philipp.
Deci. conſi. 138. col. 1. num. 5. Alberi. in. l. 2. col. 7
verſic. quid de quæſtione à me quæſita. C. de iur.
emphyteu. Deci. conſ. 146. co. 1. Hippoly. ſingu.
95. Matthæ. Afflict. in. c. 1. §. fi. nu. 1. de eo qui ſibi
& hær. ſuis. Boeri. in conſuetudin. Bituric. §. 24.
fol. 47. Panor. in. c. 1. col. 2. & ibi Beroi. num. 69.
de in integ. reſti. Soci. conſ. 167. lib. 2. Iaſ. in dict.
l. 2. num. 41. quorum opinio communis ſecūdum
Deci. in dict. conſ. 138. col. 1. & Couar. lib. 3. Va-
riar. reſolu. ca. 7. col. 3. in princ. quamuis Bal. cōſi.
177. lib. 3. cōtrariam dixerit communem eſſe. vt
refert Couar. vbi ſuprà. ſi ergo ex contractu cen
ſuali ex quacunq; longa temporis ceſſatione etiā
per mille annos, non cadit cenſuarius à ſuo iure,
merito in contractu nobis oſtenſo ſine pacto cō-
miſſi, non erit dicendum per ceſſationem penſio
nis per tempus quadriēnij incidiſſe in cōmiſſum.
etiam ſi dixeris hanc conditionem tanquam ſoli
tam apponi ex ſtylo notariorū pro ſcripta ſit ha
benda. ex. l. fin. C. de fideiuſſo. Curti. Iunior. con
ſil. 101. nu. 10. Couarr. de teſtam. in rubr. 2. part.
num. 14. Fernand. Michae. de ſucceſſ. creatio. lib.
1. §. 6. n. 53. Segur. in rep. l. 3. §. fi. nu. 31. vbi in ad-
ditione vltra omnes plura adduxi. ff. de liberis. &
poſt. hodie tamen locum non habet cū tota ſcri-
ptura eiuſq; tenor ſit legēdus à tabellione parti-
bus coram teſtibus, & amplius poſt partiū appro
bationē notarius quicquā addere protocollo ſeu
ſcribere poterit, vt dixi in meis additis ad Segur.
loco citato. per Regiam pragm. ca. 1. fol. 190. lib.
pragm. regum. Catholi. quam etiam refert Dida-
cus del Caſtillo in. l. 50. nu. 14. in legibus Tauri.
& ſic cautela erit vt facias notario in continenti
non data ei facultate addendi ſeu mutandi for-
mā protocolli, vt de mandato iudicis afferat corā
ipſo ipſam ſcripturam originalem & protoco-
lum, & ſic apparebit an ſit vniformis contractus
præſentatus ad literam cum originali, vt ſæpe
conſului, & in quæſtione propoſita in qua pœna
cōmiſſi non erat in protocolo & erat in transſum
pto, notabis perpetuo. adde. Cæpol. Cautel. 192.
¶ Quæri etiam poteſt de eleganti quæſtione, an
hi redditus ſint conſtituēdi ſuper certis fundis aut
rebus immobilibus, vel ſufficiat cōſtitutio in per
ſonā cū obligatione generali bonorū, ad iuſtitiā
iſtius Cōtractus cenſus? ſit concluſio cōmunis reſ
pōſio & in practica recepta cōmuni vſu cōtrahē
tium

tiam neceſſarium eſſe, vt hic cõtractus licitus ſit, & à labe vſuræ alienus, quod reditus conſtituan tur ſuper bonis aut rebus aliquot, quæ valeant ad redditus annui ſolutionem alioqui conſtitutis annuis redditibus ſuper perſona vendentis, illicitus erit contractus. hanc cõclus. tenet Archiepiſ. Flor. 2. par. titu. 1. capit. 8. §. 10. Laurent. Rodulp. in repet. c. cõſuluit. a. pat. q. 1 t. 15. & 18. de vſur. Carol. Molin. de contract. nu. 22. & eſt cõmunis opinio ſecundum Couar. lib. 3. Varia. reſolu. c. 7. nu. 3. verſic. verum in hoc de redditibus. vbi alios citat. quamuis ipſe velit contrariam opinionem defendere aliquot fundamentis. & iſtã cõmunem defendit Nauar. in. c. ſi. 14. q. 3. nu. 83. contra. Domi. de Soto. lib. 6. de iuſt. & iur. q. 5. art. 1. & hanc contrariam ſententiã iure veriorem contra cõmunem cenſet Couar. in dict. c. 7. verſi. ego ſanè. dicens eandem ſententiã ſenſiſſe ante eum Conrad. de contract. quæſt. 74. & q. 75. pluribus ad id adductis rationibus. &. q. 83. concluſio. 13. Carol. Molin. vbi ſuprà nu. 22. Ioan. à Methymna de reſtitutio. tract. de cẽſibus. col. 5. de vtraq; ſententia videre poteritis per Couar. & alios ſuprà citatos. à communi tamen non eſt recedendum. quia iſti contractus in re fundantur, & fructus tanquàm qualitas ab ipſo ſubiecto deriuantur. ¶ Quo fit, quod contractus cenſus debet fieri quemadmodum cęteri contractus reales cum venditur res immobilis & ſeruatis qualitatibus, & gabella debet ſolui receptori illius loci vbi res, in quibus fundatus eſt cenſus, ſitæ ſunt ſecundum tenorem legis quaterni gabellarum, & ſub eadem pœna venditoribus iniuncta non ſoluentibus intra quinque dies à tempore celebrati contractus eum quia eſt vera venditio & realis, tum quia ad ſuã iuſtificationẽ requiritur illud ius percipiendi producatur ex re, & nõ ſicca pecunia. nã cui competũt verba legis & ejus diſpoſitio oportet competere. l. 4. §. toties. ff. de dam. infecto eſt venditio, & rerum immobilium, igitur &c. quod eſt ſingul. ad. l. 120. 125. quaterni gabellarũ. & ita eſt apud practicos. ¶ Ex quibus infertur illicitum eſſe contractum, quo quis conſtituat annuum reddituum quatuordecim ſuper re, quæ tantũ decem reddit. & cõſtituens ſe obliget ad culturam & curam. ex Caſſanæ. in cathalogo gloriæ mundi. 12. part. conſider. 98. fall. 25. & in conſi. 63. nume. 6. & in conſuet. Burgund. rubric. 11. §. 6. in princ. cũ alijs citatis à D. Couar. in lib. 3. Varia. reſo. ca. 7. fol. 204, colum. a. vbi vide. & an peremptis bonis debitor cenſus teneatur ad annuam præſtationẽ. vide vbi ſupra per Couar. qui de pacto retrouendendi an faciat contractum ſuſpectum de vſuraria iniquitate infra in alia annotatione dicetur quia lex iſta facit hanc appoſitionem clauſulæ inducere ſuſpicionẽ vſuræ. cætera quę pertinent ad iſtos contractus cẽſus videnda ſunt per Nauar. & Couar. & Ioã. Methymn. in locis præcitatis. ¶ Sed reſtat videre an præſcriptione tẽporis tollantur annuæ præſtationes, & quanto tempore: pro cuius reſpõſione eſt videndus Aymon Craucite in aureo tract. de antiquitate temporis. fol. 161. col. 4. verſi. vigeſimo quarto. n. 34. in par. 4. Iaſ. conſ. 208. lib. 2. ¶ Quid autem an annuæ præſtationes inducant obligationem in futurum reſoluit Fernand. Michac. lib. 2. controuerſia. illuſtri. cap 83. & vide quæ dicẽtur infra. in l. 1. & omnino Fortuni. Garſ. de vltimo fine vtriuſq; iuris illatio. 5. col. 21. cũ. ſeq. & Hugon. Donellum in tit. de vſuris in pandectis.

¶ Ley. I. De la pena en que caẽ los Chriſtianos logreros.

El Rey D. Alõſo en Alcala. Año de mil. ccc. lxxxvj.

LA cobdicia †, q̃ es rayz [a] de todos los males [b] en tal manera ciega los

† Cobdicia q̃ es. Ad literã habetur iſta. l. in ordi. Regis Alphõſi Cõpluti celebratis. an. 1386. l. 1. tit. 23

a ¶ *Cobdicia que es rayz.* Not. quòd cõcupiſcentia eſt radix omnium malorum. c. bonorum. 47. diſtinc. glo. in. cap. nam concupiſcentia. de conſt. concupiſcentia, idem eſt quòd concupiſco. & eſt appetitus delectabilis ſenſitiuæ, & eſt ſubiectiuè in appetitu ſenſitiuo. D. Thom. Prima Secundæ, quæſ. 30. ar. 1. Nico. Nannus in polyantea verb. concupiſcentia. Concupiſcibilitas eſt appetitus ſenſitiuæ, qui communiter dicitur ſenſualitas, cuius obiectum eſt bonum apprehenſum ſecundum ſenſum. Thom. in tertio. ſententia. diſtinct. 26. art. 1. eſt enim contra legem Dei, Exod. 20. non concupiſces domum proximi tui, nec deſiderabis domum eius, non ſeruum, non ancillam, non bouẽ, nõ aſinum, nec omnia quæ illius ſunt. Vndę Beatus Iacob. in. 1. cano. vnuſquiſque, ait, tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus, Deinde cum concupiſcentia, conceperit, parit peccatum: peccatũ vero cũ conſummatũ fuerit generat mortẽ. & ibi. c. 4. vnde bella & lites in vobis? nonne ex concupiſcẽtijs veſtris, quæ militant in mẽbris veſtris? concupiſcitis, & non habetis, occiditis & zelatis, & non poteſtis adipiſci, litigatis & belligeratis: & non habetis propter quod non poſtulaſtis. Petitis, & nõ accipitis: eo quòd male petatis, vt in cõcupiſcentijs veſtris inſumatis. & de hac concupiſcentiæ prohibitione eſt tex. in. ca. ſi de rebus. in fin. & in. c. quod autem. ad fin. 23. q. 7

coraçones [a] de los cobdicioſos que no temiẽdo a Dios, ni auiendo verguença a los hombres, deſuergonçadamẽte dan a vſuras [b] en muy gran peligro de ſus animas, y daño de nueſtros pueblos. Y por ende mandamos, que qualquier Chriſtiano, o Chriſtiana de qualquier eſtado, o condicion que ſea, que diere a vſura que pierda todo lo que diere [c], o preſtare. Y que ſea de aq̃l que reſcibio el empreſtido: y que peche otro tanto como fuere la quantia que diere a logro. La tercia parte para el accuſador, y las dos partes para la nueſtra camara. Y ſi dẽſpues que alguno fuere condemnado en eſta pena fuere fallado que dio

a ¶ *Ciega los coraçones.* Vnde dicit canon, mens cupiditati alligata abſtinere neſcit à vetitis, nec debito modo gaudere conceſſis, nec adhibere pietati conſenſum. cap. virum Catholicum. 47. diſtin. ca. deteſtanda iniquorum peruerſitas. & ibi glo. conceſſis. de conceſſio. præbend. lib. 6. c. nihil. 83. diſtinct. ca. bene quidẽ. 96. diſtinct.

b ¶ *Dã a vſuras.* Vſura enim dicitur incrementum pecuniæ, ab vſu æris crediti nuncupata ſecũdum Iſidorũ: vel ſic diffiniri poteſt, vſura eſt, acceſſio pecuniæ, quæ ſupra ſortem, pro eius ipſius ſortis vſu exigitur à debitore, ſcilicet, vt cum pecuniam mihi debeas, ſiue mutuo tibi datam, ſiuè ex alia quauis cauſa creditam, ſi quid pecuniæ eo amplius mihi pendas tantum hoc nomine, quod illa pecunia vteris, quam mihi debes nec dum reddis, id vſura rectè nominetur: ipſa vero illa pecunia, quæ principaliter debetur, quo nomine acceſſio penditur, ſors vocetur. l. lecta. ff. ſi cert. petat. ita dicitur vſura, quaſi vſus, quia pro vſu ipſius pecuniæ exigitur quaſi dicas, vſus pretium. ac proprie nihil aliud ſignificat vſura, quã vſum. ſic Cicero vſuram lucis, vſuram vitæ, temporis vſuram dicit, iſtarum rerum omnium vſum intelligens. dixi ſuprà in gloſſ. iſtius tit. Id etiam fœnus dicitur, quaſi fœtus quidam pecuniæ. & fœnerator dans pecuniam. cap. fin. 46. diſtinct. & ca. penult. ead. diſt. & ca. 1. 14. quæſt. 3. dicunt quidam vſuram & fœnus differre, quia vſura dicitur lucrum de vſura ſumptum, vel dicitur, vbi ad mutuum recipiendum, non fuit tempus determinatum, fœnus autem dicitur, vbi fuit tempus determinatum ad recipiendum mutuum. indifferenter tamen vtimur ijs vocabulis pro eodem. facit capit. 1. de vſur. lib. 6. Ioan. Calderin. in capit. mandatum. de reſc. vt in l. quinta, tit. 19. iſto lib. 8. ordinam. in illis verbis, *diere a logro o renueuo.* & ibi notauimus. fœnus nauticum vulgo appellatum idem quod vſura nautica. Hugo Donell. de hac re agit in 1. parte tractatus de vſuris in pandectis. Qua tractat de vſura, & de nautico fœnore, de fructibus, cauſa & acceſſionibus, & de mora. illic videbis ad lectionem titulorum. C. & digeſtorum.

c ¶ *Pierda lo que diere.* diuiſio & applicatio huius pœnæ fit ſecundum l. final. infrà. hoc tit. quæ in forenſibus diſceptationib. eſt in practica. plures pœnas poſui in gloſſ. rubricæ huius titu. a. Verùm inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſint de quæſtionibus vſurarijs cognoſcere? Reſpõ. quòd nõ cap. accuſatus. §. de quæſtionibus. de hæret. lib. ſexto, eas enim remittere debent iudicibus ordinarijs. vt illic Ioann. Monach. Archidia. & alij notant. nam cum ex concupiſcentia pecuniæ mouere ſoleat voluntatem vi obiecti ad illicita lucra, id fieri cenſetur vitio magis morum, quam fidei, ac proinde non errore intellectus, ſed malitia voluntatis talia prouenire creduntur: vnde relinquitur, vt eorum cognitio inquiſitorum non ſit. Si vero vſurarius aſſereret, licitas eſſe vſuras: tunc ab inquiſitoribus tanquam verus hæreticus puniri poſſet. ac pœnitenti, inter alia quoque ab eiſdem iniungi, vt vſuras reſtituat, nam alioqui non ageret veram pœnitentiam. Dominic. & Peruſinus in dicto capitulo. accuſatus. §. ſane. & §. vltimo. Felin. in capitulo. cum ſit generale. de foro competenti. numero ſecundo. Dominus Iacobus Septimacenſis propter eius ſingularem nobilitatem, literarum, religionis & morum præſtantiam Epiſcopus Ciuitatenſis, & moderator Vniuerſitatis Salmanticenſis, meritiſſimus in tracta. de inſtitutio. Catholicis. capitulo. 64. numero tertio. Qui pertinaciter aſſerit non eſſe peccatum exercere vſuras hæreticus eſt. Clemen. 1. §. fin. de vſur quia omni iure diuino, humano & naturali ſunt prohibitæ vſuræ, vt diximus in Rubric. huius tituli, & in hoc caſu eſt hæreticus cenſendus aliàs ſi eſt vſurarius cenſetur ca

ſus

otra vez a logro, que pierda la mitad de ſus bienes: y ſea la tercia parte para el acuſador: y las otras dos partes para la nueſtra camara. E ſi deſpues que alguno fuere condemnado en eſta pena ſegunda que reſcibio fuere fallado que dio otra vez a logro que pierda todos ſus bienes: y ſe partan como dicho es. Y los contractos vſurarios que ſon hechos, o faſta aqui que no ſon pagados y han reſcibido los que dieron mayor quantia de la que dieron y les fincare alguna quantia por razon dellos que ſeyendo fallado que han recebido lo que dieron o preſtaron, que no puedan auer mas. E porque algunos no dan derechamente a vſuras, mas fazen otros contractos en engaño de las vſuras. a. Tenemos por bien que ſi alguno vendiere a otro coſa

ſus hæreſis, & aliter eſt puniendus. vt dixi in l. quinta. *Qualquiera que diere a logro*. tit. decimonono. lib. iſto. 8. infrà *En engaño de vſuras*. Vſuræ
a baſis & fundamentum eſt in mutuo. iuxta illud Pſalm. 14. Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, & Luc. 6. mutuum date nihil inde ſperantes. capit. conſuluit. de vſur. tamen vt ibi habetur, vſura etiam in contractibus cõmittitur cum res venditur vltra iuſtum preciũ ratione dilatæ ſolutionis, præſumi enim canon, quòd facta venditione emptor incontinẽti ſoluit pretium, & deinde ei fuit mutuo datũ, cum augmento lucri, & rationé ipſius crediti percipit illud plus Ioan. Andr. in cap. in ciuitate. de vſu. quem ſequuntur doctor. ſecundum Deci. conſil. 211. colu. 2. & hoc etiam dignoſcitur, cum quis vendidit rem paruo pretio, & cum clauſula pacti de retrouendendo & vẽdiret erat ſolitus dare ad vſurã, ex his enim contractus cenſetur vſurarius & in fraudem vſurarum factus, non autem ex poteſtate ſeu ſolo pacto de retrouendendo. & ſic non ſolum in mutuo ſed etiam in contractu emptionis & venditionis committitur crimen vſuræ. ca. conſuluit. & ca. in ciuitate. de vſur. ca. ſi quis oblitus. & ca. quicunque. 17. q. 4. c. ad noſtram de empt. & vend. c. illo vos. de pignoribus. quibus iuribus, vt dixi, ius fingit mutuum licet in ſua forma videatur alius contractus. noſtra ergo Regia conſtitutio originaliter deſumpta ex ordinamẽto Alphõſi Regis Cõpluti Ann. 1386. titu. 23. l. 1. in ſumma dicit, contractũ vẽditionis ex eo vſurariũ cenſeri, quod fuerit appoſitũ reuẽdendi pactũ, aut rem venditã, redimendi pretio intra certũ tempus reſtituto: vel poſt certum diem, & non prius reſtituendo, modo actum ſit, fructus rei vẽditæ interim dũ nõ redimitur ad emptorẽ nõ pertinere. ex qua ſumma & lege iuxta ſenſum apertiorẽ deducitur, alterũ ex duobus cum clauſula de percipiẽdis fructibus ab emptore, efficere contractum venditionis vſurarium. nẽpe vel pactũ redimẽdi, aut retrouendẽdi intra certũ diẽ reſtituto pretio. vel ita cõceptũ vt poſt certũ tẽpus liceat vẽditori & nõ prius pretiũ reddere rẽq; ipſam habere. Sed videtur in præſenti lege reprobatum pactũ redimẽdi ſeu retrouẽdẽdi intra certum tẽpus illicitũ quçeſſe pretio reddito, tamen iuſtiſsimũ eſt cũ fiat iuſto pretio ſitq; fauorabilis venditori, approbatuſq; ſit contractus à iure canonico cui eſt ſtãdũ in hoc crimine vſuræ. igitur videtur legẽ iſtam ſuſtentari non poſſe. Vnde inueſtigare oportet rationẽ huius legis. Quare ex pacto retrouendendi velit cõtractum venditionis vſurarium eſſe, ut euitemus antinomiã. Reſpondendum eſt, ex eo contractus illicitus præſumitur, quia ſimul cum pactione redimendi fuit appoſita clauſula de percipiẽdis fructibus ab ipſo emptore interim dum res ipſa non redimitur. ibi. *Y entre tanto aya los frutos dela coſa vendida*. Sed cum iſta conditio propria ſit pacti de retrouendendo, ſiquidẽ ante redemptionem emptor fructus omnino percipit ſibi, nec eos computare tenetur in pretium l. 2. & ibi docto. C. de pactis inter empt. & vend. ergo contra tex. & ſolutionem. Sed eſt dicendum, Conditionem à iure contractui abſque expreſsione conuenientem, ſi tamen ea expreſſa, & ſcripta fuerit, in contractibus præſertim ſuſpectis inducere fraudis præſumptionem, iuxta Bald. ſententia in l. 3. verſic. quid ſi in inſtrumento. C. plus vale. quod agitur. Felin. in cap. ſi cautio. num. 70. de fid. inſtrum. Couarr. lib. 3. Variarum. reſolutio. capit. 8. num. 6. ex varijs enim & diuerſis coniecturis contractus cẽſ vſurarius à iudice diſcreto cujus arbitrio relinquitur.

tur, iudicabitur. arg. ea. præterea. de teſti. l. 3. §. 1. ff. de teſtib. ex Cot. conſi. 4. lib. 1. qui hanc conſiderationem iudicis arbitrio relinquit. cuius ſententiam fuit ſequutus Couar. in lib. 3. Variarum reſolu. capit. 8. num. 4. verſi. Cæterum ad ſedandum. fol. 219. & ex Auguſti. Beroio. in cap. ad noſtram. num. 35. & num. 45. cum ſequent. de emptio. & vendit. & Cæpol. in tract. de ſimulatio. Contractus præſumptio. 8. & 9. colliges cõiecturas ad præſumendum vſurarium. eoque tract. præſump. 15. notabiliter dixit Cæpol. quòd ſi quis vendat fundũ, qui fuit maiorum ſuorũ, cum alios multos haberet, cum pacto de retrouendendo, id quidem quod fuit maiorum, auget ſuſpicionem ſimulationis: & quòd potius ſit contractus pignoris, quàm venditionis, quia veriſimilius eam venditor retrahet propter affectionẽ per. l. ſi in emptionem. ff. de minori. & ſi hunc animum non habuiſſet, potius alias res quas habebat vendidiſſet arg. l. lex quæ tutores. ff. de adminiſtr. tuto. l. magis puto. § ne paſsim. ff. de reb. eorum. Tiraquell. reputat dictũ Cæpol. notand. in tract. de retract. lib. 1. in præfatione. num. 37. Colligitur etiã fraudis præſumptio ſi apponantur clauſulæ inſolitæ, quæ potius fraudis præſumptionem præſeferunt quàm contractus validationẽ, vt ſi diceret in cõtractu vendidit & tradidit vere & non in fraudem vſurarum, vt fieri ſolet ſæpiſsime in inſtrumentis ex quibus verbis inſtrumentum magis præſumeretur ſuſpectum ſecundum Bald. in. l. emptione. verſic. quod ſi in inſtrumento. C. plus val. quod agitur. Ioan. [illegible] in ca. ad noſtram ad finem. de empt. & vend. Cæpol. de ſimulatione contractus præſumptio. 9. num. 48. per gloſſ. quam reputant ſingul. in. l. ſi quis ſub conditio. ff. de cond. inſtit. ad hoc quod Cautiones & clauſulæ inſolitæ fraudis præſumptionem. Quam ipſe Cæpol. in dict. tract. præſump. 16. num. 80. dixit nota. Iaſo. in. l. teſtamentum. colum. fina. C. de teſtam. Hippol. in. l. de minore. num. 13. ff. de quæſt. Angel. in. l. pen. C. de euicti. Petrus Gerard. ſingul. 77. vbi additio. quam plures commendantes adducit. Rolandin. Valle conſi. 39. colum. penult. nume. 30. Hierony. Grat. conſi. 15. num. 22. lib. 2. in quo reſponſo ponit plures coniecturas ad dignoſcẽdum contractum vſurariũ eſſe. & quæ not. Boeri. conſil. 11. Hieron. Grat. conſ. 157. lib. 2. Boeri. conſi. 3. non tamen ex clauſula redimendi ſola, vel ex alia coniectura contractus eſt cẽſendus vſurarius, niſi aliæ coniecturæ concurrerent, vt in cap. illo vos. de pigno. & in capit. ad noſtram de emptio. & vend. & declarat Cæpol. de ſimulat. contract. præſump. 10. num. 50. quod ſit clauſulam retrouendendi, niſi pactum de percipiendis fructibus rei venditæ ab emptore interim dum ea redempta non fuerit fuiſſet in inſtrumento appoſita, nõ efficeret contractum illicitum. vt patet in extrauag. 1. & 2. de empt. & venditio. quæ hos contractus cum clauſula redimendi non improbat. ¶ Secundo infertur validum eſſe cõtractum venditionis cum clauſula redimendi vſque ad decẽ annos, & quod non liceat venditori rem venditam ante lapſum prædicti temporis redimere, niſi eſſet alia præſumptio, vt in præſenti lege per clauſulam de lucrandis fructibus ab emptore interim percipiẽdis. vt optimè in declarationem huiuſ l. Regię expendit Couar. in lib. 3. Variarum reſolutio. capit. 8. num. 8. verſ. ſupereſt tamen. vbi refert tenẽtes contrarium. nam communis eſt in oppoſitũ imò ex eo ſolum non eſt contractus cenſendus vſurarius ex quo adiectum ſit pactum venditioni, vt venditori liceat poſt decem annos non prius rem venditam oblato pretio reſtituere. Ioan. Fab. in l. fina. C. de pact. pign. Bald. in capit. 1. de feudo dat. in vicem leg. Commiſſo. Cæpol. de ſimulat. contract. præſump. 10. Iaſo. conſ. 153. lib. 4. Tiraquell. lib. 2. de Retract. §. 1. gloſ. 2. nume. 67. vbi alios adducit, inſinuans hanc opinionem communem. de quo arg. per Tiraquel. vbi ſup. fol. 327. lib. 2. in princ. num. 30. Ioan. Methymnen. de reſtitutione. cap. de cenſu temporali determinata temporalitate. fo. 168. colum. 2. Conrad. de contractibus. quæſtio. 80. vtrum emptio redditus exiſtens de ſe. Auguſti. Beroi. in cap. ad noſtram. num. 34. de empt. & vendit. ¶ Pactum de lucrandis fructibus quòd non ſit contra ius, imò ſecundum ius, quia fructus pertinent ad emptorem durante contractu ante redemptionem, tradit Boeri. deciſ. 33. num. 34. & ibi reſpondet ad. c. ad noſtram. de emptio. & vend. idem in conſi. 20. caſus talis eſt: *le Doyen & Chapitre*. ¶ Quæri etiã poteſt de difficili quæſtione, an ex pacto de retrouendẽdo, dominium in venditorem, oblato pretio, ipſo iure transferatur? Sit reſponſio, pactum ſi apponatur verbis directis ſoluto pretio etiã ſine noua traditione redit dominium ad primum dominũ, taliter quòd etiam rei vendicari poſsit à quocunque tertio poſſeſſore. iſta eſt magis communis opinio ſecundum Iaſo. conſi. 128. num. 4. lib. 4. & Ioan. Oroſc. in. l. ab emptione. colum. penult. nu. 35. ff. de pact. Andre. ab exea in libro de pactis, nu. 568. verſi. 2. ampliatur. pag. 365. Antoni. Burgenſis in cap. ad noſtram. colum. 17. de emptio. & vendit. num. 60. Deci. conſil. 614. num. 4. Antoni. Rubeus Alexan. conſi. 58. colum. 2. Socin. conſil. 80. colum. 1. lib. 3. Maſuerus in pract. titu. de retract. nu. 4. Tiraquel. de retract. lib. 1. §. 1. gloſ. 7. num. 7. Couar. lib. 3. Variarum reſolut. cap. 8. numero. 3. verſic. Cæterùm vtcumque ſit. Pauli Caſtrenſis fuit opinio in l. ſi cum venderet. ff. de pigno.

¶Præterea hæretici ſerpunt ſicut cancer ſuis inuentionibus peſtilentiſsimis,& peſtem contagioſam ſecum afferre,non eſt dubium , qua cæteros homines inficere ſolent. Clementina prima.§.verum.de hæret. Et hæreticus loco proditoris habetur,& hoſtis totius Chriſtianæ reipublicæ,vt merito vbique puniri poſsit.argumen.l.iſqui in reatu.ibi , Reus eſt hoſtili animo aduerſus rempub. vel Principem.ff.ad leg.Iuli.maieſt.l. proditores ff.de re milita. & ratione actus ſucceſsiui in loco, vbi fuit captus.ex Bartol.numero ſecundo. in.l.ſi dominium. ff. de furt. vbi vid. additionem Paul. Caſtrenſ.in.l.Pomponius.2.ff.de nego.geſt. Bal. in.l.qui furem.ff.de ſtatu homi. Hippolyt.conſilio.136.numero.15.Et ſic ſeruatur in Hiſpania,vt refert Septimacenſ. vbi ſupra capitulo ſecundo. numero quarto.¶In contrarium eſt text.in capitulo ſi peccauerit.§.ſunt homines. ſecunda quæſtione prima. ibi , vbi contigerit malum, ibi moriatur.ergo cum dictio,vbi, denotet locum commiſsi delicti,ibi erit remittendus , & non vbi fuit captus. Hippolyt.pro vtraque parte plura adducit per te videnda in materia remiſsionis in rep. l.vnic.C.de raptu virginum.numero.123. verſiculo.Sed quæro ſi capiantur. Et in practi. cauſarum crimi.repetit in.§.opportune. numero. 32. Petr. Foler.in pra.prima.part.ſecundæ partis , audiantur excuſatores. pagin.76. numero. 65. AEgidi. Boſsi. in pract. crimi. agit de remiſsione delinquentis in titul,de foro competenti.numero. 50. cum ſequent. & Couarru. late reſoluit de literis requiſitorijs ad criminum punitionem in practi. quæſtion.capitulo vndecimo.& in numero duodecimo.verſicul. Decimoquinto ſupereſt examinare.agit de iſto dubio,& fatetur primam opinionem communem eſſe. Quam communem ſequitur Barthol. Caſſan.in conſuetud. Burgund. rub. 12.§.1.numer.17.

¶Sed videtur , quod cum regula ſit , quod vbi quis commiſit delictum,ibi ſit puniendus , & ſic remittendus ad illum iudicem , in quo commiſſum eſt crimen capitulo primo. tertia quæſtion. 6.vbi Fabianus Papa ait , ibi enim ſemper cauſa agatur,vbi crimen admittitur. & in capitulo primo de rapto.& ibi gloſſ. vnica. capitulo poſtulaſti.de foro.competen.authen. Qua in prouincia. C.vbi de crimi.agi oport.l.32.titulo ſecũdo.par. 3.l.18.& ibi Gregorius Lopez. verbo. recabdar.

titul.1.part.7.& in capitibus Prætorum.capitul.
27.l.1.& ibi Grego.Lopez in gloſſ.2.tit.29.part.
7.authen.Si vero criminis.C.de adult.tex.in au-
then.vt nulli iudic.§.ſi vero quis comprehenſo-
rum.colum.9.& in authen.vt indi.ſine quoquo
ſuffrag.§.ſiquis autem.coll.2.l.1.&.l.2.tit.17.lib.
4.ordina.Traditur a Matthæo de Afflict.in con-
ſti.Neapolitan.lib.1.rub.10.nu.17.& in rub.41.
nu.12.Late Caſſan.in conſuet.Burgundiæ.ru-
br.12.nu.6.Bartholo.Soci.in regul.335.incipiē.
Remiſsio in delictis.Boeri in conſue.Bituricenſ.
Des coſtumes concernans los juges & leur iuriſdi.§.21.
ad fin.Bartholo.Veron.Cæpol.conſi.Criminal.
58.vbi vid.& Anto.Gom.de delictis capit.1.nu.
87.fol.25.colum.1.Si ergo regula eſt iſta,ab ea nō
eſt recedendum in caſu propoſito,& in crimini-
bus ſimilibus,cum eædem rationes ſint,& forte
validiores ad hoc,vt fiat delinquentis remiſsio,&
non in loco,in quo aufugit: quemadmodum fieri
debet in cæteris delinquentibus,contra primam
communem opinionem.¶Rationes quatuor,quæ
cauſæ huius remiſsionis fuiſſe videntur,adnota-
uit Iacob.de Belloui.in rep.dict.§.contrahentes.
nu.110.quas refert Couar.in dictis practicis quæ
ſtio.cap.11.num.2.quæ omnes verſantur in hære
ſis crimen.Ergo erit locus remiſsioni,ſi inquiſito
res loci,in quo fuit commiſſa hæreſis,requirant iu
dicem loci vbi aufugit,& eſt captus,vt ibi pœnam
delicti ſuſcipiat in exemplum aliorum vt in au-
then.vt iudices ſine quoquo ſuffra.§.ſi quis autē.
ad fin.coll.2,Et iſtam partem tenet Couar.vbi ſu
pra dict.ca.11.num.12.¶Limita ergo eo caſu,quo
iudex,qui delinquentem captum habet,non fuiſ-
ſet requiſitus à iudice ratione delicti:quia non ex
actus,remittere non tenetur,ſed eum punire po-
terit ſine pœna.Couar.vbi ſupra.capit.11.colu.
pen.num.11.Et ita intelligendam eſſe cenſet opi
nionem communem ſupra relatam.Ludoui.Bur-
geſ.ab eo non citatus hunc intelligendi modum
ad prædictas opiniōes aſsignauit in rep.l.ſi ſe ſub
ijciant.num.129.ff.de iudi.Hippoly.in rep.l.vni.
C.de rap.virgi.numer.523.¶Secundo limita,niſi
eſſent loca,nempe vbi fuit captus,& vbi cōmiſit
delictum ſub diuerſis iudicibus & dominis,vt eſt
reſpectu Hiſpaniæ Francia,vel Anglia,& ſic non
habet locum remiſsio,quippe cum quodlibet re-
gnum,ſeu ciuitas ſit diuerſæ iuriſdictionis & do-
minij,& habetur loco prouinciæ.gloſſ.in.l.fina.
verb.id eſt,in vna prouincia.C.de præſcrip.loug.
tempor.communiter recepta ſecundū Sebaſtian.
Sapiam in.l.hæres abſens.§.ſi quis tutelam.nu.5.
ff.de iudi.vbi idem tenent Angel.& Paul.Caſtr.
Bald.in.l.a.C.de ſeru.fugit.colu 2.num.2.verſic.
Sed nunquid.vbi Deci.in additione.& in.l.præ-
ſes.3.colum.fin.ad fin.ff.de offi.præſid.& in.l.
executorem.num.27.colum.8.C.de exec.rei iu-
di.Philipp.Franc.in cap.Romana.§.contrahen-
tes.numer.9.de foro comper.lib.6.qui tenent de
conſuetudine non ſeruari,niſi in locis,qui ſunt
ſub eodem domino,vt ſit locus remiſsioni,imo
videmus,quòd delinquentes ſe transferentes ad
regnum diuerſum,gaudent libertate delicti ibi
commorantes.Caſſan.in conſuet.Burgund.rub.
52.§.vni.num.14.Nicola.Boeri.in conſuet.Bituri
cenſ.rub.*De coſtumes concernans le juges,& leur ju-
riſdi.*§.21.ad fin.& deciſ.29.Stepha.Aufreri.ad ca
pellam Tholoſan.deciſi.319.Bald.in.l.1.C.vbi de
crimi.agi opotr.Iacob.de Belloui.in dict.repe.§.
contrahentes.num.113.Matth.de Afflict.in con-
ſti.Neapolitan.lib.2.rub.3.num.88.Paul.de Lea
zar.Imol.& doct.in clem.Paſtoralis.ſuper gloſſ.
in verb.de mote.de re iudi.qui teſtantur de com-
muni totius orbis Chriſtiani vſu & praxi receptā
eſſe prædictam ſententiam.Couar.in practi.quæ-
ſtio.cap.11.nume.10.verſic.Duodecimo loco ſeſe
offert quem in hac materia requiſitoriarum vide-
bis.Adde.l.103.libr.pragmati.qua cauetur,quod
delinquentes in hoc regno ſi aufugiant ad Portu-
galliam,vel econuerſo,ſunt remittendi ad locum
delicti,vt ibi puniantur,iuxta concordiam regis
noſtri & Portugalliæ.Sed non eſt omittendum,
quibus expenſis remiſsio ſit facienda? Sebaſtian.
Sapia in rep.l.hæres.§.ſi quis tutelam.colum.2.
ff.de iudi.dicit,quod in omnibus caſibus,quibus
remiſsio petitur,expenſæ ſunt faciendæ de bonis
petentis.citat Bald.in cap.nonnulli.colum.3.nu.
9.de reſc.& in capit.1.§.ſi iudex.de pace tenend.
Matthę.Afflict.lib.1.conſtitu.regni Siciliæ.rub.
41.num.13.Couar.vbi ſupra.cap.11.nu.11.verſi.
Decimoquarto.Dixi in.l.1.gloſſ.1.quæſt.5.titul.
5.lib.3.ordinamen.& eſt.l.2.titul.17.vbi dixi in
gloſſ.fin.infra eod.libr.8.ordinament.¶Cum er-
go pœna in clericis ſit degradatio,vtiliter quæri-
tur quid,& quotuplex ſit.?Degradatio autem eſt
depoſitio verbo,aut facto celebrata,ordine iuris
ſeruato,propter delictum contra clericum ab eo
commiſſum.vt colligitur ex.cap.1.de hæret.libr.
6.& cap.2.de pœn.eod.lib.capit.excommunica-
mus.1.§.credentes.de hæret.ibi,Si vero clericus
fuerit,ab omni officio,& beneficio deponatur,vt
in quo eſt maior culpa,grauior exerceatur vindi-
cta.Et in eod.tex.in.§.damnati vero.ibi.Clericis
prius à ſuis ordinibus degradatis.cap.1.ibi,depoſi
tus iuſte.& in cap.2.ibi,fuerit degradatus.cum ſi-
mili.de cleri.excom.miniſtr.Degradatio pro-
prie importat priuationem executionis officij,&
beneficij eccleſiaſtici ſimpliciter,& ex toto,ab-
ſque ſpe reſtitutionis,cum certa ſolennitate,&
priuatione priuilegij clericalis.vnde à depoſitio-
ne differt,quæ eſt priuatio eorundem abſque ſpe
reſtitu-

reſtitutionis, ſed cetento priuilegio fori,& cap. ſi quis ſuadente. 17. quæſtion.4. & à ſuſpenſione, quæ eſt pciuatio eorundem ſimpliciter,vel ad tempus, cum ſpe diſpenſationis , vt docet Sylueſt. in ſumma verb. Degradatio. in princ. Vel degradatio, eſt priuilegiorum, & ordinum ſacrorum amotio,vel priuatio ob ccimen atrox facta contra clericum in ſacris conſtitutum capit. 2. de pœn.libr. 6.cap.cùm non ab homine. de iudi. capit. qualiter & quando. de accuſ.cap.nouimus.de verbo ſignifica.Firmian.in tracta. de epiſcopis. 8. par. 4. lib. tit. De degradatione & depoſitione epiſcopi. in princ.nume.1.fol.70.in 4.volu. tract. diuerſorum docto.& ibi dicit,quòd depoſitio , eſt à dignitatibus & honoribus amotio.Specu.de accuſatio.§.2 verſic. Vel dici poteſt. Et probatùr in iuribus ſupra citatis. Degradatio autem eſt duplex, ſcilicet verbalis,& actualis. Vecbalis eſt duplex: quædam vt terminus pœnæ:altera, vt præambula ad degradationem actualem , ſeu tealem. Realis etiam eſt duplex : quædam vera : altera ficta. Verbalis eſt quæ verbo fit,vt verbum ſonat,& eſt vt terminus pœnæ , quandò iudex eccleſiaſticus non intendit procedere ad cealem ſeu actualem degradationem, ſed tantùm dicta vecbali degradatione eſt contentus: quia in ea verbali degradatione pœna delinquentis eſt terminata , & iudex ſecularis in eo delicto nihil debet facere, ne inde maleficium bis puniatur,quia non iudicabis bis in id ipſum. Nahum cap.1.Non conſurget duplex tribulatio. ca. at ſi clerici.§.fin.de iudi.cap.presbyter.81.diſtin. gloſſ.in capit. per hoc. verb.Sententia. de hæret. lib.6.Auguſti.Beroi.in cap.1.num. 92.de iudi.Et de hac verbali degradatione prout ſonat terminus pœnæ,loquitur Bald.in l.officiales. C.de epiſc.& cleri.quæ ſumitur pro depoſitione, ſeu priuatione.l.iubemus.§.œconomus. C.de ſacroſan.eccl.& ſic habetùr in cap.tuæ.de pœn. vbi Panor. inquit tex.illum loqui de degradatione verbali,quæ non priuat ab omni priuilegio, vnde non aufect priuilegium fori,niſi ſequatuc incorcigibilitas. ca. cùm non ab homine. de iudi. quem ibi not. dixit Cardi. ad hoc, quòd clericus non efficituc de iudicio ſeculari, niſi quando non poteſt corrigi per eccleſiam, & iſte talis dicitur incorcigibilis.tex.not. in capit.inceſtuoſi.23.quæſt.5.capit.ad audientiam. ibi,degradatis. de crimi. falſ. quem texr.intelligit communis ibi,id eſt,verbaliter.& eap. dictum.81. diſtin.vbi gloſſ.verb. ſeculariter. infert,quòd niſi ſint corcigibiles , incidunt in ſententiam Canonis imponentes in eos manus violentas, eos verberando. Quam dixit ſingul. Franch. in capit. degradatio.de pœn.lib. 6. Secus in verberante realiter degradatum. Panor.in capit. ad abolendam. de hæret.gloſſ.in dict.capitul.degcadatio. Angel. verb. Degradatio.verſic. Vtrum verbcrans & Sylu. eo. verb.quæſtio.6. Præpoſitus in capitu.nulli diſtin. 84.colum.fin.num.6.& Anchar.in cap.at ſi clerici num.5.de iudi. Et talis degradario verbalis ponitur pro depoſitione.cap.ſi quis laicus.22.quæſtio. 5.vbi clecicus , vel epiſcopus degradatur propter conſpirationem factam contra dominum terræ. Ita intelligit Deci.in cap.at ſi clerici, colum. pen. num.39. de iud. Et codem modo loquitur Panor. in cap.non poteſt.colum.2.de re iudi. & in capit. nouimus.de verb.ſigni. Arnald. Alberti.in repeti. cap.quoniam.de hæret.lib.6.quæſtio. 14.num.38 ¶ Et hæc verbalis depoſitio fit ſolo verbo , quando crimen & cauſa expoſtulat per ſententiam. vt Spec.notat tit.de accuſ.§.1. qua criminoſus perpetuò ab ordinibus ſacris depoſitus declaratur capi. qualiter & quando de accuſatio. Auguſt.Beroi. in dict.cap.at ſi clerici.num.83.cap. veritatis.de dolo.& contuma. nempè dicendo in ſententia, quia nobis conſtat de culpa & crimine, quod reſultat ex proceſſu flagitioſum eſſe homicidam, vel proditorem contra Titium Cantorem eccleſiæ cathedralis,ideo eum deponendum perpetuò cenſemus ab officio & beneficio, prout deponimus. ex Specu.vbi ſuprà. verſic. Item quæritur per prædicta iura etiam pcobatuc.Et Arnald. Alber. vbi ſuprà. ¶ Altera,quæ eſt degradatio verbalis,quæ eſt præparatoria ad pœnam, fit quando iudex intendit procedere ad degradationem actualiter , qua facta,reliquit degradatum brachio ſeculari puniendum, & hæc differt à præcedenti in duobus: quia huiuſmodi verbalis deſtituit conſtitutum in ſacris omni ordine , & priuilegio clericali , & alijs prærogatiuis, quibus eſt inſignitus.vt in capit.de gradatio.de pœn.lib.6.& ſic penitus deſinit eſſe clericus,vt poſsit à iudice ſeculari puniti.vt declarat Iacob.Butrig. in authen. Presbyteri.in 2. col. 2.verſi.Nota de pœna degradationis.vbi Bal.ttan ſcripſit ad literam.C.de epiſ. & cleri. Idem tenet Bald.in l.officiales.colum.2. verſic. Secundus caſus eſt ratione ſubſecutæ. C.eod. titul.Arnal. Alber. in rep.cap.quoniam.quæſtion.14.numer.4. de hæret.lib.6.Auguſti. Boroi.in cap.at ſi clerici. num.83.de iudic.¶ Eſt notandum , quòd hæc verbalis degradatio ad effectum , vt actualis ſequatur debet promulgari de conſenſu prælatorum in crimine hæreſis. vt in capit.1.de hæret. lib. 6.in alijs de conſenſu epiſcoporum. vt in cap. degradatio. de pœn.lib.6.& ſic numerus epiſcoporum requiritur in degradatione clerici verbali quando talem verbalem ſequutura eſt actualis, quia ad actualem huiuſmodi epiſcoporum numerus minimè eſt neceſſarius. Ioan.Andr. Domi.Anchar.& Philipp.Franch.in dict.ca.degradatio.de pœn.lib. 6. Panor. in cap. non poteſt. de ſententia & re iudi. col.3.

colum.3.num.10.& Feli.etiam num.10. Angel.in ſumm.verb. Degradatio. in princi. Syluеſt. verb. Degradatio. quæſtion.1. Alberti.de hæreti. lib.6. in cap.1.quæſtion.14.nu.6. Actualis enim degradatio eſt executio verbalis præcedentis, propter ea fieri poteſt ſine prædicto numero, ſecundùm prædictos doct. Intellige præterea, quòd prædicta ſolennitas requiſita eſt in clericis in ſacris tex. in dict.cap.1.de hæret.lib.6.quo fit in conſtitutis in minoribus quamuis degradentur, quando traduntur curiæ ſeculari. vt per glo.in cap.1.de cler. excomm.vel depoſit.miniſtran. Panorm.& Docto. ibi.Panorm.& Deci. in cap. cùm non ab homine. de iudi. Panorm.in cap.non poteſt.de re iudi.nullus tamen epiſcoporum numerus ad eius degradationem requiritur, ſecundùm Ioan. And. & Philipp.Franch.in cap.2.de pœn. lib.6. Panor. in dict.capitul.non poteſt.nume.11.ſufficit enim proprius epiſcopus, cum conſenſu Capituli, niſi eſſet præſcriptum à prælato quòd non interueniret.vt in capit.3.de conſuet.libro.6. ſecundùm Panorm. vbi ſupra. per tex. in dict. cap.2. de pœn. lib.6. verſic. Quanquam proprij epiſcopi ſententia ſine aliorum epiſcoporum præſentia ſufficiat in degradatione eorum, qui minores duntaxat ordines receperunt. ¶ Eſt & alia actualis & ſolennis degradatio, quæ fit hæretico clerico pertinace, relapſo, vel impœnitenti, qui degradatur. & iudici ſeculari traditur. capi. ad abolendam. de hærer.c. excommunicamus. §. 1.& capit.pen.eo. titu.quo caſu realis degradatio fieri oportet ab epiſcopo proprio, conuocatis abbatibus, alijſque prælatis & religioſis, ac literatis viris, & hæc degradatio ab vno epiſcopo tantùm fit in cauſa hæreſis, & non in cæteris criminibus fidei fauore. vt eſt tex.in ca. quoniam de hæret.libro. 6.Iacob.Septimacenſ.de inſtitutio.catholicis.cap.45.num.55.Et ſtatutum eſt in ſancta Synodo Tridentina habita ſub Pontifice Iulio.III.Papa.ſeſsio.13.can.4. Cuius verba ſunt.Epiſcopo per ſe, ſeu illius vicarium in ſpiritualibus generalem, contra clericum in ſacris, etiã presbyteratus ordinibus conſtitutum, etiam ad illius condemnationem, nec non verbalem depoſitionem, & per ſe ipſum etiam ad actualem atq; ſolemnem dagradationem ab ipſis ordinibus, & gradibus eccleſiaſticis, in caſibus in quibus aliorũ epiſcoporum præſentia in numero à Canonibus diffinito requiritur, & abſque illis procedere liceat. Adhibitis tamen & in hoc ſibi aſsiſtentibus totidem abbatibus vſum mitræ, & baculi ex priuilegio Apoſtolico habentibus, ſi in ciuitate, aut diœceſi reperiri, & commodè intereſſe poſsint. Alioquin alijs perſonis in eccleſiaſtica dignitate conſtitutis, quæ ætate graues, ac iuris ſcientia commẽdabiles exiſtant. ¶ Fit autem degradatio cum ſolẽni detractione inſignium clericalis militiæ, qua quidem à ſacra malitia expulſus, & exauctoratus omni priuilegio clericali deſtituitur, ademptis ſingulis ornamentis, ad eius, qui degradandus eſt ordinem pertinentibus.cap. Degradatio. de pœn. lib.6.& hoc fieri debet præſente iudice ſeculari, cui ſtatim relinquendus eſt, non tamen tradendus. Eccleſia tamen debet pro eo efficaciter intercedere, vt ſecularis citra mortis periculum ſententiam moderetur capit. nouimus. de verbor. ſignif.capi. degradatio. Decius in capit. cùm non ab homine. numer.14.de iudi.Albertinus, qui ponit formam verborum ad degradationem actualem in rep.ca. quoniam.quæſtion.14.de hær.lib.6.Albert. Brunus lib.4.de hæret.ca.14.*Ludoui.* Carreri.de hæret.num.133.cum ſeq. Iacob.Septimacenſ.ca. 45. num.25.l.60.& ibi Gregor. Lopius verb. *Darlo luego.* tit.6.par.1.& Specul.optimè.tit. de accuſatione.§.Secundo loco videndum eſt. num.5. & in 7.numero. ſubijcit formam degradationis. Colligitur etiam ex Ioan.Bernar. in praxi Canoni. c.90. vbi ponit reſcriptum contra illos monachos Hiſpalenſes, qui proditoriè occiderunt prouincialem, & ipſi occiſi fuerunt propter immanitatem criminis, quia ille erat loco epiſcopi. Panorm. in capit. cum ſingulis.de ſtat. monach. Grego.Lopez.in L. 61.verb.homicidio titu.6.part.1.¶ Vtrum autem quilibet degradatus, quàm citò degradatur, ſit curiæ ſeculari tradendus pro quocunque crimine graui? Videtur dicendum, quòd propter grauitatem criminis ſit clericus degradandus actualiter, & tradendus curiæ ſeculari, minimè conſiderata incorrigibilitate in crimine hæreſis.cap.ad abolendam, §.1.& 2.de hæret.Et in falſario literarum Papæ.c. ad falſariorum.de crimi. fal. Et tertius caſus eſt in clerico depoſito propter calumniam, quam intulit epiſco. cap.ſi quis ſacerdotum. 11. quæſtion.1. Ioan.in ſum.confeſſo.lib.1.titul.5. quæſti.10.Hoſtienſ.iſtos tres caſus ponit in ſum.de hæret.§.qua pœna feriatur.l.60.titul.6.partit.1. Sed prædicta iura ſunt intelligenda data incorrigibilitate. ex gloſſ.in capit.at ſi clerici.§. de adulterijs. de iudic. Et iſta opinio eſt communis contra alteram communem, & tenendam, prout colligitur ex Ioann. Bernard.in pract. Canoni.Crimina. capitu.90. & Gregor.Lopez in l.61.verb.Homicidio.titulo.6. part.1.AEgidi.Boſſi.in practi.delictorum.titul.de foro comp.num.132.Latè tradit Alnaldus Alberti.in rep.cap.quoniam.quæſtio.11.numer.9. cum ſeq.de hæret.lib.6.Dicit communem Deci. in ca. at ſi clerici.in fin. princ.de iudic. Et pro hac communi ſententia põderat tribus modis facere text. in capi.cùm non ab homine. de iudi. & ibi Areti. colum.9.aſſerit communem. & in dict. capit. at ſi clerici.column.etiam.9.Coua.lib.2.Variarum reſolut.

ſolut. capitul. 20. num. 7. Fernand. Vaſquius Menchacen. lib. 3. de ſucceſſ. creatio. §. 22. num. 52. qui amplectitur contrariam communem & ipſam, aliquot fundamentis approbat. Sed primæ aſſentiendum eſt, non enim video poſſe hanc traditionem iuſtè fieri poſſe poſt degradationem, niſi clericus ſit incorrigibilis, aut in his criminibus, quæ expreſsim iuxta canonicas ſanctiones, eam punitionem admittunt. Nec tamen negandum eſt, poſſe homicidium contingere, aliudve crimen ita damnoſum & pernicioſum reipub. inſpectis loci, temporis, & perſonarum qualitatibus, quod arbitrio diſcretorum iudicum hanc traditionem iuſtiſſimè patiatur. Qua in re maturo conſilio procedēdum erit, & ſecundùm ſubiectam materiam, vt euitetur maius malum, quod inde euenire poſſet in republica. Et ſic relapſi tradendi ſunt curiæ ſeculari cap. ſuper eod. de hæret. lib. 6. qui quamuis ad ſpiritualia admittantur pœnitentes, cum eccleſia nulli claudat redeunti gremium ſuum, tamen quo ad pœnam temporalem non admittitur, quo minus puniatur, ex mente Doctorum in dict. capitul. ſuper eo. & Bart. in l. qui ea mente. columna ſecunda, num. 1. ff. de fur. Anani. in capitulo. ad abolendam. de hæret. colum. 7. Et intra quantum tempus dicatur quis continuò & confeſtim redire ad fidem & eccleſiæ vnitatem, vt reconciliari valeat. vt in cap. ad abolendam. de hæret. & in capitul. vt officium. eod. titul. lib. 6. l. 2. titu. 26. par. 3. Declarat ibi Gregor. Lopius in gl. 3. quem vide poſt Archi. in capitul. vt commiſsi. §. necnon. de hæret. lib. 6. ¶ Vtrùm autem eo caſu, quo ſit hæreticus immurandus perpetuò, ſit degradandus, ſicut quando eſt tradendus Curiæ ſeculari? Reſpon. quòd eodem modo degradatur capit. 5. de hæret. lib. 6. Panorm. in capit. excommunicamus. 2. de ſententia excommun. Paul. Grilland. de hæret. q. 7. numero primo. Gondiſſal. à Villadiego contra hæretic. prauita. quæſtion. 19. verſic. Sed occurrit iuxta hoc. num. 3. Et epiſcopus ſolus cum ſuo Capitulo facere poterit degradationem, iuxta text. in dict. capit. 1. cum ſua gloſſ. fin. de hæret. lib. 6. Sed ſi conſuetudine præſcriptum eſſet ius corrigendi ſine Capitulo, poſſet abſque eod. capi. 3. de conſuet. lib. 6. Not. ſecundum Panor. in capit. nouit. colum. 2. de his quæ fiunt à prælat. Illud tamē annotandum eſt, quòd epiſcopus debet eſſe confirmatus, & conſecratus ad hoc, vt clericum degradare poſsit, ſecundùm Domi. in capitul. 1. de hæret. lib. 6. quia eſt ordinis, ordines conferre, ſimiliter & auferre ergo cap. auaritiæ. de elect. lib. 6. Faciunt à me congeſta in lib. 1. ordi. titu. 6. l. 2. glo. 2. pagina. 262. vbi adduxi duas opiniones adinuicem contrarias. Et quæ tradit Selua de beneficio. 1. par. quæſtion. 2. num. 32. ¶ Et poſt actualem degradationem, vtrùm ſit neceſſaria traditio curiæ ſeculari ad hoc vt puniri poſsit, eſt dubium? Et videtur quòd ſic cap. 1. de hæret. lib. 6. dum dicit, cùm pro hæreſi fuerit curiæ ſeculari relinquendus. ergo ante traditionem factam iudici ſeculari per eccleſiaſticum, non poterit capi. ex eo, quia adhuc eſt in foro eccleſiæ. cap. nouimus. de verbor. ſignif. Sed dicendum eſt, quòd cùm fuerit degradatus actualiter, non requiritur alia actualis traditio, vt declarat Domi. & Franch. num. 3. in ca. 2. §. fi. de pœn. lib. 6. Panor. Areti. & Deci. num. 14. in capit. cum non ab homine. de iudic. Angel. verb. Degradatio. §. 2. & ſic poterit puniri à iudice laico. Licèt tutius ſit, vt fiat traditio. ¶ Degradationis forma cū orationibus ſolitis in omnibus ordinibus, habentur in Pontificali Romano. fol. 201. cum duobus ſequentibus, vbi vide. Et vltimum in conſtruendo, eſt primum in reſoluendo, ſecundum Philoſoph. vt patet exemplum in domo quæ deſtruitur, ſecundùm Ioann. Andr. & Domi, in dict. capi. 2. §. poterit. numero tertio. verſic. Quæro an iſte tex. & Philipp. Franch. nume. 1. colum. 1. ¶ Eſt & alia pœna contra hæreticum, ſiue clericum poſt degradationem actualem, ſeu laicum, mors naturalis igne vltore. Probat. l. Arriani. C. de hæret. Alphonſus à Caſtro libro ſecundo. de iuſta hæretic. puni. cap. 12. Septimacenſ. de inſti. catholicis. cap. 45. vbi num. 8. dicit de conſuetudine eſſe introductum, vt ſit ignis, vt dixi & probaui in l. 2. verbo. *con animo pertinaz*. titu. 1. lib. 1. ordina. pagina. 32. Bartholomæ. Fumi in ſum. Armilla. verb. Hæreſis. num. 11. verſic. Hæretici quomodo puniantur pœna ignis. Angel. verb. Hæreticus. §. 16. vbi dicit, quòd animaduerſio eſt pœna ignis de conſuetudine, licèt de iure ſit pœna mortis. gloſſ. in capit. pen. verb. puniendi. de hæret. & ibi Panor. Paul. Grilland. de hæret. quæſtio, 3. Stephan. Bertran. conſi. 212. lib. 2. Couar. lib. 2. Variarum reſolut. capit. 10. num. 10. l. 2. titu. 26. part. 7. l. 2. titulo. 1. lib. 4. foro legum. Gondiſſal. à Villadiego de hæret. quæſtion. 15. Ioan. Berbert. in viatorio iuris. rubr. De crimine læſæ maieſtatis. Plures caſus, quibus quis pœna mortis venit puniendus, ponit Caſſanæ. in conſuetud. Burgund. rubr. 1. num. 6. fol. 14. Et caſus, in quibus quis de iure communi puniendus eſt pœna ignis, ſcripſit Lucas de penna in l. 1. colum. 1. C. de immu. nemi. conced. libr. 10. refert Matthæ. de Afflictis in conſti. Neapoli. rubr. 1. libro primo. num. 39. vbi loquitur in hæretico, qui eſt flammis viuus comburendus. ¶ Pœna tamen ignis non omnibus hæreticis infligenda eſt, ſed eis tantum, qui vel relapſi ſunt, vel in ſua pertinacia & impœnitentia vſque ad prolationem ſententiæ diffinitiuæ perſiſtunt. Nam quamuis aliquis eſſet impius & hæreſiarcha, non eſt protinus

igni

Digitized by Google

igni tradendus, ſed eccleſiaſtica benignitate monendus. Quòd conuerſus fuerit priuſquàm per iudicem eccleſiaſticum declaratus ſit relapſus, pertinax, vel impœnitens, proculdubio io iſto caſu pœoam ignis euadet. Si verò captus conuerti noluerit, ſæpius exhortandus eſt, adhibitis etiam ad hoc negotium viris religioſis & eruditis, vt ſi fieri poſsit, conuertatur, & viuat. Nec ſtatim brachio ſeculari relinqui debet, ſed ſententia differenda eſt, vt hæreticus furor ceſſet: oam nulla vnquam de morte hominis cunctatio lõga eſt. Quòd ſi Pharaonis & dæmonis inſtar in obſtinata perfidia permanſerit, tunc lata prædicta ſententia, qua declaratur hæreticus, iudici laico dimittendus eſt: à quo mox condemnatus, illicò igni tradi debet cap. ad abolendam. de hæret. Alphoſ. Caſt. libr. 2. de iuſta hæret. puni. capit. 1. Hermas lib. 2. de inſtau. religio. cap. 15. Iacob Septimaceoſis de inſti. catholicis. capi. 45. num. 12. citat. 5. inſtructio. Hiſpalenſ. cap. 9. Villadiego de hæreti. quæſtion. 20. & Gregor. Lopez in l. 2. titu. 26. par. 7. Plura circa hoc dubium referunt, & notant Matthæ. de Afflict. in conſti. Neapolitan lib. 1. rubr. 1. nu. 35. Verſiculo vigeſimoprimò nota. Calderi. conſi. 2. ſub. tit. de hæreti. Rebuff. de pacific. poſſeſſ. n. 196 Ioan. Igne. io l. 1. §. cùm dominus num. 31. ff. ad S. C. Syllaoi. ¶ Quæri poteſt, Vtrùm nobilis ſit eadem pœna propter crimen hæreſis puniendus, ſicuti cęteri plebeij puniri debent? Reſpondeo, quòd ſic, nulla habita nobilitatis generis ratione. Nam tanto conſpectius in ſe crimen habet, quantò qui peccat maior habetur, ex Iuuenal. Satyr. 8. & dixi alibi latiùs. Et iſtam ſententiam reputat memoria digoam Septimacenſ. vbi ſuprà capitu. 45. numer. 23. l. Arriani. C. de hæret. vbi nulla diſtinctio perſonarum admittitur in hoc crimine. Et quòd nullius quantumuis nobilis ſit in crimine hæreſis puniendo habenda ratio, patet. Nam in rebus fidei, omnes Chriſtiani æquales ſumus, nec eſt diſtinctio perſonarum Græci, ant Iudæi: etenim in vno ſpiritu omnes nos in vnum corpus baptizati ſumus, ſiue Idæi, ſiue Gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi: vt Paulus ait ad Roman: capitu. 10. & 1. ad Corinth. capitulo. 10. & Origenes lib. primo. in Iob. columna. 18. Nazianze. eleganter oratio. 24 Item, quia nobilium delictum grauius eſt, tum ratione nobilitatis, quibus ea ratione plus eſt conſiſum, ideò duriùs & acriùs ſunt puniendi. l. quædã ff. de pœn. cap. cùm quidam. de iur. iur. Deinde, quia hæreſis nobilium magis potẽs eſt & grauior, ac pernicioſior reipublicæ, ac deterioris exempli. Nec dignitas ſacerdotalis prodeſt hæretico, ne alijs pœnis puniatur, ac cæteri qualeſcunque hæretici, vt ſuprà habitum eſt, ergo nec ſecularis nobilitas in hoc prodeſſe debet. Quam ſcientiam Archidiaconus probat in cap. qui contra. 24. quæſti. 1. Fel. in cap. cum quidam. colum. 3. de iur. iur. Andr. Tiraquell. de nobilitat. cap. 20. nu. 118. Quibus libens accedit Septimacenſ. loco ſuprà citato. nu. 14. Niſi fortè publicè pœnitentibus gratia cõſanguineorum commutetur habitus (vulgò Sanbenito) qui maximam familiæ notam afferre ſolet, alioquin alia ſolet eſſe pœna nobilium, alia plebeiorum l. 3. ff. de re milita. §. 1. vbi glo. verb. torquentur. Bart. in l. capitalium. §. ſerui. ff. de pœn. Lucas de Penna in l. 1. C. de deſertori. & occulta. lib. 12. Euſebius libro quinto. hiſtoriæ eccleſiaſticæ. capit. 3. Reatus omne excludit priuilegium in hoc crimine hæreſis, cùm omnium grauiſsimum ſit, vt dictum eſt ſuprà. ¶ Sed dubium occurrit enodandum. Hæretici ſine nouo proceſſu cum primùm tradunt Curiæ ſeculari, pœna mortis naturalis ignis in eis exequitur: quod quidem compertum eſſe Inquiſitoribus ita fieri debere, nõ obſtantibus eorum deprecationibus, de quibus in ca. nouimus. de verbo. ſignific. liquet, & ſic ſunt cauſa immediata & propinqua mortis delinquentis, ergo efficiuntur irregulares per regulas iuris communis. Cui dubio ipſe ſic reſpondendum cenſeo quòd cum irregularitatis grauamen iure poſitiuo fuerit inductum, vt eſt communis omnium opinio, proinde à ſummo eccleſiæ Principe tolli potuit. cap. propoſuit. & ibi glo. de conceſ. præbend. & ideo Bonifacius Papa. VIII. in cap. vt inquiſitionis. verſi. Præfati poteſtates. de hæret. lib. 6. in his verbis, ſibi relictos ſtatim incipiant indilatè animaduerſione debita puniendos, non obſtantibus appellationibus, &c. interdicitque in. §. Prohibemus. Poteſtatibus ſeu iudicibus ſecularibus notionem & iudicium, ſed vult exprompté ſententias ſic ab Inquiſitore & loci epiſcopo pronuntiatas exequi ſub eccleſiaſticæ cenſuræ pœna, quaſi non iudices, ſed executores debeant eſſe iudices laici ſententiæ latæ ab Inquiſitoribus. Ergo Papa voluit etſi præſenſerint eccleſiaſtici iudices pœnam mortis inferendam eſſe condemoatis, nihilominus tamen delegationem cum debitis proteſtationibus abſque irregularitatis incurſu fieri poſſe per præmiſſa, & quia potiùs eſt quædam delegatio, quæ fieri poterit à domino habente iuriſdictionem generaliter. cap. fin. ne clerici vel monachi. lib. 6. Quicquid nimis licentioſè dixerit cõtra Bonifacium Ioan. Igne. in l. 1. §. quum dominus. num. 39. ff. ad Syllani. Igitur praxis Inquiſitorum hæreticæ prauitatis, quæ habet cum poſt cõdemnationem hæreticorum præſente iudice ſeculari hæreticos tradunt iudici ſeculari rogantes, ne morte, aut membri mutilatione eos afficiant, iuſtè fieri poteſt; iuxta cap. Nouimus. de verbor. ſignifi. l. 60. tit. 6. par. 1. Cuius praxis meminit Di-

recta,

Digitized by Google

rectorium Inquiſitorum, dum refert ſentẽtiarum formulas. Idque habetur in Pontificali Romano fol. 202. Quod ſatis tutum eſt, cùm à ſancta ſede Apoſtolica traditum ſit Tutius tamen quidam exiſtimarunt, quòd Inquiſitores non traderent ſic damnatos iudici ſeculari, ſed eos, lecto proceſſu, condemnarent coram iudice laico, atque ita damnatos à propria iuriſdictione dimitterent, vt denique iudex ſecularis eos morti & igni traderet, vt Henrti, notat in cap. ad abolendam. de hæret. Igne.in l.1.§.cùm Dominus.numer.37.ff.ad Syllaniam.Couar.in repet.Clem.Si furioſus.2.parte. §.5.num.6.verſic. Decimoquartò. de homicidio. Et ſic ſententia fertur abſque ſcrupulo irregularitatis ab Inquiſitoribus. ¶ Eſt præterea alia pœna, quòd hæretici carent eccleſiaſtica ſepultura: & qui eos tradiderint eccleſiaſticæ ſepulturæ, ſunt excommunicati, nec abſoluendi donec ſatisfecerint informa tradita in cap.quicunque.in princip. de hæreti. lib.6.cap. excommunicamus.1.§. credentes. de hæretic. Probatur nam cuicunque decedenti in peccato mortali deneganda erit eccleſiaſtica ſepultura. ex gloſſ.iuncto tex. in cap quia in omnibus.de vſur.gloſſ. ſepulturam. in capitul. 2.de ſtat.monach.ſed hæreticus eſt talis.capi.3.de hæret.ergo cùm eo in vita non potuimus communicare,nec in morte communicare debemus. cap. de communione.24.quæſt.2.cap. ex parte parentum.de ſepultur.& illic eſt.gloſ.notabilis & ordinaria, recitans caſus, in quibus denegatur de iure alicui eccleſiaſtica ſepultura. Et infine dicit, quòd conuicto de hæreſi poſt mortem denegari debet cap. ſanè profertur. 24. quæſtione ſecunda. Eſt etiam alia glo in cap.nullus.13.quæſtion.2.vbi Cardin. Turrecremata vltra. 14. caſus enumerauit.& Angel.verbo. Sepultura.§.29. Bartholo. Fumi in armilla aurea. verb. ſepultura. fol.327. nume. 16. verſi. Multi eccleſiaſtica ſepultura priuantur. Et Hoſtienſ.in ſumm. de ſepultur, §. quibus Interdicatur.1ex.in cap.ſicut.de hæret.l.8.titul.13.par.1. Suaderi poteſt vlterius, quòd hæretico non ſit aſſignanda in loco ſacro eccleſiaſtica ſepultura: quia aduerſus ipſam deliquiſſe conſtat, ergo eius cadauer, cum viuus non erat tuendus.ca. fin.de immu. eccleſi. cum ſit proditor & hoſtis eccleſiæ, vt ſuprà dictum fuit, nec immunitate eccleſiaſtica gaudet hæreticus confugiens ad eam, imò inuitus poterit extrahi ad punitionem criminis. Gondiſſal. à Villadiego in tract. de hæret. quæſtio. 11.n.15. Nicol Boeri.deciſio.110. dicens idem eſſe in blaſphemis, atque ita apud Gallos pronuntiatum fuiſſe. Didac.Couar.in libr.2. Variar.reſolu.c.2.n.11. verſi. Decimoquartò eadem ratione. Hippolyt. in l.ex ſenatu.ad fin.ff.de ſicar. Iacob. Septimacenſ. de inſtitu.catholicis.cap.45.nume.21.verſic. Nec prætereundum eſt. Hierony. Gigas de crimine læſæ maieſtatis.titul. De pluribus & varijs quæſtioni.quæſt.3.num.19.pagina.419. His etiam accedit tex.in cap.is cui. de ſententia excomm.libr. 6. in verſi. Talis quoque. vbi habetur denegandam eccleſiaſticam ſepulturam eſſe ei, cui prohibitus eſt ingreſſus eccleſiæ. Et notat. Ioan.Bernard.in practica crimi. canoni.cap.121. Ex quo tex. Anchart. in dict.cap.is cui. columna ſecunda. verſiculo. ſecundo nota. num.2.infert, quòd ille, qui eſt prohibitus moram agere in ciuitate dum vitam agebar, poſt mortem non poterit deferri ad ſepulturam in tali ciuitate. Ratio, quia cui non communicamus dum viueret propter eius delictum, nec in morte. notat Bart. in l.ſi quis inſulam ff.de cadaue. punito.vbi dicit Bart. nota hanc legem, quia fortè nõ reperies alibi, & habes hic, quod ille qui in vita non poteſt morari in ciuitate, poſt mortẽ non poteſt reduci ad ciuitatem ad ſepulturam. Et eſt ſententia notanda contra banitos à regno. Idem notat Hippoly. in l.fin. nume.58. ff.de quæſtio. Conueſtiri poterit ex 3.regu.cap.13. Quoniã inobediens fuiſti ori Domini, & non cuſtodiſti mandatum quod præcepit tibi Dominus Deus, & reuerſus es, & comediſti panem, & bibiſti aquã in loco, in quo præcepi tibi, ne comederes panẽ, nec biberes aquas non infertur cadauer tuum in ſepulchrum patrum tuorum. Item etiam Hieremiæ.22. Sepultura aſini ſepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Hieruſalem. ¶ Nec obſtat ſi quis dixerit, Sepelire mortuos inter opera charitatis & eleemoſynarum enumeratur, Tobiæ.12. Et in Eccleſiaſti.cap.7.dicitur. Mortuo non prohibeas gratiam ſepulturæ.cap. in eccleſiaſtico.13. quæſtion.2. Sed hæretico cùm ſit proximus Chriſtianus, ſcilicet baptizatus, quamuis inimicus, iſta eleemoſyna non eſt neganda, quippe cùm dilectio in inimicos ſit eroganda ex ſeruatoris præcepto, & Chriſtiano ſit danda ſepultura. cap.ex parte. de ſepultur.& qui ſepelit cadauer, non videtur ſepelire hæreticum, cùm forma corporis humani & eſſentia ſit anima rationalia. Clemen. 1.§.Porrò. de ſumm. Trinitat. & homo mortuus non ſit homo l.principaliter. C. de libe. cauſa. Mathæ. de Afflictis in cap.1.§ mutus epiſcopum vel abbatem.num.29 Quò ſit, quòd furca ſuſpenſus, licèt non debeat deponi à laqueo ſine iudicis licentia, tamen ſi fuerit petitum corpus vt tradatur ſepulturæ, debet concedi. gloſſ. in Clementina prima. verb. pœnitentiæ. de pœni. & remiſsio. quam citat Hippoly. in l.fin.num.60.ff.de quæſti. Ioann. Anani.in ca.fures. columna prima. ad fin. de furt. Quò ſit accedentem ad aliquem animo interficiendi eum ſi viuum inueniret, tamen mortuum inuentum truncauit membra cadaueris, non ob id efficitur

Digitized by Google

citur irregularis, quia non habet animam, nec poteſt dici homo cap. quod vero non formatum. 32. quæſt. 2. vbi abortus factus ab aliquo inanimati, non imputatur ad homicidium, quia informatum erat corpus abſque anima rationali. Doctrina eſt Archidi. in cap. fin. 15. quæſtion. 1. dicenſis, quòd clericus quia amputauit corpus mortui, animo interficiendi eum ſi eſſet viuus, non efficitur irregularis. Sequitur Feli. in cap. à nobis. 2. colum. 2. numer. 3. de ſent. excomm. Boeri. deciſio. 316. nu. 11 Hippoly. in l. qui ſine accuſatoribus. colum. 6. numer. 25. ff. de quæſtio. Nicola. Ploui. de irregular. regula. 27. num. 17. Archiepiſcopus Florentin. 3. par. tit. 28. capit. 2. §. 5. verſic. Item dicit Archidia. Syluest. in ſumm. verb. Homicidium. 3 quæſti. 7. & Conrad. de contractibus. quæſtio. 80. Nauarr. in manual. confeſſo. cap. 27. num. 231. pagin. 760. Ratio, quia iam non eſt niſi cadauer, & crimina morte extinguntur. gloſſ. in cap. ſi quis epiſcopus de hæret. Tum etiam, quia ſepultura nil peccauit, ergo locus nulla pœna erit puniendus, cùm ſit incapax pœnæ & legis. arg. text. in cap. mulier. 15. quæſt. 1. Sed cadauer, nec locus habent rationem, nec ſenſum, igitur eis imponi non poteſt pœna. Sicut habetur in dict. capit. quicunque de hæret. lib. 6. quem tex. refert Caieta. in ſumm. verb. excommunicatio. capitu 45. Sed dic pro ſolutione, Quia aliud eſt dare ſepulturæ mortuum, quod eſt opus pietatis, & eſt omnibus commune, & aliud in loco ſacro ſepelire, hoc enim non conuenit omnibus, ſed multis interdictum eſt, vt diximus. Cardinal. Turrecremata in cap. nullus. colum. fin. 13. quæſt. 2. & ſic hæretico denegatur eccleſiaſtica ſepultura, & alijs prohibetur, ne ei concedant, vt in dict. cap. quicunque. qui tex. punit eos, qui ſcienter hæreticum tradiderunt eccleſiaſticæ ſepulturæ, ſecundum Caietan. in ſumm. verb. excommunicatio. cap. 45. Nauar. in manuali confeſſo. c. 27. nume. 137. Idem eſſet, ſi ſepeliret in loco prophano extra eccleſiam, & cœmeterio more eccleſiaſtico ſecundum Archi. Ioann. Andr. & Domini.

¶ Secus tamen eſſet, ſi eos ſepelirent more aſinino in locis prophanis extra eccleſiam, & eius cœmeterium, nam non incurrerent ſepelientes eos in pœnam cenſurarum de quibus in dict. capit. quicunque. de hæret. lib. 6. ex Caieta. & Nauar. in locis præmemoratis. Sepultura aſini dici poteſt, quę fit in terra prophana, quia is, quem conſtat mortuum eſſe in peccato mortali, non eſt ſepeliendus in eccleſia, vel cœmeterio, ſed aſini ſepultura eſt ſibi danda, id eſt, in terra prophana. gloſſ. in capit. 2. verb. ſepulturam. de ſtatu. monach. tex. vbi gloſſ. ad ſepulturam in cap. placuit. 23. quæſti. 5. intelligit de [illegible]na ſepultura, quia pro tali eccleſia non orat. cap. pro obeuntibus. 13. quæſtion. 2. & capit. 1. de reliq. & vene. ſancto. Secus ſi manifeſtè non conſtet deceſſiſſe in mortali, quia ſepeliendus in eccleſia, vel cœmeterio eſſet. Vnde decedens ſine confeſsione exteriori in extremo vitæ facta niſi conſtet, quòd confeſsionem contempſit vltra annum. vt in cap. omnis vtriuſque ſexus. de pœn. & remiſsio. eſt ſepeliendus in eccleſia, vel cœmeterio, quia ex quo præuentus eſt morte, præſumẽdum eſt, quòd non deceſsit in peccato mortali, niſi de eo conſtet, quia præſumendum eſt de quolibet bonum. cap. ex parte. vbi Panormi. in verſic. Nota vlterius. de ſepultur. Ioann. Montoloni. in prõptuario iuris diuini & humani. verb. ſepelire. l. 8. vbi dixi in gloſſa prima. tit. 1. lib. 1. ordina. cum notatis à Martino Nauar. in manuali confeſſo. cap. 26. num. 32. Nam ſi in anno non eſſet confeſſus ex culpa præcedenti, quamuis mors repentine ſuccedat, ſepultura ei eſt deneganda, iuxta text. in dict. ca omnis vtriuſque ſexus. ex Panor. in cap. ex parte. num. 3. de ſepultur. & qui non cõmunicat in anno catholicus minimè eſt cenſendus. cap. ſeculares. cum ſeq. de conſec. diſtinct. 2. Cardina Turrecremata. in cap. fin. num. 5. diſtinc. 30. tex. in authen. de priuileg. dot. hæred. mul. nõ præſtan. in princ. colla. 8. ibi. Igitur ſacram communionem in catholica eccleſia non percipientes à Deo amabilibus ſacerdotibus hæreticos iuſtè vocamus. Dicunt illum tex. Ana. & Feli. in rubri. de hæret. eſſe ſingularem. Cùm ergo hæretici ſint non debent eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi: tum quia deceſſerunt in notorio peccato mortali per præmiſſa. Tum, quia in excommunicatione aduerſus hæreticos lata ipſo iure propter crimen hæreſis. quæ antiquiſsima eſt. argu. cap. Achatius & cap. audiuimus. 24. quæſtio. 1. & cap. ſanè. 24. quæſtio. 2. cap. excommunicamus. 1. & 2. de hæret. capit. nouerint. de ſententia. excom. Nauarr. in manuali confeſſ. cap. 27. num. 56. pagin. 657. & in repet. cap. ita quorundam. notab. 11. num. 41. de Iudæis. Et hæc euitatio hæreticorum à tempore Apoſtolorum indicta fuit. Apoſtolus enim Paulus 1. ad Corinthi. 5. admonet, ne cibum quidem cum illis eſſe ſumendum. Et ad Titum. 3. *Hæreticum* inquit, hominem poſt vnam & ſecundam correctionem deuita. Ioann. ait. 2. Epiſtola cap. 8. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domũ, nec, Aue, ei dixeritis. qui enim dicit illi, Aue, communicat operibus eius malignis. Et pluribus Canonibus ſanctorum hoc ſancitum conſtat. Nam in Canone. 45. inquiunt, Qui enim hæreticis orauerit, communione priuetur. Si verò hortatus fuerit eos orare, damnetur. Et canone. 46. Epiſcopum, aut presbyterum hæreticorum ſuſcipientem baptiſma, damnari præcipimus. Quæ enim conuentio Chriſti ad Belial

aut

aut quæ pars fidei cum infideli? Item in Cano. 63. Qui ſynagogam Iudæorum, aut hæreticorum cõuenticulum ingreſſus fuerit, vt preces cum illis coniungat, deponitor, & à communione. Quod & plenius cauetur in Cano. 69. cum ſequen. & oſtendit Iacobus Septimacenſis de inſtitu. Catholicis. cap. 11. num. 1. ¶ Quin etiam euitare eos tenemur tanquam excommunicatos, non ſolùm de iure diuino, ſed etiam poſitiuo, quo introductum eſt eos euitare, vel non debere cum eis commercium aliquod habere. vt in extrauagan. Ad vitanda ſcandala. de excomm. non vitand. in pragm. ſanctio Gallican. quam refert & declarat Martin. Nauar in manuali confeſſorum. cap. 27. num. 35. & 36. & alibi latius diximus. ¶ Cum ergo communicatio hæreticorum dum vitam agũt, ſit prohibita omni iure, non immeritò & ſancte ſancitũ eſt, vt cum eis vitam vniuerſæ carnis ingreſsi, eos ſepeliendo communicare minimè liceat. iuxta capitul. ex parte. & cap. ſacris. de ſepultu. & gloſ. in cap ad hæc. de priuileg in verb. ſepelierint. quæ ait, Ita communicando eis in morte inciderunt in excommunicationem, quia cui non communicamus viuo, non communicemus & mortuo. 24. q. 2. cap. de communione. cap. legatur. & capi. ſane. Roma. ſing. 701. ſecundùm antiquam impreſsio. ſecundum nouiorem eſt. 709. incipi. Secundum loquens cum excommunicato. Ripa in tract. De peſte. titu. De præſeruatiuis remedijs contra peſtem. fol. 17. num. 107. verſi. Nam qui faciunt funeralia. Richard. à Media Villa in. 4. ſenten. diſt. 58. art. 7. quæſtion. 3. Caietanus verb. Excommunicatio. capi. 46. Facit etiam: nam ſepultura in eccleſia conſtituitur, vt orationes inde fiant pro ſepultis. Sed illicitum eſt ſepeliere eũ in loco ſacro pro quo preces horarias non licet effundere, & fugiendum ab hæreticis, nec vllo pacto communicandum docet Alphonſ. à Caſtro libro. 2. de iuſta hæreti. puni. ca. 18. Ergo & ſepultura ſacra nõ eſt eis miniſtranda, quanuis aſinina, & locus prophanus eis aſsignari non ſit prohibitum, vt fœtor cadauerum euitetur, & ne oculos & nares viuẽtium inficient. Ripa de Peſte loco ſuprà citato nume. 144. verſi. Inſuper propter hanc. ¶ Intellige tamẽ ſepelientem hæreticum, ſcientem eſſe talem, incidere in excommunicationem & pœnam dict. cap. quicunque. in princ. de hæreti. lib 6. Tamen ignorans ignorantia probabili, quippe cùm non eſſet habitus pro hæretico in republica, ſed pro catholico, vt ſæpe cõtingere ſolet, quòd quanuis aliqui ſint infideles, apparent hominibus in vita fideles & catholici, qui poſt obitum conſtat fuiſſe hæreticos. Iſtos ergo niſi ſciẽter & præſũptuoſe ſepelierint, non incidere in pœnam tenendum eſt. Caietan. in ſum. verb. Excommunicatio. cap. 46. glo. in clem. vni. verb. ſcienter. de conſangui. & affini. glo. in Clem. 1. verb. ſcienter. de ſepultu. quæ inquit, neceſſariam fore ſcientiam ad hoc vt excommunicatio liget. cap. ſignificauit. & c. 1 cum deſideres. de ſenten. excomm. cap. 2. vbi glo. 1. de hæret lib. 6 Feli. in cap. 2. num. 6. de conſtitur. & ibi Andr. ab Exea. Couar. late in rep capi. Alma mater. 1. par. §. 10. num. 7. de ſenten. excom. lib. 6. agit, an ſententia excommunicationis liget ignorantes, etiam quando eſt poſita pro actu damnato à iure diuino. gloſſ. in extrauagan. Quia quorũdam. verb ſcienter. Ioan. 22. ſub titul. de verb. ſignifica. Et pœna ſine fraude locum non habet. l. aliud eſt fraus. ff. de verb. ſignific. l. ſancimus. C. de pœn. Et antiqui fraudem pro pœna ponere ſolebant. l. cùm autem. §. iuuent. ff. de ædilit. edict. Plura per Marcum Antoni. Natta. conſil. 338. numer. 5. lib. 2. Ideo nec irregularitas contrahitur abſque dolo, etiam ſi culpa abſit cap. is cui ibi, ſcienter. vbi notat Domini. de ſententia excom. lib. 6. notab. 1. Marti. Nauar. in rep. cap. accepta. oppoſitio. 8. illatio. 9. num 34. de reſti. ſpolia & in rep. cap. cùm contingat. verſi. Secunda deciſio. pagin. 161. de reſcrip. & in manuali confeſſo. capitu. 25. num. 70. & in cap. 27. num. 74. Couar. in Clemẽ. Si furioſus. 1. part. §. 1. num. 4 verſic. Secundò hic diffiniri poterit. de homici. & ſcientia & malitia dicenti & alleganti incumbit probare, cũ ſit fundamentum ſuæ intentionis. Et qualitas quæ inducit delictum, non præſumitur, niſi probetur. glo. in. l. cum actum. ff. de nego geſt. cum multis concordant. à me collectis in. l. 1. glo. 1. verſi. Dubium eſt circa hanc legem. titul. 10. libr. 1. ordina. Socinus iunior conſi. 36. num. 1. col. 2. lib. 2. ex cuius dictis hoc bene probatur. ¶ Qui ergo dubitans hæreticum fuiſſe aliquem eum ſepeliuit, nõ facit præſumptuoſe, ac proinde non incidit in pœnam aduerſus ſepelientes hæreticos, credentes & c. impoſitam à cap 2. de hæret. lib. 6. cùm dicat, ſcienter præſumpſerint. Verbum enim, præſumpſerint, motum proprium & iactantiam facientis cõtra legis præceptum denotat. glo. in cap decernimus. veb. Non præſumant. de iudi. notat Barba. in cap. ſi diligenti. num. 146. de foro competent. ¶ Item etiam pœna contra ſepelientes, eſt canon latæ, & non ferendæ ſententiæ, dum in dict. ca. 2. ponuntur hæc verba, excommunicationis ſententiæ ſe nouerint ſubiacere. id eſt, ipſo iure. ex Feli. in cap. Rodulphus. verb. ſubiaceat. nume. 26. de reſcrip. Declarat Panormi. in cap. clericis. nu. 14. ne cleri. vel monach. eſt glo. innodetur. in cap. 2. §. inhibemus. de hæret. lib. 6. & infra latius in hac glo. dicetur. Et habita ſatisfactione, adhuc eſt neceſſaria abſolutio, & in hoc differt à ſuſpenſione, in qua ſequuta ſatisfactione, nulla alia abſolutio

eſt

eſt neceſſaria, vt ſentit glo. verb. vſq; in dict. ca. 2. & ibi Domi. citando glo. in Clem. 1. verb. donec. de decim. Quæ glo. probat ſuſpenſionem ad tempus, elapſo tempore, abſq; aliqua abſolutione tolli, ſecus in excommunicatione ad tempus lata. Quam dixit notabi. Præpoſi. Alexandri. in. c. non eſt colum. 2. nu. 6. de Sponſali. Feli. in. c. ad aures. colum. 2. nume. 2 de ſimonia. Rip. optimè in c. 1. notab. 6. nume. 23. de iudic. Couar. in epitome. 4. Decretal. 2. part. cap. 6. numer. 16. vbi aſſerit poſt Rip. hanc eſſe communem opinionem & Carol. Molinæ. eſt videndus in. 1. part. in conſuet. Pariſienſibus. titul. 1. §. 27. quæſt. 3. nu. 5. fol. 124. col. 1. quanuis Alciat. In cap. 19. notab. de iudic. vt refert Couarru. velit idem eſſe in excommunicatione, quod in ſuſpenſione, & malè & Rip. vbi ſuprà in interdicto, & non bene. ¶Satisfactio autem debet eſſe extumulando proprijs manibus, & publicè cadauera hæreticorum. Et ſic fieri poteſt per eos, quod tamen cùm lex deneget, per alios explicari nequit. Tex. id denotat cum ſua gl. verb. proprijs. & in verb. publicè in ca. 2. in princip. de hæreti. lib. 6. Et eſt notandus text. dum ait, proprijs manibus, & ſic deneget poteſtatem per alium extumulandi, quia induſtriam perſonalem hæc verba important. l. iubemus. ibi, vnuſquiſq; miles accepto per ſuam manum. C. de erogatio. milit. anno. libr. 12. vbi Bar. num. 2. notat, quòd ſtipendiarij conſtituere non poſſunt procuratorē ad ſuum ſtipendium recipiendum, quia per manum propriam ipſorum debent recipere. Et ideo inquit, quòd ſint cauti procuratores communis, quòd nūquam procuratores ipſorum ſoluant. Et illū text. ad hoc dixit ſing. Ludo. Roma. conſ. 352. Quæritur primò. column. 1. in princ. Iaſ. in. l. ſi quis id quod numer. 37. ff. de iur. omn. iudic. & in. l. iubemus. colum. 3. numer. 11. C. de teſtamen. Alex. in addi. ad Bart. in dict. l. iubemus. alias incipit. Per hanc nu. n. 3. C. de erogatio. milit. annonæ. lib. 12. & ibi Ioan. de Platea. numer. 2. & ibi Additio. ad eum. Et Lucas de Pen. colum. 3. ponit aliquas quæſtiones, quæ non poſſunt per procuratorem explicari, cum induſtria perſonæ ſit neceſſaria cap. ſin. §. is autem. vbi Felin. pleniſsime de offi. delegat. l. 1. §. ne autem. C. de cadu. tollend. ibi, ſuis manibus. l. 1. ibi, ſuis manibus. ff. de eo per quem fact. erit. l. ſiquis id quod. ff. de iuri. omni. iudic. Et ſic ſtatutum præcipiens aliquid fieri proprijs manibus, non verificatur per ſubſtitutum vt notat Alex. in. d. l. per hanc. aliàs Incip. Iubemus in additio. ad Bar. num. 3. C. de erogat. milita. anno. lib. 12. nec incideret in pœnam, quando tali caſu faceret per procuratorem, licèt à culpa delicti nō eximeretur tanquam exercens actum malum per alium. glo. in Clem. 1. verb. publicè de vita & honeſta. cleri. ſing. ſecundùm Card. in capit. fin. §. is autem. notab. 1. de offi. de leg. & in cap. mulieres de ſententia excom. Panor in cap. expoſuit. num. 12. de dilatio. & in cap. licet. num. 3. de decim. Syl ueſt. verb. clericus. 3. quæſt. 6 Barbarius in. l. 1. in princ. nume. 21. colum. 11. ff. de verb. obligatio. & notat idem Barba. in cap. paſtoralis. colum. 3. nu. 16. vbi dixi de iudic. Facit cap. in criminalibus. 5. quæſt. 3. ibi, niſi per ſe, vbi notat Domini. col. 1. dicendo, Nota, quòd illud dicitur fieri per ſe, quod fit perſonaliter, & non per interpoſitam perſonam. Quod notate propter ſtatuta, quæ quandoque aſtringunt perſonā ad exercendum actū perſonaliter. Hactenus ille. cap. quia fruſtra. de vſur. in illis verbis, niſi priùs ipſe vbi Cardi. notat, quod actus, qui fieri debet per ſe, non poterit fieri per iudicem. text. cum glo. in. l. ſingulos. verb. Chirographo. ff. de teſtam. vbi Bar. notat, quòd quando actus eſt faciendus à pluribus, non poterit ille expediri per vnum ex commiſsione aliorum, & illa gloſſ. loquitur in teſtamento in ſcriptis, ſecùs in nuncupatiuo. vt in. l. fin. C. de teſtam. Hodie vero in teſtamento in ſcriptis ſcientes ſignare, ſeu ſubſcribere pro ignorantibus ſe ſubſcribunt. l. 3. Tauri. Facit etiam. Nam quando commiſsio eſt facta per verbum, præcipio, indelegabilis eſt. glo. in. l. ſæpe audiui ff. de offic. præſid. Commendat vltra docto. ibi Iaſo in. l. 2. C. communia delega. colum. 1. & in. l. 1. numu. 94. C. de iure emphyteu. ad idem. cap. 1. de verb. ſignifi. ibi, proprijs manibus. libr. 6. Ergo cùm in ſpecie propoſita factum ſit arduum. & non leue, vt puniantur hæretici, eorumque auxiliatores, & cum eis communicantes quocunque modo merito per ſe ipſos, & non per ſubſtitutos debent exhumare hæreticum, Quinimō non occultè, ſed publicè. Quia, vt inquit glo. publicè. in cap. 2. de hæret. lib. 6. publicè peccauerunt, ideo publice ſatisfacere debent. c. 1. de pœn. & remiſsio. Quem text. intellige, ſiue peccata fuerint notoria, vel publica tantum, licet non notoria, ſecundùm Ioann. Andre. & communem ibi. Itidem etiam pœnitentiam publicam inferēdam eſſe pro crimine notorio, vel publico, intelligas à iudice in foro fori, non autem à confeſſore in foro interiori, & pœnitentiæ. Nauar. poſt alios in cap. conſideret. §. ponat ſe. num. 16. de pœnitentia diſtinct. 5. & in cap. 1. in princ. num. 89. in verſicul. Quintò innuit hic text. cum. de pœni. diſti. 6. & quæ dicit Archiep. Floren. 3. par tit. 14. c. 17. §. 6. Sunt hic annotanda. Quò fit, quòd exhumatio debet fieri publicè, cùm infertur in iudicio exteriori, non autem in interiori, per præmiſſa. Et eſt optimus intelligendi modus ad dict. capitu. 2. de hæret. lib. 6. ¶ Intellige etiam, quando oſſa hæretici, ab oſsibus fidelium diſcerni, & ſeparari poſ-

ſent,

ſent,non aliàs, ne fiat iniuria Catholicis. capit.ſa-
cris.de ſepultur.gloſ. in cap. quicunque verb. ex-
tumulentur.de hære. lib. 6. Multa enim ratione in-
certitudinis tolerantur, quæ ſi certa eſſent, mini-
mè tolerarentur. Hippoly.in rep.rubric.C.de pro
bationi.num.354.& Andr. Tiraquel.de primoge-
nito.quæſtion. 7.in 10. opinio. vbi plura ſcribit,
quæ propter incertitudinem vitiàtur iniure. Qui
bus addenda eſt.l.9.titu.9.parti.6.l.8.ad fin. titu.
13.parti.1.Lorus etiã interdicitur, vt careat eccle
ſiaſtica ſepultura,vbi fuit ſepultus hæreticus.cap.
2.in fin.princi.de hæreti.lib. 6. & ſic res inanima
ta puniur.ſic in capitu.fœlicis.§. ciuitas.de pœn.
lib.6.& in capitu.vbi periculum.§. prætetea. ver-
ſicul.ciuitas de electio.lib. 6.capitul. ita nos.§. e-
geat. 25. quæſtio.2. quibus in locis ciuitas priua-
tur Epiſcopo propter delictum ciuium& etiam In
nocentes qui non peccarunt,ſed fit ex cauſa,quã-
uis abſque culpa.vt in regula,ſine culpa.de regul.
iuris.lib.6.& quæ notat Couar,lib.2.vari.reſolut.
capitul.8.colum.fin.numero.10.ſic ergo in ſpecie
propoſita ideo diruuntur domos proditorum &
hæreticorum, & ſale ſeminantur, & tituli & ſta-
tuæ ibi affigi ſolent, vt cæteri pœna deterriti, ſi-
milia committere non audeant. capitul. & dixit
dominus.de conſecra.diſtinct. 2.vbi latè dixi Sal-
manticæ in lectione ordinaria anno.1561.l.6.tit.
27.parti.2.l.2.titul.10.libr.4.ordinam. & ibi dixi
in gloſ.2.vbi domus proditoris diruitur in perpe-
tuum: eruuntur etiam oculi in ſignum ne videant
quod prætendebant proditores.l.4. titul.28. par.
2.& ſcinduntur auriculæ in ſignum maleficij. l. 6.
eod. titul.& parti.& nobilis vehitur ſupra aſinum
& cum catenis,& per terram trahitur.l. 3.tit.28.
par.2.& animal, cum quo peccauit, etiam ſi cul-
pa careat,ne ſit memoria flagitij, occiditur. capit.
mulier.15.quæſt.1.Leuit.20.l.fin.titulo.21.parti.
7. Igitur cùm ſubſit cauſa, abſque culpa ciues & ci
uitas puniri poterit,vt à ſimili delicto odio pœnæ
alij retrahantur. Quo fit, quòd etiam inhibentur
laici diſputare publicè, vel priuatim de fide ſub
excommunicationis pœna, vt euitetur cauſa rece
dendi à fide,quæ per diſputationẽ aliquando eue-
nire ſolet,& ne ſub ſpecie agni, habeant fortè fa-
cultatem proferendi alijs, quæ interius ſunt, vel
eſſe cogitant.capitul.quicunque.§. inhibemus. de
hæretic.lib.6. Confirmatur ex. l. nemo clericus.
C.de ſumm.Trinita. vbi ait, Nemo clericus, vel
militaris, vel alterius cuiuslibet conditionis de fi-
de Chriſtiana publicè turbis coadunatis & audien
tibus conetur in poſterum tractare:ex hoc tumul-
tus,& perfidiæ occaſionem requirens.Nam & in-
iuriam facit iudicio reuerendiſsimæ Synodi, ſi
quis ſemel iudicata, ac rectè diſpoſita reuoluere,
& publicè diſputare contendit Sanctus Thomas
& ibi Caietanus optimè declarauit ſecunda ſecun
dæ.quæſtion.decima.articu.ſeptimo.Syluester in
ſumma verbo. Diſputare. & ſumma aurea Armil-
la eodem verb. diſputare, folio. 97. columna pri-
ma. *Latiùs* per Alphonſum à Caſtro, libro primo
de iuſta hæreticorum punitione, capitulo decimo
nono.folio.61.columna prima. cum ſequent. An-
toni. de Roſellis in tractatu. de concilijs, titulo.
Quanto tempore debet durare Concilium. §. Et
vt dixi.numerò vigeſimo primo. Tradit Gondiſ-
ſaluus à Villadiego in tractatu contra hæreticam
prauitatem. quæſtio.vigeſima prima numer. pri-
mo. cum ſequent. Probatur ex Apoſtolo ſecun-
da ad Timothe. ſecundo, noli verbis contende-
re,ad nihil enim vtile eſt,niſi ad ſubuerſionem au-
dientium. Præterea diſputatio argumentis aliqui
bus agitur: ſed argumentum eſt ratio rei dubiæ fa
ciens fidem,ea autem quæ ſunt fidei, cùm ſint cer-
tiſsima,non ſunt in dubitationem adducenda, er-
go de his,quæ ſunt fidei,non eſt diſputandũ,præ-
ſertim à laicis, cum vt in plurimum ſint illiterati.
Ad idem capitul.cum quibus.24. quæſtion.tertia
vbi Cardinal. Turrecremata. Facit text.in capit.
in mandatis.43.diſtinct.l.46.titu.5.partit. prima.
L.1.titul.1. libro. 1. for.juzgo. Sed in contrarium
vrget,imò quòd ſit licitum de fide Catholica diſ-
putare.l.quoniam venerabilis. & ibi gloſ. verbo.
vno ore.C.de epiſcop.& cleric.glo.in cap.quis ne
ſciat.9.diſtinct.gloſ.final.in ca.nos ad fidem. 96.
diſtinct. Item Actuum.9. dicitur, quòd Saulus in
ualeſcebat,& confundebat Iudæos,& quod loque
batur gentibus,& diſputabat cum Græcis, ergo
de fide Catholica licet diſputare. Sed his non ob-
ſtantibus, quæ non ſunt contraria, imò declarant
concluſionem propoſitam, eſt dicendum, dupli-
cem eſſe diſputationem, vna materialis & ficta ad
exercitium, vel ad errores confutandos, quæ co-
ram ſapientibus,& firmis in fide laudabilis eſt, vt
prædictæ gloſſæ in difficultate adductæ probant
Innocen,in capitul.2. ad finẽ de ſumma Trinitat.
Ioann.Montolon. in promptuario. verb. diſputa-
re. & Caietanus ſecunda ſecundæ. quæſtione de
cima. articulo ſeptimo. & Caſtro libro primo. de
iuſta hæreticorum punitio. capitu.decimo nono.
Villadieg.contra hæreticam.praui.q. 21. Ioannes
Echius in enchiridiò.capitul.27. Præpoſ. in cap.
Sancta Romana.numer.3.diſtinct. 15.& in capit.
quis neſciat. numero.9.diſtinctio. nona: vbi latè
Ioann.de Turrecremata numero.1.vbi ponit qua-
tuor concluſiones.& in dict. capitul.cum quibus.
24. quæſtion. tertia. Altera eſt formalis & vera
dubitando de fide, volendo afferre contra-
riam rationem de fide pro, vel contra, & talis di-
citur propriè & formaliter diſputare de fi-
de, quæ cùm ſit certiſsima, & dubius in ea

ſit, hæreticus eſt cenſendus.capit.1. de hæret. Et iſta diſputatio omnibus tam clericis quàm laicis eſt prohibita, vt in confirmatione concluſionis conſtat, & ex doctoribus ſuprà proximè citatis. Laicis autem non licet diſputare de fide.c.2. §.inhibemus.de hæreti.libr. 6. nec licèt prædicare eis ſub pœna excommunicationis. c. excommunicamus.1.§.Quia verò, &c. cum ex iniuncto.de hæret.& c.ſicut vno corpore.& ibi gloſſ.eod.titulo. Quò ſit, quòd clerici in ſacris conſtituti magiſtrãtur, & Doctorum gradus recipere poſſunt ex conſtitutione. 32. in noſtra Salmanticenſi academia omnium principe in ſacta Theologia: quia dignitas Doctoralis præſtat eis facultatem prædicandi.d.cap.ſicut.de hæret. Et ſic magiſtri habent ſacultatem à canone. Et etiam alias conceditur ab homine. Sic ergo laicus prædicare prohibetur per præmiſſa iura, niſi haberet licentiam à ſuperiore. Panor.& deci.num.19.verſic. Octauò quæritur. in c.2.de iudi.glo.in c.bene quidem. 96. diſtinct. in verb.laico. quæ probat laicum ex Romani Pontificis cõmiſsione ſentẽtiã excõmunicationis ferre poſſe. Panormi.idem notat citando præmiſſam gloſ.in cap.final.col.final.numer.2.de cleri. ægrotant.& in c.ab excommunicato.num.6.de reſcrip. & in c.eccleſiæ ſanctæ.numer.2.de conſtit. Felin. in c.ſolitæ.nume.2.de maio.& obedien. gloſ.eſt ſimi.in ca.præter hoc.verb.ducibus.32.diſtin. tex. vbi gloſ.verb.arbitrio.in cap.Mennam verò. 2.q. 5.Deci in l.fœminæ.num.41.ff.de regu.iur. Ioan. à Selua in tractat.de beneficio.2.part.q.5.numer. 8.ita ſaluantes glo.in c.adijcimus.16.q.1. Sed eſt dubium, cum tex.in dict.c.2.§.inhibemus.de hæreti.libr.6.dixit, innodetur. in gloſ. eod. verb. an ſententia excõmunicationis ſit canõ latæ ſentẽtiæ, an ferendæ. Et ibi gloſ. poſt Archidi.tenet quôd ſit ferendæ, & ad eius incurſum requiratur monitio, ne publicè vel priuatim prædicet. Et gloſ. illa eſt allegabilis, quatenus habet, quòd verbum præteriti, ſeu præſentis temporis ſit canon latę ſententiæ, verbum autem futuri ſit ferendæ. Et ſignanda ſecundum Ancha.in dict.c.2.col.fi.Domi.& Philipp.Franchum.Barba.in c.2.in prin.de for.cõpe. vbi eſt gloſ.ſimi.& alia in c.quiſquis.de elect. alia in c.ſi diligenti.de for.comp.& in c.ſi quis ex clericis.de vita & honeſt. cleri. & omnino Additio. ad Bald.in l.iubemus. C. de ſacr. ſanct. eccleſ.ſub num.2.in §.ſanè.colum.3. Bal.in l. iubemus ſanè. nu.2.& ibi gloſ.& in l.in criminali.C.de iur.omn. iudic.quas com.Felin.in ca.Rodulphus. vbi latè, numero 36.de reſc. Cui addendus eſt Ioan.Hannibal.in rep.l.poſt.contractum.num.231.ff.de donatio.verſ.Nam quando actus valet ipſo iure. Tiraquel.in repet.l.ſi vnquam.verb.reuertatur.numero.172.C.de reuocan. donat. Præterea hæretici, & filij catholici eorum hæreticorum, fautorum, defenſorum, & receptatorum vſque ad ſecundam generationem ad eccleſiaſticum beneficium, ſeu officium nullo modo ſunt promouendi. capit. 2. de hæret.lib.6. Cuius verba ſunt, Hæretici, aut credentes.receptatores.defenſores, & fautores eorũ, ipſorumque filij vſque ad ſecundam generationẽ ad nullum eccleſiaſticum beneficium, ſeu officiũ publicum admittantur. Quòd ſi ſecùs actum fuerit, decernimus irritum & inane. Comprobatur pœna ex tex.in cap.fœlicis.§.nulli.de pœn.libro 6.& ex tertia inſtructione Valliſoletana.cap.11. & Iacob.Septimacenſ.in inſtitutio.catholicis. capit.29.nume.1.& clemen.1.§.ipſius filij, ibi ipſius filij per maſculinam deſcendentes lineam vſque ad generationem ſecundam, omni ſpe diſpenſationis adepta, reddantur ipſo facto inhabiles ad eccleſiaſticum beneficium.de pœnis. Ex quo text. deducitur hæreticum irregularem & inhabilem eſſe propter tale crimen, ſi celebrauit ſicut prius antequam fuiſſet abſolutus ab excommunicatione & ſuſpenſione, in qua incurrit ipſo facto propter crimen hæreſis, non alias.c.ſi celebrat.de cle. exc.miniſtrant.niſi peracta pœnitẽtia, cum ipſo fuerit diſpenſatum. Quam poſitionem intelligo, quando crimen fuit publicum, ſecùs ſi occulte cõmiſſum, nam poſt iniunctam pœnitentiam non requiritur alia diſpenſatio, vt in ſacris miniſtrare valeat. argum. cap. quæſitum.de rempor. ordina. Secundò eſt tex.in c.ex tenore.eo. titul.quo textu probatur ex nullo crimine quantumcunque graui degrationem inducenti, quod eſt omnino occultum ſperaccidens poſt peractam pœnitentiam nullam ſuſpenſionem, ſeu irregularitatem induci in ſuſceptis: ſeu ſuſcipiendis ordinibus. Et eleganter probat Alphonſus à Caſtro in lib.2.de poteſtat.legis pœna c.final.fol.264.col.2.verſi. Tertia principalis concluſio.gloſ.in ca. inquiſitionis. verb.Homicidium.de accuſatio. quæ excepit crimen homicidij.per cap.quæſitum. de tempo. ordin. Tamen Alphonſ. à Caſtro vbi ſupra idem tenet in homicidio occulto peraccidens. Nauar.tamen ab eo recedit in manuali confeſſo.cap.27.nu. 139.pagina.769. Quòd etiam in crimine hæreſis requiratur notorietas ad incurſum irregularitatis, conſtat ex ca.ad abolendam.de hæret.ibi, vt quicunque manifeſtè fuerit in hæreſi deprehenſus, ſi clericus eſt, vel cuiuslibet religionis obumbratione fuſcatus, totius eccleſiaſtici ordinis prærogatiua nudetur, & ſit omni officio & beneficio ſpoliatus, &c. Et textus in capitul. ſecundo de ſchiſmaticis. ibi, ſi publicum eſt, &c. Ergo ſi occultum pœnitentia ſequuta iſtius peccati, & abſoluto ab excõmunicatione, nulla ſupereſt ſupenſio, ſeu irregularitas in iſto crimine.enormiſsimorum,

tum, quia contrarium iure non tepetitur expreſſum: tum, quia regula tex. in d. c. ex teoore. & in cap. final. de tempo. otdi. generalis eſt in omni crimine, ergo generaliter eſt accipienda, cùm præcipuè hæc pars ſit benigniot, & mitior. Hætetici ergo, ac filij eorum, non ſunt admittendi ad eccleſiaſticum officium, ſeu beneficium, etſi admitterētut, ipſo iute ſunt priuati. textus in dicto capitulo ſecundo. §. hæretiri. ibi, quòd ſi ſecus, &c. & in capitu. ſtatutum Fœlicis. eodem titul. de hæreticis. libro ſexto. capitul. vt commiſsi. §. priuandi. eodem titul. & libro. ſexto. vide quæ ſcripta ſunt infra titul. 9. l. 1. illud autem quod dixi ſupta, irregularitatem non contrahi per delictum occultū, etiam ſi ſit hæreſis, ſed per ſolam pœoitentiā criminis tolli, crderem atteota diſpoſitione ſarri cōcilij Trideotini Seſsio. 24. cap. 6. iocipien. liceat epiſcopis. itregulates eſſiri, ſed tamen diſpenſatio pertinet epiſcopis, & eorum vicatijs ex ſua delegatione iuxta teoorem ipſius literæ, illud tamen annotandum eſt, quod verba dicti cap. 6. ad fin. ibi, idem in hæreſis crimine in eodrm foro conſcientiæ eis tantum, non eorum vicarijs, ſit permiſſum: ſunt intelligeoda, quòd vicarij epiſcopi ſpecialiter ad hoc deputati poſſunt in irregularitate contracta ex crimine occulto & nou deducto ad forū contenciosum diſpenſare in foro conſcientiæ gratis & impoſita pœnitentia ſalutari, noo tamē poſſunt vicarij horum, viceariorum, & ſic viearij per ſe, & non per ſubſtitutum debent hoc munus exercere. ibi, eis taotum. ſrilicrt, epiſcopis, & eorum vicarijs, vt ſupra dictum eſt, faciunt quæ dixi in c. 1. de offi. vic. lib. 6. an ſubſtitutus ſeu vicarius ſubſtitutum alium, ſeu vicarium creare poſsit, notandū etiam eſt, quod prælatus in caſu dicti cap. 6 propter crimeo audirum in eo foro conſcientiæ, ſubditum ab adminiſtratione beneficij, ſeu officij remouere non poterunt, Sanct. Thom. quodlibet. 5. art. 13. eſſet enim detegete cōfeſsionem, & actū occultum manifeſtare contta piam mentem concilij, quod eſſet iniquum. & contta diſpoſita in iure, eſt tamen dubium an filius reconciliati, vel dānatæ matris per ſaoctum inquiſitionis officium ad mortem, vel alio modo poſsit cathedtam in aliquo ſtudio apptobato conſequi, vel gradum doctoratus, vel à ſuſcepta cathedra ſequuta condemnatione parentum priuati?

Secunda pars tractatus hæreſum.

SED quia hæretico Catholicus opponitur, & qui bene definiunt, contraria 'conſignifirant, vt optimè dicit Sanctus Thomas, ideo inquirendum eſt, Primò quis debeat Catholicus cenſeri, hoc enim ſcito, facile erit dignoſcere, quis reputari debeat hæreticus: Catholicus ergo (vt quibuſdam placet) ille cenſendus eſt, qui integram, & inuiolatam ſeruat Catholicam fidem. Seruare autem integraliter catholicam fidem, eſt omnia, quæ ad fidem Catholicam pertinent explicitè, vel implicitè credere fideliter & abſque dubitatione, & nulli contrario pertinariter adhærere. Et hoc vltimum ideo additur, quia ſtat aliquem implicitè credere omnia, quæ ad fidem Catholicam pettinent, & tamen oon eſſe Catholicum, ſed hæreticum, ſcilicet, ſi pertinacirer adhæreat alirui, quod eſt contra fidem. Vt ſi quiſpiam credens omnia, quæ vniuerſalis eccleſia errdit, pertinaciter teneat, quòd Salomoo fuit patet Dauid, quod eſt contra veritatem ſcripturæ ſacræ ſreundo Regum vndecimo, & Matthæi primo. Si verò quæratur quid eſt implicitè credete? eſt credere alicui vniuerſali, ex quo multa ſequuntur, & nulli contrario pertinacirer adhærete. Vode & credens hanc propoſitionem vniuerſalem, Omnia quæ traduntur io ſarra ſcriptura, & quot modis dicitut hæreticus, & quæ ſit acceptio hæretici, quæ credit vniuetſalis eccleſia ſunr vera, implicitè credit: ſed credens hāc vniuerſalem, poreſt nihilominus pertinaciter diſſentire alicui ſingulari, quæ rontinetur in ſacta ſcriptura, vel doctrina eccleſiæ vniuerſalis, proeo ſcilicèt, quòd non intelligit vel non credir ſingulare illud ſub illa vniuerſali, ſciliret, in doctrina eccleſiæ, vel ſacra ſcriptura rontineri. Si verò quætitur quomodo eſt poſsibile quòd aliquis credat omoia quæ tradir ſcriptura ſacra, vel credit vniuerſalis eccleſia, & tamen pertinaciter adhæreat alicui aſſertioni quæ repugnat vel traditis in ſacra ſctiptura, vel in fide vniuerſalis ecrleſiæ? Ad hoc dicitut, quòd ſicut contingit aliqoid ſeire in vniuerſali & ignorari in parriculari: ſirut poſſum ſcire quòd omnis homo eſt rationalis, & ignorare hanc ſingularem, iſte homo eſt rationalis, demonſttato aliquo quem video à remotis, de quo ignoro an ſit homo, vel brutum: ſic poſsibile eſt, quòd aliquis credat hanc vniuerſalem, Omnia contenta in ſcriptura ſacra & doctrina eccleſiæ ſunt vera, & tamen eredat hanc eſſe falſam, Beatus Lucas fuit diſcipulus Chriſti, quia ignorabat hanc veritatem contineri, vel poſſe inferri ex diuina ſcriptura, quo poſito, ſi pertinaciret adhæreret quacunque ex cauſa huic, Beatus *Lucas* non fuit diſripulus Chriſti, ſiue hoc fareret ex ignorantia, ſiue ratione temporalis cōmodi ſiue principatus & gloriæ cauſa, hæretiens & non catholicus cenſeretur? Tales quidem fuerunt ferè omnes hæretici

per eccleſiam condemnati: tenebat enim totã ſacram ſcripturam eſſe veram, ſed ideo fuerunt iudicati hæretici, quia pertinaciter tenebant aliquid contra ſacram ſcripturam, vel doctrinam eccleſiæ, quod tamen contra eam eſſe non credebant. Si verò quæritur quid eſt credere explicitè. Reſpondetur, quòd credere explicitè, eſt alicui particulari propoſitioni aſſentire, quia in doctrina eccleſiæ continetur. Ideo autem dixi, quia in doctrina eccleſiæ continetur? quoniam ſi illi aſſentiatur propter aliquam rationem aliam, vel authoritatem, talis quidem aſſenſus non erit fides, nec aſſentire erit credere, ſed ſcire, vel opinari. Vt puta, quicũque Chriſtianus etiam ſimplex aſſentit huic, Chriſtus natus eſt de virgine, quia ab eccleſia ita edocetur, nec ad hoc habet inductiuum aliud quam doctrinam eccleſiæ, talis Chriſtianus explicitè credit hanc ſingularem propoſitionem, Chriſtus de virgine natus eſt. Si verò illi aſſentiat, quia in Alcorano continetur, talis aſſenſus non erit fides. Sed quia impoſsibile eſt aliquem etiam doctiſsimum, & tenacis memoriæ virum explicitê credere omnia, quæ in doctrina eccleſiæ continentur, ideo quæritur, quæ ſunt, quæ fideles omnes tenentur explicitè credere, S. Thom. 2.2.q.2.ar.5. huius fuit opinionis, quòd articulos fidei explicitè credere teneantur. Alijs videtur, quòd etſi non omnes articulos, ſaltem eos, qui communiter in eccleſia docentur, & prædicantur fideles ſcire tenentur, & huius opinionis fuit Scotus lib. 3. Sententiarum. diſt. 2. Vnde ſecundum aliquos doctores, quilibet Chriſtianus tenetur explicitè credere articulos de Vnitate & Trinitate diuinarum perſonarum, de remiſsione peccatorum, & de conſequutione vitæ æternæ. Item omnes articulos ad humanitatem Chriſti pertinentes, videlicet, quod Chriſtus conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus de virgine, paſſus, quòd in infernum deſcenderit, quòd ſurrexit, & aſcenderit in cælum, & veniet iudicare viuos & mortuos. Inter articulos etiam diuinitatis tenebuntur explicitè credere, quòd omnia viſibilia & inuiſibilia à Deo creata ſunt, quia communiter in eccleſia hæc docẽtur. Et ſi quiſpiã arguat, quòd ſimplices & illiterati non poſſunt intelligere quid per terminos importetur, in quibuſdam articulis, vt puta, in articulis Trinitatis perſonarum. Ad hoc dicendum, quod ſiue capiant, ſiue non neceſſe eſt eos credere explicitè Deum eſſe vnum in eſſentia, & trinum in perſonis. Nam aliâs cùm nullus etiam doctiſsimus capere valeat plenum intellectum horum articulorum, omnes etiam docti & prælati excuſarentur à fide eorum explicita, quod dicendum non eſt. Non autem omnes ad fidem explicitam credibilium pariter tenentur, ſed ſimplices quidem & laici ad fidem articulorum, vt dictum eſt: presbyteri autem, quibus cura animarum non committitur, & à quorum ore non requiritur lex, ſufficit ſi præter hoc tantũ de ſcientia habeant, quòd ea, quæ ad ſacramentum perficiendum ſpectant, rite ſeruare poſsint. Preſbyteri verò, qui curam animarum habent, ſcientiã legis habere debent: non quidem, vt ſciant omnes difficiles quæſtiones legis, quamuis debet ad ſuperiores haberi recurſus, ſed ſciant, quæ populus credere debeat, & obſeruare de lege. Sed ad ſuperiores ſacerdotes, ſcilicet Epiſcopos pertinet, vt etiã ea, quæ difficultatem in lege facere poſſunt, ſciãt. Vnde & Matthæ. 13. apoſtolis, quibus ſuccedunt epiſcopi, dictum eſt, vobis datum eſt noſſe myſteria regni cælorum. Id eſt, vobis incumbit ſcire difficilia & ſecreta legis & eccleſiæ Et Apoſtolus de Epiſcopo dicit ad Ti. quòd amplecti debet fidelẽ ſermonem, qui ſecundùm doctrinam eſt, vt potens ſit in doctrina ſana exhortari, & eos, qui contradicunt arguere. Sanè autẽ exhortari, & contradicentes arguere, non fit ſine ſciẽtia difficiliũ quæſtionũ. Vnde in c. inter alia. de offi. ordi. dicitur, quod Epiſcopi per ſeipſos debẽt miniſtrare populo verbum Dei, & quòd defectu ſcientiæ in eis ad prædicandum reprobandus ſit omnino, nec de cætero tolerandus. Et inter epiſcopos râro magis hoc ſcire tenentur, quanto in maiori gradu collocantur, ſicut. S. Thomas dicit. 4. Sententiarum. diſt. 24. q. 1. art. 3. quæſtiuncula. 2. Ex præmiſsis inferũtur aliqua corollaria. Primum eſt, quòd laicus etiã ſimplex catholicus eſſe poteſt: nã ſeruare poteſt integram & inuiolatam catholicã fidem. Si enim explicitè credat ſaltim articulos fidei, qui cõmuniter in eccleſia prædicantur, & implicitè credat omnia vera eſſe, quæ in fide vniuerſalis eccleſiæ continentur, & nulli contrario pertinaciter adhęreat, catholicus eſt, & fidem ſeruat integram, & inuiolatam. Secundum eſt, quòd ſine fide explicita, ſaltem articulorum, qui in eccleſia communiter prædicantur, nullus ſaluus eſſe poteſt, ſi tamen doli capax ſit, & annos diſcretionis attigerit. Tertiũ eſt, quod fides explicita reſpectu credibilium, non eſt in omnibus fidelibus æqualis, ſed maior in maioribus, id eſt, in epiſcopis, & inter epiſcopos, maior in ſummo epiſcopo, id eſt, in Papa, ad quẽ omnes quęſtiones legis referendæ ſunt. Quartũ eſt, quòd quamuis ex parte minorũ, id eſt, ſimplicium determinatus ſit numerus eorum, quæ explicitè credi debent, non tamen ita determinatus eſt ex parte maiorum, id eſt, presbyterorum & epiſcoporum. Quintum eſt, quòd ſine fide implicita poteſt eſſe ſaluus. Licèt enim ponatur aliquem explicitè ſcire & credere omnia, quæ eccleſia vſque nunc tenenda & credẽda docuit, neceſſariũ eſt tñ, quod talis paratꝰ ſit credere omnia, quæ eccleſia cre-

credenda, & tenenda eſſe docuerit. Sextum eſt, quòd ex parte ſimplicium minor eſt fides eorum, quæ explicitè credunt, id eſt, pauciora ſunt, quæ creduntur explicitè: maior eſt autem fides implicita, id eſt, multa ſunt, quæ implicitè credunt. In prælatis maior fides eſt explicita, quàm in ſimplicibus & vetulis, quia ſcilicet ad plura credenda explicitè tenentur: minor autem eſt implicita, id eſt, pauciora ſunt, quæ implicitè credunt. Et inter prælatos quanto maiori gradu collocantur, tantò magis creſcit explicita fides, & minuitur implicita. Septimum eſt, quòd ad ſalutem neceſſariũ eſt habere fidem explicitam, nam cum altera tantum nemo poſſet ſaluus fieri, vt probatum eſt. Faciunt ad l. 1. titu. 1. lib. 1. ſupra. Habito ex ſuperioribus quis dicatur hæreticus, & quis catholicus cenſeri debeat, non erit ab re, ſi quæratur, ſecundò vtrum omnes hæretici, ſint hæretici neſcienter. Ad quod eſt dicendum quòd non, ſed quòd eorum quidam ſunt hæretici ſcienter, & quidam neſcienter. Scienter hæretici dicuntur, non qui ſciunt ſe eſſe hæreticos, vel errantes, impoſsibile enim eſt, quòd aliquis ſciat ſe errare, ſed qui mente tenent aſſertionẽ, quam ſciunt eſſe contrariam fidei Chriſtianæ: huiuſmodi ſunt omnes illi, qui putant fidem Chriſtianam pro aliqua parte falſam, aut vanam, & vniuerſaliter omnes, qui meute, & animo à fide apoſtatant. Tales enim quamuis neſciãt ſe errare, imò putant, quòd veriùs ſentiunt, quàm catholica eccleſia, ſciunt tamen ſe difformari, & contraire doctrinæ eccleſiaſticæ. Neſcienter hæretici dicũtur, qui licèt credant in genere totam fidem Chriſtianam eſſe veram, in aliquo tamen articulo ſpeciali errant contra eam. Quod dupliciter poteſt contingere. Vno modo, ſi teneant aliquas aſſertiones eſſe falſas, quæ ſub forma propria in ſcriptura canonica cõtinentur, pro eo, quòd putant, non omnem ſcripturam, quæ in veritate canonica eſt, ad fidem Chriſtianã pertinere, huiuſmodi ſunt Manichæi, qui totum vetus teſtamentum reſpuunt, ſolum nouum teſtamentum, & adhuc non totum, ſed in parte recipientes, quia ſolùm illud, quod ipſi recipiunt, ad fidem Chriſtianam pertinere putant, qui propter hoc hæretici erant, ſed neſcienter, quia neſciebant ſe tenere contra fidem Chriſtianam, imò ſe ſolos veros Chriſtianos exiſtimabant, alios autem, qui vtrunque teſtamentum recipiunt, hæreticos, & errantes reputabant. Alio modo dicuntur hæretici neſcienter, qui credunt omnes aſſertiones, quæ in ſcriptura canonica ſub forma propria continentur, eſſe veras, & omnes libros canonis eſſe tenendos infallibiliter, tamen cũ hoc credunt aliquam aſſertionem, quæ ex contentis ibidem neceſſariò infertur eſſe falſam, pro eo quòd putant non neceſſariò, ſequi ex contentis in canone. Quod propterea contingit, quia ſcripturas aliter intelligunt, quàm ſenſus Spiritus ſancti flagitet. Huiuſmodi erant Arriani hæretici, aſſerentes filium eſſe minorem patre, contra illud, Ego & pater vnum ſumus Ioann. 10. Et contra illud, Qui videt me, videt & patrem: nam ego in patre, & pater in me eſt. Ioann. 14. quas ſcripturas ipſi male interpretabantur. In hoc genere hæreticorum ſunt Sabelliani, & ferè omnes hæretici, præter eos, qui aliquam partem canonis reſpuũt. Sed contra videtur, quòd hoc modo nullus ſit neſcienter hæreticus: quia quicunque eſt neſcienter hæreticus hoc modo, habet fidem implicitam de omnibus, credit enim totam fidem Chriſtianam eſſe veram, ſed fides implicita cum fide explicita articulorum ſufficit ad hoc, vt aliquis ſit catholicus, vt ſupra eo. titul. dictum eſt cap. 2. ergo nullus talis eſt hæreticus. Ad hoc dicitur, quòd ad hoc quòd aliquis reputetur catholicus non ſufficit quod credat totam fidem Chriſtianam eſſe veram, ſed cum hoc requiritur, quòd non credat aliquid pertinere ad fidem Chriſtianam quod non pertinet, & quòd nulli errori contra eam pertinaciter adhæreat. Hæretici autem neſcienter licèt credant totã fidem Chriſtianam eſſe veram, credunt tamen aliquid pertinere ad fidem Chriſtianam, quod in veritate non pertinet, & pertinaciter adhærent alicui errori, qui in veritate contrarius eſt fidei Chriſtianæ, licèt ipſi non credant contrarium eſſe, & propterea ſint hæretici: aliàs enim ſtaret aliquem eſſe catholicum, qui crederet omnia euangelia eſſe falſa, putans ea non pertinere ad fidem Chriſtianam, quod eſt abſurdum. Quæritur præterea, tertio quid ſit pertinacia, & quotuplex ſit. Ad cuius reſponſionem primò ſunt quædam prænotanda. Quorum primum eſt, quòd pertinacia opponitur perſeuerantiæ, perſeuerantia autem eſt, ſecundum Tullium in ſua Rhetorica, in ratione bene conſiderata ſtabilis & perpetua manſio, vnde per oppoſitum, pertinacia erit ſtabilis & perpetua mãſio in errore minùs bene conſiderato. In hoc enim conueniunt perſeuerantia, & pertinacia, quòd ſcilicet vtraque habet ſtabilem & firmam manſionem: differunt tamen, quia perſeuerantia habet ſtabilem & firmam manſionem in bene conſiderata ratione, pertinacia autem in errore. Differunt etiam pertinacia & contumacia: quoniam contumacia eſt quædam voluntaria inobedientia, qua quis monitionem iudicis implere contemnit, vt colligitur ex c. 2. de dolo. & contu, iuncta gloſſ. in ver. cõtumaciter. Pertinacia autẽ eſt ſtabiliſmãſio in errore, ſiue cõcurrat inobediẽtia ſuperioris, ſiue nõ. Differunt ergo ſicut ſuperius & inferius: omnis enim cõtumacia eſt pertinacia, ſed nõ cõuertitur. Huic aũt deſcriptiõi pᷣtinaciæ cõcordat deſcri

ptio pertinacis poſita ab Iſidoro, in qua ſic dicit, Pertinax eſt impudenter tenax. Ille autem eſt impudēter tenax, qui tenet errorē, quē dimittere debet. Pertinacia vero ſpecialis, de qua ad præſens loquimur, poterit ſic definiri, Pertinacia eſt in errore contra fidē & doctrinā eccleſiæ ſtabilis manſio. In hac definitione, ly, manſio ſtabilis in errore, ponitur loco generis, ly verò, contra fidē & doctrinam eccleſiæ, ponitur loco differētiæ. Per hoc enim pertinacia infidelitatis diſtinguitur ab alijs pertinacijs, quæ in errore conſiſtunt, quæ contra fidem non eſt. Ex præmiſsis inferunt aliqui, quòd Iudæi, & Gentiles, qui in errore ſuo perſeuerant, pertinaces ſunt dicendi. Quod verum eſſet de Iudæis, & Gentilibus, qui de catholica veritate informati, à ſuis erroribus non diſcedunt. Secùs videretur de his, qui nunquam de fide catholica informati à ſuis fuerunt, nec per eos ſtetit, quominus informarētur: tales enim quia neſciunt ſe in errore eſſe, non propriè pertinaces dicendi ſunt. Duplex autem poteſt pertinacia inueniri, vna mentalis, & alia exterior. Mentalis vel interior pertinacia eſt, quando quis pertinaciter corde adhæret prauitati hæreticæ, vel pertinaciter dubitat de catholica veritate. Exterior pertinacia eſt, quæ in voce, vel facto exteriori conſiſtit. Prima pertinacia non poteſt aliter, quàm per præſumptionem probabilem vel violentam conuinci, quia non ſemper exteriora interioribus reſpondent: imò plerunq; vox cordi, & cor voci & operibus cōtradicit. Huius autem pertinaciæ tres modi ſunt. Primus eſt, ſi quis obſtantibus miraculis, quæ pro firmanda fide Chriſtiana audit facta eſſe, putat eam falſam, vel dubiam. Secundus eſt, cum quis in generali credit totam fidem Chriſtianam eſſe verā, alicui tamen errori quem neſcit in ſpeciali contra fidem eſſe adhæret tam fortiter, quòd quātūcunque ſibi oſtenderetur ad fidem pertinere, errorem nullo modo dimitteret, ſed antè putaret fidem Chriſtianam eſſe falſam. Tertius modus eſt, cùm aliquis inhæret alicui errori, qui eſt contra fidem & negligit quomodo & quando debet quærere veritatem, talis enim nō eſt paratus corrigi, ſi perſiſtit in errore, quem de neceſsitate ſalutis dimittere tenetur: iſta enim negligentia, vel ignorantia affectata, pro pertinacia reputatur. Inter has autē pertinacias ſola interior eſt, quæ hominem facit pertinacem: nam ſi daretur exterior ſine interiori, non eſſet verè pertinax, qui exteriorem tantū habet, eccleſia tamē, quæ de exterioribus iudicat, talē iudicaret pertinacē. Et notandū, quòd ſicut dictum eſt c. præcedēti, quòd hæreticorū quidā ſunt ſcienter hæretici, alij verò neſcienter, ita dicendū eſt de pertinacibus. Pertinaces enim ſcienter dicēdi ſunt, qui credunt, vel dubitant fidem Chriſtianam eſſe falſam, vel dubiam. Neſcienter verò pertinaces ſunt, qui tenentes fidē Chriſtianā eſſe veram, alicui errori contra fidem pertinaciter inhærent, quē nō eſſe cōtra fidē putāt. Et ſic per ea quę dicta ſunt, facilis erit ad quæſtionem reſponſio.

¶ Quæritur inſuper quarto. Quæ ſint verba & facta exteriora, ex quibus aliquis in foro exteriori cōuincitur eſſe pertinax. Ad hoc quidā dicunt, ꝙ plures ſunt modi, quibus poſſunt aliqui de pertinacia conuinci. Primus modus eſt, cùm quis facto vel verbis oſtendit ſe non firmiter credere fidem Chriſtianam eſſe veram, & ſanam, vtpote ſi negat fidem, vel dicit eam vel falſam, vel dubiam, vel ad aliam ſectam ſe conuertit, vtputa ſi facit ſe circuncidi, vel Mahometum adorat, conſtito enim de aliquo iſtorum, talis ſine vlteriori examine reputādus eſt pertinax, & hæreticus. Et ſi cōuictus fuerit, vel confeſſus in iudicio quod tale aliquid fecerit, cenſendus eſt pertinax hæreticus manifeſtus. Excuſatur tamen ab hæreſi, negans catholicam fidem, vel factum hæreticale committens, ſi metu mortis, & pro ea vitāda hoc fecerit. Et per hūc modum excuſatus eſt beatus Marcellinus ab hæreſi, licèt idolis immolauerit. Excuſatur etiam ſecundò, qui committit actū hæreticalem, & ab hæreſi & à peccato, ſi hoc fecerit abſoluta coactione: facta enim per vim præciſam & abſolutam, nulla ſunt, & pro infectis habentur, vt in ca. 1. & in c. ad audientiā. cū alijs. de his quæ vi metùſve cauſa fiūt & in ca. maiores. de baptiſ. Sed contra hoc quidam obijciūt dicētes, quòd, ea quæ ſunt per ſe mala fieri non debent ab aliquo & propter metū mortis. Sunt enim quædā, vt Ariſtoteles inquit lib. 3. ethicorum cap. 1. ad quæ nemo cogi debet, ſed mortem potius, ac extrema omnia perferre, alias enim vt iſti dicunt, tales propter metum mortis etiam à peccato excuſantur. Ad hoc dicunt, quòd pertinacia requirit ſpontaneam voluntatem: qui autem metu mortis aliquid faciunt, non videntur habere voluntatem ſpontaneam, & per conſequens pertinaces non ſunt. Alijs videtur obiectio concludere, & dicunt quòd licet tales in veritate ſint pertinaces, tamen ratione metus eccleſia habet eos excuſatos, ita vt non condemnet ad pœnas pertinacium. Sicut ſi quis metu mortis iuraret falſum, periurus eſſet licet iudicio humano periurus non iudicaretur. De quo doctores dicunt in capitul. ſi verò. & in capitul. querelam. de iur. iuran. Secùs autem dicendum eſt de illo, qui extra metum mortis, propter cupiditatem, vel aliam cauſam hæreticale factum commiſit, talis enim humano iudicio hæreticus reputatur, quāuis mente hæreticus nō fuerit. Secūdus modus pertinaciæ ſecundū aliquos eſt, ſi quis diceret aliquam partem veteris, vel noui teſtamenti cōtinere aliquod falſum, aut non

Digitized by Google

non eſſe recipiendam à catholicis, talis enim ſtatim eſt iudicandus pertinax, niſi fortè fuerit adeò ſimplex, quòd neſciet, qnid per nouum & verus teſtamentum importetur, & ſeductus ab alijs ita dicat, firmiter tamen credit totam doctrinam eccleſiæ eſſe recipiendam, tunc enim per ignorantiam excuſatur, nec ſtatim eſt reputandus hæreticus, ſed informandus eſt priùs de veritate, & examinandus, an ſit paratus corrigi. Sed nunquid ſi aliquis laicus, qui de libro Threnorum nunquam audiuit, diceret illum non pertinere ad vetus teſtamentum; reputaretur hæreticus. Ad hoc dicendum, quòd multum refert dicere, aliqua pars noui vel veteris teſtamenti eſt falſa, & dicere, quòd aliquis liber non pertineat ad teſtamentum vetus vel nouum qui tamen ſecundùm veritatem pertinet. Prima enim aſſertio indicat aſſerentem eſſe hæreticum, & pertinacem. Nemo enim, vt iſti dicunt eſt alicuius rationis capax, qui non intellexerit, quicquid in nouo & veteri teſtamento continetur, ad veritatem catholicam pertinere. Secùs eſt de ſecunda aſſertione. Non enim omnes ſciunt, qui libri pertineant ad vetus & ad nouum teſtamentum. Si tamen vir literatus, & præſertim doctus in ſacris literis ſciens qui libri pertineant ad vetus teſtamentum, diceret quòd liber Ruth vel Threnorum non pertinet ad teſtamentum vetus, ſtatim iudicandus eſſet hæreticus, & incorrigibilis, niſi talia verba ex ſurreptione dixerit, & ſtatim ſe emendauerit, talis enim ab hæreſi excuſatur. Quicquid tamen dicatur ab alijs, tutiùs videtur dicere, quòd apud eccleſiā, non iudicabitur pertinax aliquis iſtorum, niſi poſt informationem ſuam obſtinatè in ſuo errore permaneat. Sed contra hoc quod dictum eſt, incorrigibilis, obijcitur. Incorrigibilis eſt, qui corrigi non poteſt; nullus autem eſt viuens, qui nõ poſsit corrigi. dicit enim Leo Papa, Nemo deſperandus eſt dum in hoc corpore conſtitutus eſt. vt habetur in cap. Nemo. de pœnit. diſtinct. 7 1. ergo nullus eſt incorrigibilis. Ad hoc dicendum, quòd incorrigibilis dicitur aliquis dupliciter. Vno modo, qui corrigi nõ poteſt & hoc modo dæmones & damnati dicuntur incorrigibiles, qui proponit & non vult corrigi in propoſito. Incorrigibilis accipitur in ſecunda ſignificatione, non in prima, & dicitur incorrigibilis, qui eſt pertinax, obſtinatus, & durus, ſeu qui proponit nunquā diſcedere à ſententia ſua, licet interdum ab ea diſcedat, & corrigatur. Tertius modus eſt, ſi quis tenet vniuerſalē eccleſiā errare, vel erraſſe, ex quo cępit cōgregari, licèt credat fidem Chriſtianā à Chriſto & Apoſtolis traditā in nullā ſui parte cõtinere mēdaciū, talis enī, vt dicunt, ſtatim eſt pertinax, nec examinandus eſt an ſit paratus corrigi. Probatur ſic, Eadem omnino eſt fides Chriſtiana, & fides vniuerſalis eccleſiæ: ſed dicēs fidē Chriſtianā eſſe falſam ſtatim reputandus eſt pertinax, igitur, & dicēs vniuerſalē eccleſiā errare. Sed cōtra iſtam cōcluſionē inſtatur ab alijs hoc modo, Non quilibet Chriſtianus tenetur explicitè credere, quòd eccleſia vniuerſalis errare nõ poteſt: ergo ſi dicat eccleſiā vniuerſalē errare, vel erraſſe, nõ eſt reputādus pertinax, ſed examinādus eſt an ſit paratus corrigi. Conſequentia tenet: quia pro nullius hæreſis aſſertione debet quis ipſo facto cēſeri pertinax, niſi cuius oppoſitū tenetur credere explicitè. Antecedens probatur, Quia non quilibet tenetur credere explicitè antecedens hoc, ſcilicet, vniuerſalis eccleſia, non errat. Quod ſic probatur. Eccleſiā enim non errare habetur ex eo, quod Chriſtus dicit Matth. vlt. Ego vobiſcū ſum vſq; ad conſummationē ſeculi. & ex eo quod dicit *Lucæ*. 22. Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. quorū neutrū tenētur fideles (ſaltim illiterati) explicitè credere. Quod autē non teneantur credere hoc explicitè, probatur: quia ſi tenerētur, aut hoc eſſet, quia in diuina ſcriptura continetur, aut quia ad doctrinam eccleſiæ neceſſariò infertur, aut quia eſt ab vniuerſali eccleſia approbatum, aut quia eſt apud oēs fideles tāquā catholicū diuulgatū. Non propter prima quatuor, quia nõ quilibet tenetur explicitè credere omnia, quæ in ſacra ſcriptura cõtinētur, vel quæ per eccleſiam approbātur, vel ex eis neceſſariò inferūtur. Nec propter quintū: quia hæc veritas, eccleſia vniuerſalis errare non poteſt non eſt apud omnes fideles diuulgata, imò multi ſunt, qui nihil de ea audierunt. Propter hoc dicit quædā opinio, quòd ſi quis diceret vniuerſalē eccleſiā errare vel errare poſſe, nõ eſt ſtatim iudicandus pertinax donec examinaretur an eſſet paratus corrigi. Ad argumētū autē in principio factū reſpōdet, ꝙ peccat per fallaciā figuræ dictionis, ꝙ licèt eadē ſit fides Chriſtiana, & fides vniuerſalis eccleſiæ tamen quia ly, vniuerſalis eccleſiæ, importat Chriſtianos in recto, quos ly fides Chriſtiana importat in obliquo, non ſequitur, quilibet tenetur explicitè credere fidē Chriſtianā eſſe veram, ergo & eccleſiā vniuerſalē nõ errare. Sed tenētes hunc modū de pertinacia cōuincendi, ad hoc ita reſpondēt. Dicūt enim, ꝙ quandoq; neceſſe eſt cōſequēs credere antecedens, ꝙ propterea eſt, quia ſæpe cōſequēs eſt apud omnes catholicos diuulgatū, & nõ antecedēs; & ita eſt de iſta, eccleſia vniuerſalis non errat in fide nec errauit, quæ ſub ijs verbis, vel æquipollētibus eſt apud oēs catholicos diuulgata: quilibet enim Chriſtianus putat ſe tenere illā fidē, quā tenet vniuerſalis eccleſia, & illā eſſe vniuerſalē eccleſiā, quæ ſecū in fide cōcordat: & ideo ſicut iſta fides Chriſtiana eſt vera, eſt apud omnes catholicos diuulgata, & eſt a quolibet explicitè creden

da, ita & iſta fides vniuerſalis eccleſiæ eſt vera fides, eſt apud omnes diuulgata, & explicitè credenda, quare illam negans, ſtatim eſt habendus pertinax. Quartus modus eſt, quo ſtatim aliquis pertinax iudicatur, ſi quis Chriſtianus capax rationis, & intelligens negat aliquam aſſertionem catholicam, quæ apud omnes catholicos & fideles cum quibus conuerſatur, tanquam catholica diuulgatur, & à prædicatoribus verbi Dei publicè publicatur, & prædicatur: ſicut apud omnes catholicos publicè diuulgatur, quod Chriſtus fuit crucifixus vnde oſtenditur & à prælatis & doctoribus hoc publicè docetur, & ideo ſiquis inter Chriſtianos nutritus negaret Chriſtum eſſe crucifixum, eſſet ſtatim pertinax cenſendus, & quanto magis eſſet inter Chriſtianos conuerſatus, & plures intraſſet eccleſias, & verbum Dei à pluribus audiuiſſet, & maiorem literaturam in ſacris literis habuiſſet, tanto fortiùs pertinax præſumeretur. Quod autem negans aliquam aſſertionem catholicam apud omnes catholicos diuulgatam ſit ſtatim abſque examinatione pertinax iudicandus, probatur tripliciter. Primò ſic. Sicut nulli licet ignorare ea, quæ publicè fiunt. vt in cap. quod dictis. 16. diſtinct. & in cap. qui habuiſtis. 12. quæſtion. 2. & in cap. licet. §. quæ. t. 1. ff. de inſtitoria l. ſed et ſi. C. de liberali cauſa ſi filiũ. cũ alijs multis. ſic non licet ignorare ea, quæ publicè diuulgantur, & tanquam catholica prædicantur: qui autem negat aſſertionem catholicam, quam ſcire tenetur, & publicè diuulgatur, ignorare non præſumitur: ergo qui negat aſſertionem catholicam apud omnes catholicos diuulgatam, ſtatim eſt pertinax iudicandus. Secundò ſic. Negans aſſertionem catholicam ad omnes catholicos diuulgatam, non poteſt à pertinacia per ſimplicitatem vel ignorantiam excuſari. Quod non per ſimplicitatem patet, quia ponitur quòd talis negans eſt capax rationis & intelligens: ſi enim careret vſu rationis, vel eſſet alienatus à ſenſu bene: excuſaretur, quod ignorantia iuris diuini vel naturalis neminem excuſat, vt notatur in §. notandum. 1. quæſtion. 4. ergo talis non poteſt à pertinacia, vel prauitate hæretica excuſari. Conſequentia patet. Quia ignorantia & ſimplicitas excuſant negantes catholicam veritatem vt in capi. dixit Paulus. & in capit. qui in eccleſia. 24. quæſtion. 3. Sed quæritur, cùm multa proponantur etiam à prædicatoribus, quæ non pertinẽt ad catholicam veritatem, ſi negans huiuſmodi aſſertionem publicè diuulgatam neſciat eam ad catholicam veritatem pertinere, erit ne pertinax cenſendus? Reſpondeo, quod apud Deum excuſaretur, qui intuetur cor, apud eccleſiam tamen cenſeretur pertinax, niſi ignorantiã ſuam legitimè probaret, ſcire præſumitur, quod veritas illa catholica fuerit. Tertiò ſic. Qui negat aſſertionẽ catholicam, quam debet & tenetur explicitè credere, eſt iudicandus pertinax & hæreticus: ſed quilibet Chriſtianus tenetur explicitè credere omnem aſſertionem catholicam apud omnes catholicos diuulgatam, ergo qui eam negat, eſt pertinax & hæreticus cenſendus. Maior patet, Quia ſicut quilibet tenetur explicitè credere aliquid, ita tenetur vitare errorem illi contrarium. Probatur minor. Quia ſi aliquis tenetur explicitè aſſertionem catholicam credere, aut ad hoc tenetur, quia eſt apud omnes catholicos diuulgata, aut quia ſic oſtenditur per diuinam ſcripturam vel determinationem eccleſiæ. Si detur primum, habetur intentum. Secundum autem dari non poteſt: quia ſi ſic, tunc veritas, quæ non eſt contenta in ſacra ſcriptura, negari poſſet, & falſitas affirmari, quæ ipſi repugnat, quorum vtrunque eſt falſum. Non enim negari poteſt, Chriſtum natum eſſe de virgine, licèt in forma in ſacra ſcriptura non cõtineatur. Neque affirmari poteſt, quòd Saracenorum ſecta ſit vera, quamuis oppoſitum eius non ſit explicitè in ſacra ſcriptura contentum. Sed contra, Negans veritatem catholicam, de qua neſcitur an per regulam fidei, hoc eſt, per ſacram ſcripturam confirmetur, & eſt paratus corrigi, non eſt iudicãdus pertinax, vt gloſſ. dicit in cap. neque licuit. 16 diſt. ſed poſsibile eſt, quòd negans catholicam veritatem ſit paratus corrigi, ergo non erit pertinax donec oſtendatur ſibi, quod affirmatio illa diuulgata ſit, & ſacræ ſcripturæ contradicat. Ad hoc dicendum ſecundum quoſdam, quòd licèt talis in veritate eſſet paratus corrigi, tamen quantumcunque hoc dicat, eſt contra eum violenta præſumptio de oppoſito, pro eo quòd ſcit aſſertionem quam negat, eſſe tam publicè prædicatam per eccleſiam, quod non eſt ei credendum, cum dicit ſe paratum corrigi. Vnde & de talibus dicitur de hæret. cap. 1. Nec eis omnino credendum eſt, qui fidem veritatis ignorant, talibus enim nec contra alios, nec cùm de ſe ipſis teſtimonium perhibent, eſt credendum. Quintus modus eſt, ſi quis negat catholicam aſſertionem, de quo eſt violenta præſumptio, quòd eam ſciat in ſacra ſcriptura, vel determinatione eccleſiæ contineri: veluti ſi conſtet eum illam aſſertionẽ priùs in ſacra ſcriptura, vel determinatione eccleſiæ cum intellectu legiſſe, vel ex intentione docuiſſe, vel publicè, vel occultè aſſeruiſſe de tali enim ſi non ſit probabile oblitum eſſe eorum, quæ prius nouit, violenta præſumptio eſt, quòd ſcienter negat catholicam veritatem, & per conſequẽs quòd eſt pertinax. Quod tripliciter probatur. Primo, quia talis aliquando ſciuit illam veritatem eſſe catholicam, & non eſt oblitus, ergo adhuc ſcit illam eſſe catholicam, &

per

Digitized by Google

per conſequens negans eam, videtur ex propoſito negare, & ſic erit pertinax. Secundo, quia talis eſt apoſtata, quia abijcit veritatem catholicã, quã prius nouit eſſe catholicã, ergo eſt pertinax. Ille enim apoſtata eſt, qui veritatem catholicam, quã ſemel habuit, abijrit, & ab ea retrocedit. Tertio talis eſt peior infideli, ergo pertinax. Conſequentia patet, Quia infideles ſunt pertinaces. Antecedens probatur, Quia melius eſt viam Domini non cognoſcere, quam poſt agnitam retroredere, vt dicitur. 2. Petri. 2. & tranſumitur in capit. quidam. de apoſtat. Sed quid ſi talis negans catholicam veritatem dicat, quod quamuis eam legerit, aut docuerit, nõ ſciuit eam eſſe catholicam, vel dicat, quod paratus eſt corrigi. Ad hoc quidam dicunt, quod in tali caſu non eſt ei credendum, nec in primo, nec in ſecundo dicto. Quod non in primo, patet: quia ei, qui ſibi ipſi contrarius inuenitur, non eſt credendum in ſecundo dicto eius. vt in capit. per tuas de proba. vnde glo notat in capit. literas. de præſumptionibus. hoc eſt notabile, quod ſemper ſtandum eſt primo dicto alicuius, ſi poſtea dicat contrarium & in alio iudicio, ſupra de teſtib. cum in tua. vel etiam extra iudicium ſupra de proba. per tuas ſed talis inuenitur ſibijpſi contrarius, dũ veritatem, quam prius verbo vel opere ionuit ſe cognoſcere catholicam veritatem, poſtea dicit ſe non nouiſſe eam eſſe catholicam, quare huic ſecũdo dicto eius non eſt ſtandum, nec credendum. Nec etiam ſecundo eius dicto erit credendũ: quia nulli erranti credendum eſt quod ſit paratus corrigi, niſi qui præſumitur ignoranter, à fide deuiare, imo præſumendum eſt eum diſceſsiſſe à fundamento propter quod catholicæ veritati adhæſit, hoc eſt, à ſacra ſcriptura vel doctrina eccleſiæ, & credere hæc eſſe falſa. Sextus modus eſt, ſi quis legitime correctus ſe non corrigit, aut emendat, ſuam ſcilicet hæreſim reuocando, talis enim præſumitur non eſſe paratum corrigi, & ita pertinax cenſendus eſt, vt manifeſte colligitur ex Auguſtino in cap. qui in eccleſia. 24. quæſti. 3 ſic dicente, Qui in eccleſia Chriſti morbidum quid, prauum que ſapiunt, ſi correcti vt ſanum ſapiant emendare nolunt, ſed ſua dogmata defenſare contendunt hæretici ſunt. Sed quia hic modus certiſsimus & nominatiſsimus, ideo circa illum quæruntur duo. Primo, quæ correctio ſufficiens & legitima reputetur. Secundo ad quem ſpectat errantem corrigere. Ad primum dicendum, quod illa correctio ſufficiens & legitima reputetur, qua aperte oſtenditur erranti, quod aſſertio ſua catholicę veritati repugnat, taliter, quod iudicio intelligentium nulla poteſt tergiuerſatione negari, cum illud ſit ſibi ſufficienter oſtenſum. Sicut ſi aſſerenti ex ignorantia euangelij Ioannis quod Chriſti crura in cruce fracta ſunt per milites, aliquis apertè oſtenderet oppoſitum ex textu euangelij Ioannis. 19. capitul. ſic dicentis. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus eſt cum eo: ad Ieſum autem cum veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerũt eius crura. Tali aperte oſtenſum eſt, quod aſſertio eius catholicę veritati repugnat. Item ſi aſſerenti duas perſonas eſſe in Chriſto, oſtenderetur per textũ Synodi Epheſinæ illum eſſe errorem condemnatum, nulla poſſet tergiuerſatione negare, quin illi eſſet ſufficienter oſtenſum, quod aſſertio ſua determinationi eccleſiæ repugnaret. Ex qua regula inferuntur duo corollaria. Primum, quod ad legitimam correctionẽ tenetur correctus ſtatim errorem ſuum dimittere, ita quod ſi poſt continuatur eundem errorem verbo, vel ſcripto tenere, eſt pertinax reputandus. Secundum eſt, quod ad nudam monitionem, vel increpationem non ſolum charitatiuam non habentis iuriſdictionem, ſed etiam coactiuam prælati ſui, nemo tenetur errorẽ ſuum corrigere, ſi prædicto modo oſtenſum fuerit eum catholicæ veritati repugnare. Quod autem hoc ſit verum, ſic patet, Primo, quia doctores & tractatores ſcripturæ ſacræ in expoſitione & intellectu eiuſdem, præferuntur prælatis etiam habentibus iuriſdictionem, licet in definiendis cauſis pontifices eis præferantur. vt aperte ſcribitur in text. & glo. ſumm. 20. diſtinct. ca. 1. ergo ad minus doctores Theologici non tenentur ad nudam correctionem prælatorum reuocare errores ſuos, niſi oſtenſum fuerit eis, quod errant contra fidem, nec loquitur ibi tex. de doctoribus ab eccleſia approbatis tantum, vt de Auguſtino, Hieronymo, Ambroſio, & Gregorio, ſed etiam de alijs. Comparat enim ibi ſtatum doctorum ſtatui Pontificum, nec vocantur ibi doctores ij, qui doctoratus inſignia acceperunt, ſed qui ſcripturarum ſufficientem peritiam habent, ſiue magiſtri, ſiue Licentiati, ſiue bacchalaurei ſint. Secũdo, quia ſubditi in his, quæ fidei ſunt, non tenentur prælatis ſuis fidem indubiam adhibere: quia prælati ex ſimplicitate & ignorantia, & malitia errare poſſunt contra fidem, ſicut & ſubditi, & propterea ad eorum nudam monitionem non tenetur aliquis errorem ſuum reuocare. Tertio, quia prælati parati eſſe debent ad ſatis faciendum poſcentibus rationem de fide, iuxta illud. 1. Petri. 3. prælatis ſcribentis, Parati ſemper ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt fide. Ergo ſubditi non tenentur opiniones ſuas erroneas propter quancũque correctionem prælatorum reuocare, niſi fuerit legitima correctio, reddita ſcilicet, à prælatis ratione ſuæ correctionis. Quarto, à mandato, vel ſententia prælati mandantis, quod ſubditus erro-

Digitized by Google

rem ſuum reuocet, & non demonſtrantis per regulam fidei, quod error ille fidei repugnat, licet ſubdito appellare, ſi non credat ſe errare: ergo nõ eſt neceſſe cum tali mandato obedire. Conſequentia patet: quia vbi eſt legitima appellatio, mandatum fuit iniuſtum, vt notatur in ca. vt debitus. de appe. Antecedens patet, quoniam alias prælatus poſſet errando mandare ſubdito, quod à catholica veritate diſcedat. Et ſi dicatur, quod ſecundum hanc rationem etiam legitime correctus non teneetur reuocare errorem, ex quo poteſt appellare. Reſpondetur, quod non eſt ſimile: quia correctus legitime à prælato ſi appellat, appellat fruſtratorie, & apud Deum peccat, & per eccleſiam puniri debet, non autem ſic eſt in non correcto. Propter has rationes & ſimiles dicunt, quod non ſolum ad nudam monitionem prælati inferioris, ſed nec & Papæ non tenetur aliquis errorem ſuum reuocare, niſi Papa oſtendat illum fidei repugnare: tum, quia Papa ſæpe eſt illiteratus: tũ quia poteſt errare: inquantum homo particularis, tum, quia tenetur reddere rationem: tum, quia in cauſa fidei ab eo licet appellare. Primum vero corollarium ſic perſuadetur. Primo, quia Auguſtinus dicit, & habetur in cap. qui in eccleſia. 24. quæſtion. 3. quod qui in eccleſia morbidum aliquid ſapiunt, & correcti vt ſanum ſapiant, emendari nolunt, hæretici ſunt. Sed tales ſunt illi, qui tenentes errorẽ contra fidem, per aliquem edocentur legitime, quod error ſuus contra fidem ſit: ergo hæretici ſunt. Secundo, quia tenens errorem contra fidem, qui nõ eſt paratus corrigi, eſt hæreticus, vt ex dictis patet ſed ille, qui tenet errorem, de quo manifeſte oſtẽditur, quod fidei repugnet, & non dimittit eum, cum non eſt paratus corrigi, ergo eſt pertinax & hæreticus. Tertio quia ſi quis tenens errorem per ſeipſum veritatem inuenerit, tenetur ſtatim errorem ſuum reuocare, ergo ſi ab alio doceatur, nihilominus tenebitur. Sed contra hæc duo corollaria inſtatur, & primo contra ſecundum ſic, Quia aut errans tenet hæreſim damnatam explicite, aut tantum implicite. Si explicite tenet, ad ſimplicem monitionem prælati tenetur eam reuocare. Dicitur enim in cap. quicunque. 24. quæſti. 1. Quicunque in hæreſim ſemel damnatam labitur eius damnatione ſe ipſum inuoluit. Ex quibus verbis colligitur, quod qui lapſus fuerit in damnatam hæreſim, damnatus eſt. Quod etiam ex capit. maiores. & cap. Achacius. ea. cau. & quæſt. confirmatur: ſed hæreticus tenetur ſtatim reuocare hæreſim ſuam, ergo à fortiori tenebitur ad nudam prælati correctionem. Et confirmatur per eccleſiæ conſuetudinem. Nam Inquiſitores hæreticæ prauitatis conuictum quencunque, qui tenuit dãnatam hæreſim explicite tanquam hæreticum puniunt. Item ſi tenens hæreſim damnatam explicitè nõ iudicaretur ſtatim hæreticus, hoc eſſet, quia per ignorantiam excuſatur: ſed hoc nõ, tum quia ignorantia iuris diuini neminem excuſat, vt in regula, ignorantia. de reg. iur. lib. 6. & in. §. notandum. 1. quæſtion. 4. Tum, quia conſtitutio apoſtolicę ſedis omnes aſtringit poſtquam publicata eſt nec aliquis poſt duos menſes poteſt per ignorantiam ſe excuſare, vt in cap. nouerit. de ſenten. excom. & in authen. Vt factæ nouæ conſtitutiones circa principium. colla. 5. Tum, quia in his, quæ publice fiunt, non poteſt quis ignorantiam allegare. Cum ergo damnatio cuiuſcunque hęreſis publice fiat, non poteſt quis tenens hæreſim damnatam explicite, ſe per ignorantiam excuſare, & per conſequens tenetur ſtatim reuocare eam ad ſimplicem admonitionem pręlati, vel alterius. Si autem hęreſis ſit damnata implicite, ſaltem videretur, quod ad correctionem Papę deberet eam reuocare, ſicut & Hieronymus ad Damaſum ſcribit ſe velle reuocare dicta ſua ad eius arbitrium. vt ſcribitur in capi. hęc eſt fides. 24. quęſtio. 1. Et præterea ſaltem videtur, quod Papa non teneatur reddere rationem, cum alicui mandat quod dimittat errorem ſuum. Vnde & Papa ſæpe damnauit hæreſes, & tamen damnationis ſuæ nullã reddidit rationem. Concilia etiam generalia ſymbola duo ediderunt, ſcilicet, Nicænum, quod cantatur in miſſa, & cap. firmiter. de ſum. Trin. & fi. catho. & articulos diſtinxerunt, quos tamen per regulam fidei non inueniuntur probaſſe: tũ, quia ſic nulla eſſet differentia inter correctionem Papæ & inferiorum prælatorum: tum, quia ſic liceret alicui coram Papa hæreſim, quam non credit eſſe hæreſim non ſolum dicere, ſed etiam defendere quantuncunque Papa diceret illam eſſe hæreſim, quouſque oſtenſum ei fuerit, quod contra fidem errat, ſi verbo ſaltem, vel facto proteſtaretur, aut appareret eum eſſe paratum corrigi, quando ei oſtenderetur, quod cõtra fidem erraret, quæ omnia videntur irrationabilia: nam ſi ſic, quilibet poſſet dicere, quod non eſt ſibi ſufficienter oſtenſum eum errare contra fidem, & per conſequens conuinci non poſſet de hæretica prauitate. Contra primum etiam corollarium inſtatur: quia ſi verum eſſet, ſequeretur quod nulla eſſet differentia inter correctionem factam à prælato, & à nõ prælato quo ad hoc, vt correctus teneatur vel non teneatur reuocare errorem ſuum, quod videtur abſurdum. Ad primam inſtantiam quidam reſpondent, quod tenens ignoranter hæreſim damnatã explicite, non tenetur ad mandatum etiam cuiuſcunque prælati eam reuocare, niſi ei oſtẽſum fuerit legitime quod ſit contra fidem. Quod probant tali ratione, quod tenens hæreſim explicite damnatam,

natam, non eſt ex hoc ipſo cenſendus pertinax, aut hæreticus, igitur non tenetur ſtatim eam reuocare. Antecedens patet ex dictis, & probatur ex eo, quia nullus magis reputãdus eſt pertinax aut hæreticus propter hoc quod tenet hæreſim explicite damnatam, quam ſi neget catholicam veritatem in ſacra ſcriptura contentam, niſi forte talis damnatio ſit magis diuulgata inter catholicos quam ſcriptura ſacra: ſed non ex eo quod quis negat veritatem in ſacra ſcriptura contentam eſt ſtatim cenſendus hæreticus, aut pertinax, ſed examinandus eſt, an ſcienter vel neſcienter eam neget, et ſi neſcienter, an ſit paratus corrigi, ſi ei oſtendatur in ſacra ſcriptura contineri: ergo tenens hæreſim damnatam explicite, cuius ſaltem damnatio non eſt magis diuulgata quam ſacra ſcriptura non eſt eo ipſo cenſendus hæreticus, niſi ſcienter teneret, vel conuinceretur pertinax eſſe, & incorrigibilis. Probatur aſſumptum. Nam beatus Auguſtinus aliquas veritates in ſacra ſcriptura contentas neſcienter negauit, & tamen non fuit hæreticus iudicatus. Beatus etiam Hieronymus non fuit hæreticus reputatus, qui in quadam homilia de Chriſto loquens, dicit, interrogat diſcipulos ſuos dicens, Quem dicunt homines eſſe filium hominis. Non dixit, dicit Hieronymus, quem me dicunt eſſe homines, ne cunctanter de ſe quærere videretur, in quo aperte contradicit euangelio Lucæ. 9. dicenti, Quem me dicunt eſſe turbæ? & tamẽ Hieronymus non legitur ſe reuocaſſe, nec cenſetur hæreticus, quia non pertinaciter, ſed quia de textu euangelij non recordabatur, veritatem euangelij negauit. Secundo probatur antecedens: quia non cuiuslibet hæreſis per eccleſiam explicite cõdemnatæ contradictorium tenetur quiſquam explicite credere, cum neque quilibet teneatur explicite credere quamlibet veritatem catholicam expreſſe in ſacra ſcriptura cõtentam, multi enim non poſſunt habere libros omnium condemnationum huiuſmodi: ergo neque eo ipſo quod quis tenet hæreſim damnatam explicite, eſt cenſendus hæreticus, ſed prius examinandus eſt, an ſit paratus corrigi, vel non. Vnde & iura allegata in oppoſitum loquuntur de illis, qui ſcienter labuntur in hæreſim, quam ſciunt eſſe damnatam. Veldicendum, quod Inquiſitores puniunt tanquam hæreticum eum, qui labitur ſcienter in hæreſim damnatam. Ad id vero quod dicitur, quod ignorantia non excuſat tenentes hæreſim damnatam explicite, Dicendum, quod eorum aliqui poſſunt per ignorantiam excuſari, & aliqui non. Non enim de ignorantia excuſari poſſunt, qui prius eandem hæreſim aſſeruerunt eſſe damnatam, & qui alios ad tenendum eandem quomodolibet coegerunt & qui proteſtati ſunt eandem hæreſim velle tenere & defendere. Illi autem qui nullo modo de pertinacia poſſunt conuinci, & parati ſunt corrigi, videntur per ignorantiam poſſe excuſari. Vnde & cum dicitur, quòd ignorantia iuris diuini non excuſat, dicendum quòd eſt verum, quando eſt iuris quod ſcire oportet. Eſt enim ignorantia carentia ſcientiæ, non cuiuſcunque, ſed debitæ haberi: vnde quia omnes ſcire tenentur articulos fidei, ſi quis contra eos errat, dicens Chriſtum non eſſe conceptum de Spiritu Sancto, aut natum de Maria virgine, non poteſt ſe per ignorantiam excuſare, Secus eſt in iure diuino, quod aliquis ſcire non tenetur: ſicut ſunt multæ catholicæ veritates in ſacra ſcriptura contentæ, & per eccleſiam determinatæ, quas quilibet fidelis ſcire non tenetur, vnde in talibus ſi per ignorantiam erret, excuſatur. Ad id, quod obijcitur de ſedis apoſtolicæ conſtitutione, dicendum, quòd omnes aſtringit poſtquàm eſt ita publicè diuulgata, quòd nullus poteſt ignorantiam allegare. Si autem non fuerit ita publicè diuulgata, non aſtringit ignorantes, qui non laborant ignorantia craſſa & ſupina. Quod ergo dicitur, quòd omnes aſtringit poſt duos menſes, verũ eſt omnes ſcientes, & ignorantes damnabili ignorantia laborantes, alios autem non aſtringit: licet fortè aſtringat eos ad pœnam per eccleſiam infligendam. Ad id verò quod obijcitur, quod in eis, quæ publicè fiunt, non poteſt ignorantia allegari dicendum, quòd non eſt vniuerſaliter verum. vnde & in, cap. ordinationes. 9. quæſtion. 1. continetur, quòd qui ordinati ſunt ab hæreſiarchis, ſi neſciebant eos eſſe hæreſiarchas, & ab eccleſia damnatos, propter ignorantiam in ſuſceptis ordinibus tolerantur. Et idem ſcribitur in cap. ſi quis à ſimoniacis. 1. quæſti. 1. Et ita in propoſito, quod quanuis quondam fuerint aliquæ hæreſes publice condemnatæ, tamen poſſunt etiam allegare ignorantiam, dicentes ſe neſcire tales hæreſes eſſe damnatas: et ſi petatur ab eis probatio, ſufficere videtur, quòd iurent ſe ignorare, & ſic a prauitate hæretica per ignorantiam excuſantur. Ad ſecundam obiectionem principalem factam contra illud corollarium dicunt, quòd nunquam inuenitur Papam aliquam hæreſim damnaſſe, & damnationis ſuæ cauſam non dediſſe, licet non ſemper reddat rationem eius in eadem damnatione, ſed extra. Concilia etiam generalia licet non probant per regulam fidei articulos ſymbolorum in ipſis ſymbolis, tamen extra ſymbola manifeſtè probantur. Alij dicunt, quod condentes ſymbola probant articulos vel probationes aliorum tantùm approbant Cùm vltra dicitur, quod inter correctionem Papæ & inferiorum prælatorum nulla eſſet differentia, ſi Papa etiam teneretur reddere rationem hoc conceditur quo ad hæreſes damnatas explicite,

cite,ſed quo ad hæreſes implicite damnatas magna eſt differentia:non quidem in hoc, quod eſt reddere rationem,vel non reddere, ſed quia ſuper tenentes hæreſes damnatas implicite ſolus Papa habet iuriſdictionem,vt eos punire poſsit:prælati autem inferiores cum in talibus ſentiunt pertinaciam,debent hoc Papæ denuntiare, non autem aliquam exercere iuriſdictionē. Ad id vero quod vltra obijcitur,quod tunc liceret alicui etiam coram Papa defendere hæreſim damnatam explicite, quidam admittunt & concedunt hoc:imo addunt,quod poſſet quis ſciēs aliquam hæreſim explicite damnatam habentem diuerſos ſenſus, tenere eam in ſenſu damnato, quando neſciret eam in illo ſenſu damnatam eſſe, ſed crederet in alio ſenſu damnatam abſque eo quod hæreticus cenſeretur,& hoc quando ratione officij, vel dignitatis,vel alias non teneretur ſcire in quo ſenſu ſit damnata,tunc enim poſſet per ignorantiam excuſari, nec teneretur reuocare etiam ſenſum damnatum in hoc caſu, niſi ei oſtenderetur eam in illo ſenſu damnatam, & catholicæ veritati obuiantem. Et cum vltra additur,quod ſic nunquam poſſet quis conuinci hæreticus eſſe,hoc negatur. Non enim ſufficit,quod errans dicat non eſſe ſibi oſtenſum, quod error ſuus fidei repugnet, ſed ſuper hoc tenebitur ſtare iudicio peritorum,qui ſi dicant ſufficienter probatum eſſe errorem alicuius fidei repugnare,tenetur reuocare illum, alias habendus erit pertinax& hęreticus:quod ſi omnes periti in hoc errant, imo & Papa non definiendo cum eis errat,& de facto innocentem condemnant, & nolunt appellationem eius deferre,non reſtat, niſi vt committat ſe diuino iudicio, vel iuxta Hieronymi conſilium, non imitatur prudentiæ ſuæ, ſed maiorum. Sed quid,ſi aliquis in ſcriptis errorē ſeu hæreſim manifeſtam defenderet? Quidam dicūt,quod propter hoc non eſt pertinax nec hæreticus reputandus:quia quātum ad hoc non refert, an verbo, vel ſcriptis opinionem erroneam quis teneat,vel defendat. Nam beatus Cyprianus opinionem hæreticam in ſcriptis reliquit, quia tamē eam pertinaciter non defendit, non fuit hæreticus iudicatus. Sic etiam Abbas Ioachim errorem ſcripſit vt habetur in.c. Damnamus.de ſum. Tri. & ſi.ca.quia tamen illi errores ſuos non defenderunt pertinaciter,hæretici iudicati non ſunt. Sed contra,quia ſecundum hoc nullus poſſet de hæreſi accuſari poſt mortem,cuius tamen contrarium ſacri canones oſtendunt, qui ponuntur. 24.q.2. Ad hoc dicendum,quod propter hoc ſolummodo quod quis hæreſim tenuerit verbo, vel facto, non eſt poſt mortem de hæreſi accuſandus: ſed ſi probari poteſt,quod hæreſim verbo vel facto tenuit pertinaciter,poſt mortem poterit de hæreſi accuſari. Vt verbi gratia ſi de aliquo poſt mortem probatum fuerit,quod verbo,vel ſcripto tenuerit duas perſonas fuiſſe in Chriſto,non eſt propter hoc ſolum hæreticus reputandus,ſed per ſimplicem ignorantiam poterit excuſari. Si autē probatum fuerit, quod ſciuerit dictam aſſertionem eſſe damnatam, & quod poſtea eam verbo,vel ſcripto tenuerit, eſſet de pertinacia & prauitate hæretica condemnandus. ¶ Septimus modus conuincendi de pertinacia eſt,ſi quis alios ad errorem ſuum defendendum præceptis,minis, pœnis,præmijs, iuramētis,aut alio quouis modo arctare molitur. Quod enim talis pertinax & hæreticus cenſeatur,multis rationibus cōfirmatur, quarum prima eſt. Non minus peccat,qui alios cogit ad hæreſim pertinaciter defendendam,quam qui erranti conſentit,vel nō reſiſtit cum poteſt:ſed qui hæretico cōſentit,pertinax & hæreticus eſt,ergo qui alios ad hæreſim cogit,hæreticus & pertinax cenſendus eſt. Maior eſt manifeſta. Minor probatur authoritate Iſidori,quę ponitur.2.5.quæſt.prima. Si quis alterius errori conſentit, ſciat ſe cum illo ſimili modo culpabilem iudicandum. Et id ſcribitur in ca.qui alios.de hæret.& in cap.error.53.diſtinct. ¶ Secunda ratio eſt, Qui mandat alicui committere aliquod crimen,eius criminis reus eſt: & magis peccat,qui minis,terroribus,præmijs,promiſsionibus,& iuramentis ad aliquod crimen inducit,ergo inducens aliquem ad hæreſim defendendam minis,terroribus,præmijs, promiſsionibus,&c.magis peccat,quam qui mandaret ſimpliciter hæreſim teneri,& per conſequens pertinax & hæreticus eſt cenſendus. Minor eſt nota. Maior probatur authoritate Alexandri Tertij in capit.mulieres.de ſent.excom.dicentis, cum is vere committat,cuius authoritate,vel mandato delicta committuntur. Hæc ille. Tertia ratio eſt:quia qui per alium facit,per ſe facere videtur: ergo qui per alium hæreſim defendit,ipſe defendere cenſetur. Antecedens probatur authoritate Clementis Tertij in cap. Euricus.de deli.pu.indu.dicētis, homicidium tā facto quam præcepto ſiue conſilio nō eſt dubium perpetrari. Quarta ratio eſt, Quia conſulens aliquod crimen, reus eſt criminis: ergo ad illud inducēs minis,terroribus, &c. magis reus eſt. Antecedens probatur authoritate Auguſtini, qui,vt habetur de pœniten.diſt.1.art. Periculoſe decipiuntur,qui exiſtimant eos tantum homicidas eſſe,qui manibus hominem occidunt, & non potius eos,per quorum conſilium, fraudem, & exhortationem homines extinguuntur. Quinta ratio eſt, quia participans criminoſo in crimine eſt,vt in capitu. ſi concubinæ,de ſententia excō. Sed qui cogit alios hæreſim pertinaciter defendere participat in crimine hæreſim pertinaciter defenden

Digitized by Google

fendentis, quia impendit ei auxilium & fauorem, ergo talis hæreticus & pertinax eſt cenſendus. Sexto, qui alios cogit ad hæreſim defendendam, nõ eſt paratus corrigi, ergo hęreticus & pertinax. Patet ex dictis Auguſtini in c. dixit Paulus. & in c. qui in eccleſia. 24. q. 3. Sed contra hanc concluſionem inſtatur: quia qui cogit alium & non ad peccatum mortale, non committit peccatum mortale, & per conſequens non eſt propter talem coactionem pertinax & hæreticus iudicandus: ſed defenſare hæreſim non eſt ſemper peccatum mortale, ergo propter talem coactionem non eſt pertinax & hæreticus reputãdus. Probatur minor: quia poteſt quis cogere ad tenendam hæreſim, quã putat eſſe catholicam veritatem, & cuius oppoſitum nõ tenetur explicite credere. Ad hoc dicendum quod ſic, & poſſet quis hæreſim abſque pertinacia defendere: tamen cogens aliquem abſolute hæreſim defenſare quantum in ſe eſt cogit eum hæreſim pertinaciter defendere. Sicut qui cogeret alium ad iurandum aliquam aſſertionem hæreticam, quod irreuocabiliter & in perpetuum defenſauit, quantum in eo eſt cogit ipſum ad pertinaciter defendendum, licet coactus per iuramentum poſſet contra iuramentum veniens hæreſim non defendere. Ad argumentum in oppoſitum dicendum, quod poteſt aliquis peccare mortaliter cogendo etiam ad bonum. Nam qui cogit vouere caſtitatem, vel paupertatem, vel aliquod opus ſupererogationis, poteſt peccare mortaliter: quia talia ſuaderi poſſunt, imperari non poſſunt. c. integritas. 32. q. 1. Octauus modus, quo quis de pertinacia & prauitate hæretica poteſt conuinci eſt, ſi cogat aliquem veritatem catholicam abiurare, vel pœnis & præmijs veritatem catholicam negare compellit, talis enim pertinax & hæreticus iudicatur. Nam qui cogit aliquem veritatem catholicam abiurare, cogit eundem hæreſi contrariæ irreuocabiliter adhærere: talis autem, vt ex dictis patet, pertinax & hæreticus cenſetur. Sed nunquid talis cõpellens poterit per ignorantiam excuſari, ſi credat veritatem illam catholicam, quam cogit abiurare, errorem eſſe, vel hæreſim? Ad hoc dicendũ, quod talis per ignorantiam excuſari non poteſt: quia nullus valet abſque temeritate cogere aliquem vt abiuret, vel neget aliquam aſſertionẽ, niſi certus ſit eam catholicæ veritati repugnare. Nonus modus eſt, ſi quis abiurat catholicam veritatem, vel iurat ſe aliquam hæreſim in perpetuum ſeruaturũ, talis eſt pertinax, quia firmat ſe in propoſito negandi aſſertionem catholicam, & adhærendi aſſertioni hæreticę, & non eſt paratus corrigi. Sed nunquid talis poteſt aliquo modo à pertinacia excuſari? Reſpondetur, quod ſi metu mortis, vel grauium tormentorum id facit, poterit à pertinacia & prauitate hæretica excuſari, non tamen à peccato mortali: potius enim mortem ſuſtinere deberet, quam contra veritatem catholicã tenere ſcienter. Sed nunquid ſi per ignorantiam hoc faciat, poterit excuſari, quia qui per ignorantiam iurat falſum quod putat eſſe verum, mendax non eſt. vt in capit. his autem. 22. quæſt. 2. Dicendum, quod talis per ignorantiam à mendacio poterit excuſari, non tamen à pertinacia: quia quantum in ſe eſt, pertinacem ſe oſtendit, abiurando catholicam veritatem, vel iurando ſe ſeruaturum hæreſim. ¶ Decimus modus eſt, ſi quis errans contra fidem, perſequitur, vel moleſtat, aut impedit defendentes catholicam veritatem, aut impugnantes prauitatem hæreticam, talis enim hæreticus & pertinax cenſetur. Quod multipliciter probatur. Primo ſic, Errans contra fidem, qui non eſt paratus corrigi, eſt pertinax, vt ex dictis patet. ſed impediens declarationem catholicæ veritatis, & impugnationem prauitatis hæreticæ non eſt paratus corrigi, ergo pertinax eſt & hæreticus. Item, quia talis, ex quo damnabiliter à veritate receſsit, reprobus eſt circa fidem, ſicut de talibus dicit Apoſtolus. 2. ad Timotheũ. 3. quod ſicut Iamnes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ita & ij reſiſtunt veritati, omnes corrupti mente, reprobi circa fidem, & quia in fide errant, cenſendi ſunt hæretici. Et confirmatur ratio, Tum quia qui publicæ poteſtati reſiſtunt, iuxta Apoſto. ad Rom. 13. ſibi damnationem acquirunt, igitur multo magis qui catholicæ veritati reſiſtunt, ſed damnationem non acquirunt niſi propter pertinaciam. Tum, quia qui non acquieſcunt veritati, & credunt iniquitati, peccãt mortaliter, cum iuxta Apoſto. ad Roma. 2. eis futura ſit indignatio, tribulatio, & anguſtia. ergo multo magis qui reſiſtunt Catholicæ veritati, & credunt hæreticę prauitati mortaliter peccant, & non niſi propter pertinaciam, quia reſiſtere veritati non pertinaciter, non eſt dãnabile. Tertio, quia Chriſtiani perſequentes eos, qui veritatem catholicam defendunt, aut hæreſim impugnant, ſunt peiores ijs, qui peccata carnalia habent: ſed hęc peioritas propterea eſt, quia ad infidelitatem, vel hæreſim talia pertinent, igitur tales infideles & hæretici iudicandi ſunt. Aſſumptum probatur, Quia impedientes, vel perſequentes eos, qui defendunt catholicam veritatem, vel eos, qui impugnant hæreticam prauitatem ſunt peiores ijs, qui renuunt audire prædicatores, & ſunt peiores peccatoribus carnalibus, iuxta illud Matth. 10. tolerabilius erit terræ Sodomorum in die iudicij, quam illi ciuitati, igitur &c. Et ſi dicatur ad hanc rationem, quod Euangelium loquitur de illis prædicatoribus, qui doctrinam ſuam miraculis confirmabant, quales fuerunt Apoſtoli, hoc non impedit rationẽ præ-

fatam:

ſatam: quia moderni defenſores & prædicatores licet non confirmant eas per ſacram ſcripturam, quæ confirmatio non minor eſt quam illa, quæ fit per miraculum & Abraham diuiti epuloni petenti quod aliquis ex mortuis reſuſcitaretur & mitteretur ad fratres eius, reſpondit, ſi Moyſen & prophetas non audiunt, nec ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent ei. Luc. 16. vnde & in. ca. cũ ex iniuncto. de hæret. dicitur, quod ad probandum inuiſibilem miſſionem ſufficit probatio per miraculum, vel per ſacram ſcripturam vnde videtur, quod iſta parificatur, neque minus credendum eſt prædicatoribus euangelij dicta ſua per ſacram ſcripturam confirmantibus, quam eis. Vndecimus modus eſt, ſi errans contra fidem catholicam, emendationi eius, vel eorum, quorum intereſt, renuit & recuſat ſe ſubijcere. Quod probatur. Primo quidem, quia qui iudicium ſubterfugit, pro nocenti haberi debet. Vnde in cap. nullus. de pręſumptionibus. dicitur. Nullus dubitat, quod ita nocens iudicium ſubterfugit, quemadmodum vt abſoluatur qui eſt innocens, quærit. Et in ca. Chriſtianus 11. q. 1. dicitur, qui iudicium refugit, apparet eum de iuſtitia diffiſum. Et idem colligitur ex cap. decernimus. 3. q. 9. & ex cap. honoratus. 74. diſtin. Et procedit hæc ratio non ſolum de vocato ad iudicium, & ſe per contumaciam abſentante, ſed etiam de impediente ne iudicium fiat: quia non plus eſt immunis à crimine qui impedit fieri iudicium non vocatus, quam qui vocatus ad iudicium illud ſubire, vel in iudicio comparere recuſat. vt de offi. delegat. cap. 1. Secundo, quia errans qui recuſat ſe ſubire iudiciũ eius, cuius intereſt, non eſt paratus corrigi: qui autem non eſt paratus corrigi, pertinax & hæreticus eſt, vt Auguſtinus dicit, & habetur in cap. Dixit Paulus. 24. q. 3. Vnde & Ioann. 3. dicitur. Qui male agit, odit lucem, vt non arguantur opera eius. cap. cõſuluit. de offi. deleg. Ex quo patet, quod ſi is qui errat, non quærat lucem, id eſt, competentem iudicem, qui errorem ſuum examinet, male agit: non tamen ſequitur ex hoc, quod omnis errans, qui non ſtatim venit ad lucem, petens aſſertionem ſuam per eos, quorum intereſt examinare, ſit cenſendus pertinax. Quia venire ad lucem, cum ſit præceptum affirmatiuũ, obligat pro loco & tempore. Secus eſt autem de impediente errorem ſuum examinari: cum enim ſit præceptum negatiuum, vel negatiuo æquiualens, obligat pro omni tempore & loco. Ex quo inferunt quidam, quod ſi Papa erraret in fide, & impediret congregationem Concilij generalis, in quo ſuus error examinari poſſet, cenſendus eſſet pertinax & hæreticus. Duodecimus modus eſt, ſi aliquis de veritate damnabiliter renuit informari: Vt ſi alicuius aſſertio à viris doctis & fide dignis reprehendatur tãquam hæretica, & talis nec reuocatur, nec informari quærit, pertinax cenſetur. Quod patet, Primo, quia talis errat, & nõ quęrit cauta ſolicitudine veritatem. Secũdo, quia qui alios cum poteſt ab errore non reuocat, ſeipſum errare demonſtrat. in. cap. 2. de hæret. ergo multo magis qui ſeipſum non reuocat, errare conuincitur. Ex charitate enim plus tenetur quiſque ſe ab errore reuocare, quam alium. Tertio, quia vt dicitur in cap. quid autem. 24. q. 3. Quid iniquius eſt, quam impia ſapere, & ſapientioribus doctoribus non credere? Vnde videtur, quod ij, qui inſtrui recuſant, iniqui ſunt, & non ob aliud, niſi quia pertinaces, ſunt enim magiſtri erroris: quia nolunt eſſe diſcipuli veritatis. Secus autem eſt, ſi alicui à peritis diceretur, quod aſſertio ſua ſcandaloſa eſt, etſi nõ hæretica, talis enim etſi renuat informari de veritate, ſaltem iudicio eccleſiæ non cenſebitur pertinax. Decimuſtertius modus eſt ſi aliquis errans contra fidem verbo, vel facto proteſtetur ſe nunquam reuocaturum errorem ſuum, talis enim non eſt paratus corrigi, nec quærit cauta ſolicitudine veritatem. Decimuſquartus modus eſt, ſi aliquis errans contra fidem in fauorem & defenſionem erroris ſui prohiberet legi & publicari diuinam ſcripturam, ſiue catholicas veritates. Decimuſquintus modus eſt, ſi ad defenſionem erroris ſui nouos errores fingit, in quo apparet eum non eſſe paratum corrigi. Decimus ſextus modus eſt ſpecialiter de Papa, ſi errorem cõtra fidem diffiniens iubeat à Chriſtianis tanquam catholicum teneri. Quod autem de pertinacia conuincatur, poteſt ita ſuaderi. Primo quidem, quia ſic fauens, perſequitur, & moleſtat defendentes veritatem catholicæ contrariam, & teſtantes hæreſim: mandat enim teneri ſuum dogma ſub pœna anathematis, & alijs pœnis, quibus puniuntur reſiſtẽtes pręceptis apoſtolicis. De quibus habetur. 25. q. 3. ca. ſi quis. 12. diſtinct. cap. præceptis. 18. diſtin. capit. nulli. & 2. q. 1. capitul. generali. & multis alijs locis. Perſequitur etiam tales, quia mandat ordinarijs, vt aſſertionem ſuam teneant, & contradicentes puniant tanquam inobedientes pręceptis apoſtolicis. Item, quia Papa ſic faciens, proteſtatur facto ſe nolle corrigi. Decimus ſeptimus modus eſt, ſi aliquis inferior Papa per ſuam ſententiam diffinitiuam determinet aliquam aſſertionem hæreticam eſſe tenendam, iniungens alijs & imponens quod ipſam teneant tanquam catholicam. Patet. Si enim Papa hoc faciens, cui incumbit decidere dubia fidei, pertinax cenſetur, à fortiori inferior hoc mandans, pertinax & hæreticus cenſebitur. Decimus octauus modus eſt, ſi habens poteſtatẽ prauitati hæreticæ non reſiſtit. Dicitur enim in cap. error. 53. diſtin. Error, cui non reſiſtitur, approba-

probatur. qui autem errorem approbat, videtur pertinax: ergo qui errori non reſiſtit, pertinax cẽſebitur. Item de hæret. cap. 2. dicitur. Qui alios cum poteſt ab errore non reuocat, ſeipſum errare demõſtrat. Ex quibus verbis videtur, quod is qui poteſt reuocare ab hæreſi & non reuocat, ſe ipſum errare demonſtrat, & per conſequens de hæreſi & contumacia ſuſpectus eſt. Quidam tamen dicunt, quod tales magis proprie vocari debent fautores hæreticorum, quam hæretici. Et ſi contra dictos modos inſtetur, quod per illos non probatur niſi quod præſumatur pertinax, non autem quod ſit, dicendum quod eſt verum, quod ex dictis modis generatur præſumptio, ſed præſumptio eſt violẽta, propter quam ferri poteſt ſententia diffinitiua. Vnde & Salomon videns, quod inter mulieres de filio contendentes vna mortẽ filij recuſabat quẽ diligebat, altera vero morti conſentiebat, filium propriæ matri dedit, quem violenta præſumptione eius eſſe credebat, vt habetur. 3. Reg. 3. & in ca. afferte. de præſumpt. Ex dictis etiam appatet, quod ſicut diſtinguuntur tria genera peccatorum quantum ad cauſas, ſcilicet, peccatum ex ignorantia, ex infirmitate, & ex malitia: ita & actorum hæreticalium quidam ſunt ex ignorantia, quia ſcilicet faciens ignorat eſſe hæreticales: alij ex infirmitate, id eſt, ex paſſione metus & mortis: alij ex malitia, hoc eſt, quod facientes ſciunt fidei repugnare, & tamen nihilominus faciunt: cum autem voluntas interius cogi non valeat, erunt actuum interiorum duæ differentiæ tantum: quia ſcilicet vel erunt ex ignorantia, vel ex certa ſcientia, quã hic malitiam dicimus, idem autem in præſenti aliquem peccare ex malitia, & ex pertinacia. Vnde regulariter tenendum eſt, quod omnis errans contra fidem, ſi non errat ex ignorantia, hoc eſt, neſciens ſe errare contra fidem, & omnis faciens actum hæreticalem, vt adorans idola, negans fidem, abiurans catholicam veritatem, ſe circuncidens, & cætera, ſi id non faciat ex ignorantia, vel ex metu, cenſendus eſt ex pertinacia facere, & ideo ex omni actu illo exteriori præſumendus eſt pertinax, ex quo violenter præſumitur, quod non ex ignorantia, ſed ex malitia, & certa ſcientia talia perpetrantur, vnde in iudicio exteriori talia facientes pertinaces & hæretici habentur, vt adhuc latius de ijs dicetur infra. Quæritur conſequenter, quinto, Vtrum hæretici ſint tolerandi? Ad hoc dicunt quidam quod ſic. Mandauit enim Dominus Matth. 13. vt non colligerent zizania, ne forte eradicantes ea, eradicarent ſimul & triticum, ſed ſinerent creſcere zizania vſque ad meſſem. Per triticum autem fideles intelliguntur, per zizania hæretici, per meſſem, finis ſeculi. Vnde videtur, quod hæretici vſque ad finem ſeculi tolerandi ſint, & non exterminandi. Item, quia quod eſt neceſſarium in eccleſia, tolerandum eſt, hæreſes in eccleſia ſunt neceſſariæ, ergo tolerãdę ſunt, & per conſequens hæretici eas tenentes. Minor probatur authoritate Apoſtoli primo ad Corint. 11. dicentis, Oportet hęreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis. Et præterea Paulus, dicit. 2. ad Timoth. 2. Seruum Dei oportet manſuetum eſſe, cum modeſtia corripientem eos, qui reſiſtunt veritati, nequando det illi pœnitentiam Deus ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant à laqueis diaboli. Sed ſi hæretici non tolerantur, ſed exterminantur, aufertur eis poteſtas pœnitendi, ergo tolerandi ſunt. In oppoſitum eſt dictum Hieronymi, quod ſcribitur. 24. q. 3. in cap. reſecandæ. ſic dicentis reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis à caulis repellenda, ne tota domus maſſa corpus & pecora ardeat, corrumpatur, putreſcat, intereat. Arrius in Alexandria minima ſcintilla fuit: ſed quia non ſtatim oppreſſus eſt, totum orbem eius flamma populata eſt. Ex quo videtur, quod hæretici tolerandi non ſunt. Item Apoſtolus Paulus ad Ti. 3. cap. ait. Hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correctionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, qui huiuſmodi eſt. Sed ſi vitantur, non tolerantur, vnde videtur quod tolerari non debeant. Tertio, quia non minus delinquit qui æternam maieſtatem offendit, quam qui temporalem. vt in cap. vergentis. de hæte. ſed qui temporalem maieſtatem offendit non toleratur ſed exterminatur. vt. C. ad leg. Iuliã maieſtatis. l. quiſquis, ergo & ij, qui lædunt & offendunt æternam maieſtatem exterminio digni ſunt, & præterea ij, qui monetam falſificant lege ſeculi occidi iubentur. vt. C. de fal. mo. l. 1. Hæretici autem multo grauius peccãt quam tales, ergo digni ſunt morte, & ita tolerandi non ſunt. Ad hoc dicendum, quod circa hæreticos duo ſunt conſiderãda, vnum ex parte temporum, aliud ex parte eccleſiæ. Ex parte quidem ipſorum eſt peccatũ, per quod meruerunt non ſolum ab eccleſia per excommunicationem ſeparari, ſed etiam per mortem à mundo excludi. Quia, vt dictum eſt, grauius eſt æternam, quam temporalem lædere maieſtatem, & corrumpere fidem, per quam eſt vita animæ, quam falſare pecuniam, per quam humano commercio ſubuenitur. Nam ſicut qui cõmittit crimen læſæ maieſtatis, & qui monetam falſat conuictus aut confeſſus ſtatim reus mortis iudicatur: ita qui hæreſim incurrit quantum in ſe eſt de hæreſi conuictus aut confeſſus ſtatim occidi meretur. Ex parte Eccleſiæ, eſt miſericordia ad errantium conuerſionem, & ideo eccleſia non ſtatim condemnat hæreticum ad mortem, ſed poſt primam & ſecundam correctionem, vt Apoſtol.

Digitized by Google

dicit ad Tit.3.Sed tamẽ in hoc eſt duplex pœna. Vna eſt ſpiritualis, vt excõmunicare hæreticos, & condemnare dicta eorum. Alia eſt corporalis. Circa primam non eſt difficultas, nec ſcandalum, nec in hoc læduntur hæretici.ſed iuuantur,excõmunicatio enim medicina ſpiritualis eſt, per quã peccatores ad viam ſalutis reducuntur,& ideo eccleſia excommunicat hæreticum ſtatim cum hæreticus eſt:nam omnes hæretici, quocunque nomine cenſeãtur,ipſo facto excommunicati ſunt, vt in capitul,excommunicamus.1.&.2. de hæreticis.Quantum vero ad pœnam corporalem & bonorum confiſcationem eccleſia non ita faciliter procedit,ſed aut hæretici ſunt tales, contra quos non poteſt procedi ad hæc ſine magno ſcandalo, vt quia multi ſunt,& potentes fautores habent,& ſic eccleſia ceſſat ad tempus ab eorum punitione. Nam cum multitudo eſt in culpa, ſeueritati detrahendum eſt.Si vero procedi poteſt ſine ſcandalo, eccleſia procedit:vnde poſt primam & ſecundam correptionem ſi hereticus adhuc pertinax inuenitur,Eccleſia de eius conuerſione nõ ſperans, aliorum ſaluti prouidet,eum ab eccleſia ſeparãdo, & vlterius relinquit eum iudicio ſeculari exterminandum à mundo per mortem. Sic dicit Sanctus Thomas.2.2.quæſtio.11.articul.3.Vnde ad argumenta primo facta dicendum eſt ad primum,quod aliud eſt excommunicatio,& aliud eradicatio.Ex communicatur enim aliquis ad hoc, vt ſpiritus eius in die Domini ſaluus fiat,vt dicitur.1.Corint. 5.Eradicatio autem eſt totalis exterminatio, quæ tunc prohibetur,cum non poſſunt eradicari zizania ſine tritici eradicatione. Ad ſecundum dicendum, quod hæreſes in eccleſia non ſunt neceſſariæ,ſunt tamen ad aliquid vtiles,vt ſcilicet conſtãtia fidelium comprobetur,pigritia diſcutiendi diuinas ſcripturas tollatur,& alia,de quibus dictum eſt in quæſtio.1.huius operis.Sed tamẽ quicquid vtilitatis eſt in hæreſibus,eſt præter intentionem hæreticorum,quorum propoſitum eſt corrumpere fidem,Ad tertium dicendum,quod eccleſia maxime modeſta eſt & manſueta in correptione eorum,qui veritati reſiſtunt in hoc,ſcilicet,quod nõ ſtatim eos damnat, niſi poſtquã pertinaces ſunt, & emendari nolunt. Argumenta autem pro alia parte facta concludunt verum de hæretico quantum eſt ex parte ſui,vel de eo, qui incorrigibilis apparet,talis enim tolerandus non eſt,ſed puniendus.Quæritur præterea,ſexto. Vtrum hæretici ab hæreſi recedentes, ſint ab eccleſia recipiendi? Ad hoc quidam reſpondent,quod ſic,quandocunque & quomodocunque recedentes ab hæreſi ad eccleſiam reuertantur.Probatur primo,quia Dominus Matthæ.15.mandat Petro,vt fratri peccanti dimittat non ſolum ſepties, ſed ſeptuagies ſepties.Per quod intelligitur,ſecundum quod Hieronymus exponit, quod quotieſcunque aliquis peccet in hæreſim relapſus, ſi ab hæreſi diſcedat, erit ab eccleſia ſuſcipiendus. Item,quia infideles alij,puta Iudæi, Pagani,& Saraceni quotieſcunque ad eccleſiam veniant,recipiantur,ergo videtur,quod hæretici recipi debeant: non enim ſunt melioris conditionis alij infideles, quam hæretici.Tertio,quia Dominus dicit Hierem.3.Fornicata es cum amatoribus multis, & tamen reuertere ad me. Cum ergo eccleſia ſequi debeat iudicium Dei,ſi anima fidelis formatur ſæpius in hæreſi, ſi ab ea recedat, ab eccleſia recipienda eſt.Sed cõtra eſt determinatio eccleſiæ in capitul.ad abolendã. de hæreticis.vbi dicitur,illos quoque, qui poſt abiurationem erroris deprehenſi fuerint, in abiuratam hæreſim recidiſſe ſeculari iudicio ſine vlla penitus audientia decernimus relinquendos. Vnde videtur,quod hæretici ad eccleſiam redeuntes nõ ſemper recipiendi ſunt. Ad hoc dicendum, quod eccleſia ſequens illud præceptum domini, Diligite inimicos veſtros,& benefacite his,qui oderunt vos.Matthæ.5.charitatem ſuam extendit non ſolum ad amicos,ſed etiam ad inimicos:ad charitatem autem pertinet velle & operari bonum proximi: amor enim eſt, quo quis alienum bonum vult gratia ſui,vt dicitur.2.Rhetoricorum in cap. de amore & amicitia. Eſt autem bonum proximi duplex in genere,vt dicitur.1.Ethicorũ, ſcilicet, animæ,quod dicitur ſpirituale,& corporis, quod dicitur temporale. Primum reſpicit charitatem principaliter.vnde & hoc quodlibet proximus debet alteri velle ex charitate, & quantum ad hoc hæretici reuertentes ad eccleſiam quotieſcunque lapſi fuerint,ab ea recipiuntur,vnde quantum ad hoc eccleſia nulli claudit gremium redeunti.23.q. 4.Duo. C. de ſumma Trinita.l. vltima.ad finem. & talibus redeuntibus ſacramenta pœnitentiæ & euchariſtiæ non denegantur.vt in capit.ſuper eode hære.lib.6.Bonum vero temporale ſi eſt,eſt vita corporalis,mundana poſſeſſio, bona fama,dignitas eccleſiaſtica ſiue ſecularis charitas ſecundario reſcipit,talia enim tenemur ex charitate alijs velle,niſi in ordine ad ſalutem animæ,& ſuam, & aliorum,vnde ſi aliquid de huiuſmodi in vno exiſtens poſſet impedire ſalutem ſpiritualem, non oportet quod ex charitate velimus ei hæc bona, imo potius tenemur velle quod eis priuetur, & careat:tum,quia ſalus animæ bonis temporalibus præferenda eſt:tum,quia bonum multorum præferendum eſt bono vnius,vt dicitur. 1. Ethicorũ. Si ergo hæretici ab hæreſi redeuntes, ſemper ab eccleſia reciperentur,& conſeruarentur in vita,& in bonis,& in officijs & dignitatibus ſuis temporalibus, cederet hoc in detrimentum aliorum fidelium

lium quantum ad duo,Primo quidem: quia ſi re-
Liberentur,poſſent alios infideles inficere. Secun
do:quia ſi impunes euaderent,liberius & effrænatiur alij in hæreſes laberērur. Dicitur enim Eccleſiaſti.5.Etenim quia non cito profertur cōtra malos ſententia,abſq; timore vllo filij hominū perpetrant mala. Vnde & propter hoc eccleſia primo reuertentes ab hæreſi nō ſolum recipit ad pœnitentiam,ſed etiam cōſeruat eos in vita, & interdum reſtituit eos diſpenſatiue ad dignitates eccleſiaſticas quas habebant, ſi vere videantur cōuerſi, & hoc,pro bono pacis eccleſia frequēter egit.Sed quando recepti ſemel poſtea relabuntur,videntur eſſe inconſtātes circa fidem, & ideo vlterius ſi ad eccleſiam redeant, recipiuntur quidem ad pœnitentiam,non tamen ſemper ad vitam, vel ad alia bona.Sicut dicitur in.c.ſuper eo.de hæret.lib.6. Particularius vero diſcernere ad quæ bona reuertentes ab hæreſi recipiendi ſunt, & quando bona reciperent, & quando non, & quando mortem euadant,& quando non,id tractare iuris Canonici negotium eſt in.c.Ad abolendam.de hæret. & in cap.accuſatur.de hæret. lib.6.Ex intentione præſentis tractatus ad argumenta in oppoſitum dicendum. Ad primum, quod Dominus loquitur Petro de peccato commiſſo in eum, tale enim ſemper dimittendum eſt,ita ſcilicet, vt redeunti fratri ſemper parcatur.Vnde & ſignāter dicit,ſi peccauerit in te frater tuus,id eſt,contra te,vt Hieronymus dicit. Non autem intelligitur de peccato in Deum commiſſo, quod dimittere non eſt arbitrij noſtri:ſed eſt in hoc ſtatutur modus à lege ſecundum quod congruit honori Dei, & vtilitati proximorum.Ad ſecundum dicendum,quod non eſt ſimile de hæreticis,& de alijs infidelibus.Hæretici enim,qui ſemel errauerunt à fide, & ab eccleſia ſunt recepti, ſi poſtea contra fidem errant, præſumuntur inconſtantes. Non autem ſic eſt de alijs infidelibus ad eccleſiam venientibus, quorū adhuc inconſtantiam eccleſia experta non eſt.Ad tertium dicendū,q́ quia Deus intuetur cor.1.Regū.16.quoſcunq; ad ſe redeuntes ſemper recipit. Vnde & per Ezechielem capi.15.ipſe dicit,Nolo mortē morientis, vel peccatoris. Eccleſia tamē, quæ per exteriora iudicat,relapſos quamuis recipiat ad pœnitentiā & ſacramenta,nō recipit ad vitā,& alia bona, quia præſumit q́ non redeant vere,ſed ſimulate.¶Quæri inſuper & ſeptimo ſolet Vtrum fideles communicare debeant cum hæreticis?Quidā dicunt quod ſic. Dicitur enim Matt. 13.q́ Pater familias mandauit ſeruis ſuis,vt ſinerēt zizania ſimul cum tritico vſq; ad meſſem:cum ergo per zizania hæretici intelligātur,videturquod hæretici à communione fidelium ſeparandi non ſint vſq; ad meſſem,id eſt, conſummationē ſeculi & per conſequens eſt cū eis cōmunicandum. Alij dicūt oppoſitum, confirmantes ſententiā ſuā authoritate Apoſtoli.2.ad Cor.6.dicētis, Nolite iugum ducere cū infidelibus. Quæ enim participatio iuſtitiæ cū iniquitate?aut quæ ſocietas lucis ad tenebras?quæ cōmunicatio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cū infideli?aut qui conſenſus templo Dei cū idolis?Et infra.Propter quod exite de medio eorum, & ſeparamini dicit Dominus, & immūdū ne tetigeritis,& ego recipiam vos,& ero vobis in patrem,& vos eritis mihi in filios & in filias,dicit Dominus omnipotēs.Hæc ibi. Ex quibus aperte patet,q́ cū infidelibus cōmunicandum non eſt.Cum ergo hæretici infideles ſint,cum eis non eſt cōmunicandū.Ad hoc dicēdū,q́ communio,quæ cū hęreticis haberi poteſt, multiplex eſt Quędā cōmunio eſt in hęreſi & errore eorū,ſimiliter ſentire, & tali cōmunione nullo modo cum hæreticis cōmunicādū eſt.Alia cōmunio eſt in ſacramentis,& in hac etiā nō eſt cū hæreticis cōmunicādū,dato,q́ intra eccleſiā ſint,& ab ea nominatim non excluſi.Patet,quia hæretici oēs excōmunicati ſunt.vt in.ca.excommunicamus.1.&.2.de hæret.cū excōmunicatis autē nō licet in ſacramēto cōmunicare,quia hic eſt primus excōmunicationis effectus,à participatione ſcilicet ſacramētorū excludere. Alia cōmunio eſt in cibo,& potu, cohabitatione & alijs huiuſmodi, & ſecūdū hanc cōmunionē ſi ſunt nominati,nō eſt eis aliquo mō cōmunicandū. Qui enim cōmunicat nominatim excōmunicato,& ipſe excōmunicatus eſt, ſaltem minori excōicatione, niſi forte cōmunio ſit & ei monita ſalutis dādo,& ad eccleſiæ obedientiā reducēdo.vt in.c.qd̄ in dubijs.&.c.inter alia.de ſen.excō. Vñ & in tali caſu cū hæretici notorij ſunt vel per cōfeſſionē in iudicio,vel per ſententiā, vel per facti euidētiā,& per eccleſiā declarati, non debet cis cōmunicari:imo nō tenētur vxor viro, nec filius patri cōmunicare:nō enim ſeruituti ſubiectus eſt frater aut ſoror in huiuſmodi.vt dicitur.1.Cor. 7.& in.c.ſi infideles.28.q.1.Vtile autē eſt nō communicare hæreticis propter tria. Primo propter periculū,ne eorū cōuerſatio alios corrūpat, ſecundū illud.1.Corin.15.Corrūpūt bonos mores colloquia praua. Et illud Prophetæ Pſal.17.cū viro innocēte innocēs eris,& cū peruerſo peruerteris. Secūdo,ne videamur eorū errori & peruerſæ doctrinæ præbere aſſenſum. Vnde in.2.canonica, Ioā.dicitur,Si quis veniat ad vos,& hāc doctrinā nō habet,nolite eū in domū ducere,nec Aue ei dixeritis.Qui enim dicit ei Aue, cōmunicat operibus eius malignis.Vbi gl.dicit,ſecūdū q́ vox inſtituta eſt,cōmunionē eſſe oſtēdit cū illo, alioqn ſimulatio eſt,quę in Chriſtianis eſſe nō debet.Tertio,ne ex nr̄a cōione cū hæreticis alijs detur occaſio erroris

erroris. Vnde ibidem dicit alia glo. Et ſi vos forte
decepti non eſtis, alij forſan per veſtram familia-
ritatem poſſent decipi, qui crederent illos place-
re vobis, & ſic crederent illis. Vnde vt ibidem di-
citur, Tanta apoſtoli, atque eorum diſcipuli in re
ligione cautela vtebantur, vt nec verbi quidem
communionem cum aliquo eorum, qui à verita-
te declinauerant, habere paterentur. Si tamen eſ-
ſent viri docti, & perfecti, & ceſſaret erroris ſcan
dali occaſio, vtile eſſet cum hæreticis communi-
care, ſaltem de mandato & licentia Eccleſię. Quan
doque enim communicatio & cõuerſatio fidelis
cum infideli, infidelem ad viam veritatis ducit, vt
ſcribitur. 1. Corinth. 7. Ad auctoritatem Euange-
lij dicendum eſt, ꝙ intelligitur, quando mali ſine
periculo bonorum ſeparari non poſſunt, quod pa
tet ex reſpõſione patris familias, qui dixit, ne for-
te colligentes zizania, eradicetis ſimul & triticũ.
Quod quidem tribus modis contingere poſſet.
Vno modo, ſi aliquis præſcinderetur antequam
de eius malitia conſtaret. Vnde glo. dicit, quod
monet Dominus, ne ambigue iudicemus. Non
enim ferri debet ſententia in aliquem, niſi confeſ-
ſus, vel conuictus de crimine ſit. vt in. capi. nos in
quenquã. 2. q. 1. cum multis alijs. Quandiu enim
non conſtat aliquem criminoſum eſſe, præſumen
dum eſt eum eſſe bonum, vt in regula. Eſtote mi-
ſericordes. de regu. iur. in. 6. Secundo intelligitur
auctoritas euangelij de eo, qui non in malitia ob-
ſtinatus eſt: nullus enim excommunicandus eſt
niſi propter contumaciam. Vnde glo. dicit ibidẽ.
Mouemur non cito amputare: quia qui hodie er-
rat, forte cras defendet veritatẽ. Vnde & ad Tit.
vltimo dicitur. Non ſimpliciter hæreticum homi
nem poſt primam & ſecundam correptionem de
uita. Qui enim ſemel errat, & correctus eccleſiæ
reconciliatur, ex ignorantia erraſſe creditur. Ter-
tio, ſi ſimul boni cum malis inuoluantur. Propter
quod dicit ibidem glo. Auguſtini, quod multitu-
do non eſt excommunicanda. Sunt enim in mul-
titudine multi innocentes, quos indignum eſt ſi-
ne culpa excommunicatione notari, ijs autem tri
bus ceſſantibus, cum hæreticis communicandum
non eſt, quin potius vitanda eſt eorum cõmunio,
iuxta illud. 1. Corint. 6. Auferte malum ex vobis.
¶ Quæritur etiam. 8. Vtrum cum hæreticis ſit pu
blice diſputandum? Quidam dicũt quod non: quo
niam diſputatio argumentis agitur: ſed Argumen
tum eſt ratio rei dubiæ faciens fidem, vt Dialecti-
ci dicunt, ergo de his, quæ fidei ſunt, cum certiſſi-
ma ſint, nõ eſt publice diſputãdũ. Item lex ciuilis
dicit. ff. ad legẽ Iul. repetund. Cõmittunt ſacrile-
giũ, qui cõtra legis diuinæ ſanctitatẽ aut neſcien-
do cõmittunt, aut negligendo violant, aut qui de
principalis iudicio diſputant. l. 2. C. de crim. ſacri-
leg. Vnde videtur, ꝙ diſputantes de his, quæ fidei
ſunt, & lege diuina continentur, ſacrilegiũ cõmit-
tant. Et confirmatur: quia de ſedis apoſtolicæ iu-
dicio iudicare permiſſum non eſt. vt in. c. nemini.
17. q. 4. ergo de his quæ fidei ſunt, cũ maiorẽ certi
tudinẽ habeãt, neq; iudicandũ, neq; diſputandum
eſt. Tertio, quia Apoſtolus monet Timoth. 2. ad
Timoth. 1. Noli verbis contendere: ad nihil enim
vtile eſt, niſi ad ſubuerſionẽ. Sed publica diſputa-
tio ſine contentione verborum fieri non poteſt,
ergo cũ hęreticis diſputandũ nõ eſt. Quarto, quia
dicitur in. c. cum quibus. 24. q. 3. Canonum magi-
ſtris atq; cuſtodibus noſtris nullũ fas eſt inire cer-
tamen cũ hominibus cõditionis alienæ. Hæc ibi.
Vbi dicit glo. quod cum hæreticis non eſt diſpu-
tãdũ, nec cũ aliquo de fide. C. de ſum tri. l. nemo,
In oppoſitũ videtur, ꝙ Paulus diſputans cũ infide
libus inualeſcebat, & cõfundebat Iudæos. Act. 9.
Et Petrus & Ioannes de fide cũ Iudæis diſputabãt
Act. 3. Item ſi cũ hæreticis non diſputarent, illud
cederet in detrimentum hæreticorum, qui in ſuis
erroribus firmarentur, & aliorum catholicorum
ſimpliciũ, qui propterea crederent errorẽ hæreti-
corum eſſe tenendũ. Itẽ Paulus ſcribit ad Tit. 1. c.
ꝙ Epiſcopus amplecti debet ſanũ ſermonẽ, ideſt,
doctus eſſe debet in catholica veritate, vt potens
ſit in doctrina ſana exhortari, & eos, qui contradi
cunt, reuincere: conuictio autem contradicentiũ
ſine diſputatione non fit. Vnde videtur, ꝙ ſaltem
Epiſcopi cum hæreticis publice diſputare valeãt.
Quinto, quoniam Auguſtinus & alij catholici do
ctores & docti viri cum hæreticis publice diſpu-
tarunt, vnde ſunt libri eius contra Manichæos, cõ
tra Donatiſtas, contra Iouinianum, contra Peti-
lianum, & alios hæreticos, vnde videtur, quod
etiam hodie liceat viris catholicis cum hæreticis
diſputare. Ad hoc dicendum, ſequendo doctrinam
ſancti Thomæ. ſecunda ſecundæ. quæſtione. 10.
articulo ſeptimo. quod in diſputatione fidei duo
ſunt conſideranda. Vnum quidem ex parte di-
ſputantis, aliud autem ex parte audientium. Ex
parte quidem diſputantis eſt conſideranda inten-
tio. Si enim diſputet tanquã dubitans de fide, & ve
ritatem fidei pro certo non ſupponens, ſed argu-
mẽtis experiri intendens, proculdubio peccat tan
quam dubius in fide, & infidelis reputatur, vt dici
tur de hæret. capitulo primo. Si autẽ diſputat ali-
quis de fide ad exercitium, laudabile eſt, & merito
rium. Vnde & ſancti doctores & catholici tracta-
tus & libros ediderunt, in quibus de fide & contra
fidem multifariam arguunt, vt veritas ipſa huma-
no intellectui magis pateat. Illi etiam, qui diſpu-
tant, vt errores hæreticorum & infidelium conuin
cãt, bene agũt, apponunt enim ſe murum pro do-
mo Iſrael gladio verbi Dei. Verus enim eſt ſermo
Dei,

Digitized by Google

Dei,& efficax,& penetrabilior omni gladio ancipite. Hebr.4. Ex parte vero audientium conſiderandum eſt vtrum illi, qui diſputationem audiũt ſint inſtructi & firmi in fide, aut ſimplices & in fide titubantes: coram ſapientibus enim & firmis in fide de fide diſputare; nullum periculum eſt. Sed de ſimplicibus eſt diſtinguendum. Aut enim ſunt ſolicitati ab infidelibus, puta Iudæis, Saracenis, hæreticis & Paganis intendentibus corrumpere eorum fidem, & ad infidelitatem trahere. Aut omnino non ſunt ſolicitati, ſicut in terris, in quibus infideles non ſunt. In primo caſu neceſſarium eſt publice diſputare de fide, dummodo inueniantur ad hoc viri docti & idonei, qui errores valeant confutare, per hoc enim ſimplices in fide firmabuntur, & tolletur infidelibus decipiendi facultas: nam & ipſa taciturnitas eorum, qui reſiſtere deberent, peruertentibus fidei veritatem eſſet erroris confirmatio. Vnde & Gregorius dicit in 2. paſtoral. & habetur in cap. ſit rector. 43. diſtinction. Sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiſcretum ſilentium eos qui erudiri poterãt in errore derelinquit. Talibus enim, qui pro fide loqui debent & non loquuntur, Dominus improperat, dicens, Canes muti, non valentes latrare. Iſaiæ.59. Et alibi. Non aſcendiſtis (inquit) ex aduerſo, neque poſuiſtis vos murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Domini. Ezech.13. Ex aduerſo quippe aſcendere eſt, vt Gregorius ait in.2. paſtoral. pro defenſione gregis voce libera poteſtatibus contra ire. In die Domini prælio ſtare, eſt prauis decertantibus ex iuſtitiæ amore reſiſtere. Hæc ille. In ſecundo vero caſu periculoſum eſt publice diſputare de fide coram ſimplicibus, quorum ex hoc firmior eſt, quia nihil diuerſum audierunt ab eo quod credunt, & ideo nõ expedit eis, vt verba infidelium audiant diſputantium contra fidem. Ex præmiſſis inferuntur aliqua corollaria. Primum eſt, quod diſputans de fide tunc ſolum laudatur, cum ad docendum & confutandum errantes diſputat, vel ad exercitiũ. Secundum eſt, quod diſputans de fide cum infidelibus, ſufficiens, & idoneus eſſe debet ad docendum & confutandum errores. Vnde & quidam male agunt, qui cum nouerint aliquid modicum in ſacris literis, omni tempore diſputare de fide volũt vt docti videantur. Tertium eſt, quod is, qui ſufficiens eſt errores infidelium confutare, ſi pro fide non ſe opponat, male agit, cum videlicet infideles nituntur ad errorem ſuum alios pertrahere. Quartum eſt, quod imprudenter agunt, qui de quæſtionibus difficilibus, putà Trinitatis, Incarnationis, Prædeſtinationis & ſimilibus coram ſimplicibus ſine aliqua neceſſitate diſputant: ex hoc enim ſimplices non modo non ædificantur, ſed deſtruuntur. Sciendum eſt etiam, quod laicis non eſt permiſſum publice vel priuatim diſputare de fide. vt in capitul. quicunque. de hære. libro ſexto. Quod maxime & præcipue locum habet de laicis indoctis. Vanum enim eſt, reprehenſibileque, quod laicus illiteratus de fide diſputet: cedit enim hoc quandoque in irriſionem infidelium, & contemptum fidei. Ad obiecta in oppoſitum dicendum ad primum, quod non debet diſputari de his, quæ fidei ſunt, quaſi de eis dubitando, ſed propter veritatem manifeſtandam, & errores cõfutandos: oportet enim ad fidei confirmationem cum hæreticis diſputare, quandoquidem defendendo fidem, ſecundum illud. prima. Pet. tertio. parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt fide & ſpe. Quandoque autem ad conuincendos errantes, ſecundum illud Titi primo. vt potens ſit in doctrina ſana exhortari, & eos qui contradicunt, arguere. Ad ſecundum dicendum, quod lex ciuilis loquitur de diſputatione, quæ procedit ex dubitatione: non enim licet dubitare de principali iudicio Cæſaris, ſicut etiam neque de iudicio eccleſiæ: iniuriam enim facit iudicio religioſiſsimæ Synodi, ſi quis ſemel iudicata, aut recte diſpoſita, reuoluere, & publice diſputare contendit. Ad tertium dicendum, quod Apoſtolus non prohibet diſputationem vniuerſalem, ſed inordinatum modum diſputandi, qui ſcilicet clamoribus, & contentione verborum fit: Talis enim ad nihil valet, niſi ad ſubuerſionem audientium: ſimplices enim plerumque contentioſos & verboſos doctiores cæteris putant. Ad quartum dicendum, quod diſputatio cum hominibus alienæ conditionis prohibita eſt quando ſcilicet ad inquirendam veritatem fit, ad Concilium enim in quo veritas inquiritur, infideles & hæretici vocandi non ſunt. Vnde & Propheta ait, Non ſedi cum concilio, vanitatis, & cũ iniqua gerentibus non introibo. Pſalm. 25. Odiui eccleſiam malignantium. Ad dictum gloſſæ. & cum impijs non ſedebo. ibidem. ipſa glo. reſpondet dicens, quod cum hæreticis diſputandum non eſt, vt in dubium reuocent fidem noſtram: ſed ad hoc diſputari poteſt cum eis vt conuincãtur, Hęc ibi. ¶ Quæritur etiam.9. Vtrum hæretici pœnis & flagellis ſint ad fidem compellendi? Quibuſdã videtur, quod nullo modo ad fidem ſint hæretici compellendi. Seruitia enim coacta Deo non placent: hilarem enim datorem diligit Deus. ſecundo Corinthio.9. ſed ille, qui pœnis & flagellis ad fidem compellitur, coactus ſeruit, ergo eius ſeruitia Deo non placent, & per conſequens ad fidem cogendus non eſt. Item, qui ex neceſsitate euangelizat, gloriam non habet: ergo qui ex neceſsitate ad fidem conuertitur, pœnis & fla-

Digitized by Google

gellis compulſus, gloriam non habet. Antecedens patet auctoritate Pauli. 2. ad Corinth. 9. dicentis, ſi ex neceſsitate euangelizauero, non erit mihi gloria. Tertio, hi qui ad legem nouā perinent filij liberæ ſunt, & non ancillæ. Galat. 4. eſſe autē filios liberæ eſt habere ſpiritum ſeruitutis in timore, ergo in lege noua nullus eſt timore pœnæ ad bonum cogendus. Quarto, illi qui pertinent ad legem nouam in charitate viuere debent, finis enim præceptorum omnium charitas eſt, vt dicitur ad Tit. 1. ſed perfecta charitas foras mittit timorem, vt dicitur. 1. Ioan. 4. ergo ad fidem & alia bona nemo in lege Chriſti timore pœnarum & flagellorum compellendus eſt. Quinto, quia Auguſtinus dicit in libro de vtilitate credētium, Cætera poteſt homo nolens, credere non poteſt niſi volens. Ergo ad fidem nullus cogendus eſt. Sexto quia in Cōcilio Toletano ita diffinitū eſt, vt ſcribitur in. c. de Iudæis. 45. diſt. Præcepit inquit ſancta Synodus nemini deinceps ad credendum vim inferre. Cui enim vult Deus miſeretur, & quem vult indurat: non tales inuiti ſaluandi ſunt, ſed volentes, vt integre ſit forma iuſtitiæ. Sicut enim homo propria arbitrij voluntate ſerpenti obediens perijt, ſic vocantes ſe gratia Dei propria mentis conuerſione quiſq; credendo ſaluatur. Et concludit, Ergo non vi, ſed libera arbitrij ſui voluntate & facultate vt conuertantur ſuadendi ſunt, non potius impellendi. Hæc ibi. Ex quibus aperte patet, quod ad fidem nemo cogendus eſt. Item videtur, quod quamuis per alias pœnas hæretici poſſunt compelli ad fidem, nullo tamen modo mors ſibi inferenda eſt: humanum enim iudicium diuino debet eſſe conforme: ſed Deus non vult mortem peccatoris, vt dicitur Ezechiel. 15. ergo neq; homo debet mortē inferre peccatori, præſertim hæretico, ſed illum expectare ad pœnitentiam. Item, quia Matth. 13. dicitur, quod ſerui patris familias, in cuius agro erant ſeminata zizania, quæſierunt ab eo, Vis imus & colligimus ea? Ipſe reſpondit, non, ne forte colligēres zizania, eradicetis ſimul & triticū. Vbi dicit Chryſoſtomus, Hęc dicit Dominus, prohibens occiſiones fieri. Nec enim oportet interficere hæreticum: Hoc ipſe. Vnde videtur, quod mors hæreticis inferenda non ſit, neq; per mortem ad fidem cogendi ſunt. Sed alij dicunt contra, aſſerentes quod hæretici, imo & alij infideles ad fidem cogendi ſunt. Inducunt primo quod ſcribitur Luc. 14. vbi Dominus ad magnam cœnam ſuam conuiuas vocari iubet, & cum ei ſerui reſpondiſſent, Domine factum eſt vt imperaſti, & adhuc locus eſt, Exite, inquit, in vias & ſepes, & quoſcunq; inueneritis cogite intrare, vt impleatur Domus mea. Sed homines in domū Dei, id eſt, in ſanctā eccleſiā intrant per fidē, ergo aliqui ſunt impellendi, ſeu compellendi ad fidem. Itē Paulus cum eccleſiā Dei perſequeretur in itinere excæcatus, ad Deū conuerti coactus eſt. De quo Auguſtinus ad Bonifacium ita ſcribit & habetur. 23. q. 6. c. 1. Schiſmatici, inquit, dicūt, cui vim intulit Chriſtus? quē coegit? Ecce habent Paulum apoſtolum, agnoſcant in eo prius cogentem Chriſtū, poſtea docentē: prius ferientem, poſtea conſolātem. Mirū eſt autē quomodo qui pœna corporis ad euāgeliū coactus intrauit, plus omnibus illis laborauit, qui ſolo verbo vocati ſunt in euangelio, & quem maior timor compulit ad veritatē, eius perfecta charitas mittit foras timorē. Cur ergo non cogeret eccleſia perditos filios vt redirent, ſi perditi filij coegerunt alios vt perirent? Hæc ille. Item Dominus improperat prælatis eccleſiæ Ezechiel. 34. Quod errauerat, inquit, non reuocaſtis, & quod perierat non requiſiſtis. Sed hæc reuocatio quandoq; per pœnas & flagella fit ergo pœnis & flagellis errātes à fide cogi poſſunt vt ad eam redeant. Item Auguſtinus dicit in epiſtola ad Vincentium. & habetur in. cap. Vides. 23. q. 6. Mea, inquit, primitus ſententia erat, neminē ad Chriſti veritatem eſſe cogendum, verbo eſſe agendum, diſputatione repugnandū, ratione vincendum, ne fictos catholicos haberem, quos apertos hæreticos noueram. Sed hæc opinio mea non contradicentiū verbis tantū, ſed demonſtrantium ſuperabatur exemplis. Nam primo opponebatur mihi ciuitas mea, quæ cum tota eſſet in partes Donati, ad vnitatem catholicā legū imperialiū timore conuerſa eſt: quam nunc videmus ita animoſitatis noſtræ perniciē deteſtari, vt in ea nunquam fuiſſe credatur. Item & aliæ multæ, quæ mihi nominatim commemorabantur, vt in ipſis rebus agnoſcerem etiam in hac cauſa recte intelligi poſſe quod ſcriptum eſt, Da ſapienti occaſionem. & ſapientior erit. Hæc ipſe. ¶ Præterea in hoc generalis eccleſiæ conſuetudo, cuius maxima auctoritas eſt, vt in capitul. conſuetudine. 11. diſtinction. & in capitul. eccleſiaſticarum. Conſueuit enim eccleſia hæreticis à fide errantibus publicas & priuatas pœnitentias iniungere, eos carceri mancipare, pœnas & flagella infligere, per quæ ad fidei vnitatem reducantûr. Ad hoc dicendum eſt, quod infidelium quidam ſunt, qui nunquam ſuſceperunt fidem, ſicut Gentiles, & Iudæi. Alij vero ſunt, qui quandoque fidem ſuſceperunt, & eam profeſsi ſunt, ſicut hæretici & apoſtatæ. Primi adhuc diſtinguuntur. Quia aut ſunt doli capaces, aut non, ſed infra annos diſcretionis conſtituti. Illi vero, qui doli capaces ſunt, quantū ad ea quæ ſunt iuris diuini & naturalis ſibi relinquūtur, vnde tales nullo mō ad fidē cōpellēdi ſunt quia credere voluntatis eſt. Vnde ſi vt præciſa cōpulſi

Digitized by Google

pulſi baptizentur, neque ſacramentum, neq; tem ſacramenti pricipiunt. vt dicitur in capi. maiores extra. de baptiſmo. Sunt tamen tales compellendi à fidelibus vt fidem nõ impediant, vel blaſphemijs, vel malis ſuaſionibus, vel etiam apertis perſecutionibus, vnde & propter hoc fideles quãdoque bellum mouent & indicunt infidelibus, non quidem vt eos compelleant ne fidem Chriſti impediant. De infidelibus vero nondum doli capacibus, & infra annos diſcretionis conſtitutis varia eſt Doctorum ſententia. Quidam enim dicunt, quod infidelium filij, præſertim qui parentes habent, non ſunt inuitis parentibus baptizandi, neque ad fidem trahendi. Tum quidem, quia ſi baptizarentur, cum ad ætatem perfectam peruenirent, de facili poſſent à parentibus induci, vt relinquerent quod ignorantes ſuſceperunt, quod vergeret in fidei detrimentum. Tum etiam, quia filius antequam vſum liberi arbitrij habeat, continetur ſub parentum cura, vnde contra iuſtitiã naturalem eſſet, ſi puer antequam habeat vſum rationis à cura parentum ſubtraheretur, vel de eo aliquid inuitis parentibus diſponeretur. Tum etiã quia hoc eſſet contra eccleſiæ conſuetudinem. neque enim Conſtantinus conſilio Syluestri, neque Theodoſius conſilio Ambroſij talia feciſſe leguntur, vnde propter hæc & quędam alia dicunt, quod infideles nondum habentes vſum rationis non ſunt ad fidem compellendi parẽtibus inuitis. Huius opinionis fuit Sanctus Thomas. 2. 2. q. 10. art. 12. & 3. parte. quæſt. 6. art. 10. & quodlibe. 2. art. 7 quem ſequuntur gloſſ. in. c. Iudæorum. 28. q. 1. & Cardinalis in. ca. ſicut Iudæi. de Iudæis. Abbas de Sicilia, & Gaſpar In conſilijs. Alijs videtur oppoſitum. Aſſerunt enim, quod filij infidelium inuitis parentibus baptizãdi ſunt, & præſertim quod hoc poteſt Princeps facere, cui tales ſubditi ſunt. Primo, quia in paruulo Princeps habet maius dominium, quam parentes: vniuerſaliter autem in poteſtatibus ordinatis non obligat poteſtas inferior in his, quæ ſunt contra ſuperiorem, ſicut Auguſtinus dicit de verbis Domini. ſermo. 6. & ponitur in vltimo. c. 2. ſententiarum. Si illud, inquit iubet poteſtas quod non debes facere, hic ſane cõtemne poteſtatem, ſequendo poteſtatem maiorem. Et declarat exemplo de curatore conſule & Imperatore, & de Imperatore & Deo. Quod etiã ſcribitur in. c. qui reſiſtit. 11. q. 3. Ille igitur, qui habet regere Remp. magis debet cogere vnũquẽque ſubdi dominio Dei, quam dominio poteſtatis inferioris, & per conſequẽs non licet ſolum Principibus, imo & tenẽtur auferre paruulos à dominio parentũ volentium eos educare contra cultũ Dei qui eſt ſupremus & honeſtiſsimus Dñs, & debẽt eos applicare diuino cultui. Vnde ſi princeps hoc faceret cũ bona cautela. ſcilicet, ne parẽtes cognoſcẽtes hoc occiderent paruulos, & ꝙ baptizatos facerent religioſe educare, bene fieret. Hæc fuit ſententia Scoti lib. 4. ſenten. diſt. 4. art. vlti. Et eã ſequitur Archidiaconus in c. qui ſincera. 45. diſti. Imo & plus dicit Scotus, ꝙ crederet religioſe fieri ſi parentes ipſi cogerentur minis & terroribus ad ſuſcipiendum baptiſmum, & ad ſeruandũ poſtea ſuſceptum. Quia eſto, quod ipſi non eſſent vere fideles in animo, tamen minus malum eſt eis ſeruare legem illicitam cum timore, quam libere. Item quia filij eorum ſi bene educarentur, in tertia vel quarta generatione eſſent vere fideles. Hæc ipſe. Alij diſtinguũt de filijs infidelium. Quia aut ſunt ſeparati à dominio & conuerſatione fideliũ. Primo caſu non licet baptizare infidelium paruulos inuitis parentibus. Secundo caſu adhuc dupliciter. Quia aut conuerſantur cum fidelibus tanquã liberi, & tunc non licet eorum filios inuitis parẽtibus rapere & baptizare, ſicut mercatores infideles in terra fidelium quandoque conuerſantur. Aut infideles ſubſunt Principi fideli tanquam ſerui, & tunc filij talium poſſunt inuitis parentibus baptizari: eiuſmodi ſunt Iudæi, qui ſerui Principum ſunt. Huius opinionis fuit Durandus in. 4. diſtinctio. 96. Quia, vt dicit, ſi tales paruuli auferrentur à parentibus & baptizarentur, non fieret præiudicium pueris, ſed potius conferretur eis magnum beneficium: neque parentibus eorum, quia licite poſſunt eis auferri & vendi in ſeruitutem fidelibus vel infidelibus prope vel longe, quo facto ſubtrahuntur totaliter à cura parẽtum, & ſubſunt in omnibus curæ eorum, quibus venditi ſunt, propter quod ſi ab eis tollantur, & offerantur baptiſmo, nulli videtur fieri præiudicium: licet prædictis pueris ſtantibus ſub cura parentum fieret parentibus iniuria, ſi eis inuitis baptizarentur. Neque eſſet decens neq; ſecurum, quod pueri baptizati manerent ſub cura infidelium. Hæc ipſe. Vnde ſubdit ſic ſibi apparere tunc, quamuis alias oppoſitum ſenſerit de filijs Iudæorum. Alij vero ſunt infideles, qui quandoque fidem ſuſceperunt, & eam profeſsi ſunt, ſicut hæretici, & apoſtatæ, & tales ſi moniti & flagellis compellendi ſunt, vt impleant quod promiſerunt, & teneant quod ſemel ſuſceperunt. Vnde de conuerſis ad fidem conditionali coactione ſic dicitur in capit. de Iudæis. 45. diſtinction Qui autem iam pridem ad Chriſtianitatem coacti ſunt, ſicut factum eſt temporibus religioſiſsimi Principis Siſebuti, quia conſtat eos ſacramentis diuinis aſſociatos, & baptiſmi gratiam ſuſcepiſſe, & Chriſmate vnctos eſſe, & corporis domini extitiſſe participes, oportet vt fidem, quam etiam vi vel neceſsitate ſuſceperunt, tenere cogantur, ne no-

Digitized by Google

mē Dñi blaſphemetur,& fidē quā ſuſceperunt,vilis ac cōtemptibilis habeatur.Hæc ibi.Si ergo illi qui coacti conuerſi ſunt cōpelluntur & coguntur tenere fidē,quā vi,vel neceſsitate ſuſceperūt,multo fortius cogendi ſunt ad hoc,qui voluntarie ſuſceperunt fidē.Vnde Auguſtinus dicit cōtra Petilia.& habetur in.c.ad fidem.23.q.5.Ad fidem nullus eſt cogendus,vt dicit is,ſed per ſeueritatem & per miſericordiā Dei tribulationū flagellū ſolet perfidia caſtigari: nunquid quia mores optimi libertate voluntatis eliguntur, ideo mores peſsimi non legis integritate puniuntur?Hæc ille.Et Hieronymus dicit ſuper Ezechielem,Qui malos percutit in eo quod mali ſunt, & habet vaſa interfectionis vt occidat peſsimos,miniſter eſt Dei. Hęc ille.Eccleſia ergo,quæ peccatorum conuerſionem procurat,pœnis,& flagellis,& tēporalibus & ſpiritualibus,vt puta,excommunicatione, bonorum priuatione,incarceratione, & alijs pœnis hæreticos à fide deuiantes ad Eccleſiæ reducit vnitatem Quod ſi aliquis incorrigibilis appareat, ne malitia ſua alios inficiat,ſeculari curię relinquitur per mortē exterminandus, reſecatur enim putrida caro,& ſcabioſa ouis à caulis depellitur,ne putreſcat corpus,& corrūpatur ouile, vt Hieronymus dixit,& habetur in.c.reſecandæ.24.q.3.¶Sed occaſione præmiſſorum quæritur.10. Vtrum infideles ad fidem venientes adulti, ſint cito ab eccleſia recipiendi?Ad quod dicendum, ꝙ circa hoc alia fuit conſuetudo eccleſiæ primitiuæ,& alia procedentis.In eccleſia nanq; primitiua donum Spiritus ſancti ſigno viſibili in credentibus demonſtrabatur,propter quod non oportebat differri ſacramentum baptiſmi.Vnde & Act.2.Petrus Iudæis loquens dicit, Pœnitentiam agite,& baptizetur vnusquiſq; veſtrum.Item idem Petrus cum Gentilibus prædicaret,& ſuper eos Spiritū ſanctū in ſigno viſibili deſcendiſſe videret,inquit, Nūquid aquā quis prohibere poteſt, vt non baptizentur hi,qui Spiritum ſanctum acceperunt.Act.10. Vnde ſtatim iuſsit eos baptizari in nomine Chriſti. Et præterea Philippus Eunuchum baptizauit in curru,poſtea quam intellexit eſſe credentē. Act. 8.Vnde apparet,ꝙ tunc venienti ad eccleſiam cū fidei confeſsione conferebatur baptiſmus ſine dilatione.Procedente vero eccleſia,vbi ſigna viſibilia non apparebant in baptizatis,& incertū erat, quo animo infideles venirent, neceſſe fuit dilatio temporis,vt fieret probatio fidei.& catechiſmus, per quē ad baptiſmum habilitas fieret,& hoc antiquo iure definitū erat.Vnde in.ca.Iudæi,de cōſe. diſt.4.dicitur.Iudæi, quorū perfidia frequēter ad vomitū redit,ſi ad leges catholicas redire voluerint octo mēſes inter catechumenos eccleſię limē introeant:et ſi pura fide venire noſcuntur,tūc demum baptiſmi gratiam mereantur.Hæc ibi. Poſtea vero ne pro tanta dilatione infidelium animi reuocarentur,Gregorius ſtatuit,vt.XL.dierū pœnitentia & abſtinentia infidelibus venientibus indicta,baptizarentur.vt ſcribitur in. c.ne quod abſit.de conſe.diſti. 4. De his ſcribit Alexander ab Ales.ſecunda parte.quæſtio.179. membro.4. Ad primum eorum,quæ in oppoſitum inducebātur, dicendum eſt,quod ſicut Gratianus dixit.23.q. 6. in.8.diſt.ita reſpondetur.Si bonum, ad quod mali coguntur ſemper inuiti tolerarent, & nunquam voluntarie ſeruirent, inutiliter cogerentur ad illud:ſed quia humanæ naturæ eſt ea quæ in deſuetudinem ducuntur abhorrere, & cōſueta magna cuſtodia diligere, flagellis tribulationū mali ſunt prohibendi à malo,& prouocandi ad bonum: vt dum timore pœnæ malum in deſuetudinem ducitur abhorreatur, bonum vero ex conſuetudine dulceſcat.Vnde Auguſtinus in Pſal.127.ait. Cum per timorem gehennæ continet ſe homo à peccato,fit conſuetudo iuſtitiæ,& incipit quod durum erat amari, & incipit excludi timor caſtus. Hæc ille.Ex quibus patet,quod mali ideo flagellis cæduntur & coguntur ad bonum,vt aliquando prōpte & voluntarie operentur,& ita meritorie. Et per hoc reſpondetur ad ſecundum,tertiū,& quartum. Ad quintum dicendum, quod ſicut vouere eſt voluntatis,reddere autem neceſsitatis:ita accipere fidem,eſt voluntatis,ſed tenere iam acceptā eſt neceſsitatis,& ideo hæretici ſunt compellendi vt fidem teneāt,quam ſemel profeſsi ſunt. Ad ſextum dicendum, quod Concilium Toletanum loquitur de Iudæis, qui nunquam fidem catholicam acceperunt,tales enim,vt dicunt, etſi doli capaces ſunt,non ſunt ad fidem catholicam compellendi.Ad ſeptimum dicendum, quod ſicut Auguſtinus dicit ad Bonifacium Comitem,Nullus noſtrum vult aliquem hæreticum perire. Sed aliter non meruit pacem domus Dauid,niſi Abſalon filius eius in bello, quod contra patrem gerebat, fuiſſet interfectus,vt dicitur.2.Reg.15.Sic & eccleſia catholica ſi aliquos intelligit eccleſiæ nocitos eſſe,eorum perditione multos liberat populos,vt ibidem dicitur. Ad octauum dicendum, quod ex verbis domini colligitur eius intentio. Cum enim ſerui dixiſſent patrifamilias, Vis,imus & colligimus ea?Reſpondit,non:ne forte colligentes ea, eradicetis ſimul & triticum. Vbi ſatis oſtendit,ſicut Auguſtinus dicit libro tertio contra epiſtolam Parmeniani,cum metus iſte nō ſubeſt, id eſt,quando ita cuiusque crimen notum eſt omnibus,& omnibus execrabile apparet, vt vel nullus prorſus,vel non tales habeat defenſores, per quos poſsit ſchiſma cōtingere:nō dormiat ſeueritas diſciplinæ.Hæc ipſe.Eſt autem de hoc timendum,

dum, quando aliquis condemnatur antequam de malitia eius conſtet, vel quando in malitia obſtinatus non eſt, vel quando cum malis ſimul boni puniuntur. ¶Quæritur.11. Vtrum eſſe hæreticum, ſit omnium peccatorum maximum? Ad hoc quidam reſpondent quod non, confirmantes dictum ſuum auctoritate Auguſtini, quæ ponitur 6.quæſtion.1.in cap. Quæro.ſic dicentes, Vtrum catholicum peſsimis moribus alicui hæretico, in cuius vita præter id, quod hæreticus eſt, non inueniunt homines quod reprehendant, præponere debeamus, non audeo præcipitare ſententiam. Hæc ille. Ergo non eſt ſimpliciter dicendũ, quod eſſe hæreticum, ſit omnium peccatorum maximum. Item eſſe hæreticum, non eſt peccatum, ergo non eſt maximum omnium peccatorum. Conſequentia nota eſt. Antecedens probatur dupliciter. Primo, quia nullus peccat in eo, quod vitare non poteſt: quia omne peccatum eſt voluntariũ, vt Auguſtinus in.3. libr. de libero arbitrio dicit: ſed non eſt in poteſtate hominis vitare hæreſim, quia non eſt in eius poteſtate habere fidem, ergo hæreſis non eſt peccatum. Secundo, quia omne peccatum eſt contra naturam, vt Damaſcenus dicit libro ſecundo. ſed hæreſis non eſt contra naturã. Dicit enim Auguſtinus in libro de prædeſtinatiõe ſctõrũ ꝙ poſſe habere fidẽ ſicut poſſe habere charitatem naturæ eſt omnium: habere autem fidem quemadmodum habere charitatem gratiæ eſt fidelium. Ergo non habere fidem & hæreticũ eſſe, non eſt contra naturam, & ita non eſt peccatum. Sed contra eſt quod dicitur.2.Pet.2.vbi dicitur, Melius erat illis non cognoſcere viam iuſtitię quam poſt cognitionem retrorſum conuerti. Sed non cognoſcere viam Domini, & eſſe infidelem, vt puta Iudæum, Paganum, aut Saracenum grande peccatum eſt, qui tamen viam iuſtitiæ nõ cognouerunt, ergo eſſe hæreticũ grauius eſt, qui poſt cognitionem retrorſum conuerſus eſt. Ad hoc dicendum, quod hæreſis eſt infidelitatis ſpecies. Cum enim infidelitas fidei repugnet, hæreticus autem ſit qui contra catholicam fidem pertinaciter tenet, aut ſentit, erit indubie hæreſis ſpecies infidelitatis. Circa propoſitam ergo quæſtionem ponuntur tres concluſiones. Prima eſt, quod infidelitas eſt peccatum. Secunda, quod infidelitas eſt maximum peccatorum. Tertia, quod inter infideles hæretici grauius cæteris peccant. Prima cõcluſio ſic probatur. Omne illud, quod repugnat virtuti eſt vitium & peccatum: ſed infidelitas repugnat virtuti, quia fidei, ergo eſt peccatum. Sciẽdum eſt tamen, quod infidelitas dupliciter accipitur. Vno modo ſecundum puram negationem, vt dicatur infidelis ex hoc ſolo, quod fidem non habet. Alio modo poteſt intelligi infidelitas ſecundũ contrarietatẽ ad fidem, qua ſcilicet aliquis repugnat auditui fidei, vel etiam contẽnit ipſam, ſecundum illud Iſaiæ.53. Quis credidit auditui noſtro? Et in hoc proprie eſt ratio infidelitatis, ſecũdum quã eſt peccatum. Si autem infidelitas capiatur pure negatiue, ſicut eſt in brutis, & in ijs hominibus, qui nihil de fide audierunt, & ſic non habet rationem peccati, ſed magis pœnæ. Vnde ſi tales infideles damnentur, propter alia peccata, quæ ſine fide remitti non poſſunt, damnantur, non autem propter peccatum infidelitatis. Vnde Dominus dicit Ioa.15. Si non veniſſem, & loquutus eis non fuiſſem, peccatũ non haberent. Quod Auguſtinus exponit de hoc peccato, quo in Chriſtũ non crediderunt: nõ eſt enim in poteſtate humana de ſe habere fidem, ſed in ea eſt vt mens hominis non repugnet interiori inſtinctui, & exteriori veritatis prædicationi. Secunda concluſio probatur. Cum enim omne peccatũ formaliter conſiſtat in auerſione à Deo, tanto aliquod peccatum eſt grauius, quãto per ipſum homo magis à Deo ſeparatur: per infidelitatẽ autẽ magis homo à Deo elongatur, quia nec veram Dei cognitionẽ habet nec per falſam ei appropinquat, ſed magis ab eo elongatur: ergo peccatũ infidelitatis maius eſt omnibus peccatis. Tertia concluſio ſic probatur. Grauius peccat cõtra fidem, qui renititur fidei ſuſceptæ, quam qui renititur fidei non ſuſceptæ: ſicut grauius peccat qui nõ implet quod promiſit, quã ſi non impleat quod nuuquã promiſit: ſed hæretici ſuſceperũt fidẽ euãgelij, & renitũtur ei eã corrũpẽtes, ergo grauius peccãt, quã cæteri infideles, q nũquã fidẽ catholicã ſuſceperũt, & per cõſequens eſſe hæreticũ grauiſsimũ eſt omniũ peccatorum. Quod ſane intelligẽdũ eſt: verũ eſt enim quod dictũ eſt, ſi fiat cõparatio ad peccata, quæ virtutibus moralibus opponũtur, qualia ſunt peccata oppoſita iuſtitię, prudẽtię, Tẽperãtię, fortitudini, & omnibus alijs virtutibus moralibus: omnibus enim talibus grauius eſt eſſe hæreticũ, ſiue talia peccata cõtra proximũ fuerint, ſicut adulteriũ, rapina, homicidiũ, & ſimilia: ſiue cõtra Deum, ſicut ſunt periuriũ, violatio voti, tẽtatio Dei, ſacrilegiũ, ſimonia & huiuſmodi, omnib⁹ enim talibus grauius eſt pec catũ hæreſis. Sũt tñ adhuc grauiora peccata, quæ alijs virtutibus Theologicis opponuntur, qualia ſunt, finalis impœnitentia, quę ſpei opponitur, & odium Dei: odium enim Dei, quod veritati opponitur, nihil ſecũdũ genus ſuũ grauius eſt. Ex præmiſſis inferũtur aliqua corollaria. Primũ eſt, quod grauius eſt eſſe hæreticũ, quam eſſe Iudæũ, Paganũ, vel Saracenũ. Patet ex dictis. quia hæreticus renititur fidei, quam ſuſcepit, alij vero non. Secundum eſt. Grauius eſt Iudæum eſſe, quam Paganũ. Quia licet Iudæi euangeliũ non ſuſceperint: quia tamen

tamen ſuſceperunt eius figuram in veteri lege, quam male interpretantes corrumpunt, ideo eorum infidelitas grauior eſt, quam infidelitas Gentilium, qui nullo modo fidem euangelij ſuſceperunt. Verum eſt tamen, quod in pluribus errant Gentiles, quam Iudæi, & Iudæi, quam hæretici, & quantum ad hoc grauior eſt infidelitas Gentilium quam Iudęorum, & Iudæorum quam hæreticorum. Sed quia infidelitas magis habet rationem culpę, ex hoc, quod non habet ea, quæ fidei ſunt, quia hoc magis pertinet ad rationem pœnę, quam culpæ, ideo ſimpliciter infidelitas hæreticorum eſt peſsima. Tertium eſt, quod inter hæreticos tanto grauior hæreſis eſt, quanto in pluribus contra fidem errant: in talibus enim vtraque grauitatis ratio inuenitur, quia in pluribus errant, & pluribus etiam iam ſuſceptis renituntur. Quartum eſt, quod inter hæreſes hæreſis Manichæorum eſt grauior, quoniam renititur & contradicit omnibus veritatibus in veteri teſtamento contentis. Sed adhuc grauior & grauiſsima omnium eſt eorum, qui recipiunt teſtamentum vetus, & nouum teſtamentum penitus reijciunt, qui ſiue vocentur Nazaræi, ſiue Ebionitæ, ſiue innominati ſint, grauiores cæteris hæreticis ſunt. Tum quidem, quia in pluribus errant: tum, quia in pluribus renituntur fidei ſuſceptæ: tum etiam, quia errores aliarum hæreſum continent, vnde tales cum Arrio ſentiunt Chriſtum eſſe creaturam dicente, cum Sabellio concordant, ponētes in diuinis vnitatem perſonæ, & negantes Trinitatem, quam in ſolis nominibus eſſe dicunt, & per conſequens negantes fundamentum catholicæ fidei, in omnes fere errores & hæreſes incidunt. Ad argumenta in oppoſitum. Dicendum eſt ad primum, quod licet eſſe hæreticum grauius ſit peccatis cæteris ſecundum genus ſuum, poteſt tamen ſecundum circunſtantias alleuiari. Vnde hæreticus, qui nihil habet mali præter hoc quod hæreticus eſt, videtur ex ignorantia peccare, putans ſe obſequium præſtare Deo, ſed in hoc errat, quod non vult ſubijci correctioni eccleſiæ, ſed magis prudentiæ ſuæ innititur. Poſſet etiam dici, quod Auguſtinus hyperbolice loquutus eſt contra illos, qui et ſi multis peccatis impliciti ſint, in hoc tamen gloriātur, quod recte credāt, et ſi peccatores ſint: cōtra quos Auguſtinus dicit ſe neſcire, quis deterior eorum ſit, hæreticus ſcilicet nullo alio peccato irretitus, vel magnus peccator fidelis, tamen cuius fides cū ſine operibus ſit, mortua eſt, vt dicitur Iaco. 2. Poteſt etiā dici, quod et ſi Auguſtinus noluit in hoc ſententiam præcipitare, quia ſenum & ſapientum mos eſt temperare ſermonem, vt Ariſtoteles dicit 2. lib. Rhetoricorum, tamen doctores poſteriores ratione naturali & authoritate ſacri Canonis fulciti determinant & oſtendunt, quod eſſe hæreticum grauiſsimum eſt, & grauius peccatis alijs oppoſitis virtutibus moralibus, ſiue contra Deum, ſiue contra proximum ſuit. Ad ſecundum negatur antecedens. Et ad primam probationem dicendum, quod habere fidem non eſt in natura humana: ea enim, quæ fidei ſunt, rationem naturalem excedunt, ſed in natura humana eſt, vt mens hominis non repugnet interiori inſtinctui, & exteriori veritatis prædicationi: ſi enim aliquis non repugnans eis non ſit plene in fide informatus, infidelitas eius magis eſt pœna quam culpa, vt dictum eſt. Ad ſecundam probationem dicendum, quod eſſe hæreticum & non habere fidem eſt contra naturam, inquantum aliquis repugnat interiori inſtinctui Dei, & exteriori veritatis prædicationi, quod contra rationem naturalem eſt hominis bene inſtituti.¶Quæritur. 5 a. Vtrum omnis actio hæretici ſit peccatum, vt quod ſiue comedat, ſiue bibat, ambulet, aut loquatur, intelligat vel velit, in his peccet? Quibuſdam videtur quod ſic. Fides enim, vt ipſi dicunt, dirigit intentionem & intentio bonum opus facit: vbi ergo non eſt fides, nec intentio bona, non videtur eſſe opus bonū. Item quia Apoſtolus ait Rom. 14. Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Quod exponens Auguſtinus ait, Omnis vita infidelium peccatum eſt, & nihil bonum eſt ſine ſummo bono. Vbi deeſt agnitio æternæ veritatis, falſa virtus eſt, etiam in optimis moribus. Sed quicquid agunt infideles, ad eorum vitam pertinet, ergo omnis eorum vita peccatum eſt. Item Iaco. 2. ſcribitur, Qui offendit in vno, id eſt, in charitate, factus eſt omnium reus. Ergo eius, qui fidem non habet & charitatē, omnis actio peccatum eſt, quia ad charitatem non refertur. Item lib. 2. ſententiarum diſt. 41. ca. 1. dicit Magiſter, quod qui fidem & charitatem non habet, nullum mandatum implet, & nullum opus bonum facit. Impoſsibile enim eſt, vt ait Apoſtolus, ſine fide placere Deo. Quæ ergo ſine fide fiūt bona non ſunt: quia omne bonum placet Deo. Præterea, corrupto priori, corrumpitur poſterius: ſed actus fidei præcedit actus omnium virtutum, ergo cum in hæreticis non ſit actus fidei, nullum bonum opus facere poſſunt, ſed in omni actu ſuo peccant. Alijs videtur oppoſitum. Nam Cornelius infidelis erat, cui tamen ab angelo dictum eſt Orationes tuæ, & eleemoſynæ tuæ aſcenderūt in memoriam in conſpectu Dei, Act. 10. Ergo non omnis actio infidelium eſt peccatum, nec hæreticorum. Et præterea contingit hæreticos & alios infideles quandoque cibare famelicum, ſitiēti dare potum, ignorantes docere, & alia quæ ſunt bona ex genere facere, in quibus abſurdum videtur dicere, quod infideles & hæretici peccent. Ad hoc

dicen

Digitized by Google

dicendum, quòd in nobis duo ſunt principia bonorum actuum, ratio naturalis, & gratia Dei. Peccatum verò tollit gratiam gratum facientem, ſed naturale bonum totaliter non corrumpit. Nam homo ille, qui deſcendebat ab Hieruſalem in Hiericho ſpoliatus eſt gratuitis, ſed naturalia remanſerunt ſibi, etſi vulnerata, vt doctores dicũt. Luc. 10. Vnde cùm hæreſis ſit quoddam peccatũ mortale, hæretici quidem gratiam non habent, ſed tamen remanet in eis aliquod naturale bonum. Ex quibus ſequuntur duo. Primum, quòd hæretici non poſſunt bene operari ex gratia, vnde neque per quæcunque bona opera poſſunt mereri vitam æternam: nemo enim ſine gratia mereri poteſt vitam æternam, quia gratia Dei vita æterna, vt dicitur Rom 6. Secundum eſt, quòd hæretici operari poſſunt aliqua bona opera, ad quæ bonum naturæ ſe extendit. Vnde ſi hæreticus eſurientem cibet, ſitienti potum det, nudum veſtiat, diſcordantes concordet, triſtes conſoletur, & alia faciat, quæ ſunt de genere ſuo bona, non peccat. Nam ſicut fidelis poteſt facere aliquod opus quod non refert ad fidei finem vel venialiter, vel etiam mortaliter peccando, ita etiam infidelis & hæreticus poteſt aliquem actum bonum facere, quem non refert ad finem infidelitatis: vnde cùm talis actus de ſe ſit bonus, hæreticus ad illud incitandus eſt, & inuitandus. Vnde ſatis patet, quòd non omnis actio hæreticorum peccatum eſt. Ad obiecta in oppoſitum, dicendum eſt ad primum, quòd vbi non eſt fides, opus bonum eſſe non poteſt, tale ſcilicet bonum, quod ſit remunerabile ad vitam, ſine quo tamen bono, remunerabili ſunt alia plura bona, licèt hæc & illa non vna ratione bona dicantur. Sic reſpondet Magiſter libro ſecundo. ſenten. diſtin. 41. cap. 3. Ad ſecundum dicendum, quòd verbum Auguſtini, cùm dicit, quòd omnis infidelium vita peccatum eſt, intelligendum eſt de ijs, quæ infideles agũt ex infidelitate, talia enim peccata ſunt. Vnde ibidem ſubditur, quòd omnis infideliter agens, vel viuens, vehementer peccat. Vel dicendum, quòd cum dicitur, quòd omnis vita infidelium peccatum eſt, propterea dicitur, quia per nullam actionem liberantur à culpa, quandiu in infidelitate perſiſtunt. Et ideo ſenſus eſt, Omnis vita infidelium eſt peccatum, id eſt, non ſine peccato. Ad tertium dicendum, quòd intentio in aliquo bono opere poteſt eſſe vel ad finem vltimũ ſupernaturalem, vel ad bonum aliquod naturale. Fides quippe dirigit intentionem reſpectu finis vltimi ſupernaturalis, quam directionẽ nemo niſi fidelis facere poteſt. Ad id quod obijcitur, quòd offendens in vno factus eſt omnium reus. Dicendum eſt, quòd verum eſt eum eſſe reum quantum ad hoc, quod nullum opus mereatur vitam æternam. Ad dictum Magiſtri ſimiliter dicendum eſt, Cùm enim dicit nullum bonum opus facit, qui fidem & charitatem non habet intelligit, quòd non facit bonum opus meritoriè. Vnde & Auguſtinus ſuper illud Pſal. 83. turtur inuenit ſibi nidum vbi reponat pullos ſuos. dicit, quòd Iudæi, hæretici, & Pagani opera bona faciunt, quia veſtiũt nudos & paſcunt pauperes, & huiuſmodi. ſed non in nido eccleſiæ, id eſt, in fide, & ideo cõculcantur pulli eorum. Ad vltimum dicendum, quòd per infidelitatem non corrumpitur totaliter in infidelibus hæreticis ratio naturalis, imo remanet in eis aliqua cognitio, per quam facere poſſunt aliquod opus, quod ſit de genere ſuo bonum. Ad argumentum in oppoſitum dicendum, quòd Cornelius nõ erat infidelis: ſi enim infidelis eſſet, non eſſent apud Deum acceptæ orationes & eleemoſynę eius quia ſine fide impoſsibile eſt placere Deo. Hebræ. 15. habebat autem fidem implicitam nondum manifeſtata euãgelij veritate. ¶ Quæritur. 13. Qui dicantur hæretici credentes, fautores, receptatores, & defenſores eorum? Ad hoc dicendum, quòd de credentibus hæreticis diſtinguendum eſt. Quidam enim ſunt, qui explicitè credũt errores aliorum, ſicut Arriani errores Arrij, & Sabelliani errores Sabellij, & hi ſunt in duplici differentia. Quidam enim ſciunt huiuſmodi errores eſſe damnatos, & alij ignorant. Alij dicuntur credere hæreticis, non quidem quòd explicitè credant eorum errores, ſed quia perſonis hæreticorum adhærent, reputantes eos eſſe catholicos, & eorum doctrinã eſſe veram, & neſcientes, quòd in aliquo diſcrepant à catholica veritate. Vnde ſecundùm hoc de credẽtibus hæreticis ponuntur tres concluſiones. Prima eſt. Omnis explicitè credens errores hæreticorum, ſi ſciat eos eſſe per eccleſiam condẽnatos, vel neſciat, & tamen pertinaciter eis inhæreat, cenſendus eſt hæreticus. Prima pars concluſionis patet. Nam quicunque in hæreſim damnatam labitur, eius damnationis participem ſe facit in cap. 1. & 2. 24. quæſt. 1. Secunda pars probatur. Nam quicunque in eccleſia morbidum aliquid ſapit, & correctus emendare contemnit, hæreticus eſt. vt in cap. dixit Paulus. & in cap. qui in eccleſia 24. quæſt. 3. & hoc modo capitur credens in capi. excommunicamus. 2. de hæret. cum dicitur, Credentes autem eorum erroribus, hæreticos similiter iudicamus. Hæc ibi. Sed quæritur, Si aliquis ſcit errores huiuſmodi eſſe damnatos & hæreſes eſſe, neque in animo eis aſſentit, ſed exteriùs voce profitetur, nunquid erit hæreticus? ¶ Ad hoc dicendum, quòd cùm error ſit de eſſentia hæreſis qui non errat animo, hæreticus non eſt quo ad eccleſiam, tamen cui ex verbis animus innoteſcit. ¶ Secunda concluſio. Qui adhæret alicui errori

contra fidem cuius oppoſitum tenetur explicitè credere,eo ipſo hæreticus cenſetur. Patet. Sicut enim tenetur aliquis explicitè credere aliquod credibile,ſic tenetur vitare errorem illi contrariũ vnde quia fideles tenentur explicitè credere articulos fidei in eccleſia diuulgatos & publicatos, ſi quis teneat errorem contrarium alicui articulo apud eccleſiam diuulgato,ſtatim cenſebitur hæreticus. Vnde & S.Thomas lib.4.ſentent. diſtin.13 quæſtio.2.de hæreſi.articul.1.ad ſextum.ſic dicit. In fide ſunt aliqua,ad quæ explicitè cognoſcenda omnis homo tenetur, vnde ſi in his aliquis errat, infidelis reputatur & hæreticus.Hæc ille.Et idem dicit lib.1.ſenten.diſtin.33.articu. vltimo.& prima parte.quæſtion.32.articulo.4.vbi dicit,quòd talis hæreticus vocabitur,& erit, maximè ſi pertinacia adiungatur. Tertia concluſio eſt. Pertinaciter credentes perſonis hæreticorum, quos catholicos reputant,& doctrinam eorum eſſe veram putant,& nulli errori explicitè adhæreant, non ſunt propriè dicendi hæretici,ſed largè: ſi verò credãt eis,ſed non pertinaciter, tunc hæretici non ſunt. Prima pars probatur. Quia talis,licèt credat aliquos eſſe catholicos, qui in veritate non ſunt, tamen nulli errori contra fidem explicitè adhæret: vnde cùm error ſit de ratione hæreſis, talis ꝓpriè hæreticus non eſt dicendus catholicus propriè, quia nullam veritatem catholicam explicitè credit,quamuis credat doctrinam eccleſiæ eſſe veram: ſic non eſt dicendus hæreticus, qui nulli errori explicitè inhæret.Et hoc modo loquitur de credentibus cap.excommunicamus,1.de hæret.cum dicitur in.§.credentes.Præterea receptatores,defenſores,& fautores hæreticorum excommunicationi decernimus ſubiacere.Hæc ibi. Cùm enim maius peccatum ſit hæreticum eſſe, quàm receptatorem vel fautorem hæreticorum. & in dict.capitu. credentes. æquiparentur in pœna receptatoribus & defenſoribus,conſtat quòd credentes, de quibus loquitur,hæretici non ſunt. Secũda pars probatur. Quia ex illo errore, cui pertinaciter adhærent, ſcilicet quòd tales ſunt catholici, & omnis doctrina eorum eſt catholica, & ex hoc,quòd illi tenent & docent errores contra fidem, ſequitur hæreſis propriè dicta,ſcilicet, aliquẽ errorem quẽ illi tenẽt, eſſe catholicam veritatem. Tertia pars probatur,Quia nullus cenſetur hæreticus, niſi errori adiungat pertinaciam, vt ſuprà oſtenſum eſt, ſed tales non ſunt pertinaces, vt ſupponitur, ergo hæretici non ſunt. Ex quibus patet qui dicuntur credentes, fautores verò hæreticorum non, vno modo dicuntur. Nam quandoque fautores vocantur,qui fauent perſonis hæreticorum, alio modo qui fauent erroribus hæreticorum, qui propriè dicũtur fautores hæreticæ prauitatis:poteſt enim contingere, quòd aliquis faueat perſonæ hæretici propter conſanguinitatem, vel aliam cauſam qui tamen nullo modo errori fauet: poteſt item contingere,quòd aliquis faueat errori hæreticali, qui tamen nullo modo hæretico fauet: ſicut contingit aliquos viros doctos concorditer ſentire de aliqua propoſitione, qui tamen odio ſe habent. Poteſt item contingere quòd aliquis faueat & perſonis hæreticorum,& errori eorum, vnde & ſecundum hoc dantur tres concluſiones. Prima eſt. Fautor hæreticæ perſonæ tantùm, hæreticus non eſt, ſed tamen fautor hæretici eſt, & à iure punitur. Prima pars probatur. Quia hæreſis non eſt ſine errore in fide, vt ſuprà oſtenſum eſt, ſed talis non errat in fide, vt ſupponitur, ergo hæreticus non eſt.Secunda pars probatur. Quia non ſolùm qui agunt mala,ſed etiam qui facientibus conſentiunt puniuntur,vt dicitur Rom.1.ſed fautores hæreticorum conſentiunt,ergo puniuntur. Vnde de talibus fautoribus loquitur. cap. excommunicamus. 1.de hæret.in §.credentes.cùm dicitur, Credentes præterea,receptatores,defenſores, & fautores hæreticorum excommunicationi decernimus ſubiacere.Hoc ibi. Secunda concluſio eſt, Fautores hæreticæ prauitatis tantum,& non perſonæ,hæretici ſunt. Patet,errant enim contra fidem, & pertinaciter errori inhærent,ergo hæretici ſunt. Antecedens probatur, quia tales tenent errorem hæreticorum,aliàs errori non fauerent. Qui enim alicui errori, cuius oppoſitum non tenetur credere explicitè, & non pertinaciter ei inhæreret, hæreticus non eſſet. Vnde Auguſtinus de ſeipſo dicit, Errare potero, ſed hæreticus non ero: quia ſcilicet non intendebat errori pertinaciter inhærere. Tertia concluſio eſt.Fauens hæretico & hæreſi, hæreticus eſt,& hæretico deterior,& ſi docendo faueat, veriùs hæreſiarcha, quàm hæreticus dicitur. Prima pars patet ex definitione hæretici ſuppoſita. Eſt enim, Baptizatus,vel pro baptizato ſe gerens & contra catholicam fidem pertinaciter errans: ergo hæreticus. Secunda & tertia pars probatur authoritate Vrbani Papæ, quæ ponitur in capitu. Qui aliorum defendit errorem, multò amplius damnabilior eſt illis, qui errant, quia non ſolùm errat,ſed etiam alijs offendicula erroris præparat & confirmat, vnde quia magiſter erroris eſt,non tantùm hæreticus, ſed etiam hæreſiarcha dicendus eſt. Hæc ille. Iura verò, quæ loquuntur de fautoribus hæreticorũ, intelligũtur de fautoribus primo modo dictis. De quibus tamen quidam ſic diſtinguunt. Quia, aut ſunt perſonæ, quæ publica funguntur poteſtate: aut ſunt perſonæ priuatæ. Primi, ex ſola omiſſione dicunt fautores, putà ſi condemnatos ab eccleſia non puniuntur ſicut debent: error enim,cui non reſiſtitur, approbatur in

capit

cap.error.83.diſt:cum alijs. Vnde & Archidiaco. dicit in ca.quicunque.de hæret.lib. 6.quòd ſi prælati non faciunt carceres ad cuſtodiam hæreticorum, & alia, quæ ad eorum officium ſpectant, & hoc omittunt ex auaritia, non dicuntur fautores hæreticorum:ſecùs ſi omittant vt hæretici non capiantur, quia ſic fautores ſunt. Priuatè verò perſonæ ex ſola omiſsione fautores non dicuntur, niſi iuramento, vel aliàs teneantur aliquid facere, quia ſi teneantur & non faciunt, fautores dicũtur vt puta ſi celant hæreticos, poſtquàm iurauerunt eos manifeſtare, vel non inſequuntur poſtquàm iurauerunt eos inſequi. Ex cõmiſsione verò quicquid fiat ad defenſionem hæreticorum, ſiue à publicis, ſiue à priuatis perſonis, tanquàm fautores habendi ſunt, vt puta ſi verbis excuſant hæreticos quos ſciunt hæreticos eſſe, vel laudant eos, vel impediunt ne capiantur, vel captos liberant, vel aliqua dant quibus liberantur, tales indubiè fautores hæreticorum ſunt, vt Archidia.dicit in allega. cap. quicunque. Et idem eſt de eo, qui precibus hæreticos liberat. Receptatores verò hæreticorũ dicuntur, qui ſcienter recipiunt hæreticos. *Licèt* enim Receptator ſecundum regulam Grammaticorum ſit verbale in or, deſcendens à verbo frequentatiuo, & per conſequens iuxta termini ſignificationem conueniat his, qui frequenter & ſæpius plures receperunt, tamen à iure pro ſimplici verbo accipitur: vnde idem eſt receptator quòd receptor. vt probatur.ff.de recep.l.fin. vnde in iure ciuili Receptator dicitur, qui latenter & occultè delinquentem recipit, vt conſeruatus manus iudicis euadat. vt l.1.ff.de recepta. & l. congruit.ff. de offi.præſi.& l.vltim. C.de his qui latro.occul. & ſic accipitur in iure Canonico. Defenſores verò hæreticorum multipliciter dicuntur. Cùm eñ defendere aliquem, non ſit niſi opem ei ferre contra impugnantes, quot modis contingit impugnari hæreticos, tot modis defendi poſſunt. Impugnantur autem hæretici & hæretica prauitas facto, & verbo. Facto, impugnatur hæreticus vt ſi quis conetur eum capere ſeu captiuare, iudici tradere, tormentis aut morti exponere. Verbo autem impugnatur tam in iudicio, quàm extrà. In iudicio quidem, ſi accuſetur, & contra eum omnia proponantur. Extra iudicium verò, ſi eius perfidia per doctores, aut prædicatores denuncietur. Scripto quoque impugnari poteſt tam in iudicio ſi contra eum agatur, quàm extra iudicium, ſi eius perfidia ratione, aut authoritatibus impugnetur. Hæretica etiam prauitas verbo impugnatur, quando in ſermonibus, lectionibus, prædicationibus, aut alijs colloquijs reprobatur. Scripto verò, quando contra eam catholica ſcripta eduntur. Contingit ergo hæreticos defendere facto, & verbo. Facto quidem, impediendo ſcilicet ne capiantur, aut ad iudicium ducantur. aut in iudicio non condemnentur, aut condemnati non puniantur. Verbo verò allegando in iudicio vel extra iudicium, quòd non debet contra eos aliquid fieri, aut dicendo, quòd non ſunt reputandi hæretici, ſermones, aut epiſtolas componendo, aut tractatus edendo, in quibus oſtenditur, quòd tales non debent moleſtari, & quòd hæretici non ſunt. Hæretica etiam prauitas defenditur facto & verbo. Facto quidem, impediendo, & prohibendo impugnatores ab impugnatione, vel deſtruendo allegationes impugnatoris, vel impediendo malitioſè, ne talia ad aliorum notitiam deueniant. Verbo etiam & ſcripto defenditur hæretica prauitas: ſi verbo, vel ſcripto ꝓbetur, quòd non ſit hæreſis error. Hac diſtinctione præmiſſa, ſit prima concluſio. Facto defendens hæreticum ne puniatur, ſi ſcit eum eſſe hæreticũ ne puniatur, vel ignoret craſſa ignorantia, licèt errorem eius non approbet, defenſor hæretici reputatur, & maledictus eſt pari vel maiori pœna puniendus. Probatur hæc concluſio authoritate Iſidori in cap. qui peccantibus. 11. quæſt. 3. Sic dicentis, Qui peccantibus conſentit & defendit alium delinquentem maledictus erit apud Deum & homines, & corripietur increpatione ſeuerißima. Hinc & quidã ſanctißimus pater ait, Si quis peccatũ defendit, acriùs quàm ille qui peccauit coerceatur. Hinc & alius pater ait, ſi quis alterius errori conſentit, ſciat ſe cum illo ſimili modo & culpabilem iudicandũ. Hæc ipſe. Ex quibus patet, quòd defendens quemcunque delinquentem, & per conſequens defendens hæreticum, grauiter peccat, & maledictus eſt, & acriùs quã delinquens puniendus. Secunda concluſio, Scripto defendens hæreticum, quem ſcit hæreticum eſſe, vel ignorat ignorantia craſſa, ſiue hoc faciat extra iudicium, vel in iudicio, defenſor hæretici eſt. Patet. Non enim minus eſt ſcripto aliquem defendere, quàm facto. Quia faciliùs quis plerumque rationibus & ſcriptis defenditur, quàm quocumque facto. Si ergo defendentes facto defenſores hæreticorum dicuntur, pari ratione defendentes ſcripto, defenſores vocabuntur. Tertia concluſio eſt. Defendentes hæreticam prauitatem verbo, vel ſcripto, quã ſciunt hæreſim eſſe, defenſores hæreticorũ ſunt & hæretici reputantur. Patet. Non enim defenderent hæreſim, niſi eam tenerent: cum ergo tenentes hæreſim hæretici ſint, tales etiã hæretici erũt. Quarta concluſio. Defendentes pertinaciter hæreſim, quam neſciunt hæreſim eſſe, hæretici. Patet. enim qui morbidũ aliquid ſapiunt in eccleſia Dei, & correcti vt verum ſapiant, emendare nolunt, ergo hæretici ſunt. Patet ex Auguſtino in cap. qui in eccleſia. 24. quæſtion. 4. Quinta concluſio.

guſtini in Enchi. quæ ponuntur. 22. quæſtion. 2. 9. Iis autem colligitur. Nam qui mentitur, vult fallere, qui autem dicit falſum quod putat eſſe verũ non vult fallere. Grauius autem eſt velle fallere, quàm non velle fallere: ergo mentiens grauiùs peccat, quàm proferens falſum quod putat verũ: ille autem qui non credit erroti, & tamen exteriùs tenet, mentitur: ille verò qui interius errat, quamuis exteriùs profiteatur, non mentitur. Vnde tenentes hunc modum, ad rationes primæ opinionis dicunt. Ad primam dicunt, quòd infidelitas non eſt grauiſsimum peccatorum: nam odium Dei grauius eſt, neque Auguſtinus dicit eſſe grauiſsimum peccatorum, ſed eſſe magnum peccatum, quo cunćta peccata tenentur, quia ſcilicet diſpoſitiuè, vel occaſionaliter aliorum eſt cauſa. Sæpe autem peccatum minus diſpoſitio vel occaſio eſt grauioris. Ad ſecundam dicunt, quòd licèt negans Chriſtũ timore mortis non ſit excommunicatus, neque omni dignitate eccleſiaſtica priuatus, tamen negans propter ambitionem, cupiditatem, adulationem, vel aliam cauſam huiuſmodi, excommunicatus eſt, & omni dignitate eccleſiaſtica priuatus. Qui verò tenent primam opinionem ad rationes ſecundæ dicunt. Ad primam dicunt, quòd non ſemper peccata ſcientium peccatis ignorantium grauiora ſunt: Crucifixores enim Chriſti ex ignorantia peccarunt, vnde & Petrus dicit Act. 3. Scio quia per ignorantiam feciſtis, &c. & tamẽ grauiùs peccauerunt, quàm fures, latrones, & cæteri, qui ſcienter peccant. Ad ſecundam dicunt, quòd quamuis ille qui tenet errorem interiùs & exteriùs profitetur non propriè dicatur mendax, quia non dicit contra mentem, tamen eſt infidelis, quod de alio non concedit, multò autem grauius eſt peccatum infidelitatis quàm mẽdacij. Quicquid autem ſit de grauitate peccati quo ad Deum, quo ad eccleſiam tamen vterque reputatur hæreticus, & pœna hæretici punietur. Si tamen contingeret vtrumque ad eccleſiam redire, & vnus diceret ſe nunquam conſenſiſſe errori, alius verò ſic: quibuſdam videtur quòd grauiùs puniendus eſt, & grauior pœnitentia eſt iniungenda ei, qui cùm fatetur errorem, dicit ſe nunquam in eum conſenſiſſe. Cuius ratio aſsignatur à quibuſdam: quia talis iudicatur infidelis, quia contra fidem dixit. Item etiam arguitur de peccato mendacij, quia cũ corde vnum ſentiret, aliud voce profitebatur, qui verò errorem tenebat in animo, vno tantum crimine, ſcilicet infidelitatis laborabat, vnde & pro vno tantum peccato puniendus eſt. ¶ Quæritur. 15. Vtrum Papa, vel quicunque eccleſiaſticus prælatus ex hoc quòd vere & propriè hæreticus eſt, ſit prælatione priuatus & Papatu? In qua quæſtione varius & omnino oppoſitus eſt dicendi modus. Quidam enim dicunt quòd non, quidam quòd ſic. Qui dicunt, quòd ſic, intentionem ſuam munire nituntur tripliciter, videlicet authoritatibus ſacri canonis, & ita iure diuino. Secundò authoritatibus iuris humani. Tertiò, rationibus. Prima authoritas ſcripturæ ſacræ eorum propoſitum cõfirmans, ſcribitur Deutero. cap. 17. ſub ijs verbis de rege conſtituendo loquens, Eum conſtituas, quem Dominus Deus tuus elegit de numero fratrum tuorum vbi gloſſ. inter lin. non de aliena ſecta. Et ſequitur. Non poteris alterius generis hominem regem facere, qui non ſit frater tuus. Ex qua authoritate colligitur, quòd ſic Iudæi non poterant habere regem, qui non eſſet Iudæus: ita & fideles non poſſunt habere prælatum qui non ſit fidelis, & per conſequens ſi eſt hæreticus & infidelis, prælatus non eſt. Secunda authoritas ponitur Deuteron. 18. ſub ijs verbis. Propheta autem qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo. gloſſ. interlin. vt ſibi credatur quæ ego non præcepi ſibi ille vt diceret, aut ex nomine alienorum interficietur. Ex quo videtur, quòd quicunque niſus fuerit à veritate catholica fideles auertere, ſit de medio auferendus. Tertia authoritas ſcribitur. Numer. 16. vbi Dominus contra Dathan & Abyron ſic loquitur, Recedite à tabernaculis impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent ne inuoluamini peccatis eorum. Quarto Matth. 5. ſcribitur de Doctoribus, Vos eſtis ſal terræ, ꝙ ſi ſal euanuerit. glo. id eſt, doctor errauerit: in quo ſalietur? id eſt, populus in quo firmabitur. ad nihil enim valet vltrà niſi vt mittatur foras. gl. ab officio docendi, & ab eccleſia. Quinta authoritas eſt illa Matth. 24. Surgent, inquit, pſeudo prophetæ & pſeudo Chriſti, & dabuntur ſigna magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deſerto eſt, nolite exire, &c. Sexta autoritas ſcribitur Luc. 21. Multi, inquit Chriſtus, venient in nomine meo, dicentes quia ego ſum, & tempus appropinquauit, nolite ergo ire poſt illos. Septima eſt Pauli. 2. ad Theſſalonicen. 3. dicentis, Denunciamus vobis fratres in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulãte inordinatè, & non ſecundum traditionem quam receperunt à nobis. Gloſ. in nomine Ieſu Chriſti, id eſt per Ieſu Chriſti authoritatem præcipimus, Octaua authoritas eſt eiuſdem Pauli ad Galat. 1. dicentis, Si quis euangelizauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit. Ergo ſi prælatus contra euangelium ſentiat, aut doceat, excommunicatus eſt, & per conſequens vitandus. Nona authoritas eſt ad Tit. vltimo. vbi ſic dicitur, Hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correctionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & de-

& delinquit, cum ſit proprio iudicio condemna-
tus. Decima authoritas ponitur. 2. Ioan. 1. Si quis,
inquit, venit ad vos, & hanc doctrinam nõ affert,
nolite eum recipere in domum, nec ei Aue dixe-
ritis: qui enim dicit illi, Aue, communicat operi-
bus eius malignis. Ex quibus omnibus habetur
qui hæretici ſunt omnino fugiendi & vitandi, &
per conſequens, quod prælati facti hæretici ipſo
facto prælatione eccleſiaſtica & honore ſunt pri-
uati: nam alias ſi prælati manerent, honor, reue-
rentia, & obedientia eſſet eis exhibenda. Iure e-
tiam humano & patrum autoritatibus idem con
firmatur. Dicit. S. Cyprianus in quadam epiſtola
& habetur. 7. quæſtio. 1. in capi. Nouatianus. Qui
nec vnitatem, inquit, ſpiritus, nec communio-
nem pacis obſeruat, & ſe ab eccleſiæ vinculo atq;
ſacerdotum collegio ſeparat, ipſe nec poteſtatem
poteſt habere, nec honorem. Secundo inducitur
authoritas Innoc. quæ ponitur in capit. hæretici.
24. quæſtiun. 1. dicentis, Hæretici dum à fide ca-
tholica deſtiterunt, perfectionem ſpiritus quam
acceperant, amiſerunt. Perfectio autem ſpiritus
videtur hic nominari poteſtas eccleſiæ ſpiritualis
Tertio inducitur Ambro. cuius autho. habetur in
cap. qui dignior. 24. quæſtion. 1. dicentis, Si verò
præceptor hæreticus deformet habitaculum, vi-
tanda hæreticorum communio, & fugienda Sy-
nagoga cenſetur. Quartò ad idem eſt autho. Bedę
ſuper Matthæ. quæ ſcribitur in capit. quicunque
ead. cau. & quæſti. dicentis, Quicunque ab vnita-
te fidei vel ſocietatis Petri Apoſtoli quomodoli-
bet ſeipſos ſegregant, tales nec à vinculis peccato
rum abſoluunt, nec ianuam poſſunt regni cælorũ
ingredi Vbi videtur, quòd hæretici ligandi & ſol
uendi poteſtate priuari ſunt. Quinto inducitur
Cyprianus in capit. didicimus. qui ait, Didicimus
omnes omnino hæreticos & ſchiſmaticos nihil
habere poteſtatis atque iuris. Sextù facit capitul.
Achatius. ea. cau. & quæſtio. vbi Gelaſius inquit,
Quicumque in hæreſim ſemel damnatam labitur,
eius damnatione ſeipſum inuoluit. Vbi gloſſ. in-
quit, Hic eſt caſus, in quo Papam Papa ligare po-
teſt, & in quo Papa in canonem latæ ſententiæ in
cidit. Nec obuiat regula illa, Par in parem non ha
bet imperium. quia hæreticus in eo quòd hæreti-
cus, minor eſt quolibet catholico. 12. quæſt. 1. Sci
mus. Septimò ad idem eſt cap. Achatius. ſecundũ
in. §. Si ergo. vbi dicitur, Si ergo epiſcopus ille in
hæreſim damnatam lapſus eſt, antiqua excom-
municatione damnatus, alios damnare non pote-
rit: excommunicatus enim alios excommunica-
re non valet. Octauò ad idem eſt, cap. audiuimus.
vbi dicitur. Si autem in corde ſuo nouam hære-
ſim confinxerit, ex quo talia prædicare cœpit, ne
minem damnare poterit: quia non poteſt deijce-
re quenquã iam proſtratus. Nonò ad id facit, quòd
in eo cap. legitur ad finem, vbi ſic dicitur, Liqui-
dum conſtat eum qui ab integritate catholicæ fi-
dei recedit, maledicendi, & benedicendi poteſta-
tem minimè habere. Quæ omnia ponuntur. 24.
quæſtion. 1. Tertia via adhuc eandem opinionem
firmandi, eſt per rationes, quarum prima eſt. Ec-
cleſia, & eius iuriſdictio fundata eſt ſuper petram
fidei: ergo quicumque cadit à fide, cadit ab omni
prælatione eccleſiaſtica. Conſequentia videtur
neceſſaria: quoniam ſublato fundamẽto, ruit quod
ſuperædificatum eſt. Antecedens probatur. Nam
poſtquam Petrus dixit, Tu es Chriſtus, ipſe Chri
ſtus ait Petro: ſuper hanc petram. gloſſ. ideſt fidei
confeſſionem ædificabo eccleſiam meam. Et ſe-
quitur. tibi dabo claues regni cælorũ. Et per hanc
rationem dominus Vrlicus in ſumma ſuæ Theolo
giæ fuit huius opinionis. Vnde lib. 6. titu. 4. cap.
12. dicit, quòd ſi Papa per infidelitatem à petra, in
qua authoritas Petri ſolidatur, remotus fuerit, tũc
neceſſe eſt vt ſublato fundamento ruat. Hæc ille.
Secunda ratio eſt. Claues ſunt datæ eccleſiæ, ergo
exiſtens extra eam, claues non habet. Conſequen
tia eſt beati Ambroſij in paſtorali ſuo. & habetur
de pœni. diſti. 1. §. nemo. vbi ita ait, Dominus par
ius ligandi & ſoluendi eſſe voluit. Et infra. Certũ
eſt, quod eccleſiæ vtrumque licèt, hæreſi vtrũque
non licet. Ius enim hòc ſolùm promiſſum eſt ſa-
cerdotibus. Rectè ergo eccleſia hoc vendicat, quæ
veros habet ſacerdotes, hæreſis vendicare non po
teſt, quæ ſacerdotes hæreſis Dei non habet. Hæc
ille. Tertia ratio. Hæreticus eſt ab eccleſiæ corpo
re ſeparatus, ergo ipſo facto quòd eſt hęretic⁹, eſt
priuatus honore & poteſtate eccleſiaſticæ iuriſdi
ctionis. Antecedens manifeſtum eſt. Nam, quia
eccleſia eſt fidelium collectio, quicumque à fide
eccleſię recedit, ab eccleſię corpore ſeparatur. Cõ
ſequentia patet. Quia membrum à corpore ſepa-
ratum, priuatum eſt omni vitali actione ſenſu &
motu. Vnde hanc rationem. S. Thom. 2. 2. q. 39.
artic. 3. ponens dicit, quòd in hæreticis & ſchiſma
ticis poteſtas iuriſdictionis non manet, etiam ſe-
cundùm ſubſtantiam, vnde nòn poſſunt abſolue-
re, nec excommunicare, nec indulgentias facere,
nec aliquid huiuſmodi, quod ſi fecerint, nihil eſt
actum. Hæc ipſe. Cuius ſententia confirmatur ex
verbis cap. audiuimus. 24. quæſt. 1. vbi ſic dicitur,
Quicunque ab vnitate eccleſiæ, quæ per Petrum
intelligitur, fuerit alienus, execrare poteſt, conſe-
crare non poteſt, excommunicationis vel recon-
ciliationis poteſtatem non habet. Quarta ratio.
Præciſus à corpore naturali non eſt caput corpo-
ris naturalis: ergo præciſus à corpore eccleſiæ ſi-
cut eſt hæreticus, nõ eſt caput eccleſiæ. Et Petrus
de Palude in lib. ſuo de eccleſiaſtica poteſtate ſic
dicit,

Digitized by Google

dicit, quòd formalitet loquendo de Papa; quando labitur in hæreſim, eo ipſo præciſus eſt ab eccleſia, & deſinit eſſe Papa, & tunc deponitur de facto, id eſt, ipſo facto eſt depoſitus, per alia autem peccara non deſinit eſſe caput, quamuis ſit languidum. Hæc ipſe. Quinta ratio. Papa hæteticus non poteſt influere in corpus eccleſiæ ſenſum & motum, cum careat fide, quæ eſt principium ſpiritualis influxus. Vnde & Auguſtinus de Ancona in libro de poteſtate eccleſiaſtica. quæſtion. 1. art. 1. inquit, Capitis eſt influere vitam omnibus membris. Principium autem vitæ ſpiritualis eſt ipſa fides, ſine qua impoſsibile eſt placere Deo. Hæbræ. 11. Vnde ſicut mortuus homo non eſt homo ſic Papa in hæreſi deprehenſus, non eſt Papa, propter quod ipſofacto eſt depoſitus. Hæc ille. Sexta ratio. Prælatus factus hæreticus eſt antichriſtus, ergo abſolutus eſt à cura paſtorali. Probatur antecedens. Dicitur enim. 1. Ioann. 4. Omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt, & hic eſt antichriſtus. Conſequentia probatur. Quia Chriſtus, cuius prouidentia in ſui diſpoſitione non fallitur non committit oues ſuas infideli ſeruo. Vnde Luc. 12. Quis eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam? Glo. 1. eccleſiam. Septima ratio. Prælatus eccleſiæ eſt à fidelibus colendus; & venerãdus: ſed prælatus hæreticus eſt vitandus, quia excommunicatus eſt, ergo prælatus non eſt. Octaua ratio. Ad Papam referendæ ſunt omnes fidei quæſtiones. vt in capit. quoties. 24. quæſti. 1. Sed ad Papam hæreticum non ſunt referendæ, quia cùm ſit aduerſa eius fides Chriſtianæ, non rectè quæ ſunt fidei definiet, ergo Papa factus hæreticus non eſt Papa. Nona ratio. Prælatus factus hæreticus eſt lupus, ergo nõ eſt paſtor, lupus enim paſtori repugnat. Lucæ. 10. Probatur antecedens authoritate Pauli Acto. 22. dicentis, Scio quòd intrabunt poſt diſceſsionem meam lupi rapaces in vos, nõ paſcentes gregem. gl. 1. hæretici callidi in fraude: fortes in diſputatione, crudeles in occiſione. Hæc ibi. Patet ergo, quod prælatus eccleſiæ cum ſit factus lupus paſtor non eſt. Hæc ſunt, quibus poſitionem ſuam cõfirmant: qui dicũt, quòd prælatus factus hæreticus; ipſo facto prælationem perdit, & prælatus non eſt. Alijs autem videtur oppoſitum, aſſerentibus, quòd ſi Papa, vel quicumq; alius prælatus in hæreſim labatur, nõ eſt ipſo facto papatu vel prælatione priuatus. Vnde de Papa dicunt primo, quòd factus hæreticus occultus, non eſt ipſo facto Papatu priuatus, aut ſuſpenſus. Quod multipliciter probant. Primo inducunt quod ſcribitur in cap. audiuimus. 24. quæſt. 1. vbi dicitur de epiſcopo hæretico. Si autem in corde ſuo nouam hæreſim confinxerit, ex quo talia prædicare cœpit, neminem damnare potuit. ergo à contrario ſenſu ſi nõ prædicauit damnare poteſt, & iuriſdictionem habet. Secũdò inducunt, quia Iudas Iſcariotes etſi peccator eſſet occultus, à Chriſto non eſt depoſitus. Tertiò, quia ſi prælatus occultè hęreticus ipſo facto eſt depoſitus, cùm neſciatur quis eſt hæreticus occultus neſciretur etiã ſi facta à prçlatis vim habeãt, quod videtur incõueniens: tunc enim quia neſciremus, ſi Papa eſt occultè hæreticus, dubitaremus etiam, vtrùm epiſcopus ab eo confirmatus eſſet verus epiſcopus: & vltrà dubitaremus, ſi curam alicuius eccleſiæ alicui commiſit, vtrum ſit verus curatus & vltrà dubitaremus vtrum ab illo abſoluti eſſent verè abſoluti, & ſic conſequeretur confuſio in tota hierarchia eccleſiaſticà. Dicunt ſecundo huius ſententiæ aſſertores, quod papa factus hæreticus etiam manifeſtus, non eſt ipſo facto diuino iure Papatu priuatus. Primò hoc probant, quia in lege veteri multi ſummi Sacerdotes in lege aberrauerunt, & tamen ſummo ſacerdotio fungebantur: ergo ita videtur de ſummo ſacerdote legis nouæ, Secundò ſic. Prælati inferiores etiam facti hæretici manifeſti non perdunt prælationes ſuas, ergo nec Papa. Conſequentia eſt nota. Antecedẽs probatur. Quia ſi tales eſſent iure diuino priuati ſuis prælationibus; non poſſent ſine noua electione ad eas redire, & tamen plures prælati hæretici abſque noua electione ad ſuas dignitates recepti fuerunt, vel retinuerunt eaſdem. & in capitul. maximum: 1. quæſtion. 7. & in c. cauſas. & capit. quot quot. Tertiò idem probant ſic Imperator, vel Rex factus hæreticus, non perdit dignitatem ſuam: ergo nec Papa vel Epiſcopus. Probatur antecedens. Quia in veteri lege multi reges fuerunt idololatrę, & tamen dignitate non ſunt priuati. Iulianus etiam Imperator hæreticus fuit, & tamen Imperator fuit, vt in capit. Iulianus. 11. quæſt. 3. Quartò, ſi ponatur quòd hæreticus prælatus eſt ipſo facto prælatione priuatus, hoc eſſet, ne infideles infidelibus ſubdantur, ſed hoc inconueniens non eſt. Nam Ioſeph ſeruiuit Pharaoni, & Daniel Nabuchodonoſor, & plures Chriſtiani militarunt ſub Iuliano hæretico, vt in alleg. c. Iulianus. 11. quæſt. 3. Quintò. Eiuſdem eſt inſtituere & deſtituere. vt in cap. cum ex iniuncto. de hære. Sed Papa eligitur à Cardinalibus: ſi deponatur, non eſt iure diuino depoſitus, Sextò. Non inuenitur in ſacro eloquio, ſeu cãnone authoritas, quæ Papæ hæretico pœnam depoſitionis imponat: ergo aſſerendum non eſt. Quod enim patrum teſtimonio ſancitum non eſt, ſuperſtitioſis adinuentionibus non eſt præſumendum. vt in cap. inter alia. de transla. epiſcopi. elect. Confirmant adhuc propoſitum ex authoritate gl. in cap. nunc autem, 21. diſtin. ſuper verbo, Marcellinus. vbi Gloſſator quæ-

tir,

rit, quare Concilium non depoſuit Marcellinum de hæreſi confeſſum. Reſpondet Vgo dicens, quia erat paratus corrigi non deponitur. vt in cap. Dixit Paulus. 24. quæſtio. 3. Addunt præterea huius ſententiæ ſectatores, quòd nullus Canon poteſt Papæ hæretico ſententiam depoſitionis imponere, cùm Papa ſit ſuperior Canone. Vnde & ad rationes primæ opinionis dicunt, quòd Papa hæreticus poteſt eſſe caput eccleſiæ, non connexione charitatis, vel formatæ fidei, ſed communione characteris baptiſmalis, in quo fideles omnes communicant. Vnde dicunt, quòd hoc ſtante, Papa hæreticus eſt caput eccleſiæ, donec contra ipſum feratur ſentētia depoſitionis, vel priuationis. Hæc fuit ſententia vnius magiſtri In quodam tractatu de vnione. Sed quia prima opinio ſeu poſitio eſt probabilior & rationabilior videtur (non enim videtur eſſe Petrus, niſi ſupra petram fundetur, nec verus Papa, niſi fidem veram & catholicam teneat) ideo ad rationes, quæ videntur probare oppoſitū, dicendum eſt. Ad primam dicitur, quod prælatus hæreticus ſiue veterem hæreſim ſequatur, ſiue nouam confingat, excommunicatus eſt, licèt ſit occultus, ideo alium non poteſt excommunicare. extra. de hære. Ad abolendam. alia tamen quæ agit, tenent interim dum toleratur. ar. 3. quæſt. 7. capit. tria. Sic dicit glo. ſummaria. 24. quæſtion. 1. Et addit, quôd ſi prælatus hæreticus, occultus tamen aliquem excommunicet, poteſt celebrare ſine metu excommunicationis. Et tota ratio eſt, quia talis non eſt excommunicatus, nec excommunicator potuit excommunicare. Ad ſecundam dicendum, quod ſicut patet ex diſcurſu euangelij bene probatur Iudam fuiſſe cupidum & proditorem, non tamen probatur fuiſſe hæreticū & præterea non probatur quòd apud eum manſerit poteſtas iuriſdictionis, ſi quam habuit. Ad tertium dicendum, quòd facta à prælato hæretico occulto quandiu ab eccleſia toleratur, vigorem habent, vt dicit glo. in allegato. capit. audiuimus. 24 quæſtio. 1. reuelata autem hæreſi, ſi inuenitur aliquem ordinaſſe ſecundum formam eccleſiæ, verè erit ordinatus: & qui eſt ab eo abſolutus debita forma ſeruata, eſt vere abſolutus. Ea tamen quæ ſunt iuriſdictionis, reuelata hæreſi, nulla reputantur. vnde ſi aliqua ſint de neceſsitate ſalutis credendum eſt piè, quòd Deus ſupplebit defectū perſonæ, ſicut Sanctus Thomas dicit in ſimili de Epiſcopo non baptizato alios ordinante libro. 4. diſtinct. 24. Minus etiam verum eſt, quod ſecundo loco hi dicunt, aſſerētes, quòd Papa etiam manifeſtus hæreticus non eſt iure diuino Papatu priuatus. Vnde & ad eorum rationes ſic reſpondetur. Ad primam dicitur, primò, quòd non eſt ſimile de ſummo ſacerdotio veteris legis & nouæ. Tum, quia ſacerdotium legis veteris habebatur iure ſucceſsionis, noſtrum iure electionis: & illud erat carnale, noſtrū verò ſpirituale. Dicitur ſecundo, quòd ſacerdos veteris legis in hæreſim incidens, non eſt verus ſacerdos, ſed ſecundùm opinionem hominum. Ad ſecundam dicitur, quòd tam Papa quàm alij prælati inferiores ſunt ipſo facto iure diuino priuati, ſi in hæreſim incidant, cum quibuſdam tamen prælatis diſpenſari poteſt, vt ad vnitatem eccleſiæ redeuntes, ſuas prælationes habeant: quæ diſpenſatio locum habet electionis, vel nouæ prouiſionis. Ad tertiam dicendum, quòd non eſt ſimile de prælatione eccleſiaſtica, & de poteſtate imperatoria, aut regia. Prælatio enim eccleſiaſtica fundatur ſupra petram id eſt veram fidem, qua deficiente, ipſa prælatio corruit: ſecularis autem prælatio fundatur in communicatione temporalium, quæ fidelibus & infidelibus ſunt communia. Et ideo licèt principes ſeculares efficiantur hæretici, non ſunt iure diuino ſeculari poteſtate priuati. Sed de prælatis ſecùs eſt. Vnde per hoc reſpondetur ad quartam. Ioſeph enim & Daniel fuerunt ſub infidelibus quoad poteſtatem temporalium, non tamen quoad ſpiritualem. Ad quintā dicitur primò, quòd illud aſſumptum, quòd eiuſdem eſt inſtituere & deſtituere, non eſt vniuerſaliter verum, ſolus enim epiſcopus poteſt ordinare ſacerdotem, ſed non poteſt ſolus degradare. Item metropolitanus poteſt confirmare, & conſecrare electum in epiſcopum, non tamen poteſt deſtituere. Dicitur ſecundo. quòd licèt ſit generaliter verum, quod ad eundem pertinet inſtitutio, ſupplendum eſt, vel ad eius ſuperiorem. Vnde Papa poteſt deſtituere presbyterum, quem Epiſcopus inſtituit, & ius diuinum priuare poteſt Papam quem Cardinales elegerunt. Ad ſextam dicitur, quòd licèt in ſacro Canone non habeatur explicitè & ſub formalibus verbis, quòd Papa vel alius prælatus in hæreſim incidens eſt ipſo iure Papatu vel priuatione priuatus, habetur tamen implicitè, vt patuit in authoritatibus pro prima opinione inductis. Qui enim diuino iure non eſt ſequendus, ſed fugiendus, cui non eſt communicandum aut obediendum, ſed contra dicendum: qui non eſt ſalutandus neque ſuſcipiendus: qui non eſt ſuſtinendus ſed interficiendus, videtur eodem iure prælatione ſpirituali priuatus. Ad ſeptimum de gloſſ. de hæreti. dicendum, quòd Marcellinus Papa non fuit hæreticus, non enim errauit contra articulum aliquem fidei, ſed timore mortis idolis ſacrificauit. Item aliam. Et ſi erraſſet, non fuit hæreticus, quia non fuit pertinax, erat enim paratus corrigi. Quod autem vltimo dicunt, quod etiam iure Canonico Papa vel prælatus non ſit priuatus Papatu vel prælatione, falſum eſt. Papa enim hæreticus

non

Digitized by Google

non eſt maior Canone, ſed minor. Vnde in cap. ſi Papa. 40. diſtinct. dicitur, quòd nemo iudicat Papam, niſi deprehendatur à fide deuius. vbi glo. dicit, quod Papa non poteſt ſtatuere, quod non accuſetur de hæreſi, quia ex hoc tota eccleſia pericli taretur. Item glo. in capit. Acharius. 24. quæſti. 1. dicit. Hic eſt caſus, in quo Papa Papam ligare poteſt, & Papa in Canonem latæ ſententiæ incidit. Nec obuiat regula illa, Par parem ligare non poteſt, nec ſoluere. Quia ſi Papa hæreticus eſt, in eo quod hæreticus, minor eſt quocunque catholico, Hæc ibi. Idem tenuit Hugo in ca. inferior. diſt. 21. & Archidia. in cap. in fidei fauorem, de hære. lib. 6. Concordat. S. Thom. 4. ſentent. diſti. 19 quæſt. De correctione fraterna. arti. 2. dicens. Non enim prælati à ſubditis coram multitudine, ſed humiliter in priuato corripiendi ſunt, niſi immineret periculum fidei, tunc enim prælatus minor fieret, ſi in infidelitatem laberetur. & ſubditus fidelis maior. Hæc ille. Et diſtinctio. 18. in quæſt. De excõmunicatione. dicit, quòd ſi poneretur angelũ peccare, & ſentire contra fidem, non eſſet ſuperior Paulo. Si ergo Papa contra fidem ſentiret, & hæreticus eſſet, incideret in pœnas iuris, ſicut alius hæreticus. Solutio autem data ab iſtis ad rationes opinionis primæ, nulla eſt. Vnio enim corporis myſtici, quadruplex eſt. Prima eſt generica vel ſpecifica: quia omnes homines vnius generis ſunt vel ſpeciei. Secunda eſt per fidem. Tertia per charitatem & gratiam. Quarta eſt per infuſionem Spiritus ſancti in ſingula membra. Prima vnio, non eſt vnio ſimpliciter: quia id, in quo vniuntur, non eſt vnum numero, & ideo Chriſtus non eſt caput talis corporis, niſi in potentia, ſecundum quod tales ſunt vnibiles corpori. Qui autem per ſolam fidem vniuntur, membra quidem ſunt, ſed arida, nõ enim vitã ſpiritualem recipiunt à Spiritu ſancto. Qui autem per gratiam & charitatẽ vniuntur, etiã à Spiritu ſancto viuificantur, & horum caput Chriſtus eſt. Sic dicit. S. Th. in ſententia lib. 3. ſentẽ. d. 53. Ex cuius dictis primò infertur, ꝙ vnitas naturę non facit aliquẽ mẽbrũ eccleſiæ. Patet, nã alias infideles & dãnati eſſent mẽbra eccleſiæ. Secũdo ſequitur, ꝙ nullus infidelis eſt mẽbrũ eccleſiæ, quia non habet fidẽ qua vniatur. Tertiò ſequitur, quòd hæreticus mẽbrum eccleſię non eſt. Quartò, quod habens fidem informẽ membrum eccleſiæ eſt, & per conſequens prælationis eccleſiaſticæ capax. Quinto ſequitur, quod qui nec fidem, nec charitatem habet, prælationis nõ eſt capax. Patet, Quia ſi non eſt membrum, nec caput eſſe poteſt, & per conſquens prælatus factus hæreticus, ipſo facto prælatione eſt priuatus, quod erat intentũ. ¶ Quęritur. 16. De inquiſitione hæreticæ prauitatis, & qualiter fieri debeat. Pro cuius quæſtionis enodatione notandum, quòd contra delinquentes procedi poteſt per accuſationem, denunciationem, & inquiſitionem. vt in cap. qualiter & quando. 2. de accuſa. & quoniam hæretici delinquentes ſunt, ideo contra ipſos procedi poteſt per accuſationẽ, denuntiationem, & inquiſitionem: ſed quia in accuſatione & denuntiatione ſimilis eſt modus procedendi ferè ſicut in alijs delictis, frequentiùs etiã contra hæreticos per inquiſitionem proceditur. Omiſſo igitur pro nunc procedendi modo per accuſationem & denuntiationem, de inquiſitione & inquiſitoribus hæreticæ prauitatis dicẽdũ eſt. Vbi primò dicetur de inquiſitione in genere. Secundò de inquiſitione hæreticæ prauitatis in ſpecie, ſummatim tamen, longiorem diſcuſsionem alijs relinquentes, qui de his latè dogmatizarunt. Circa primum quæruntur ſeptem. Primò, quid eſt inquiſitio. Secundo, quotuplex eſt. Tertio, quis poſsit inquirere. Quartò, contra quem poſsit fieri inquiſitio. Quinto, quando procedatur ad inquiſitionem. Sexto, quomodo procedatur. Septimò quis ſit effectus inquiſitionis. Ad primum dicendum, quôd Inquiſitio, vt Oſtienſi placet, eſt alicuius criminis manifeſti ex bono & æquo iudicis competentis canonicè facta inueſtigatio. Ad ſecundum dicendum, quòd iuxta Theoricam doctorum in allega. cap. qualiter & quando. Inquiſitio eſt triplex, quædam generaliſsima, alia generalis; alia item ſpecialis. Generaliſsima inquiſitio eſt, qua inquiritur ſuper ſtatu totius prouinciæ, vel Diœceſis. Et in hac non eſt opus quod infamia præcedat, nec habet locum dicta definitio, quia prælatus tenetur eam facere quolibet anno cap. cum venerabilis de cenſi. & cap. Romana. de cenſib. libr. 6. Generalis eſt, qua inquiritur ſuper ſtatu alicuius ciuitatis, caſtri, vel alicuius loci: & in hac etiam non requiritur infamia, & de hac loquitur capit. primum. De officio ordinarij. Specialis inquiſitio eſt, quæ ſit contra certam perſonam. Et eſt adhuc duplex, Quædam eſt, quæ fit ad peccatum euitandum ex debito officio, vt puta, quòd matrimonium non contrahatur vel ſeparetur, quia eſt in gradu prohibito contractum. Quandoque fit ad pœnitentiam imponendam. In primo, non requiritur infamia præcedens, in ſecundo verò ſic. In ſimplicibus officialis denunciet crimen vt in c. præterea. de teſtib. cogend. Ad tertium dicendum, quod ille poteſt inquirere, qui poteſt corrigere & punire, vt Epiſcopi de ſubditis ſuis, Archiepiſcopi de Epiſcopis, & Patriarchæ de Archiepiſcopis. Ille autem prælatus ex officio debet inquirere. quia ſanguis ſubditorũ requiretur de manibus eius. vt in c. 1. & c. ad hæc de offic. archidiaconi. Licet enim Heli ſummus ſacerdos bonus exiſteret, quia eñ exceſſus ſubditorũ efficaci-

Digitized by Google

tet non correxit, is diuinam vindictam excepit, dum filijs ſuis in bello peremptis, idem de ſella corruens, fractis ceruicibus expirauit. vt dicitur in capitul. licet. de ſimonia vbi ſubiungitur. Tanto ergo diligentius debet prælatus aſſurgere ad puniendos ſubditos, quanto damnabilius offenſas eorum deſereret incorrectas. Hæc ibi. Ad quartum dicendum, quod inquiſitio fieri poteſt contra ſubditum, ſiue ſit prælatus, ſiue non: veruntamen facilius fit contra ſubditos minores, quam contra epiſcopos: qui cum teneantur ex officio arguere, corrigere, excommunicare, interdicere, aut ſuſpendere, ex quibus frequenter odium multorum incurrunt, verendum eſt, ne concuſsis columnis, corruat ædificium. vt dicitur in dicto capitulo qualiter & quando. 2. de accuſa. Si tamen delictum probatum fuerit contra prælatos, ſeuerius puniendum erit: quia vt Gregorius dicit, ſi peruerſa perpetrauerint, tot mortibus digni ſunt quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. vt in capitulo. præcipue. 11. quæſtione tertia. Sed quæritur, Vtrum ille, contra quem fit inquiſitio, teneatur dicere veritatem ſuper certo crimine interrogatus? Reſponſio ſit, quod ſic, quādo præceſsit infamia, vel ſemiplene probatum eſt. Sic dicit ſanctus Thom. ſecunda ſecundæ quæſtione. 69. Si vero factum non eſt notorium, neque præcedit infamia, neque ſemiplena probatio tunc non tenetur reſpondere, etiam ſi iuraſſet dicere veritatem. Sic dicit Henricus de Gandauo. 1. quodlibet. quæſtione. 33. neque eſt obediendum prælato in hoc, quia contra charitatem eſt. Occulta enim publicanda non ſunt, ſed ſoli Deo relinquenda. ſexta. quæſtione prima. capitul. ſi omnia. & capitulo. oues. & capitulo. ex merito. Ad quintum dicendum, quod ſi inquiſitio fit ad denuntiationem alicuius, eo denuntiante, facienda eſt. Si vero ex officio, aut fit contra regulares, aut contra ſeculares. Si contra regulares, tunc procedendum, cum fama publica concurrit cum indicijs vel ſuſpicionibus, alias in cauſa criminali iudex procedere non debet ad aliquem actum aut capturæ vel arreſtationis perſonæ, vel tormentorum, vt notant Inno. & Ioann. Andre. in capitulo qualiter & quando. in alijs autem à prædictis, ſcilicet à captura, arreſtatione & cæteris ſi non ſeruetur ordo ad vnguem, non obeſt dictum Panorm. in alleg. capitul. qualiter & quando. quod etiam ſine infamia contra clauſtrales procedi poteſt ad inquiſitionem, quod verum eſt, vbi tractatur de modico præiudicio, ſecus ſi agatur ad incarcerationem, depoſitionem ab ordine, & ſimilibus. Si vero inquiſitio fiat contra ſecularem, aut fit contra Epiſcopum, aut contra clericum inferiorem. Si contra Epiſcopum fiat, oportet quod præcedat talis & tanta infamia, quod ſine ſcādalo vel periculo diſsimulari non poſsit. vt dicitur in allega. capitulo. qualiter & quando. & capitulo. veritatis. de dolo & contu. & capitulo. cum minorem. de præſumpt. Si verò fiat inquiſitio contra clericum ſecularem inferiorem epiſcopo, ſufficit frequens fama, & clamoſa inſimulatio, licèt non inducat ſcandalum. Sed nec ad primam infamiam moueri debet ſuperior, imò tunc demum, quando ſæpe, & ſæpius aures eius pulſat. Probātur hęc in capitulo. ſuper his. & in capitulo. qualiter & quando. de accuſatio. & in capitulo. licet Heli. de ſimo. Et talis fama debet deferri iudici ſedenti pro tribunali ad banchum, aliàs in ſecreto non valet. ita notat Angelus in l. vacātia. C. de bon. vacan. & cum alijs iudicijs, ſeu ſuſpicionibus, aliter non poteſt procedere iudex ad aliquem actum. Sed nunquid ille, contra quem fit inquiſitio, poterit negare infamiam præceſsiſſe? Reſpondeo quòd ſic, & ſic oportebit, quòd primò iudex hoc cognoſcat, vnde ſi infamatus non inuenitur, non poterit iudex procedere: & licèt accuſator probet eum infamatum, nihilominus reus probare poteſt quòd eſt bonæ famæ: potentius enim eſt priuilegium bonæ famæ, quàm infamiæ. argument. capitul. licèt niſi. de accuſat. Sed quæritur, vtrum inquiſitores generales ad inquirendum de veritate criminum poſsint procedere ſeu inquirere non receptis teſtibus de infamia? Reſpondeo ſecundùm Panormita. in capitulo. cum dilecti. de accuſa. quòd ſic, ſatis enim eſt quod eis conſtet de infamia propter frequentem clamorem. Sed in delegato ad vnam cauſam ſecùs eſt. Ad ſextum dicendum, quôd prælatus in inquiſitione hoc modo procedet. Deſcendet enim ad locum, vbi perſona conuerſatur, contra quam vult inquirere, quia ibi melius veritas inquiritur, ſi commode hoc poſsit, aliàs non tenetur. Etſi inquiſitio generalis eſt in his quæ tangunt eccleſiam, iurabunt clerici, quòd ſuper his quæ ſciunt, vel credunt in ſua eccleſia reformanda tam in capite quàm in membris, exceptis criminibus occultis, meram veritatem dicent. Etſi contra hoc fuerit exactū iuramentū ab abbate, aut excōmunicatio lata contra ſubditos, ne reuelēt inquiſitori q̄ſciūt, nō ligat iuramētū, nec excōmunicatio tenet, vt in c. quia pleriq; de offi. ordi. lib. 6. Si verò eſt ſpecialis inquiſitio, citabit illū inquiſitor, contra quē vult inquirere, & eo citato & præſente procedet ad receptionē teſtiū, quorū nomina citato exponet, & audiet illū cōtra teſtes opponētē, niſi in cauſa hæreſis, vt infrà dicetur Audiet etiā exceptiones rei, tā cōtra teſtes, quā cōtra alios, & replicationes legitimas admittet, vt deponēdi falſum audacia recludatur. Sed quæritur. Vtrū ille, cōtra quē inquiritur, poſsit recuſare iudicē ſi ha-

ſi habet illum ſuſpectum? Reſpondeo quòd ſic, vt pote, quòd ex odij ſomite procedit, vel quia eſt criminoſus. articulo tertio. quæſtione ſeptima. capitu. iudicet. Sed quæritur, ſi teſtes interrogentur de occultis criminibus, vtrum debeant reſpondere. Reſpondendum, quòd non debent reſpondere, ſi inquiſitio ſit generalis in fide de crimine de quo infamia non præceſsit, vt dicitur in alleg. capitu. qualiter & quando. & multo minus, ſi inquiſitio ſit ſpecialis contra aliquem. Si verò infamia præceſsit contra aliquem, tunc teſtes dicent de eo quod inquiritur veritatẽ, etiã ſi illud quod ſciũt, ſit occultum. Vt (verbi gratia) ſi de fornicatione aliquis infamatus eſt, & vocetur aliquis, qui ſimul fuit cum fornicatore, debet dicere ſecretas circunſtantias, & quas ipſe ſecretò nouit, etſi infamatus ſit de fornicatione cum certa fœmina, tenetur etiam reuelare fœminam; ſecus ſi infamatus ſit de fornicatione abſolutè, tunc enim teſtis reuelare non debet occultam fornicatricem. Si dicunt Immo. & Hoſtienſ. in capit. qualiter & quando. 1. & Archi. in cap. habet hoc. 2. quæſtione quinta. Ad ſeptimum dicendum, quod quando agitur de generali ſtatu, hic eſt effectus inquiſitionis, quòd corrigenda & reformanda ſunt omnia tam in capite, quàm in membris circa perſonas & ſtatum communitatis, ita quòd conſuetudines laudabiles non remoueantur. & loco irrationabilium ponantur ſtatuta rationabilia ſine cuiuſquam iniuria. Si verò inquiſitio eſt particularis, & tale crimen probatum eſt. quòd etiam poſt pœnam impedit executionem ordinis, vt homicidium, & ſimonia, ſiue in ordine commiſſa, ſiue in beneficio, & is, contra quem fit inquiſitio præceſsit eſt ſecularis, idem effectus ſequitur, qui & accuſationem, & ſic degradatur eum nota infamiæ. vt 1. quæſtione tertia. capitulo vltimo, & de ſimonia inſinuatum eſt. Si verò dilapidatiò probetur, quæ præſumitur eo ipſo quòd magnam ſummam pecuniæ quam inuenit, expendit, & amplius eccleſiam obligauit, niſi fortè probaret careſtiam, defectum fructuum, expenſas neceſſarias, vel aliud ſimile, debet remoueri à villicatione. vt in cap. qualiter & quando. 2. de accuſatio. Sed ſi aliud crimen probatum ſit, arbitraria erit pœna. Si autem de crimine, de quo inquiſitum eſt, non conſtat per confeſsionem, neque per teſtes, ſed per formam tantùm, ſi habet facti perſeuerantiam, puta adulterium vel fornicatio, admonendus eſt primò ſeorſum, poſtea coram teſtibus, etſi fama adhuc duret, ſuſpenditur vſque ad ſatiſfactionem condignam, non enim ſtatim debet ſuſpendi propter infamiam, niſi enormitas delicti vel ſcandalum hoc expoſcat. vt in capitul. inter ſolicitudines. de pur. cano. Sed ſi omnes teſtes dicant ipſum innocentem, non ſuſpenditur, neque purgatione oneratur, niſi ex abundanti ad tollendam facti infamiam. Iudex ergo ex quo infamia conſtat, purgationem indicet, ad quam demum recurritur, accuſatione, denuntiatore, & teſtibus deficientibus, etſi ipſam præſtiterit, abſoluetur, alias punietur tanquam conuictus: vt in capitul. 2. & in cap. non inter alia. & cap. ex tuarum de pur. cano. Talis ergo erit ordo. Accuſator idoneus apparens, præ omnibus auditur: ipſo deficiẽte, denuncians, ipſo non apparente. Fama verò exiſtente, & frequenter accuſante, iudex debitum ſui officij exequetur, & omnibus alijs probationibus deficientibus, ad purgationem canonicam peruenitur tanquam ad vltimum ſuffugium. Vbi ergo inquiſitio fit aliquo proſequente, vel denuntiante, non licet iudici pœnam à iure ſtatutam minuere. Vbi verò in iure non reperitur certa pœna ſtatuta, arbitrariè punietur delinquens, vel denuncians, ſi in probatione defecerit. Sed ſi iudex ex puro officio procedit, & nec eccleſiæ nec animæ periculum imminet. arbitraria erit pœna. Sic dicit. Hoſti. in ſumma tit. de inquiſitionibus. §. quis ſit effectus. ¶ Quæritur inſuper. 17. de multis. Et primò, qui ſint de iure Inquiſitores hæreticæ prauitatis. Secũdò, quid poſsint. Tertiò, quæ eis prohibeantur. Quartò, quomodo procedunt. Quintò, per quem modum hæretici redeuntes ad eccleſiam reconciliandi ſunt. Ad primum dicendum, quod Inquiſitores hæreticæ prauitatis de iure ſunt epiſcopi, & eorum ſuperiores. Dicitur enim in capitul. Ad abolendam eo. tit. quòd illi ſunt excommunicati, quos ſinguli epiſcopi per diœceſes ſuas hæreticos iudicauerint: vbi expreſſè epiſcopis cõceſſa videtur facultas de hæreticis inquirendi. & in capitulo. excommunicamus primo. de hæreticis. in. §. addicimus. Sic dicitur. Addicimus inſuper, vt quilibet Archiepiſcopus, vel epiſcopus per ſe, aut per Archidiaconum, ſecum, aut alias honeſtas idoneaſque perſonas bis aut ſaltem ſemel in anno propriam parrochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, ei reuelet, & ibi tres, aut plures boni teſtimonij viros, aut etiam ſi expedire videtur, totam viciniam iurare compellat. Quòd ſi quis ibidem hæreticos ſciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, ſeu à communi conuerſatione fidelium vita & moribus diſsidentes, eos epiſcopo ſtudeat indicare. Et infra. Volumus igitur & mandamus, & in virtute obedientiæ diſtrictè præcipimus, vt ad hæc efficaciter exequenda epiſcopi per diœceſes ſuas diligenter inuigilent, ſi canonicã velint effugere vltionem. Si quis enim epiſcopus ſuper expurgãdo de ſua diœceſi hæreticæ prauitatis fermẽto negligẽs fuerit, vel remiſſus, cũ id certis indicijs apparuerit & ab epiſcopali officio deponatur, & in locũ ipſius alter ſubſtituatur

Digitized by Google

idoneus, qui velit & poſsit hæreticam confundere prauitatem. Hæc ibi. Ex quibus paret, quòd ad epiſcopos in ſuis diœceſsibus, & ad Archiepiſcopos in ſuis prouincijs ſpectat de hæreſi inquirere, & quod negligentes in hoc aut remiſsi ab epiſcopali officio deponuntur. Cùm autem Capitulum ſede vacante iuriſdictione epiſcopi fungatur, etiã iure communi ad ipſum ſpectat de hæreſi inquirere. Vnde in alleg. cap. ad abolendam. dicitur quòd hæretici excommunicati ſunt, quos capitulum ſede vacante hæreticos iudicauerit. Vnde apertè patet, quòd Capitulum ſede vacante iuriſdictionem habet ad inquirendum iure communi contra hæreticos. Papa verò, qui vniuerſalis epiſcopus & Põtifex eſt, vt in cap. cuncta per mundum. 9. quæſt. 3. poteſtatem habet vbique terrarum de hæreſi inquirendi, vnde ad ipſum tanquam ad Petrum referendæ ſunt omnes fidei quæſtiones. vt in c. quotiens. 24. q. 1. Præter hos verò nullus eſt inquiſitor ordinarius iure proprio. Ex prædictis infertur. ꝙ vicarius generàlis epiſcopi de hæreſi poteſt inquirere. Patet. Cùm enim Epiſcopi & vicarij ſui idẽ tribunal ſit. vt in c. Romana. de appe. & in ca. non putamus. de conſue. lib. 6. omnia quæ poteſt epiſcopus, poteſt & officialis, niſi ſint à iure excepta. vt in cap. cùm in generali. de offic. vicarij. libro. 6. vnde cum ius non excipiat hunc caſum de inquiſitione hæreticæ prauitatis, non dubium eſt, quin vicarius inquirere valeat. Secundò infertur. quòd legatus Papæ de latere cum plenitudine poteſtatis de hæreſi inquirere poteſt. Tertiò infertur, quòd quicũq; inquirũt de hęretica prauitate, ſunt prædicti ordinarij, vel eorũ delegati, Papa enim delegare poteſt in quacunque diœceſi poteſtatem inquirendi, & epiſcopus in ſua diœceſi. Et cùm Papa alicui delegat poteſtatem inquirendi de hæretica prauitate in aliqua diœceſi, per hoc non aufert poteſtatem ordinariam diœceſanis. vt in cap. per hoc. de hæret. lib. 6. Quidam autem dicunt, quòd ordo Prædicatorum habet commiſsionem à ſede apoſtolica, vt contra hæreticos inquirat, & in prouincia Thuſciæ, hoc habet ordo minorum ob reuerentiam beati Franciſci. Quia verò negotium fidei arduum eſt, non quibuſcunque committendum eſt, ſed veris catholicis, doctis, iuſtis, & prudentibus, qui ſanctè, iuſtè, & prudenter de negotio fidei inquirant, delinquentes corripiant, ad ouile eccleſiæ reducant. Sed quæritur, cùm inquiſitio committitur ordini prædicatorum, vel minorum, à quibus inquiſitores debent inſtitui? Reſpond. Gloſſ. in clementina. Nolentes. de hæret. ſuper parte, committi. dicit, quòd per miniſtros vel prælatos prouinciales illorum ordinum, quibus deputatio talium à ſede Apoſtolica commiſſa eſt. Sed nunquid præfati inquiſitores poſſunt alijs committere vices ſuas? Quidam dicunt quòd non, quia videtur eſſe electa induſtria perſonæ. de offic. dele ga. capitulo vltimo. & capitulo. is cui. libro ſexto. Alijs videtur contra, quod ſiue ordinariam, ſiue delegatam iuriſdictionem inquiſitor habeat, committere poteſt. Primum patet. Secundum tenet gloſſ. in allegat. Clementina. Nolentes. Sed nunquid officium inquiſitionis à ſede Apoſtolica commiſſum, per mortem Romani Pontificis expirat? Reſpond. quod non expirat neque quo ad negotia cępta viuente mandatore, neque etiam quo ad integra non cœpta, imò neque quo ad ea quæ tunc non emerſerant. vt in capit. ne aliqui. de hæret. libro ſexto. Vnde ſi Titius non erat hæreticus viuente Romano Pontifice, ſed poſt mortem eius in hæreſim incurrit, de eius hæreſi inquiſitor hæreticæ prauitatis ſe poterit intromittere. Ad ſecundum dicendum, quòd inquiſitores poſſunt conuocare clerum & populum ciuitatum, vel caſtrorum, aut aliorum locorum prout negotio fidei viderint expedire: poterunt etiam aduocare peritos quoslibet, vt in ſententijs proferendis conſilium dent, & præbeant, & ad hoc faciendum eos in virtute obedientiæ cogere poſſunt vt in capitulo. vt commiſsi. de hæretic. libro ſexto. qui viri docti ſecundum quoſdam gratis deſeruire debent in huiuſmodi officijs. Si tamen detur ſalarium eis non exigentibus recipere poſſunt. Poſſunt etiam Inquiſitores ſine epiſcopo citare, capere, ac tutæ cuſtodiæ mancipare, necnon in vinculis & manicis ferreis ponere, & inquirere contra illos, de quibus ſecundùm Deum & iuſtitiam viderint expedire. Tradere tamen carceri duro, qui magis eſt ad pœnam quam ad cuſtodiam, aut exponere tormentis, aut ad ſententiam procedere contra illos non poteſt epiſcopus ſine inquiſitore, neque inquiſitor ſine epiſcopo, aut delegato eius, vel Capituli ſede vacante, ſi ſui ad id curandum copiam habere potuerint infra octo dierum ſpatium poſtquam ſe requiſierint, alias quicquid agant, erit irritum & inane. vt clementina multorum. de hæreticis. Licèt autem contra hæreticos ſolos epiſcopus vel ſòlus inquiſitor diffinire non valeant, pro eis tamen alter ſine altero poteſt: à iure enim veteri non receditur, niſi in quantum inuenitur expreſſum, iure autem veteri poterat epiſcopus ſine inquiſitore. & inquiſitor ſine epiſcopo procedere, & per conſequens ſolus pronunciare, vt in capitulo. per hoc de hæreticis. libro ſexto. & in extrauaganti Benedicti, quæ incipit. Ex eo. Cùm ergo hodie immutetur hoc quando contra hæreticos pronunciatur, reſtat, quòd ſi pro eis feratur ſententia abſolutoria ab Epiſcopo ſolo, vel inquiſitore, ferri valeat.

Sic

ſic dicit gloſſ. in alleg. cle. multorum. ſuper parte, contra eos. Poſſunt etiam inquiſitores indicere ſilentium quæſtuarijs, quando prædicatio quæſtuariorum impedimentum affert congregationi, quæ pro negotio fidei fit. vt in capitul. vt officium inquiſitionis. de hæretic. libro ſexto. Poſſunt etiam inquiſitores per cenſuram eccleſiaſticam cogere rectores aliquorum locorum reuocare, vel moderare ſtatuta loci, per quæ officium inquiſitionis directè, vel indirectè impeditur, vel quomodolibet retardatur. quæ ſtatuta ipſo iure nullius roboris ſunt. vt in cap. ſtatutum. de hæret. libro ſexto. Poſſunt etiam inuocare brachium ſeculare per cēſuram eccleſiaſticam contra hæreticos. vt in dict. capitul. vt officium. Poſſunt etiam procedere contra hæreticos, non obſtante ſtatuto de duabus dietis. de quo in capitul. nonnulli. de reſcrip. vt in dicto capitulo, ſtatutum, vbi dicit Ioan. And. quòd procedere poſſunt contra hæreticum, licèt alibi commiſerit crimen, ſi in ſua inquiſitione inuenitur. Poſſunt autem vniuerſaliter inquirere de omni hæreſi repugnante catholicæ fidei. Poſſunt etiam procedere contra Chriſtianos, qui ad ritum tranſeunt vel redeunt Iudæorum, niſi metu mortis hoc fecerint. vt in capit. contra Chriſtianos. de hære. libro ſexto. Ad tertium dicendum, quod inquiſitores præfati de diuinationibus, aut ſortilegijs, niſi hæreſim ſapiant manifeſtè intromittere ſe non debent, neque punire talia exercentes, ſed eos relinquere debent ſuis iudicibus puniendos. in cap. accuſatus. in. §. ſanè. de hæret. libr. 6. Tunc autem dicuntur diuinationes ſapere hæreſim, vt ibidem dicit gloſſ. quando fiunt circa aras nefarias idolorum, quibus ſacrificia offeruntur. Sortilegia autem tunc ſapiunt hæreſim, quando ſortilegi aſſociant ſibi hæreticos propter ſortes exercendas, vel faciunt prædicta cum corpore vel ſanguine Chriſti, vel in ſortibus vt poſsint habere reſponſum, puerum rebaptizant, & his ſimilia. Sed nunquid Inquiſitores poterunt cognoſcere, an diuinatio, vel ſortilegia ſapiant hæreſim. Reſpond. in dubio non habeat iuriſdictionem. Et licet alias iudex cognoſcat an ſua ſit iuriſdictio, & in dubio dicatur iuriſdictionem habere. ff. de iudi. l. ſi quis ex aliena. quæ loquitur in ordinario, hic tamen niſi manifeſtè appareat, inquiſitor non ſe intromittit ſed dicit gloſſ. in allega. capit. accuſatus. non poſſunt etiam Inquiſitores de quæſtionibus vſurarum ſe intromittere, vt ibidem dicitur. Non poſſunt etiam duro carceri mancipare, tormentis exponere vel condemnare ſine epiſcopo vel eius vicario vt ſupra dictum eſt. Non poſſunt etiam extorquere pecuniam prætextu officij inquiſitionis quibuſuis modis illicitis. Item non debent applicare bona eccleſiarum ſibi vel fiſco ob delictum clericorum ſede vacante ſunt ipſo facto excommunicati, nec poſſunt abſolui ante ſatisfactionem pecuniæ ſic extortæ, vt in clementina. Nolentes. de hæreti. Item prohibentur abuti quomodolibet portatione armorum. Item non debent habere niſi neceſſarios officiales. vt ibidem dicitur. Item inhibetur, quòd non imponant malitioſe aut fraudulenter crimen hæreſis alicui, aut quod impedit officium inquiſitionis. Item quòd odij gratia, vel amore lucri, aut commodi temporalis obtentu contra conſcientiam ſecundum iuſtitiam procedere non omittant, vbi fuerit procedendum, alias ſuperior & Epiſcopus per triennium ſuſpenditur: inferiores vero ipſo facto excommunicantur. in alle. capitulo. de multorum. Item non poſſunt de crimine hæreſis inquirere contra ipſos niſi in literis apoſtolicis expreſſe contineatur quòd hoc poſsint. vt in capitulo. Inquiſitores. de hæreticis libro ſexto. Item inquiſitores ordinis prædicatorum non poſſunt ſe intromittere de inquiſitione hæreticorum in ordine minorum, inquiſitores ordinis minorum contra hæreticos de ordine prædicatorum, alias ipſo facto ſunt excommunicati, vt patet per eorum priuilegia à Paulo ſecundo conceſſa. Ad quartum dicendum, quòd inquiſitores hæreticæ prauitatis ſiue procedant per generalem inquiſitionem, ſiue ſpecialem; deſcendent ad locum eius, qui de hæreſi infamatus eſt, vel in quo perſona infamata moratur, vbi ſi generalis inquiſitio facienda eſt, publicum proponant edictum cum termini præfixione, vt omnes, quotquot ab vnitate fidei catholicæ deuiarunt, ad eccleſiam redeāt, quæ nunquam claudit gremium redeunti. Quod ſi in termino venerint, ſalutaris pœnitentia iniungenda eſt: ſi vero non venerint, procedunt ad teſtium receptionem, hoc ſeruato, quod ſi teſtes propter potentiam perſonarum contra quas deponunt, graue periculum timent ſi nomina eorum publicarentur, tunc non publicè, ſed ſecretè coram diœceſano, vel eo abſente coram vicario eius; cū inquiſitores procedunt, vel epiſcopus, aut eius vicarius cōtrā inquiſitore, ſi cōmodè poteſt, & aliquibus alijs perſonis prouidis, & honeſtis in Theologia & peritis deponāt, & coram eis epiſcopus vel inquiſitor totū proceſſum, ſuper quo deliberādū eſt, manifeſtent, & de ipſorum cōſilio ad condēnationē procedāt, vel ad abſolutionē, & plena fides talibus teſtibus adhibetur, licet eorum nomina non fuerint promulgata. Et poſſunt præcipere Inquiſitores præfatis honeſtis perſonis ſub pœna excommunicationis, quam incurrunt ipſo facto, ne reuelēt nomina teſt. q. Epiſcopus tñ nō pōt præcipere inquiſitori, neq. inquiſitor epiſcopo, ſed Papa præcepit in virtute ſanctæ obediētię, vt ſecreto hoc teneāt.

Ceſſante tamen tali periculo, debent accuſatorū & teſtium nomina publicari. Item procedere debent ſimpliciter & deplano ſine ſtrepitu & figura iudiciorum. vt in capitulo. finali. de hære. libr: ſexto. In tali autem teſtimonio ſicut ſupra dictū eſt cum per viam inquiſitionis proceditur, excommunicati & participes criminis admittuntur ad teſtimonium contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores & defenſores eorum, ſi ex circunſtantijs vere dicere præſumantur. vt in capitul. in fidei fauorem. de hæretic. libro ſexto. Si vero procedatur per viam accuſationis, vel exceptionis, tales non admittuntur, vt ibidem dicit Ioann. Andre. Receptis vero teſtibus, & per eos probato crimine hæreſis contra aliquem. Si autem reconciliatur, iuxta communiorem opinionem non eſt morti tradendus, ſed perpetuo carceri immurandus. Si vero ſententia fertur ſecundum quoſdam etiam tunc ſi appareat illum vere ad veritatem eccleſiæ redire, à pœna mortis eripitur: ſecundum alios vero curiæ traditur ſeculari debita cū animaduerſione puniendus, prout doctores dicunt Ad. 10 capit. ad abolendam. de hæret. Ad quintum dicendum, quod hæretici credentes receptatores, & defenſores eorum recipi poſſunt ad pœnitentiam, differenter tamen. Si enim hæreticus vocatus à iudice confiteatur crimen timore probationis, & in dex videat ipſum contritum, & ſperet de conuerſione ſua, poteſt parcere, iniūcta ſibi pœnitentia ſalutari. Et multo fortius hoc debet, ſi voluntarius acceſſerit ad pœnitentiam. Et multo fortius adhuc, ſi inquiſitor certū terminum appoſuit promittens, quod ſi infra illum veniret. & pœniteret, miſericorditer ſecus ageretur. Vnde in. l. Manichæos. C. de Manichæis. dicitur quod poſt mortem patris hæretici non publicati filius ſponte veniens, & pœnitens, hæreditatem habet, et ſi tunc abiurat, abſolui debet ſecundum formam eccleſiæ, quæ ponitur in capit. cum alijs. ſecunda quæſtione tertia. & in capitul. cum deſideres. ſecundum formam, quæ traditur in capitu. quoties prima quæſtione ſeptima. & in capit. ego Berēgarius. de conſe. diſtinctione ſecunda. & clerici ſpontanee reuertentes, recipiuntur ex diſpenſatione in ordinibus ſuis. vt in capi: omnes prima quæſtione prima. & cap. ſalui erimus. prima quæſtione vltima. et ſi poſt talem abiurationem in eādem hæreſim inciderent, ſine alia audientia relinquentur ſeculari curiæ tradendi. Et idem eſt, ſi eā purgauerant infamati, & poſtea incidiſſe in eam hæreſim de qua infamati erant, conuincuntur. vt in capitu. ad abolendam. in. §. illos quoque. de hæretic. & latius in cap. accuſatus. de hære. libro ſexto. Si vero talis vocatus negauerit. & cōuictus fuerit legitime per teſtes, condemnari debet per iudicem eccleſiaſticum, ad quem pertinet hoc præſentibus poteſtatibus ſecularibus, vel eorum baliuijs ſiue baliuijs, vel præpoſitis, caſtellanis, ſeu miniſtris, vt animaduerſione de bita puniant delinquētem. vt in cap. excommunicamus. 1. reſponſo. Aliter tamen, vt dictum eſt, puniuntur hæretici venientes ſponte, & aliter venientes timore probationum, de quo iura latius loquuntur, & doctores in allega. c. ad abolendam. & excommunicamus. de hæret. De carceribus vero & clauibus carceris, & incarcerandi modo, & alijs ad propoſitum attinentibus, late traditur in clem. multorum. de hære. Et de multis particularibus huic propoſito pertinentibus late dicitur in libro ſexto. & cle. ſub proprio titulo. Neque poſſumus huic libello omnia inſerere, quæ ad indaginem ſpecialem ſpectāt quoniam breuitati ſtudemus, & de ijs alij plene docuerunt. Qui autem hæreſim abiurat, abſolui debet ſecundum formam eccleſiæ, quæ ponitur in capit. cum alijs. ſecunda quæſtione tertia. & in cap. cum deſideres. de ſenten. excom. Modus autem abiurationis hæreſis, ponitur in cap. ſequenti Aduertendum etiam eſt, quod inquiſitio hæreticæ prauitatis committi non debet niſi ei, qui quadrageſimum annum attigerit. vt in clem. Nolentes. de hære. & eſt mirandum, vt ibidem dicit glo. quod cum in epiſcopo qui etiam inquiſitor eſt, requiritur tantum ætas triginta annorum, in Inquiſitore tamen ab eodem deputato, vel à Capitulo, requiritur ætas quadraginta annorum. Cuius ratio non facile reddi poteſt. Sed quæritur, an cum abiurantibus hæreſim valeat diſpenſari vt promoueantur? Ad hoc dicendum, quod circa eos quadruplex diſpenſatio inuenitur, ſcilicet, ſemi plena, plena, plenior, pleniſsima. Semiplena eſt, vt recipiantur in ordinibus iam ſuſceptis, ſublata eis in poſterum omni ſpe promotionis. 1, q. 1. Si quis hæreticæ. Plena, vt poſsint ſacerdotes fieri, & non vltra. 1. q. 7. ca. non tantum conuenientibus. Plenior, vt poſsint eſſe epiſcopi, non tamē primates. 12. diſt. c. nos conſuetudinē. Pleniſsima. vt ad omnes ordines & dignitates valeant promoueri. 23. q. 4. Ipſa pietas. ¶ Quæritur. 18. Quæ ſit abiurationis forma per hæreticos obſeruanda, cum contigerit eos ad fidem & ad eccleſiā redire. Pro cuius quæſtionis declaratione ſciendum, quod de quacunque hæreſi quilibet conuertatur, non eſt recipiendus niſi ad arbitrium ſui Epiſcopi vel Inquiſitoris fidei, abiurata, & anathematizata hæreſi. Ait enim Papa Leo ſcribēs Ianuario epiſcopo Aquilien. & habetur in. c. Saluberrimum. 1. q. 7. Saluberrimū, inquit, & ſpiritualis medicinæ vtilitati vtiliſsimum eſt, vt ſiue presbyteri, ſiue diaconi, aut cuiuſlibet ordinis clerici, q ſe correctos videri voluerint, atq; ad catholicā fidē: quā pridē amiſerant,

rant, rurſum teuetti ambiunt, priùs ertotes ſuos & ipſos authores erroris à ſe damnatos ſine ambiguitate fateantur, & ſenſibus prauis etiam nulla deſperandi ſit occaſio, nec vllum membrum talium poſsit ſocietati violari, cum per omnia illis profeſsio ptopria. Hæc ille. Hinc Epheſina ſanctiſsima ſynodus vna de quatuor principalibus, de Neſtorio epiſcopo, ſed hæretico ita conſtituit. Conſequens eſt, inquit, ſi reſipiſcere volueris, vt iureiurando fatearis & anathematizes tua polluta & ptophana dogmata: ſentias autem & doceas quæ nos vniuerſi pet orientem & occidentem epiſcopi & magiſtri præſules populorum credimus & docemus. Hinc in actione eiuſdem Synodi. 115. eiuſdem forma iutamenti exprimitur in hunc modum. Ego Hyſicius agnoſcens veram fidem orthodoxam, & accedens ad ſanctiſsimam & catholicam eccleſiam anathematizo omnem hæreſim, & maximè. N. in qua errabam, aſſentio autem præſcriptæ expoſitioni catholicæ fidei, anathematizans eos, qui non celebtant ſanctum Dei paſcha iuxta morem Apoſtolicæ & catholicæ eccleſiæ, & iuro per ſanctum Omoouſion, id eſt, Trinitatem etſi quid ex his labe facta veræ legum ſeueritati ſubiacebo, & expoſitioni mihi recitatæ ſubſcripſi manu ptopria. Hæc ibi. Hanc formam iuramenti inquit dominus Aimarus in libro De Synodis Sancta Romana eccleſia de hæreticis conuerſis eligere conſueuit, Apud practicam autem Inquiſitorum fidei forma abiurationis hæretici poſt confeſsionem ſuæ hæreſis, ante pœnitentiæ impoſitionem plenior habetut ſub tali verborum ſerie. Ego. N. tecognoſco & confiteot coram vobis dominis me ertaſſe in prædictis & ſupet his corde contrito & humiliato abſolutionem & pœnitentiam tequiro. Et hanc hæreſim & omnem aliam quocunque nomine cenſeatur abiuro. Et promitto quòd de cætero ſeruabo illibatam fidem, quam Romana tenet eccleſia, & prædicat. Et quòd hæreticos, & credentes eorum toto poſſe meo perſequar, & tam eos, quam eorũ fautores, receptores & benefactores bona fide & ſine dolo & ſine mora manifeſtabo eccleſiæ vel prælato. & pœnitentiam, quæ mihi pro dicta mea culpa iniungetur, integrè ſeruabo, & complebo. Et volo & concedo, quòd ſi ab hac hora in antea contigerit me relabi ad eundem errorem vel aliũ hæreſis quocunque nomine cenſeatur errando fortè aliquo caſu, vel credendo, ſeu fidem habendo errantibus, vel eos, vel credentes eorum recipiendo ſcienter, aut defendendo, aut fauendo dicto vel facto, aut eis benefaciendo qualitercũque eos vel celando, aut non manifeſtando bona fide & ſine mora, vel ſi pœnitentiam à vobis iniunctam integrè non ſeruauero, & perfectè non compleuero abinde ipſo facto habear excommunicatus, & periurus, & hæreticus manifeſtus, & me ego iudico, ita quòd ſine ampliore cognitione & ſententia, quæ iure relapſis & manifeſtis hæreticis indicitur, mihi pœna imponatur. Inſuper aſſero & proteſtor me puram & totam veritatem de me & aliis in quantum ſcio dixiſſe. Et ſi fortè conſtare peterit, me malitioſe de veritate aliquid ſuppreſsiſſe vel tacuiſſe, imponenda, vel iniungenda mihi à vobis pœnitentia ſeu abſolutio obtenta vel obtinenda nil mihi proſit. ¶ Quæritur. 19. Quid ſit apoſtaſia, & quot ſint eius ſpecies, Et qua pœna apoſtatæ puniantur. Ad primum dicendum, quòd Apoſtaſia eſt temerarius à ſtatu fidei, obedientiæ eccleſiaſticæ, vel religionis receſſus. Sic definit Alexander de Ales ſecunda ſecundæ titul. de Apoſtaſia. & poſt eum Hoſtien. in ſumma. De apoſtatis. Et dicitur apoſtata, quaſi retro gradiens, aut retro ſtans. vt 26. quæſtion. vltim. cap. non obſeruetis. Ad ſecundum dicendũ, quod Apoſtaſiæ tres ſunt ſpecies, ſecundum quod tripliciter contingit rettocedere à Deo, cui fidelis coniungitur. Deo autem tripliciter aliquis coniungitur. Primò quidem per fidem. Secundò per debitam & ſubiectam voluntatem ad obediendum præceptis eius. Tertiò per aliqua ſpecialiùs ad ſupererogationem pertinentia ſicut per religionem & clericatum, vel ſacrum ordinem. Remoto autem poſteriori, remanet prius, ſed remoto priori, poſterius non manet. Contingit ergo aliquem apoſtatare à Deo tetrocedendo à religione, quam profeſſus eſt, vel ab ordine quem ſuſcepit, & hæc dicitur apoſtaſia religionis ſeu ordinis, quam dicunt quidam apoſtaſiam irregularitatis. Contingit etiam aliquem apoſtatare à Deo per mentem repugnantem diuinis mandatis, & inobedientem prælatis eccleſiaſticis: quibus duabus exiſtentibus, adhuc poteſt eſſe homo Deo coniunctus per fidem: ſed ſi à fide diſcedat, tunc omnino à Deo retrocedere videtur. Sunt ergo in ſumma tres ſpecies Apoſtaſiæ, ſcilicet, Apoſtaſia quæ dicitur perfidiæ, Apoſtaſia ab obedientia, quæ dicitur Apoſtaſia inobedientiæ, & Apoſtaſia ab ordine vel religione, quæ dicitur Apoſtaſia irregularitatis. De prima Apoſtaſia loquitur Sapiens Prouerbiorum ſexto. dicẽs. Homo apoſtata, vir inutilis. Quia enim principium totius boni ſpiritualis eſt fides, vbi fides deeſt, nihil vtile eſſe poteſt.

¶ De hac etiam loquitur tex. in capit. quidam. de apoſtatis. De ſecunda verò apoſtaſia loquitur Sapiens Eccle. 10. cũ dicitur. Initiũ ſuperbiæ hominis, apoſtatare à Deo. Ex hoc enim ꝙ aliquis habet voluntatẽ mandatis Dei reſiſtentem, ſtatim incidit in ſuperbiã. De tertia verò apoſtaſia loquũtur,

tur.cap. 1.& duo vltima de apo. & eſt cum quis à ſtatu aſſumptę religionis, vel à ſacris ordinibus recedit, & tanquam clericus ſecularis fit, etiam dimittendo tonſuram, & vxorem accipiendo, ſi contrahens eſt promotus in ſacris, vel religioſus, vel cum clericus dimiſſo clericali habitu, ſecularem portat. Et quia cùm nomen ſignificat multa, ſi ſimpliciter dicatur, de famoſiori intelligitur. vt Inſt. de iure nat. §. ſed cum ius. cùm ſimpliciter dicitur nomen apoſtatæ, intelligitur de priori ſignificato, ſcilicet, de apoſtata à fide. Ex prædictis infertur, primũ, quòd omnis hæreticus eſt apoſtata. Patet ſic, Quicunque fidelis promittit in baptiſmo ſe tenere catholicam fidem: Imò & paruulis cum baptizantur fidei virtus infunditur. vt in clemen. Vnica. de ſumm. tri. & fid. cat. ſed hæreticus in fide errando, à fide retrocedit, ergo apoſtata eſt. Secundum eſt, quôd hæreticus non ſolùm eſt apoſtata apoſtaſia perfidiæ, ſed etiam inobedientiæ. Patet. Hæreticus enim pertinaciter errat contra fidem, neque vult ſubdi mandato eccleſiæ eum corripientis, ergo eſt inobediens & apoſtata apoſtaſia inobedientiæ. Tertium eſt, quòd etſi omnis hæreticus ſit apoſtata, non tamen omnis apoſtata eſt hæreticus. Contingit enim aliquem in totum recedere à fide, & accedere ad perfidiam Iudæorum vel ad ſectam Saracenorum, talis autem apoſtata eſt, quia retrocedit, ſed hæreticus non dicitur. Dictum eſt enim ſupra, quòd hæreticus etſi à fide erret, debet tamen in aliquibus Chriſto aſſentire. Quartum eſt, quòd inter apoſtatas maximus omnium eſt, qui fidem catholicam deſerens, ad iudaiſmum ſe conuertit. Quod patet propter duo. Primum, quia talis in totum fidem catholicam deſerit. Secundò, quia accedit ritui Iudæorum, qui quidem ritus præceſſit ritui Chriſtianorum, & ſic propriè retroceſſit & retrocedit: qui autem deſerta catholica fide ad ſectam Saracenorũ ſe conuertit, quamuis catholicam fidem deſerat, non tamen ad ſectam redit, quæ fuerit anterior. Vnde quantum eſt ex nominis etymologia iudaizans in totum veriùs dicitur apoſtata, quàm tranſiens ad ritum Saracenorum. Et præterea Saraceni plures catholicas veritates confitentur de Chriſto, quas Iudæi negant. Dicunt enim Saraceni Chriſtũ eſſe verbum Dei, prophetam Dei, amicum Dei, de virgine natum, aſcendiſſe ad cœlos. Quæ omnia Iudæi negant. Quintum eſt, quòd grauius eſt aliquem eſſe apoſtatam non hæreticum, quam eſſe apoſtatam hæreticum. Patet. Apoſtata enim hæreticus ille eſt, qui à fide deuians, & retrocedens, multis catholicis veritatibus aſſentit. Apoſtata verò non hæreticus eſt, qui à fide retrocedens, nulli catholicæ veritati aſſentit. Grauius enim eſt nulli veritati aſſentire, & errore oppoſitos amplecti, quàm pauciores ſequi errores, quibuſdam veritatibus omiſsis. Ad tertium dicendum, quòd dimiſſa apoſtaſia inobedientiæ & irregularitatis, de quibus non eſt præſentis intentionis tractare, quoniam de his latè tractatur in iure in cap. 1. vlti. & pe. de apoſtatis. & in decretis. 2. quæſtio. 7. alieni. & 3. quæſt. 4. Beatus. & 3. quæſtion. 4. Si quis à ſuo. cum alijs multis. pœna apoſtatæ à fide eſt, quod eſt infamis. 2. quæſtio. 7. non poteſt. 6. q. 1. infamis. & accuſari poteſt perpetuò per libellum & ſine libello, & viuente apoſtata non tollitur accuſatio tempore. Eo tamen mortuo tollitur quinquennio, & inchoare poteſt poſt mortem, ſicut in crimine læſæ maieſtatis. Item confiſcantur bona eius, niſi habeat liberos, vel agnatos. vt C. de apoſta. l. 1. & 2. l. apoſtatarum. Idem probat tex. in l. cognouimus de hæreti. & l. 2. tit. 26. part. 7. Quod intellige verũ de iure antiquo. Hodie autẽ imo & ſi habeat liberos confiſcantur auth. gazaros. C. de hæreticis. l. fin. C. de bonis proſcrip. gl. & omnes. In c. cum ſecundum de hære. in 6. & concludit Gregor. Lopez verb. catholicos ad l. 7. tit. 7. part. 6. & ſecundùm leges. Alieni etiam ſunt à teſtamentis & teſtimonijs, neque ad ſtatum priſtinum reuertuntur, etiam acta pœnitentia. Expellerentur etiam de ciuitate, niſi quia Imperatori maior pœna viſa eſt verſari inter homines, & hominum carere ſuffragijs. C. eodem. l. hi. qui ſanctam. Sed Apoſtatæ clerici, ne prædicatione ſua falſa in gregẽ Domini, cum contagionem generent, expelluntur de ciuitate ſicut omnes hæretici. C. de ſumm. tri. & fid. cat. l. 2. C. eod. l. vltim. Et licèt ſecundum leges alia ſit pœna apoſtatæ, & alia hæretici, ſecundum Canones tamen eadem eſt: quia omnis apoſtata aut hæreticus eſt, aut hæretico deterior, vt oſtenſum eſt. Apoſtata autem à fide, dominium amittit, quod habet in ſubditos. Dicitur enim in cap. nos ſanctorum. 15. quæſtio. 9. Nos ſanctorum prædeceſſorum ſtatuta tenentes, eos qui excommunicatis fidelitati aut iuramenti ſacramẽto ſunt conſtricti, apoſtolica authoritate à ſacramento abſoluimus, & ne ſibi fidelitatem obſeruent, omnibus modis prohibemus, quouſque ad ſatisfactionem veniant. Hæc ibi. Sed apoſtatæ à fide excommunicati ſunt ſicut & hæretici. vt dicitur in cap. Ad abolendam. de hære. ergo apoſtatis à fide non eſt obediendum, & per conſequens dominiũ perdunt. Cuius ratio eſt. Sicut enim iura humana poſſunt priuare bonis & dominio propter alia peccata, ſic & fortiùs priuare poſſunt propter apoſtaſiã à fide, quæ quidem grauius peccatum eſt, quàm crimen læſæ maieſtatis. vt dicitur in cap. vergentis. de hære. Sed propter crimen læſæ maieſtatis priuatur quis dominio quod habet in ſubditos: ergo à fortiori propter crimen apoſtaſiæ. Si enim

apoſta-

apoſtata non priuaretur dominio, hoc maxime cederet in detrimentum fidei. Poſſent enim apoſtatæ ſubditos ſuos corrumpere, ad infidelitatem pertrahere, ſi ab eius dominio non ſubtraherētur. Vnde quam cito aliquis per ſententiam denuncia tur excommunicatus propter apoſtaſiam à fide, tā cito eius ſubditi ſunt abſoluti à dominio eius. & iuramento fidelitatis, quo ei tenebantur. Secus autem eſt de infidelibus alijs dominium habentibus, quia propter ſuam infidelitatē dominio non priuantur. eſt enim dominium de iure gentiū, Diſtinctio autem infidelium & fidelium ſecundum ius diuinum, per quod non tollitur humanum ius. Vnde. 1. ad Corinth. 5. dicit Apoſtolus, Quid mihi de his quæ foris ſunt iudicare? Vt oſtendat, ꝙ infideles, qui nunquam ſuſceperunt fidem, non debent per eccleſiam iudicari. Et ſi quis arguat, ꝙ Iulianus imperator quamuis eſſet apoſtata, habuit tamen ſub ſe Chriſtianos milites, quibus cum diceebat. Producite aciem pro defenſione reipublicæ, obediebant ei. vt in cap. Iulianus. 11. quæſti. 3. vnde videtur, quod propter apoſtaſiam principis ſubditi non abſoluuntur. Dicendum, quod illo tēpore eccleſia in ſui nouitate nondum habebat poteſtatem terrenos principes compeſcendi, & ideo tolerauit fideles Iuliano apoſtatæ obedire in his, quæ non erant contra fidem, vt maius periculum euitaretur. Sic dicit ſanctus Thomas. 2. 2. quæſti. 12. arti. 2. ¶ Quæritur. 20. de blaſphemia, quid ſit, & quot ſint eius ſpecies, vtrum ſit peccatum mortale, vtrum ſit maximum peccatum, & tandem ad quem pertineat huius criminis cognitio & punitio. Ad primum dicendum, quod blaſphemia eſt derogatio excellentis bonitatis & præcipue diuinæ, Deus autem eſt ipſa bonitatis eſſentia, vt Dionyſius dicit in. 1. capit. de diuinis nominibus. Vnde quicquid Deo conuenit, pertinet ad bonitatem ipſius, & quicquid ei non conuenit, longe eſt à ratione perfectæ bonitatis. Ex quo patet, quod quicunque negat aliquid de Deo quod ei conuenit, vel aſſerit de eo quod ei non conuenit, derogat diuinæ bonitati, & per conſequens blaſphemus eſt. Et ſicut Deus laudatur in ſanctis ſuis in quantum laudantur opera quæ Deus in eis efficit, ita & blaſphemia quæ fit in ſanctos, ex conſequenti in Deum redundat, cum etiam ea quę Dei ſunt, creaturis attribuuntur, vel id quod creaturæ eſt Deo attribuitur, ad blaſphemiā pertinet. Ad ſecundum dicendum, quod blaſphemiæ, duæ ſunt ſpecies. Vna eſt, cum quis derogat diuinæ bonitati ſecundum ſolam opinionem intellectus, ſicut in eo, qui per errorem vel ignorantiam dicit Deū eſſe corporeum. Alia eſt, cum quadam affectus deteſtatione: ſicut cum quis ex iracundia vel alias attribuit Deo quod ei non conuenit, aut ab eo negat quod ei conuenit, & vtraque ſi conſiſtat tantum in corde, eſt blaſphemia cordis: ſi autem exterius prodeat per locutionem, eſt oris blaſphemia. Et de hac blaſphemia communiter loquuntur doctores. Ad tertium dicendū, quod blaſphemia ex ſuo genere eſt peccatum mortale. Peccatum enim mortale eſt, per quod homo ſeparatur à primo principio vitæ ſpiritualis, quod eſt charitas Dei: blaſphemia autem ſecundum genus ſuum repugnat diuinæ charitati, quia derogat diuinæ bonitati. Vnde blaſphemia ex ſuo genere peccatum mortale eſt. Attendendum tamen, quod quia blaſphemia poteſt abſque deliberatione ex ſurreptione procedere hoc poteſt dupliciter contingere. Vno modo, quod aliquis nō aduertat hoc quod dicit eſſe blaſphemiam, quia ſcilicet ſubito ex aliqua paſsione in verba prorumpit, quorum ſignificationem non conſiderat, & tunc eſt peccatum veniale, & non habet proprie rationem blaſphemiæ Alio modo, quādo aduertit hoc eſſe blaſphemiā, conſiderans ſignificata verborum, & tamen ex ira quę ſolet impedire iudicium rationis, prorumpit in blaſphemiam, & tunc non excuſatur à peccato mortali, ſicut nec ille qui ex ſubito motu iræ aliquem occidit iuxta ſe ſedentem. Sic dicit ſanctus Thom. 2. 2. quæſtion. 13. articul. 2. Ad tertiū. Sed adhuc qui aduertit ſignificata verborum, & blaſphemat, ſi calore iracundiæ vel ebrietatis hoc faciat, Doctores Canoniſtæ dicunt in cap. ſtatuimus de male. quod et ſi talis grauiter peccet, non tamē puniēdus eſt pœna dicti capituli. Statuimus. quia neſcit quodammodo quod facit. Quod Panor. credit verum in ebrio. Sed in acceſſo calore iracūdiæ dicit forſan non procedere, niſi calor eſſet ex iuſta cauſa prouocatus, argum. l. ſi adulterium. §. imperatores. ff. de adult. Secus quando ex iniuſta cauſa, vt puta, quia in ludo commiſit. argu. capit. inebriauerunt. 15. quæſtion. 1. Quicquid autem ſit de pœna, certum eſt, quod blaſphemus, qui attendit ſignificata terminorū, mortaliter peccat: quo ad pœnam vero conſideranda eſſet ebrietatis & iracundiæ cauſa, & ſecundum quantitatem culpæ iudex deberet pœnam infligere. Ad quartum dicendum, quod blaſphemia perfecta maximum eſt omnium peccatorum. Probatur dupliciter. Primo auctoritate gloſſæ ſuper illud Eſa. 15. ad proprium terribilem. &c. dicentis. Omne peccatum blaſphemiæ comparatum, leuius eſt. Hæc illa. Secundo ratione ſic. Optimo peſsimum oppoſitum eſt, vt dicitur. 5. Ethicorum. ſed blaſphemia perfecta opponitur optimo, ergo eſt peſsimum. Probatur minor. In via enim ſalutis poſt agnitionē fidei eſt dilectio charitatis, & laus & gratiarum actio, in blaſphemia vero eſt profeſsio infidelitatis cum deteſtatione voluntatis, in ſuper etiam verbalis in iuriatio:

iuriatio:vnde & perfecta blaſphemia maius peccatum eſt hęreſi & infidelitate & odio Dei,& per conſequens in peccatis ſummum tenet gradum. Vnde & damnati, qui in vltimo malorum ſunt, bonitatem diuinam blaſphemant,ſecundum illud apo.16.Aeſtuauerũt homines æſtu magno,& blaſphemauerunt nomen Domini habentis poteſtatem ſuper plagas. Ad quintum dicendum, quod blaſphemiæ cognitio & punitio pertinet ad epiſcopum diœceſanum,& ad iudicem ſecularem. Licet enim iniurias proprias debeant patienter ferre, iniurias tamen Dei & blaſphemias nullo pacto tolerare debent. Sicut & Chriſtus à dæmone tentatus,cum in iniuriam Dei dæmon Chriſto dixiſſet: Hæc omnia tibi dabo,ſi procidens adoraueris me,incunctanter Chriſtus reſpondit, Dei iniuriam non ferens,Vade retro Satana: Scriptum eſt enim,Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Matth. 4. Dignum eſt enim,ne iniuria Dei maneat impunita,vt iudices vtriuſque fori in eius vltionem inſurgant. Vnde et ſi regulariter pro vno peccato vna tantum pœna debeat infligi,quia vt dicitur. Na.1. nõn iudicat Deus bis in idipſum.& tamẽ in hoc crimine propter eius grauitatem duplex pœna infligitur, ſcilicet & ſpiritualis & pecuniaria. Et ſecundum leges municipales blaſphemus etiam corporaliter punitur. De eis ſcribitur in cap. ſtatuimus. de male. vbi Papa mandat,quod blaſphemus,qui contra Deum, vel aliquem ſanctorum ſuorum, & maxime beatam virginem linguam in blaſphemiam publice relaxare præſumpſerit,ſeptem diebus dominicis pro foribus eccleſiæ in manifeſto dum aguntur miſſarum ſolennia exiſtens,vltimo illorum die dominico,pallium & calceamenta non habeat, ligatus corrigia circa collum, & ſeptem præcedentibus ſextis ferijs in pane & aqua ieiunet, eccleſiam nullatenus ingreſſurus, & quod quolibet dictorum dierum tres vel duos pauperes reficiat,ſi poteſt:ſi vero indigeat, commutatur in aliam pœnam. Et ſi blaſphemus hanc pœnam ſubire non vult,interdicitur ei ingreſſus eccleſiæ,quandiu viuit,& priuatur eccleſiaſtica ſepultura in morte. Iudex etiã ſecularis eundem blaſphemię pœna multabit quadraginta ſolidorum, vel ſi pauper ſit,& amplius non poteſt,ſaltem quinque. Si enim contra homines factæ blaſphemiæ impunitæ non relinquuntur, multo magis qui ipſum Deum blaſphemat, dignus eſt ſupplicia ſuſtinere in auten. vt non luxu. hom.contra na.circa medium.colla.6. Admittuntur autem ad accuſationem blaſphemiæ contra Deum,& contra ſanctos quicunque homines ſiue milites,ſiue minores,infames, pauperes, familiares,patres,filij,liberti, patroni, mulieres, omnes enim admittuntur ad accuſationem maledici contra principem ſiue ſpiritualem, ſiue temporalem:nam cõiurationem Lucij Cathilinę mulier Iulia detexit,& Ciceronem conſulem inſtruxit,vt dicit Salluſtius in Cathilinario. & ſcribitur ff.de male.l.ſequenti. Cum ergo grauius ſit æternam quam temporalem offendere maieſtatem. vt in cap.vergentis.de hære.conſequẽs eſt, quod & contra maledicos in Deum etiam omnes præfati ad accuſationem admittantur. ¶Quæritur.21. de ſchiſmate. Circa quod quæruntur quinq;. Primo,quid ſit ſchiſma. Secundo, Vtrum ſchiſma ſit grauius hæreſi. Tertio, Vtrum ſchiſmatici habeãt aliquam poteſtatem. Quarto, Qua pœna ſchiſmatici puniuntur. Quinto, Quid iuris ſit de ordinatis à ſchiſmaticis. Ad primum dicendum, quod ſchiſma, ſecundum Goffredum, eſt illicita diſceſſio eorum,inter quos vnitas eſſe debet,ſeu illicitus ab vnitate vel vniuerſitate diſceſſus. Dicitur autẽ ſchiſma,vt Iſidorus dicit lib.8.etymologiarum.c.33.à ſciſſura. Sciſsio autem vnitati opponitur,vnitas autem eccleſiæ in duobus attenditur, ſcilicet, in communicatione membrorum eccleſiæ ad vnum caput,quod eſt Chriſtus,cuius vicem in terris gerit ſummus Pontifex. Vnde & ſchiſmatici proprie dicuntur,qui ſponte & intentione propria ſeparant ſe ab vnitate eccleſiæ, renuentes ſubeſſe ſummo Pontifici, & recuſantes communicare membris eccleſiæ ei ſubiectis. Ex quibus patet quod ſchiſma ab hæreſi differt. Nam hæreſis per ſe opponitur fidei. ſchiſma autem per ſe opponitur vnitati eccleſiaſticæ charitatis: & quicunque fide caret,charitatem non habet: omnis hæreticus eſt ſchiſmaticus, non tamen omnis ſchiſmaticus hæreticus eſt. Vnde & Hieronymus dicit ſuper epiſtolam ad Galat.& habetur.24.quæſtio.3. Inter ſchiſma & hæreſim intereſt, quod hæreſis peruerſum dogma habet,ſchiſma ab eccleſia ſeparat. Et quia amiſsio charitatis via eſt ad amiſsionẽ fidei ſic etiam ſchiſma via eſt ad hæreſim. Vnde ibidem ſubdit, quod ſchiſma à principio aliqua in parte poteſt intelligi diuerſum ab hæreſi. Cæterum nullum ſchiſma eſt,niſi ſibi aliquam hæreſim confingat,vt recte ab eccleſia receſsiſſe videatur. Hæc ille. Ex quo patet,quod ſchiſma ſine hæreſi eſſe poteſt, & quandoque cum hæreſi eſt. Ad ſecundum quidam dicunt, quod ſchiſma ſit grauius hæreſi & infidelitate,quia,vt dicunt,maiori bono maius malum opponitur.vt dicitur octauo Ethicorum. Sed ſchiſma opponitur charitati quæ eſt maior quã fides,vt dicitur.1.Corinth.13. cui opponitur infidelitas & hæreſis:ergo ſchiſma eſt grauius hæreſi. Item,quia maius peccatum grauiori pœna punitur,iuxta illud Deutero.7. capit. Pro menſura peccati,erit plagarum modus. Sed peccatum ſchiſmatis grauius punitũ legitur, quam peccatum

Digitized by Google

catum hæreſis, ſiue idololatriæ: ergo peccatum hæreſis ſchiſmatis grauius eſt hæreſi & idololatria. Minor probatur. Legitur enim Exod. 32. q propter idololatriam ſunt aliqui humano gladio interfecti. De peccato autem ſchiſmatis legitur. Nu. 16. Si oouã rem fecerit Dominus, vt aperiens terra os ſuum deglutiat eos, & omnia quæ ad illos pertinent, deſcenderintque viuentes in infernum ſcietis quòd blaſphemauerunt Dominum Deũ. Decem etiam tribus, quæ per ſchiſma à regno Dauid receſſerant grauiſſime punitæ ſunt, vt habetur 4. Regum. 14. Sed contra eſt: quia ioter duo peccata illud eſt grauius, quòd plures deformitates includit, ſed hæreſis includit, ſchiſma: omnis enim hæreticus ſchiſmaticus eſt, vt proximè dictũ eſt, ſed non cõuertitur, vnde hæreſis eſt grauior ſchiſmate. Et ioxta præterita ſi quæratur in communi de duobus peccatis quod ſit grauius, intelligenda eſt quæſtio de grauitate quæ attenditur ſecundum genus peccati: genus autem peccati attenditur ex obiecto, vnde illud peccatum, quod maiori bono contrariatur, & ſuo genere eſt grauius, ſicut peccatum in Deum grauius eſt, quàm peccatum in proximum, Peccatum autem hæreſis eſt cõtra ipſum Deum, in quantum hæreticus de Deo malè ſentit. ſchiſma autem eſt coorra eccleſiaſticàm vnitatem quæ eſt quoddam bonum participatum, & minus, quàm ipſe Deus. Vnde & peccatum hæreſis ſecũdùm genus ſicut grauius eſt ſchiſmate, poſſet tamen aliquod ſchiſma eſſe grauius hæreſi propter aliquas circunſtancias, ſcilicet, vel propter maiorem contemptum, vel propter maius periculum & ſcandalum, quod ex ſchiſmate oritur. Vnde & ad rationes in oppoſitum dicendum eſt. Ad primam dicendum, quòd charitas habet duo obiecta, vnum principale, ſcilicet, bonitatem diuinam. & aliud ſecundarium, ſcilicet, bonum proximi: ſchiſma autem opponitur charitati quantũ ad ſecularium bonum, quod eſt minus, quàm obiectum fidei, quod eſt ipſe Deus. Ad ſecundum dicendum, quòd peccatum ſchiſmatis eſt grauiùs punitum in populo Iudæorum, quàm idololatrias quia populus ille erat pronus ad ſchiſmata, & ſeditiones. Vnde dicitur. 1. Eſdræ. 4. Ciuitas illa à diebus antiquis aduerſum reges rebellat, & ſeditiones & prælia concitantur in ea. Pœna autem maior quãdoque infligitur pro peccato minori magis conſueto, quia pœnæ ſunt medicinæ quædam, vt dicitur. 2. cap. Thi Et ideo vbi eſt maior prauitas ad peccandum, debet ſeuerior pœna adhiberi. Vnde ſecundum antiquos canones qui vxorem occidit, per totam vitam pœnitere debet. vt in capit. admonere. 33. quæſtion. 3. & qui matrem occidit, decem annis pœnitere debet 33. quæſtion. 2. cap. latorem. & tamen vxoricidium minus peccatum eſt matricidio. Decem autem tribus non ſolùm pro peccato ſchiſmatis; ſed etiam pro peccato idololatriæ punitæ ſunt, ibidem apparet. Ad tertium dicendum, quod ſchiſmatici intra eccleſiam non habent aliquam poteſtatem. Dicit enim Cyprianus in quadam epiſtola. & habetur. 7. quæſt. 1. cap. Nouatianus. Qui vnitatem, inquit, ſpiritus neque conuentionis pacem obſeruat, & ſe ab eccleſiæ vinculo, & à ſacerdotum collegio ſeparat, nec epiſcopi poteſtatem habere poteſt, nec honorem. Sciendum eſt tamen, quòd ſpiritualis poteſtas duplex eſt: vna quidem ſacramentalis quædã poteſtas eſt, quæ per aliquam conſecrationem cõfertur. omnes autem conſecrationes eccleſiæ immobiles ſunt, manente re, quæ conſecratur, ſicut etiam patet in rebus inanimatis. Nam altare ſemel conſecratum, ſemper conſecratum manet, niſi fuerit diſsipatum. Homo etiam conſecratus quãdiu viuit, conſecratus eſt, niſi labatur in hæreſim, ſiue in ſchiſma. Quod ex eo patet, quia ſi ad eccleſiam redeat non iterum conſecratur, ſed quia poteſtas inferior non debet exire in actum, niſi ſecũdùm quod mouetur vſus poteſtatis à poteſtate ſuperiori: inde eſt, quòd tales vſum poteſtatis amittunt, & executione carent, vnde non licet eos vti ordinibus acceptis. Si tamen vſi fuerint, eorũ poteſtas in ſacramentalibus effectum habet. Vnde ſchiſmaticus celebrans verè conſecrat, & Epiſcopus ordinans, verum ordinem confert, vt adhoc dicetur. Poteſtas autem iuriſdictionalis eſt, quæ ex hominis iniũctione confertur, & talis poteſtas non adhæret immobiliter, vnde in ſchiſmaticis non manet, ex quo ſequitur, quòd non poſſunt excommunicare, neque abſoluere, nec indulgentias facere, neque beneficia conferre, neque res eccleſiaſticas alienare. vt dicitur in capit. ordinationes. 9. quæſtio. 1. & in cap. alienationes. 12. quæſt. 2. & in cap. 1. de ſchiſmaticis. Et non ſolum ſchiſmatici non poſſunt res alienare eccleſiæ, ſed etiam emens rem eccleſiaſticam, aut alio modo acquir. cap. 1. recipit à ſchiſmatico beneficium eccleſiaſticum. per cap. 1. eod. tit. Cùm ergò dicit Cyprianus, quòd ſchiſmaticus poteſtatem non habet, intelligendum eſt de poteſtate iuriſdictionis, non ordinis. vel ſi referatur ad poteſtatem ordinis, dicendum eſt, quòd non habet poteſtatem quo ad legitimum vſum, habet tamen quoad eſſentiam. Ad quartum dicendum, quòd pœna ſchiſmatici eſt correſpondens ſuæ culpæ. Per quæ enim quis peccat, debet torqueri, vt dicitur Sapien. 11. Schiſmaticus autem in duobus peccat. Primò quidem quia ſeparat ſe à communione membrorum eccleſiæ, & quantum ad hoc conueniens pœna eſt, vt excommunicetur. Vnde & Num. 16. ſcriptum eſt, Recedite à tabernaculis hominum impiorum,

qui

oogle

qui ſcilicet ſchiſma fecerunt, & nolite tangere ea, quæ ad ipſos pertineant, ne inuoluamini peccatis eorum. Peccat ſecundo ſchiſmaticus, quia recuſat ſubdi capiti eccleſiæ, id eſt, Romano Pontifici, & ideo quia coerceri non vult per ſpiritualem poteſtatem eccleſiæ, iuſtum eſt, vt per temporalem poteſtatem coerceatur: Vnde & Schiſmatici contra Romanam eccleſiam à principibus ſecularibus corriguntur, & carceri mancipantur. vt in cap. petimus. & in cap. iſtud eſt. 2. quæſtio. 1. Deponuntur etiam à dignitatibus, & bona eorum publicantur. vt in cap. In nomine Domini. 23. diſtinct. Ad quintum dicendum, quòd ſchiſmatici aliquem ordinantes aut ſeruant formam eccleſiæ, aut non ſeruant. Et ſiquidem formam eccleſiæ non ſeruant, nihil conferunt: quia & catholicus Epiſcopus ordinans, & formam eccleſiæ non ſeruans in ſubſtantialibus, nihil confert. Vnde. 9. quæſtio. 1. dicitur. Nos conſecrationem dicere nullo modo poſſumus, quæ ab excommunicatis gloſ. id eſt, ab hæreticis, vel ſchiſmaticis eſt illicite celebrata. gl. id eſt, præter formam eccleſiæ. Si verò formam eccleſiæ ſeruant, verum ordinem conferunt, quia in eis conſecratio & character indelebilis eſt. Vnde in capitulo ſecundo. de or. ab epiſ. dicitur. Cũ clericis, qui ab excommunicato epiſcopo ignoranter ordines receperũt, per ſuos poterit epiſcopos diſpenſari. Hæc ibi. Ecce quod non dicit eos reordinandos eſſe; vnde apparet eos verè ordinatos fuiſſe. Verum eſt tamen, quod licèt verè ordinati ſint, executione tamen ordinis carent, ſic & epiſcopi eos ordinantes: nam nemo dat quod non habet. in ca. qui perfectionem. & in cap. ventum. 1. quæſtion. 1. vnde tales niſi cum eis diſpenſetur, vſum ordinis non habent. Et ſi quæratur per quem debeat diſpenſari? Dicendum ſecundum doctrinam Panor. in cap. finali. de ſchiſma. quod in epiſcopatu ſolus Papa diſpenſat. in cap. quia diligentia. de elect. in alijs verò ordinibus diſtinguunt. Quia aut recipit ſcienter vel ex ignorantia craſſa & ſupina; & ſic etiam ſolus Papa diſpenſat. Aut ex ignorantia probabili, & ſic diſpenſat epiſcopus. vt in allega. cap. 2. de ordi. ab epiſcop. non tamen diſpenſandum eſt ab eodem epiſcopo, qui in ſchiſmate ipſum ordinauit, licèt ipſe ad vnitatem eccleſiæ redeat. vt notat gloſ. in dict. cap. 2. de ſchiſmat. ¶ Quæritur deinceps. 22. de hæreſi in ſpecie eorum, qui tranſeunt vel redeunt ad ritus Iudæorum. Pro cuius quæſtionis elucidatione ſciendum quod eorum qui redeunt ad ritus Iudæorum ſeu tranſeunt duplex eſt modus. Quidam enim tranſeunt vel redeunt, quia putant legem Chriſti eſſe vanam, & falſam, legem autem Moyſi veram, bonam, & ideo tenendam & obſeruandam, qui etſi inter Chriſtianos conuerſentur & Chriſtiani nominentur, non tamen ſunt Chriſtiani ex intentione, ſed ficte, & ſimulatè ritu Chriſtianorũ viuunt. Alij vero ritibus Iudæorum inhærent, credentes legem Chriſti eſſe veram, ſanctam & obſeruandam ſed cum hoc credunt legem Moyſi quia à Deo eſt tenendam eſſe & obſeruandam, vnde & ſimul ritus Chriſtianos obſeruant, & ritus veteres. Secundùm hoc ergo erit duplex conſideratio. Prima eorum, qui tranſeunt, vel redeunt ad ritus Iudæorũ, deteſtantes legem Chriſti, & legi veteri inhærentes. Secunda verò erit de his, qui tranſeunt ad ritus Iudæorum. putantes legem veterem eſſe bonã & tenendam, amplectentes etiam legem euangelicam quaſi catholicam, veram, tenendam, & obſeruandam, de quibus alibi dicetur. Circa primam conſiderationem primò tractabimus de comparatione vtriuſque legis, & de duratione antiquæ. Secundo oſtendemus ex authoritatibus teſtamenti veteris & antiquorum Hebræorum trinitatem & vnitatem diuinarum perſonarum. Tertio ex eiſdem auctoritatibus oſtendemus Chriſtum in lege promiſſum nobiſque datum verum Deũ eſſe. Quarto ex eiſdem palam faciemus tempus ſui aduentus præteriſſe. Quinto de veritate ſacramenti tractabimus. Sexto, quibuſdam reſpondebimus qui Iudæos magni faciunt, tanquam fidelibus ſubtiliores, & ſapientiores. Circa primum primo oſtẽdemus, quod præter Moyſen de genere Iudæorum alius propheta venturus erat qui legẽ ferret. Secundo oſtendetur, quod legi Moſaicæ potuit aliquid addi, vel ab ea minui. Tertio, quod populo Iſraelitico noua lex danda erat alia à Moſaica, quæ etiam in lege veteri fœdus nouum appellatur. Quarto, agitur de alietate veteris & nouæ legis. Quinto oſtenditur, quod lex noua non eſt in membranis ſcripta, ſed menti indita Sexto oſtenditur, quod lex noua eſt veteris impletiua. Septimo ponitur diſtinctio præceptorum legis in moralia, cæremonialia, & iudicialia. Octauo ponitur horum præceptorum ſubdiuiſio. Nono oſtenditur, quod præcepta moralia immutabilia ſunt, & indiſpenſabilia. Decimo, oſtenditur præcepta cæremonialia & iudicialia legis mutabilia eſſe, & iam eſſe mutata, atque euacuata. Vndecimo oſtenditur idem per auctoritates. Duodecimo oſtenditur cuius authoritate lex vetus fuerit reuocata, atque euacuata. Decimotertio ponitur obiectio contra ea, quæ dicta ſunt de ceſſatione legalium. Decimoquarto ponitur præmiſſarum obiectionum ſolutio. Decimoquinto tractatur ſpecialiter de obſeruatione Sabbati, & vtrum fideles teneantur Sabbatum obſeruare. Decimoſexto quæritur, quare lex vetus tenetur & legitur à Chriſtianis ex quo ceſſauit & ſepulta eſt. Decimoſeptimo quæritur vtrum lex noua ſit duratura vſque ad finem

Digitized by Google

nem mundi, & vtrum in ſtatu eius futura ſit aliqua mutatio. Decimooctauò oſtenditur, quòd lex noua continetur in veteri, & eſt ea perfectior & ſuauior. Decimonono ponuntur in ſumma differentiæ veteris & nouæ legis. Circa primum primo oſtenditur, quod propheta venturus erat de gente Iudæorum, qui legem eis daret, ex auctoritate Domini Deuter. 18. dicentis, Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi: qui autẽ verba eius qui loquitur in nomine meo audire noluerit, ego vltor exiſtam. Hæc ibi. Ex quibus patet propoſitum, quod Deus ſuſcitaturus erat de gente Iudæorum aliquem prophetam, cui credendum erat, & obediendum legi per eum datæ, ſicut & Moyſi obedierunt & legi eius. Sed contra hoc arguit Rabbi Moyſes in epiſtola ad Iudæos Africanos, dicens, quod ex hac auctoritate non colligitur, ꝙ propheta ſuſcitandus debeat legem ferre, ſed futura tantum prænunciare. Probatur ex textu Deuteronomio. 18. & ex circunſtantia ſermonis, quæ clarificat ſcripturam. Ibi enim intendens Dominus reuocare Iudæos ab augurio & diuinatione, dicit, quod non intendant eis, quia per prophetam à Domino ſuſcitandum poterunt de futuris inſtrui. Quod ſequentibus verbis dicitur. Gentes iſtæ, quarum poſſidebis terram augures & diuinos audiunt, tu autem à Domino Deo tuo aliter inſtitutus es. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis ſicut me ſuſcitabit Dominus Deus tuus, ipſum audies. Hæc ibi. Ex quibus patet intentum Rabbi Moyſi, vt ipſi putant. Sed qui bene attendit contexturam allegati capituli, vt Dominus Burgenſ. voluit in ſuo ſcrutinio ſcripturæ, inueniet, quòd de duobus prophetis ibi loquitur Deus. Primò enim loquitur de propheta futura prænunciante de quo verba præmiſſa per Rabbi Moyſen inducta intelliguntur. Secundo loquitur de propheta legiſlatore, de quo in ſequentibus verbis ſic dicit, vt petiſti à Domino Deo tuo in Horeb, quando concio congregata eſt, atque dixiſti, Vltra nõ audiam vocem Domini Dei mei, & ignem hunc maximum amplius non videbo, ne moriar. Et ait Dominus mihi. Bene omnia ſunt loquuti, prophetam ſuſcitabo ei de medio fratrum ſuorum ſimilem tui & ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi: qui autem verba eius qui loquitur in nomine meo audire noluerit ego vltor exiſtam. Hæc ibi. Patet igitur ex ſerie literæ, quod quia in datione legis in Horeb populus fuit maximè territus ex igne & alijs ibi occurrentibus, in tantum quod populus petiuit, ne amplius per illum modum loqueretur Deus, vt patet Exod. 20. & Deut. 5. idcirco in præſenti dicit, quod iam non eo modo daret legem, ſed per modum mitiorem, mittendo ſcilicet Prophetam, qui eſſet verus homo ſicut & Moyſes, in cuius ore poneret præcepta, & qui ei non obediſſet, à Deo puniretur. Ex quo patet, quod præter Moyſen alius propheta de gente Iudæorum ſuſcitandus erat, qui legem daret, ſicut & Moyſes fecit. Sed Petrus Brutus Epiſcopus in libro, qui inſcribitur, Victoria contra Iudæos. cap. 3. non approbat dicta Burgen. ſed eleganter oſtendit, quod de vno tantum propheta Moyſes loquitur in allegato. capit. 18. Deutero. qui & futura prædiceret & legem faceret. Quorum vtrumque Chriſto Domino conceſſum eſſe ſatis conſtat. ¶ Quæritur conſequenter. 23. Vtrum legi Moyſi aliquid addi poſsit, & ab ea quicquam detrahi ſeu minui. Et videtur quòd nõ. Fruſtra enim ſuſcitatur legiſlator, ſi legem ferre non poteſt: ſed non poteſt poſt legem Moyſi ferri alia lex. ergo, &c. Probatur minor. Dicitur enim Deuter. 4. Et nunc Iſrael audi præcepta quæ ego doceo te, vt faciẽs ea viuas, & ingrediens poſſideas terram, quã dominus Deus patrum veſtrorum daturus eſt vobis. Sequitur. Non addetis ad verbum quod loquor vobis, neq; auferetis ex eo. Hæc ibi. Conſtat autem quod Chriſtus & Apoſtoli multa addiderunt, noua ſcilicet ſacramenta inſtituendo, multa etiam abſtulerunt, circunciſionem, & talia legalia auferendo, vt infra patebit, ergo malè poſt legem Moyſi ſurrexit alius legiſlator, qui legem condiderit. Ad hoc quidam reſpondent dicentes, quod lex noua, quæ poſt legẽ Moyſi data eſt, non eſt alia à lege veteri. Sed hoc falſum eſt. Dicit enim Apoſtolus Hebræ. 7. & ponitur in cap. tranſlato. de conſtit. Tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat. Sed aliud eſt ſacerdotium noui & veteris teſtamenti, vt ibidem Apoſtolus probat, ergo eſt etiam alia lex. Et præterea quanuis lex noua non differret à lege veteri, nihilominus poſſet addere multa, & ab ea auferre, ſicut omnes conſtitutiones canonicæ vel ciuiles ad vnam legem Canonicam vel ciuilem pertinent, & tamen poſteriores multa addunt anterioribus, & quandoque diminuunt. Ideo alij dicunt, quod additio eſt duplex. Quædam diſtrahens, alia complens. In prima additum eſt contrarium, in ſecunda conſonum. Prima additio eſt à Deo prohibita, non ſecunda. Vnde Legiſlator Chriſtus addidit Legi Moyſi, prima additione, non ſecunda. Quoniam, vt dicunt, lex noua non tollit legem veterem, ſed eam perficit. Sed hoc etiam ſtare non poteſt. Lex enim vetus per aduentum nouæ ceſſauit, & caſſata eſt. Vnde & Apoſtolus Hebræ. 7. dicit. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatẽ eius, & inutilitatem. Et cap. 8. dicit, Dicendo autem nouum

vetera-

Digitized by Google

veterauit prius. Quod autem antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt. Ideo alij probabilius dicunt, quod per authoritatem allegatam in Deuteronomio prohibentur ſubditi, ne aliquid addant ad præcepta diuina in lege Moyſi contenta, vel ab eis auferant. Sed per hoc non tollitur, quin Deus, vel aliquis propheta vice Dei poſsit aliquid addere vel minuere, ſicut & in lege humana, quãuis nullus poſsit addere vel minuere legi Romani Pôtificis, ſed omnes debeant cuſtodire ſtatuta Canonum vt in. cap. 1. de conſti. & tamen Romanus Pontifex, qui legem tulit, poteſt in totum eam auferre, vel ei addere, vel in ea diſpenſare. vt probatur in. cap. non debet. de conſang. & affini. Quod ex verbis eiuſdem textus colligitur. Dicitur enim ſic. Nõ ad verbum quod loquor vobis, nec auferetis ex eo. Quæ quidem verba ad populum Iſrael diriguntur. Non autem dixit, non addam, vel, non addetur ad verbum quod loquor vobis. Vt per hoc oſtendat, quod & ſi Iudæi nihil poſſent neq; debeient addere legi Moyſi, Deus tamen ipſe, vel aliquis ab eo miſſus legem poterat ferre, & legi Moyſi addere, vel eam minuere, ſicut & fecit. ¶ Quæritur etiam. 24. Vtrum ſicut Deus potuit addere aliquid vel minuere legi Moyſi, ſic etiam promiſerit dare populo Iſraelitico legem nouam aliam à lege Moſayca. Ad quod reſpon. quod ſic. Dicitur enim Iſaiæ. 55. Inclinate autem veſtram, & venite ad me, & viuet anima veſtra: & feriam vobiſcũ pactum ſempiternum, miſericordias Dauid fideles. In quibus verbis nomine Dauid, non intelligitur rex Dauid, qui iam multis ante annis obierat, ſed per Dauid intelligitur Meſsias ipſe lege promiſſus. Eſt ergo ſenſus. Feriam vobiſcum pactum ſempiternum, id eſt, dabo vobis legem ſempiternam, de lege Moyſi intelligi non poteſt, quæ iam data erat, & non danda. Qualis autem futura eſſet lex danda, oſtẽdit, dicens, miſericordias Dauid fideles. hoc eſt, charitatem & miſericordiã quas Chriſtus prædicauit, & docuit. Ex quibus apparet Deum præordinaſſe legem aliam à Moſayca eſſe à Meſsia ferendam. Et prǽterea clarius hoc ſcribitur, & propoſitum probatur Hiere. 31. Ecce dies venient, inquit, dicit Dominus, & feriam domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouum, non ſecũdum pactum quod pepigi cum patribus veſtris in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra AEgypti, pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus ſum eorum, dicit Dominus. Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Iſrael poſt dies illos dicit Dominus. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam, & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. Hæc ibi. Ex qua authoritate duo vidẽtur denuntiari. Vnum, quod Deus daturus erat legem nouam aliam ab illa, quam dederat Iudæis cum exirent de terra AEgypti. Aliud, quod lex noua alio modo erat danda, quam antiqua. nam ſcribenda erat in cordibus ſicut antiqua in tabulis lapideis, per quod ſtabilitas legis naſci ſignificabatur, & infirmitas atque inſtabilitas legis antiquæ præfigurabatur. Ad hoc ſecundo facit, quod per Prophetam Pſal. 9. dicitur. Deprecatur enim Dominum dicens, Conſtitue Domine legiſlatorem ſuper eos, vt ſciant gentes quoniam homines ſunt. Non erat neceſſe, quod diuinus Pſaltes legiſlatorem peteret, niſi lex ab eo eſſet ferenda, ſed quoniã ſciebat nouam a Chriſto ferendam legem, ipſam audiendi percupidus deprecatur dicens, Conſtitue Domine legiſlatorem, id eſt, mitte Chriſtum qui legem ferat. Et prætereà quod lex vetus euacuanda erat, & noua ferenda, Eſa. teſtatur. cap. 1. dicens, Quo mihi multitudinem victimarum dicit Dominus. Plenus ſum. Holocauſta arietum, & adipem pinguiũ, & ſanguinem vitulorum & hircorum nolui. Et infra. Ne offeratis ſacrificium fruſtra. Cuius voluntatis Malachias etiam. cap. 1. teſtis eſt inquiens. Non eſt mihi voluntas in vobis dicit Dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Et ſequitur. Et in omni loco ſacrificetur nomini meo oblatio munda. Ideo à Dauid antea prædictum erat Pſal. 49. Non accipiam de manu tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Et infra. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo? Imola Deo ſacrificiũ laudis, & redde altiſsimo vota tua. Ex quibus prophetarum oraculis duo patent. Primum, quod Deus non vult ſacrificia de animalibus ſibi offerri. Alterum, quod vult mundam oblationem, & per conſequens legem innouari, qua vetera recedant, nouis oblationibus ſubſtitutis. De qua lege intelligitur, quod Eſaiæ. cap. 2. ſcribitur. De Sion exibit lex, quia in mõte Sion Chriſtus prædicauit, & in eodem monte Spiritum ſanctum mittens, apoſtolos illuminauit, & docuit legem euangelicam. De quo Meſsia loquens idem Eſaias. cap. 42. dicit. Legẽ eius inſulæ expectabant. ¶ Quæritur deinde. 25. de alietate veteris & nouæ legis, id eſt, vtrum lex noua ſit alia à lege veteri. Pro cuius quæſtionis enucleatione ſciendum, quod quidam dicunt legem nouam non eſſe aliam à lege veteri. Ad quod probandum tria inducũt. Primum eſt, quia ſi eſſet alia, eſſet proptera, quia lex noua eſt amoris, & lex vetus timoris, vt Auguſtinus dicit contra Adamãtium. Sed hoc non, quia etiam in lege veteri proponuntur præcepta charitatis Deutero. 6. Diliges Dominum Deum tuum. In lege etiam noua proponuntur præcepta timoris. Vnde Matth. 10. dicitur, Timete eum, qui poteſt corpus & animã perdere in gehennam.

henuam. Similiter etiam non differunt per hoc, quia teſtamentum vetus habuit promiſſa temporalia, nouum vero ſpiritualia & æterna: quia etiã in nouo teſtamento promittuntur aliqua temporalia, iuxta illud Mar. 10. accipiet decies tantum nunc in tempore hoc. Et in lege veteri ſperabantur æterna, iuxta illud Hebræ. 11. Nunc autẽ meliorem patriam appetunt. id eſt cœleſtem. Quod lex noua non ſit alia à lege veteri ſecundum eſt: quia non videntur differre hæ leges per hoc, quia lex vetus eſt lex factorum, & lex noua lex fidei, ſicut Apoſtolus videtur dicere Rom. 4. quia lex vetus fuit etiam lex fidei. iuxta illud Hebr. 2. Omnes teſtimonio fidei probati ſunt. Quod dicit de patribus veteris teſtamenti. Similiter etiam lex noua. eſt lex factorum. Dicitur enim Matthæi. 5. Benefacite his, qui oderunt vos. Et Lucæ. 22. Hoc facite in meam commemorationem. Tertium eſt quia vtraque lex datur habẽtibus fidem Dei: ſed eadem fides eſt antiquorum & modernorum, vt gloſſ. dicit Matthæ. 21. ergo etiam eſt eadem lex. Sed in oppoſitum eſt ſententia Apoſtoli ad Hebræ. 7. dicentis, Tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat. Sed aliud eſt ſacerdotium noui & veteris teſtamenti, vt ibidem Apoſtolus probat, ergo eſt etiam alia lex. Circa hoc primo dicendum eſt, quid per legem veterem & nouam intelligatur. Secũdo dicitur de alietare. Circa primum ponuntur tres diſtinctiones. Prima erit legis in communi ſumptæ. Secunda legis diuinæ. Tertia legis Chriſti. Prima ergo diſtinctio eſt, ꝙ lex multipliciter dicitur. Quandoque etiam accipitur pro prima lege, quæ eſt lex increata, & ſic definit Auguſtinus legem libro primo. de libero arbitrio, dicens, Lex æterna eſt ſumma ratio, cui ſemper obtemperandum eſt. Et. 22. contra Fauſtũ dicit, Lex æterna eſt diuina mens, ſeu voluntas ordinem naturalem ſeruari iubens, turbari vetans. Quandoque vero ſumitur lex, pro recta ratione, quæ eſt ſignum quoddam primæ legis. Et ſic definit Cicero in Philippicis, dicens, quod lex nihil aliud eſt, quam recta ratio à Deo deriuata, imperans honeſta, & prohibens contraria. Et in lib. de legibus dicit, quod lex eſt ratio indita à natura, quæ iubet quæ ſunt facienda, prohibetque contraria. Quandoque ſumitur pro ſigno talis legis, ſcilicet, pro præcepto, vel prohibitione eorũ, quæ ratio naturalis dictat, & ſic Cicero definit in libro de natura deorum, dicens, Lex eſt recti præceptio prauique depulſio. Quandoque vero ſumitur ſpecialiter pro lege humana, & ſic definit Gratianus in Decretis. 1. diſtinct. dicens, Lex eſt conſtitutio ſcripta. Et. 2. diſtinctio. dicit. Lex eſt conſtitutio populi, qua maiores natu ſimul cum plebibus aliquid ſanxerunt. Secunda diſtinctio eſt, quod lex diuina, id eſt, diuinitus inſpirata, qualis eſt lex Moyſi vel Chriſti, accipi poteſt vno modo pro aliqua vna regula data à Deo aliquid præcipiente, vel prohibente. Alio modo pro vna congregatione plures tales regulas continente, per quem modum tota doctrina Chriſti, dicitur lex Chriſti. Sed adhuc ſic capiendo poteſt ſumi dupliciter, ſcilicet, vel pro aliqua congregatione continente ſolum præcepta & prohibitiones: quia hæc duo ſolum pertinẽt ad legem proprie dictam. Alio modo poteſt ſumi pro tali congregatione non ſolum continente præcepta & prohibitiones, ſed etiam conſilia & promiſſiones, teſtimonia, hiſtorias, exempla, miracula, ſacramenta promiſſiones præmiorum, comminationes ſuppliciorum, & multa eiuſmodi, quæ licet non ſunt de ſubſtantia legis proprie, & neque ligant hominem, neque obligant, quia eis nihil imperatur, aut prohibetur, tamen multum conferunt ad legis obſeruationem, & ideo quamuis large, dicuntur tamen lex. Et ſecundum hanc diſtinctionem per legem quandoque intelligimus totum vetus teſtamentum, vt ibi, Facilius eſt cœlum & terram præterire, quam de lege vnum apicem. Lucæ. 16. Et ibi. vt impleatur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt. Ioan. 15. Quandoque vero per legem intelligimus ſolum eos libros, in quibus principaliter & ex propoſito ſcribũtur præcepta & prohibitiones, ſicut ſunt quinque libri primi legis, qui ab Hebræis vocantur Thora, id eſt, lex. Sicut ibi. Lex per Moyſem data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtũ. Ioan. 1. Et ibi, Nonne Moyſes dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem? Ioan. 7. Aut cum de comparatione legis veteris & nouæ loquimur, legem veterem in prima harum, quæ vltimæ poſitę ſunt acceptione ſumimus. Tertia diſtinctio eſt, quod lex noua, ſiue lex euangelica dupliciter ſumi poteſt, vno modo ſtrictè pro libris euangeliorũ, alio modo large pro congregatione illorum, & eorũ, quæ docuerunt apoſtoli Chriſti, auctoritate eius. Nam per euangelium quandoque intelligitur etiam doctrina apoſtolica, vt ibi, Collabora euangelio ſecundum virtutem Dei. ſecunda ad Timothe. 1. Sed ſic capiendo, adhuc poteſt dupliciter ſumi. Vno modo pro propoſitione mentali, vocali, vel ſcripta. Alio modo pro intellectuali cognitione veritatis euangelicæ. Non enim minus dicitur lex euangelica ipſa cognitio agendorum & vitandorum, quam propoſitio ſcripta, vel vocalis aut mentalis denuncians quæ agenda ſunt, & quæ vitanda. Vnde & Hugo. 1. de ſacra. parte. 6. cap. 6. dicit. Quid cognitio faciendorum fuit, niſi quędã ad cor hominis facta præceptio? & quid rurſus cognitio vitandorum, niſi prohibitio? Sed adhuc agendorum cognitio & vitandorum duplex eſt. Quæ-

Quædam enim eſt pure ſpeculatiua, qua ſcilicet ſimpliciter cognoſcitur, quid Chriſtus fieri, & quid vitari mãdauerit: & hanc cognitionẽ habere poſſunt Pagani, & Iudæi. Poſſunt enim euangelium legere, & præcepta Chriſti intelligere ſaltẽ in ſuperficie. Alia autem eſt agendorum & vitandorum cognitio, non ſolum ſpeculatiua, ſed etiam affectiua, per quam ſcilicet non ſolum cognoſcentis mens de agendis informatur, ſed etiam affectus eius ad operationem accenditur: quam cognitionem ſoli fideles habent formatam fidem habentes. Per legem ergo euangelicam intelligimus cognitionem interiorem effectiuam ex habitu fidei prouenientem, vnde lex vetus ſcripta, & lex euangelica ſcripta dicuntur leges, quia ſunt ſigna interioris legis ad legem & euangelium pertinentis. His ſuppoſitis, quia dictum eſt legem nouam eſſe aliam à veteri, quærendum eſt, per quid differant. Quod varie dixerunt. Quidam enim dixerunt legem veterem differre à noua per hoc, quod lex vetus data eſt à diabolo, lex autem noua à Deo. Cuius ſententiæ fuerunt Manichæus & eius ſequaces. Sed hoc falſum atque hæreticum eſt: quoniam vtraque lex à Deo data eſt. Dicit enim Apoſtolus ad Hebræ. 1. Multifarie, multiſque modis olim Deus loquens patribus in prophetis: nouiſsime diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio. Et præterea in capi. firmiter. de ſumm. trin. & fid. catho. ſic dicitur. Hæc ſancta Trinitas ſecundum communem eſſentiam indiuidua, & ſecundum perſonales proprietates diſcreta, primo per Moyſen & ſanctos prophetas aliosque famulos ſuos iuxta ordinatiſsimam diſpoſitionem temporum doctrinam humano generi tribuit ſalutarem. Et tandem vnigenitus Dei filius viam vitæ manifeſtius demonſtrauit. Hæc ibi. Ex quibus patet, quod doctrina lata per Moyſen & ſanctos prophetas à Trinitate & Deo lata ſit, & per conſequens, quod falſum & hæreticum eſt eam à diabolo datam eſſe, ſicut Manichæi falſo putauerunt. Alij dicunt legem veterem per hoc differre à noua, quoniã lex vetus ſolum obligat eos, qui ex Iacob ſecundum carnem deſcẽdebant: lex autem noua obligat omnes homines vniuerſaliter: propter quod catholica, id eſt, vniuerſalis appellatur. Sed quanquam hæc differentia vera ſit, videtur tamen alia inquirenda propter quam adueniente lege noua ceſſauit vetus, & ſacerdotium illius immutatum eſt. Licet vna lex plures obliget quam alia, non propterea videtur, quod eam debeat reuocare. Ideo alij dicunt differre per hoc, quod lex vetus etſi principaliter à Deo lata ſit, tamen miniſterialiter data eſt per Moyſen & alios prophetas, qui homines & creaturæ erant. Lex autem noua data eſt per Chriſtum Deum & hominem. Vnde & Auguſtinus in homel. dicit, quod ipſe aperuit os ſuum in lege noua, qui in lege veteri aperire ſolebat ora prophetarum. Sed etiam hæc differentia etſi vera ſit, non videtur ſufficere ad differentiam vtriuſque legis. Nam & lex quam Princeps per ſe ipſum promulgat, & quam promulgat per aliquem vicarium ad hoc poteſtatem habentem, non ſunt diuerſæ leges, ſed ad eandem legem pertinet. Alij dicunt leges has differre ex tẽpore, quo latę ſunt. Sed hoc nihil eſt: quia licet Decreta & Decretales epiſtolæ diuerſis temporibus latæ ſint, omnia tamen ſpectant ad eandem legem, ſcilicet, canonicũ ius. Et idem eſt iudicium de legibus ciuilibus. Omiſsis ergo ijs dicendi modis, qui vel à veritate deuiant, vel inſufficientes ſunt, quærenda eſt radix differentiæ veteris & nouæ legis. Ad quod ſupponendum eſt primo, quod omnis lex ordinat conuerſationem humanam in ordine ad aliquem finem, ſicut lex militaris ordinat milites ad finem victoriæ: & lex naualis ordinat homines ad finem obnauigationis. Secundo ſupponendũ eſt, quod ea, quæ ordinantur ad finem diuerſificant ſecundum rationem finis, ſicut eadem oratio dicta animo iniuriandi reputatur iniurioſa, & dicta animo manſueto, reputatur pacifica & amicabilis. Tertio ſupponẽdum eſt, quod aliqua diuerſificari ſecundum rationem finis, poteſt dupliciter contingere. Vno modo, quia ordinãtur ad diuerſos fines. Alio modo ſecundum propinquitatem vel diſtantiam ab eodem fine. Sicut in motu locali poteſt vnus motus differre ab alio, quia vnus tendit ſurſum, & alius deorſum, & hæc eſt differẽtia ſpecifica motuum. Vel quia vnus eſt propinquior termino qui eſt in ſurſum, & alius remotior & hæc differentia non eſt ſpecifica, ſed differẽtia in motu ſecundum perfectum & imperfectum. Iis ſuppoſitis ſciendum eſt, quod duæ leges diſtingui poſſunt dupliciter. Vno modo, quia omnino diuerſæ, vt pote ordinatæ ad diuerſos fines. Sicut lex ciuitatis ordinata ad hoc vt ſit vnus princeps, differt ſpecie à lege ordinata ad hoc vt dominetur populus, vel primores. Alio modo diſtingui poſſunt ſecundum quod vna lex propinquius ordinat ad finem, alia vero remotius. Sicut in eadem Reipub. lex ordinans viros prouectos de puerorũ educatione diſponit, neque differt ab ea ſpecie, ſed differentia perfecti & imperfecti. Iis pręmiſsis ponuntur duæ concluſiones. Prima eſt. Lex noua & vetus differunt differentia finis. Probatur. Lex enim vetus data eſt, vt homines Deo ſubdantur, & implentes eam, viuant vita ſpirituali. Vnde Leuit. 18. dicitur, Cuſtodite leges meas, atque iudicia, quæ faciens homo viuet in eis. Iſte autem finis eſt legis nouæ. Vnde & Chriſtus de ſeipſo dicit. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius vi-

tam

Digitized by Google

tam habeant.Ioann.decimo.Et alibi. Verba quæ ego locutus ſum vobis,ſpiritus & vita ſunt.Ioan. ſexto.Secunda concluſio eſt. Lex noua & vetus differunt tanquam perfectũ & imperfectũ.Patet. Præcepta enim legis dantur de actibus virtutũ ad quas virtutes aliter inclinãtur qui nõdũ habẽt virtutis habitum,& aliter illi qui ſunt per habitum virtutis perfecti. Illi enim qui non habent habitum virtutis inclinantur ad opera eius ex aliqua cauſa extrinſeca, putà ex commonicatione pœnarum, vel ex promiſsione remunerationum extrinſecarum,putà,honoris,vel diuitiarum, vel alterius huiuſmodi:illi autem,qui habent virtutem inclinantur ad opera eius propter amorem virtutis, non propter aliquam pœnam, aut extrinſecam remunerationem,vnde & delectabiliter operantur,vt Ariſtoteles ſecundo, libro Ethicorum capitulo tertio,inquit. Lex autem vetus data eſt omnibus habitu virtutis carentibus, & inter idolatras enutritis, & ideo ad cultum veri Dei, & obſeruationem mandatorum eius oportuit eos induci per comminationem pœnarum & promiſsionem præmiorum. Vnde & Deuterono. quarto.dicitur Cuſtodi præcepta eius atque mandata, quæ ego præcipio tibi,vt bene ſit tibi & filijs tuis poſt te, & permaneas multo tempore ſuper terram,quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi. Hæc tibi.Et non ſeruantibus legem pœnam comminatur,dicens. Congregabo ſuper eos mala,& ſagittas meas complebo in eis. Conſumentur fame, & deuorabunt eos aues morſu amariſsimo. Dentes beſtiarum immittam in eos cum furore trahentium ſuper terram, atque ſerpentium. Foris vaſtabit eos gladius,& intus pauor,iuuenem ſimul ac virginem lactentem cum homine ſine. Deuteronom.trigeſimotercio,&c. Et Deuterono. 27.dicitur, quod diuiſæ ſunt tribus Iſrael,ita vt ſex eſſent in monte Garizim, & ſex in monte Hebal,vt primæ ſex benedicerent cuſtodientes legem. Vnde & dicitur ſeruanti legem. Benedictus in agro,benedictus fructus ventris tui,& fructus terræ tuæ,fructuſquè iumentorum tuorum, greges armentorum tuorum,& caulæ ouium tuarum.Benedicta horrea,& benedictæ reliquæ tuę. Et multa,quæ ponuntur ad hoc propoſitum Deutero.28. vbi etiam ex oppoſito multæ maledictiones imponuntur non ſeruantibus legem.Lex autem noua,quæ datur viris ſpiritualibus,& habitũ virtutis habentibus,non per extrinſecas remunerationes, aut pœnarum comminationes inducit, imo ſeruantibus euangelicã legem prenunciantur aduerſitates. Vnde & dicitur apoſtolis à Chriſto. Tradent enim vos in cõcilijs & Synagogis, & ante reges & præſides ducemini propter me,& flagellabũt vos.Matt.10.& Mar.13,& tñ promittit præmia intrinſeca & eſſentialia, qualia ſunt vita æterna,& quæ eã cõſequuntur. Vnde & Matt.19. dicitur iuueni adoleſcẽti,Si vis perfectus eſſe, vade,& vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo. Patet ergo,quòd licèt vtraq; lex,vetus, ſcilicet, & noua,ad eundem finem ordinent,eſt tamen differenter.Quoniã vetus imperfectius hoc agit: noua verò perfectius. Propter quod Apoſtolus ad Galat.c.3. comparat legẽ veterem pædagogo. Sicut enim Pædagogus pueris præponitur nec dum iudiciũ rationis habẽtibus,qui per comminationes pœnarũ & promiſſiones præmiorũ pueros inducit vt caueant ab illicitis, & quæ honeſta ſunt faciant:ſic lex vetus impoſita eſt populo rudi duræ ceruicis,auaro,& non habenti habitum virtutis,propter quod pœnas & præmia tranſgredientibus & ſeruantibus legẽ prępoſuit:& quia ſeruare legẽ propter metũ pœnæ, vel ſpem præmij,& non propter amorem virtutis eſt cohibere opus exterius, non autem animũ; ideo propter hoc glo.dicit in allegato capitul.ad Galat.tertio,quòd lex vetus cohibet manum, & non animum.Quod ſanè intelligendum eſt, non quidem,quod nulla præcepta ſint de animi cohibitione,nam eſt illud, Non concupiſces vxorem proximi tui à Exodi.vigeſimo. Sed ideo dicitur animum non cohibere, quia in paucíſsimis de actibus interioribus diſponit,& in his tranſgreſſoribus pœnam non iniungit.Ex præmiſsis inferũtur aliquæ propoſitiones propoſiti expoſitioæ. Prima eſt,quòd ſicut pueritia præcedit maturam ætatem,& lex quæ pueris datur,tempore præcedit legem datam viris.Sic conueniens fuit legem Moyſi prius tempore dari, quàm legem Chriſti, vt per eam ſcilicet & ignorantes inſtruerentur,& duri atquè ſuperbi compeſcerentur & domarentur.Secũda eſt, quòd lex Moyſi bona fuit pro tẽpore ſuo. Vnde & Apoſtolus ad Ro.7.dicit,ꝙ lex ſancta eſt, & mãdatũ iuſtũ bonũ & ſanctũ. Item, quia lex bona dicitur, quæ rectæ rationi cõſonat: lex autẽ vetus cõſonabat rectæ rationi, quia prohibebat peccata,quæ cõtra rationẽ ſunt, propter quod Apoſtolus ipſe ad Rom.7.dicit,Cõdelector inquit,legi ſecũdũ interiorẽ hominẽ.Et iterũ.Cõſentio legi,quoniã bona eſt. Tertia eſt quod,lex vetus,imperfecta lex fuit.Patet. Finis enim diuinæ legis eſt perducere hominẽ ad finẽ fœlicitatis æternæ,qui quidẽ finis impeditur per quodcunq; peccatũ quod cõmittitur,nõ ſolùm per actus exteriores,ſed etiã interiores.Lex autẽ vetus& ſi exteriores prohiberet actus,interiores tamẽ nõ prohibebat,niſi in paucíſsimis.Et præterea trãſgreſſoribus pœnã non imponebat.Fuit ergo lex vetus imperfecta,quia nõ oĩa peccata ꝓhibuit. Quarta eſt.Lex vetus non potuit aliquẽ ſe ſola ad finem

Digitized by Google

perducere. Patet. Finis enim & vita æterna ſine gratia haberi non poteſt, vt dicitur Ioan. 6. lex autem vetus gratiam non conferebat. Vnde & Paulus dicit ad Hebræ. 7. Euacuatio fit præcedentis mãdati propter infirmitatem & inutilitatem. Et Ezechiel. 20. dicitur. Dedi eis præcepta non bona & iudicia, in quibus non viuent. Quod propterea dicitur, quia per legem gratia non conferebatur. De quibus amplius dicetur. Quinta eſt, quòd lex vetus ita ſe habuit ad nouam, ſicut ſeruilis timor ad caſtum. Sicut enim ſeruilis timor præcedit caſtum & ipſum introducit, & tamen adueniente caſto foras mittitur, quia imperfectus eſt: ſic lex vetus præceſsit nouam, atque ad eam introduxit, & tamen quia imperfecta erat, noua adueniente, excluſa eſt. Sexta propoſitio eſt ad quæſtionẽ principalem reſponſiua, quòd ſcilicet, lex vetus & noua ita differunt: quoniam lex vetus eſt lex timoris, & lex noua eſt lex amoris. Itẽ, quia lex vetus habet promiſſa temporalia, lex autem noua habet promiſſa æterna. Item quia lex vetus eſt lex factorum, lex autem noua eſt lex fidei. Quæ in ſolutione argumentorum adhuc exponentur. Ad argumenta verò probantia, quod lex noua non differt à veteri, dicendum eſt ad primũ, quòd differentia aſsignata ab Auguſtino, dicente, quòd lex vetus eſt lex timoris, & lex noua lex amoris, eſt bene aſsignata, vt ex dictis patet. Fuerunt tamen aliqui in ſtatu veteris teſtamenti habentes charitatem & gratiam, qui principaliter ſpectabant promiſsiones ſpirituales & æternas, & ſecundum hoc pertinebant ad legem nouam, cuiuſmodi fuerunt Abel, Enoc, Noe, Abraham, Iacob, Ioſeph, Moyſes, & alij, quos Apoſtolus enumerat Hebr. 11. Similiter etiam in nouo teſtamento ſunt aliqui carnales nondum pertingentes ad perfectionem nouæ legis, quos oportuit etiã in nouo teſtamẽto induci ad virtutis opera per timorẽ pœnarũ, & aliqua tẽporalia promiſſa. Lex autẽ vetus & ſi præcepta charitatis daret, non tamẽ per eam dabatur Spiritus ſanctus, per quẽ diffunditur charitas in cordibus noſtris, vt dicitur Rom. 5. Vnde & verum etiã eſt, quòd lex noua habet promiſſa ſpiritualia, & æterna, lex autẽ vetus & promiſſa temporalia, & tamẽ in veteri teſtamẽto fuerũt aliqui principaliter inducti per promiſsiones ſpirituales, qui tamen quantum ad hoc ad nouum teſtamẽtũ pertinebant. Ad ſecũdũ dicẽdũ, ꝙ qui datur interius, habet autẽ ſecundariò aliqua facta & moralia & ſacramẽtalia in quibus tñ nõ cõſiſtit principalitas nouæ legis ſicut & principalitas veteris in eis conſiſtebat, & propterea appellatur lex factorũ. Lex autẽ noua dicitur lex fidei. Ad tertium dicẽdũ, quòd quamuis eadem ſit fides antiquorum & modernorũ, nõ tamẽ propterea eſſe debet eadẽ lex. Nam fides aliũ ſtatũ habuit in veteri teſtamẽto, & aliũ in nouo. Nã quod antiqui futurũ credebãt, nos factũ credimus. Et præterea etiã nũc quãdo vnus eſt ſtatus fidei, non datur eadẽ lex pueris & viris perfectis, & inter perfectos viros non eadem lex datur religioſis, & clericis ſecularibus & laicis. Nam religioſi tenentur ad conſilia, ad quæ clerici ſeculares non tenentur: qui etiam ligantur aliquibus regulis & legibus, ad quæ laici non tenentur, ſicut ſeruare cõtinentiam, dicere diuinum officium, & alia. Item & laici perfecti viri tenentur ad quædam alia, ad quæ pueri non tenentur. Non ergo ex vnitate, vel identitate fidei poteſt argui vnitas legis. ¶ Quæritur etiam. a 6. Vtrum lex noua ſit ſcripta vel indita mentibus? Quidam enim dicunt eam eſſe legem ſcriptam. Quòd probant quia lex noua eſt ipſum Euangelium, ſumendo Euangelium pro doctrina Chriſti & Apoſtolorum, ſed euangelium eſt ſcriptum. Dicitur enim Ioann. 20. hæc ſcripta ſunt, vt credatis, ergo lex noua eſt lex ſcripta. Secundò, quia lex indita, eſt lex naturæ, ſecundum illud Pauli ad Roma. capitulo ſecundo. Naturaliter ea quæ legis ſunt, faciunt, qui habent opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. Si igitur lex Euangelij eſſet lex indita, non differret à lege naturæ. Item tertiò, quia lex noua eſt eorum tantum, qui ſunt in ſtatu noui teſtamẽti: ſed lex indita communis eſt his, qui ſunt in nouo teſtamento, & his qui ſunt in veteri. Vnde & Sapien. ſeptimo, dicitur, quod diuina ſapientia per nationes in animas ſanctas ſe transfert Dei & prophetas conſtituit. Ex quibus videtur, quòd lex noua non ſit lex indita, ſed ſcripta. Sed contra hos eſt præmiſſa auctoritas Hieremiæ, in qua dicitur, Dabo legem meam in viſceribus eorum. Quod Apoſtolus exponens ad Hebræ. octauo dicit, quia hoc eſt teſtamentum, quòd diſponam domui Iſrael, dando leges meas in mentem eorum, & in corda eorum ſubſcribam eas. Et ſequitur. Et non docebit vnuſquiſque fratrem ſuum, dicens, Cognoſce dominum: quoniã omnes ſcient me à minore vſque ad maiorem. Ex quibus patet quòd lex noua eſt lex indita, & non ſcripta. Ad cuius euidentiam primò ſupponitur, quod vnaquæque res illud dicitur eſſe, quòd in ea potiſsimum eſt. Vnde & quod ſtatuunt & iubent primores ciuitatis, tota ciuitas dicitur ſtatuere, vt Ariſtoteles dicit lib. 9. Ethicorum. Et quia in homine potiſsima pars eſt intellectualis portio, ideo intellectus ibidem dicitur eſt totus homo. Secũdò ſupponitur, quòd potiſsimum in lege noui teſtamenti, & in quo tota virtus cõſiſtit, eſt gratia Spiritus ſancti, quæ datur fidelibus Chriſti. Probatur hoc auctoritate Apoſtolica ad Rom. 3. dicẽtis, Vbi eſt gloriatio tua? Excluſa eſt. Per quã legẽ? factorũ nõ

ſed

ſed per legẽ fidei. Vbi ipſam gratiam fidei, legem appellat. Et expreſsius ad Rom, 8. dicit, Lex ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati & mortis. Iis ſuppoſitis, ponuntur tres concluſiones. Prima concluſio eſt. Lex noua quantum ad id quòd in ea potiſsimum eſt, indita eſt, non ſcripta. Secunda concluſio. Lex noua, accipiendo legem nouam pro doctrina Chriſti & Apoſtolorum, ſcripta eſt, & non indita. Tertia concluſio, eſt lex naturæ. Prima concluſio probatur: Quoniam lex noua quantum ad id quod in ea potiſsimum eſt, eſt ipſa agendorum, & vitandorum, ergò affertur quæ vel non eſt ſine gratia, vel eſt ipſa gratia quæ datur fidelibus. Gratia autem & charitas in corde infunditur, iuxta illud Apoſtoli ad Romanos quinto dicentis. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Charitas autem aut idem quod gratia eſt, aut ſine gratia eſſe non poteſt. Et confirmatur auctoritate Auguſtini in libro, De Spiritu & litera dicentis, quòd ſicut lex factorum ſcripta fuit in tabulis lapideis: ita lex fidei ſcripta eſt in cordibus fidelium. Et alibi dicit in eodem libro. Quæ ſunt leges Dei ab ipſo Deo ſcriptæ in cordibus, niſi ipſa præſentia Spiritus ſancti? Hæc ille. Ex quibus omnibus patet propoſitum. Pro confirmatione ſecundæ concluſionis ſupponendum eſt, quòd lex noua habet quædam, quæ ſunt diſpoſitiua ad gratiam Spiritus ſancti, & ad vſum huius gratiæ pertinentia, quæ ſunt quaſi ſecundaria in lege noua, de quibus oportuit fideles inſtrui verbis & ſcriptis Chriſti & Apoſtolorum. Vnde in ſcriptura Euangelij non continentur niſi ea, quæ pertinent ad gratiam, vel ſicut diſpoſitiua, vel ſicut ordinatiua ad vſum huius gratiæ. Sicut diſpoſitiua quidem quantum ad intellectum per fidem, per quam datur Spiritus ſancti gratia continentur in Euangelio ea quæ pertinẽt ad manifeſtandam diuinitatem, vel humanitatem Chriſti. Secundùm affectum verò continentur in Euangelio ea quæ pertinent ad contemptum mundi, per quem quandoquè impeditur homo à gratiæ conſecutione. Mundus enim, id eſt, amatores mundi, non poteſt capere Spiritum ſanctum, vt dicitur Ioann. decimoquarto. Huius verò gratiæ vſus eſt in operibus virtutum, ad quę multipliciter ſcriptura noui teſtamenti hortatur homines, quandoque quidem per exempla, quandoque per virtutis commendationem, quandoque per vitij reprehenſionem. Quibus ſuppoſitis concluſio probatur ſic. Illa quæ diſponunt ad gratiam vèl ad vſum gratiæ ſecundario pertinent ad legem nouam, ſed huiuſmodi continentur in doctrina Chriſti & Apoſtolorum, vt ex dictis patet, ergo lex noua quantum ad ea, quæ ſunt ſecundaria in ea eſt lex ſcripta & non indita. Tertia cõcluſio probatur ſic. Quod enim eſt inditum naturæ ſecundum ſe & omnibus inditum, non eodem modo inditum eſt, ſicut quod eſt naturæ ſuperadditum & paucioribus inditum: ſed huiuſmodi ſunt lex naturæ & lex Euangelica: ergo non eodem modo inditæ ſunt. Probatur minor. Aliquid enim poteſt eſſe inditum homini dupliciter. Vno modo pertinens ad naturam humanam & ſic lex naturalis, eſt lex indita homini. Alio modo eſt aliquid inditum homini quaſi naturæ ſuperadditum per donum gratiæ, & hoc modo lex noua eſt indita homini, per quam non ſolum inſtruuntur de his quæ facienda ſunt, verum etiam ad ea explenda adiuuatur. Patet ergo, quomodo lex naturæ, & lex noua inditæ eſſe dicuntur. Ex præmiſsis inferuntur aliquæ propoſitiones corollariæ. Prima eſt. Lex noua, ſumendo legem nouam pro gratia ipſa iuſtificat. Patet auctoritate Auguſtini, in lib. De ſpiritu & litera dicentis. In veteri teſtamento lex extrinſecus eſt poſita, qua iuſti terrerentur, hic ſcilicet in nouo teſtamento intrinſecus data eſt, qua iuſtificantur. Secunda propoſitio eſt. Lex noua quantum ad id quod pertinet ad eam ſecundario, ſcilicet documenta fidei & præcepta ordinãtia effectum humanum & humanos actus non iuſtificat. Probatur auctoritate Apoſtoli 1. ad Corinth. 3. dicentis, Litera occidit Spiritus autem viuificat. Quod Auguſtinus exponens in lib. De ſpiritu & litera. dicit, quod per literam intelligitur quælibet litera extra homines exiſtens etiam moralium præceptorum, qualia continentur in Euangelio. Vnde etiam litera Euãgelij occideret, niſi adeſſet interius gratia fidei ſanans. Hæc ipſe. Tertia propoſitio eſt. Sine lege noua primo modo dicta nunquam potuit eſſe ſalus. Non enim fit remiſsio peccatorũ niſi per gratiam & fidem Chriſti. Vnde Auguſtinus dicit ad Optatum epiſtola. 93. Illa fides ſana eſt, qua credimus nullum hominem ſiue maioris, ſiue paruæ ætatis liberari à contagione mortis & obligatione peccati, niſi per vnum mediatorem Dei & hominum Ieſum Chriſtum, cuius hominis eiuſdemque Dei ſaluberrima fide etiam illi iuſti ſalui facti ſunt, qui priuſquàm veniret in carne, crediderunt in carne venturum, eadem enim fides eſt & noſtra & illorum. Et idem dixit in lib. De correctione & gratia. Et Gregorius ſuper Ezechielem Homil. decimaſeptima. Quarta propoſitio eſt. Sine lege noua ſecundo modo dicta potuit aliquando eſſe ſalus. Patet. Abel enim, Enoc, Noe, Abraham, & alij patres in lege naturæ ſalui facti ſunt per fidẽ, vt Apoſtolus dicit Hebræ. 11. & tamen legẽ nouam profeſsi nõ ſunt. Et idẽ iudiciũ eſt de Moyſe, Ioſeph, Dauid, Samuele, & alijs

qui ſub lege ſcripta fuerunt. Quinta propoſitio eſt. Poſt diuulgatam legem nouam, nulli ſine ea ſalus eſſe poteſt. Patet. Dicitur enim Mar. vltimo. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. De quo adhuc libro tertio dicitur. Ad argumēta verò probantia legem nouam eſſe ſcriptam & non inditam, dicendum eſt ad primum, quòd lex noua, ſumendo legem pro gratia, indita eſt: ſed ſumendo legem pro euangelio, ſcripta eſt, & non indita. Ad ſecundum dicendum, quòd lex noua, non eſt eodem modo indita, ſicut lex naturæ, vt dictum eſt in declaratione tertię concluſionis. Ad tertium dicendum, quòd nullus vnquam habuit gratiam, niſi per fidem Chriſti explicitā, vel implicitam. Per fidem autem Chriſti pertinet homo ad nouum teſtamentum. Vnde quibuſcūque fuit lex gratiæ indita, ſecundum hoc ad nouum teſtamentum pertinebant. Vnde dicimus verè, quòd Abel, Noe, Abraham, Moyſes, & cæteri patres teſtamenti veteris fuerunt Chriſtiani. ¶ Quæritur præterea iuxta præmiſſa. 27. Vtrum lex noua legem veterem impleat? Ad quod dicendum, quod non. Nam quicunque contra legem agit, legem non implet: ſed Chriſtus in aliquibus contra legem fecit; ergo eam non impleuit, & per conſequens lex noua à Chriſto data, non eſt legis impletiua. Probatur minor. Chriſtus enim tetigit leproſum, vt dicitur Matthæ. 8. quod erat contra legem Leuiti. 5. Similiter etiam Iudæi dicebant illum non cuſtodire Sabbatum. Vnde & Ioann. 9. ſcribitur. Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbatum non cuſtodit. Secundò, quia contrarium non eſt impletiuum ſui contrarij, ſed Dominus in lege noua propoſuit quædam præcepta contraria præceptis veteris legis: ergo lex noua non eſt veteris impletiua. Probatur minor. Dicitur enim Mat. 5. Audiſtis quia dictum eſt antiquis. Quicūque dimiſerit vxorem ſuam, facit eam mœchari. Et idē patet in prohibitione iuramenti, talionis, & odij inimicorum. Tertiò. Lex noua euacuat & excludit obſeruantiam legis veteris, ergo non eſt veteris impletiua. Antecedens patet auctoritate Apoſtoli ad Gala. 5. dicentis. Si circuncidamini, Chriſtus vobis nihil prodeſt. Quartò, quia præcepta legis diſtinguuntur in moralia, iudicialia, & cæremonialia: ſed de impletione iudicialium & cæremonialium non fit mentio in lege noua: ergo lex noua non eſt veteris impletiua. In oppoſitum eſt auctoritas Chriſti dicentis, Non veni ſoluere legem, ſed implere. Matthæ. 5. Ad quæſtionem dicendum, quòd non eſt dubium Chriſtum impleuiſſe legem, & per conſequens legem nouam ab eo datam, eſſe veteris impletiuam. Sed modus, per quem hoc factum ſit, non aſſignatur ab omnibus vno modo. Quidam enim dicunt, quòd Chriſtus legem impleuit, quia moralibus præceptis conſilia appoſuit; & præcepta magis elucidauit: ſed & figuris cæremonialium veritatem appoſuit, & eam ſe ipſo ſuſcepit. Sic dicit ſanctus Tho. libr. 4. ſententiarum. diſtin. 1. art. pe. quæſtio. 2. ad primum, quod quidam quaſi exponētes dicunt, quod in lege quædam erant per modū promiſſi obſeruantibus legē, & vtraque impleuit Chriſtus, & lex noua ab eo data. De præceptis patet. Nam impleuit moralia, ea obſeruando perfectè; & ad obſeruationem eorum alios incitando. Vnde Matt. 19. dicit, Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Secundò ea impleuit, ſanum intellectum eorum declarando, & errorem Phariſæorū circa hoc excludendo. Tertio ea impleuit, cōſilia apponendo, quæ faciunt ad perfectiorē mandatorū obſeruationem. Perfectius enim impleuit hoc mādatum Nō occides, Qui nō iraſcitur fratri, quā qui nō occidit actu. Præcepta etiā iudicialia impleuit Chriſtus, eorū rigorē per miſericordiā temperando, in quibuſdam per ſe ipſum, vt eſt illud, Volenti tecū in iudicio cōtēdere, & tunicā tollere, da ei & palliū. Matt. 5. Et illud: Diligite inimicos veſtros; & benefacite his, qui oderunt vos. In alijs verò dimiſit tēperamētū miniſtris ſuis, ſcilicet, prælatis eccleſiaſticis, & principibus terrenis catholicis, vt de talibus ordinēt ſecūdū quod viderint expedire cōmunitati fideliū. Et iſtud nō fuit deſtruere legem ſed magis implere: ſicut nō deſtruitur puer quādo fit vir. Licèt enim trāſeat pueritia, tā remanet melior ſtatus eiuſdē perſonæ, mutata ætate. Impleuit etiā Chriſtus præcepta cæremonialia: aſſumpſit enim circūciſionē in ſe ipſo, & baptiſmū inſtituit, qui circūciſione melior, vtilior, & cōmunior eſt, Licèt autē corporalē vnctionē non acceperit in regē vel ſacerdotē, vnctus tamē eſt ſpiritualiter à patre, iuxta illud, Vnxit te Deus tuus &c. Pſal. 44 Impleuit etiam ſacrificia: nā agnū paſchalem cū diſcipulis comedit. Matth. 16. & iuge ſacrificiū obtulit, cū pro nobis in cruce pepēdit, & cùm Euchariſtiā inſtituit, quæ pro viuis & defunctis quotidie offertur. Impleuit etiā obſeruantias de cibis in lege prohibitis, abſtinēdo ab ſpiritualibus immūditijs, quæ per cibos prohibitos ſignabantur. Dimiſit etiā facultatē miniſtris eccleſiæ de aliquibus abſtinētijs faciēdis pro loco & tēpore. Secundò, vt dicūt, impleuit Chriſtus legē quātū ad promiſſa. Nā ſeruātibus legē veterē promittebātur terrena bona, vt patet Deut. 28. ſeruātib⁹ tā euāgeliū promittūtur bona ſpūalia & æterna. vt Matth. 19 Omnis qui reliquerit domū, aut fratres, aut ſorores, aut patrē, aut matrē, aut filios propter nomen meum, centuplum accipiet in præſenti, & præter hæc recipiet vitā æternā in futuro. Impleuit etiā

Chri-

Digitized by Google

Chriſtus prophetas, qui principaliter de aduentu eius locuti ſunt, naſcendo, conuerſando in mundo, moriendo, & reſurgendo, & alia opera noſtræ ſalutis faciendo. Propterea imminente paſsione dixit, Oportet impleri ea, quæ ſcripta ſunt in lege & prophetis & Pſalmis de me. Lucę. vigeſimo quarto. Ex quibus patet, per quem modum Chriſtus legem impleuit, & per conſequens quomodo lex noua eſt impletiua veteris. Sic dixit Nicolaus in poſtilla Matthæi quinto. Licet autem eius dicta firmam veritatem habeant de impletione præceptorum moralium promiſſorum, & prophetarum, tamen nullo modo videtur verum, quòd lex noua impleat veterem quo ad præcepta cæremonialia & iudicialia. Nam, ſicut dictũ eſt lex illa non videtur eſſe impletiua alterius, quæ illam reuocat, & ei repugnat: huiuſmodi autem eſt lex noua euangelica reſpectu veteris, quantum ad præcepta cæremonialia, & iudicialia: non ergo quantum ad hæc præcepta dicetur eam implere. Ideo aliter poteſt dici, quòd legem implere poteſt dupliciter contingere. Vno modo faciendo quod in ea iubetur. Alio modo exhibendo quod in ea promittitur. Vnde Auguſtinus cõtra Fauſtum, Impletur, inquit lex, cùm fiunt ea, quæ ibi præcepta ſunt, vel cùm exhibentur quæ ſunt prophetata. Similiter, dicitur lex dupliciter ſolui, vel cum præcepta non implentur, vel cum promiſſa non exhibentur. Illud autem quod in lege pmittitur, principale eſt, propter quod præcepta dantur. Sicut autem quod eſt principale in re dicitur tota res, vt ſcribitur libro nono Ethicorum. ita cum principale in re deſtruitur, res dicitur deſtrui, cum autem impletur dicetur impleri. Chriſtus autem erat promiſſus in lege. Vnde cũ ſe exhibuit naſcendo, conuerſando, moriẽdo, impleuit quod promiſerat, & de eo prophetatũ fuerat Eſai. 7. Mich. quinto Baruch. 3. Eſai. 53. Eſaiæ enim ſeptimo, fuerat prophetatũ, Ecce virgo concipiet & pariet filium, &c. Quod in Chriſti natali impletum eſt. Michęæ verò. 5. etiam locus natiuitatis eius eſt aſsignatus, cum dicitur. Et tu Bethlehẽ Eſrata nequaquã minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet, qui regat populum meum, egreſſus eius à diebꝰ æternitatis. Quod eſt in Chriſti natiuitate impletum, qui natus eſt in Bethlehem Iuda, vt apparet Matthæi ſecundo, & Lucæ ſecundo. Chriſti verò conuerſatio per Baruch prophetata eſt, cũ dicitur. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Baruch tertio. Quòd Chriſtus impleuit cum hominibus conuerſando. Quæ verò ad paſsionem pertinent Eſaias manifeſtè proloquitur, dicens, Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Et vlterius, Oblatus eſt, quia ipſe voluit Et tanquam agnus coram tondente ſe obmutuit. Eſai, 53. vbi multa talia ad propoſitum ponuntur quæ ſunt in Chriſti paſsione impleta. Fuit autem conueniens quòd Chriſtus Iudæis reuelauerit ſe impleſſe promiſſa legis propter multa. Primò vt ſe Chriſtum eſſe oſtenderet Meſsiam in lege promiſſum. Secundò, vt Iudæi ſequerentur eum, cognito quòd Meſsias eſſet. Tertiò, vt ei obedirent, & conſentirent legis mutationi. Sciebant enim quòd Chriſtus verax eſſet, & quicquid docuiſſet, eſſet veritatis firmæ. Vnde per iſtum modum exhibendo ſcilicet ſe ipſum in lege promiſſum Chriſtus legem impleuit, & lex noua dicitur eſſe veteris impletiua. Non enim dicendum eſt quod Chriſtus venerit, & natus ſit vt legem ſeruaret ad literam. Primò quidem, quia nullus naſcitur ad hoc vt legem impleat: quia lex non eſt finis alicuius hominis, ſed ipſa ordinatur ad finem, vt eam ſeruantes, iuſti fiant. Item ſi aliquis ad hoc natus eſſet vt legem ſeruaret, hoc competeret omnibus Iudæis ſub lege natis, & non eſſet Chriſto ſpeciale: ipſe autem dicit, quòd peculiare, & ſpeciale ſibi quòd venit implere legem, & quòd non præteribit apex neque iota à lege, donec omnia fiant. Quod autem Chriſtus legem non ſeruauerit ad literam, manifeſtum eſt. Mandauit enim, quòd curatus ab eo grabbatum Sabbatò portaret. Ioannis quinto. Prohibuit etiam dare libellum repudij, Matthæi decimonono, quem tamen lex dari permittebat. Prohibuit etiam dari ad vſuram. Lucæ ſexto. quod tamẽ permiſſum erat in lege. Deuteronomij, decimoquinto, vigeſimotertio, & vigeſimooctauo. Licebat etiam ſecundùm legem proſequi inimicitias in capitulo tertio, & quinto & tamen ipſe prohibuit, dicens, Diligite inimicos veſtros, & benefacite his qui oderunt vos, Matthæi quinto. Non ergo intelligit, quòd veniebat legem implere quantum ad præcepta, ſed quòd non veniebat euacuare promiſſa legis Hic autem intellectus literæ concordat, in qua dicitur, Non veni ſoluere legem, aut prophetas. Si enim intellexiſſet de ſolutione legis quantum ad præcepta, dixiſſet, Non veni ſoluere legem, & non addidiſſet, aut Prophetas. In lege enim continentur præcepta, in prophetis autẽ promiſsiones, quæ implentur, cũ promiſſa exhibẽtur. Itẽ in eodem loco ſubiungit, donec tranſeat cælũ, & terra iota vnũ, aut apex nõ præteribit à lege donec omnia fiant. Hoc autẽ neceſſe eſt intelligi de impletione promiſſorum, non autem præceptorum: omnia enim præcepta implebãtur quotidie à Iudæis. Et confirmatur iſte intellectus ex verbis Chriſti Lucæ. 24. dicentis, Neceſſe eſt impleri omnia quæ dicta ſunt in lege & prophetis & pſalmis de me. Impletionem poſuit pro exhibi-

hibitione & completione promiſſorum,non prò obſeruatione præceptorum. Ad argumenta in oppoſitum dicendum eſt. Ad primum, quòd Chriſtus contra legem egit quantum ad præcepra cæremonialia,& indicialia : vnde & quantum adhoc eam non impleuit,impleuit tamen eam,exhibendo ſeipſum in lege promiſſum. Ad ſecundum dicendum,quòd ſicut Auguſtinus dicit contra Fauſtum,præcepta Domini non ſunt contraria præceptis legis. Quod enim Dominus præcepit de vxore non dimirrenda,non eſt contrariũ ei quod lex præcepit. Nam lex non dicit, Qui voluerit, dimitrat vxorem : ſed nolebat vxorem dimitti à viro. Quod ex eo patet,quia interpoſuit moram, vt in diſsidium animus præceps libelli conſcriptione refractus abſiſteret. Vnde Dominus ad hoc confirmandum vt non facile vxor dimittatur,ſolam fornicationis cauſam excepit. Et ſimiliter eſt dicendum de prohibitione iuramenti, & de prohibitione talionis. Taxauit enim modum vindictæ,vt non procederetur ad immoderatam vindictam, à qua Dominus perfectius remouit: cum ab ira & vindicta monuit abſtinere : circa odium vero inimicorum eemouit falſum Phariſæorum intellectum,docens nos ita ſentire debere,vt culpa habeatur odio,non perſona. Ad tertium dicendum, quod lex noua ideo euacuat cæremonias legis,quia figura erant Chriſti venturi, quo nato in carne,& paſſo pro noſtra redemptione,non docebat cæremonias obſeruari. Ad quartum dicendum,quod ſicut poſtea dicetur copioſius,præcepta iudicialia & cæremonialia ceſſauerunt poſt paſsionem Chriſti, & propterea non oportuit in lege noua eorum obſeruationem commendare ¶ Quærirur conſequenter.29. Qualiter præcepta legis diſtinguantur: Ad cuius diſtinctionis introductionem ſupponendum eſt, quod in lege aliqua ponuntur tanquam præcepta,& aliqua tanquam ordinantia ad eorum impletionem. Præcepta quædam dantur de his quæ ſunt agenda,ad quorum impletionem ex duobus homo inducitur, ſcilicet ex authoritate præcipientis,& ex vtilitare impletionis, quæ quidem vtilitas eſt conſequentis alicuius boni vtilis,delectabilis,vel honeſti,vel fuga mali contrarij. In veteri igitur lege quædam proponuntur, quæ auctoritatem Dei præcipientis indicant. Sicut eſt illud, Audi Iſrael, Dominus Deus tuus vnus eſt. Deuteronomio ſexto. Et huiuſmodi dicuntur teſtimonia. Oportuit etiam in lege proponi præmia obſeruantibus legem,& pœnas tranſgredientibus. Sicut eſt illud, Si audieris vocem Domini Dei tui, faciet te excelſiorem cunctis gentibus. Deuteronomio.28. Et mulra alia huiuſmodi ſunt Et huiuſmodi dicuntur iuſtificationes, ſecundum quod Deus aliquos iuſte præmiat,vel punit. Agẽda vero non cadunt ſub præcepto, niſi inquãtum habent aliquam rationem debiti. Eſt autem duplex debitum. Vnum quidem ſecundum legem eationis. Aliud autem ſecundum legem poſitiuã. Vnde & Philoſophus libro quinto Ethicorum diſtinguit duplex iuſtum,ſcilicet,naturale & legitimum. Debitum autem naturale ſiue morale eſt duplex. Dictat enim ratio aliquid faciendum tanquam neceſſarium,ſine quo non poteſt ſeruari ordo virtutis,& ſecũdum hoc dantur præcepta Decalogi,quæ dicuntur moralia,vel naturalia. Quædam vero ſunt non neceſſaria, ſed vtilia ad hoc vt ſeruetur ordo virtutis,vt eſt illud. Si pignus acceperis veſtimentum à proximo tuo, ante ſolis occaſum reddas. Exodi. vigeſimoſecundo. Et talia proprie dicuntur mandata, prima vero dicuntur præcepta. Iuſtum autem,quod eſt ex legis determinatione,eſt duplex. Nam aut pertinet ad res diuinas,& quantum ad hoc dantur præcepta iudicialia. Quod autem lex diuina continere debuit præcepta moralia,ſic probatur. Lex enim diuina inſtituta eſt ad conciliandam inter homines amicitiam. Ad amicitiam exigitur ſimilitudo. Vnde & Eccleſia.capitulo decimotercio. dicitur. Omne animal diligit ſibi ſimile. Deus autem bonus eſt: ergo conueniens fuit dari præcepta aliqua de actibus virtutum,per quæ homines boni fierent. Virtus enim habentem bonum facit,vt dicitur ſecundo. Ethicorum. Vnde & Leuit.19. dicitur, Sancti eritis,quoniã ego ſanctus ſum. Et huiuſmodi præcepta quia ad mores ordinant, dicuntur moralia: & quia à natura indita ſunt, dicũtur naturalia. Ex quo patet,quod lex vetus præſupponit legem naturæ,ſicut gratia naturam ſupponit,& non eſt aliena ab ea. Ideo autẽ præcepta etiã naturalia lege poſitiua diuina tradũtur,quia propter peccãdi cõſuetudinẽ aliquorũ ratio tantũ errauit,quod ea,quę de ſe illicita ſunt,licita iudicauit. Sicut & in credentes nõ ſolum proponũtur nobis ea,quę excedunt naturalẽ rationẽ,ſicut eſt. Deum eſſe trinũ, ſed etiã quæ ratione naturali capi poſſunt.vt eſt, Deum eſſe vnum. Fuit etiã conueniẽs in legẽ poni præcepta cæremonialia. Quia enim finis diuinæ legis eſt ordinare homines in Deo,quod non ſolum fit per actus interiores,ſed etiã exteriores: præcepta ordinantia huiuſmodi exteriores,præcepta actus dicũtur cæremonialia. Cæremonialia autẽ dicũtur, ideſt,dona Cereris,eo quod Cereri deæ primo ex fructibus oblationes ab antiquis offerebãtur. Diſtinguũtur aũt præcepta hæc à moralibus tanquã ab his,quibus addũtur.& quæ præſupponunt. Licet enim iure naturali traditum ſit Deum eſſe colendũ,non tamen determinatus modus colẽdi traditus erat, ſed lex diuina per ſenſibilia quædam

hoc

hoc inſtituit,& ritum colendi Deũ tradidit: quia humanus animus per ſenſibilia manuducitur ad cognitionem diuinorum. Fuit etiam conueniens iudicialia præcepta proponi:quia ad legem diuinam non ſolum pertinet ordinare homines ad Deum,ſed etiam inter ſe:quia niſi inter ſe ordinati ſint,ad Deum ordinari non poteſt: Vnde & iudicialia præcepta conueniunt quidem in duobus cum cæremonialibus, & in vno differunt. Primò quidem conueniunt:quia vtraque præſupponunt legem naturæ. Secundo,quia determinant & ſpecificant illam. Sed in hoc differunt, quòd præcepta cæremonialia ſpecificant ius naturæ in pertinentibus ad res humanas. Sunt ergo, vt in ſumma dicamus,in lege teſtimonia,iuſtificationes, præcepta moralia & mandata:item cæremoniæ atque iudicia. ¶ Quæritur de inceps. 30. qualiter præcepta legis ſubdiuidantur. Pro cuius quæſtionis enucleatione ſciendum eſt,quod præcepta moralia,ſcilicet,iudicialia,& cæremonialia non eodem modo ſe habent, ideo de eorum ſubdiſtinctione dicendum eſt. Et primò dicetur de moralibus præceptis. Secundò de cæremonialibus. Et tertio de iudicialibus. Circa moralia præcepta ſciendum eſt,quòd etiam ſi nunquam lege ſtatuantur, ex ipſo dictamine naturalis rationis efficaciã habent. Quorum triplex eſt gradus. Quædam enim ſunt communiſsima & adeò manifeſta, quòd editione non egent,vt ſunt hæc, Bonum eſt agendum, Malum eſt vitandum,in quibus nullus poteſt errare rationis capax. Quædam verò ſunt magis determinata,quorum rationem ſtatim quilibet etiã indoctus de facili videre poteſt, & tamen quia circa huiuſmodi contingit humanum iudicium peruerti,editione egẽt,& hæc ſunt decem præcepta Decalogi Exodi. 20. conſcripta. Quædam verò ſunt,quorum ratio non omnibus, ſed ſolis ſapiẽtibus eſt manifeſta. Et hæc ſunt præcepta moralia ſuperaddita Decalogo,tradita à Deo per Moyſem, quæ reducuntur ad præcepta Decalogi per modum cuiuſdam additionis ad ipſa. Nam primo præcepto Decalogi prohibetur cultus deorum alienorum,cui ſuperadduntur præcepta pro hibitiua eorum, quæ ordinantur in cultum idolorum, Vnde Deuteronomio. 18. ſcribitur, Non inueniatur in te,qui luſtret filium tuum, aut filiam ſuam, Ducens per ignem : nec ſit maleficus atque incantator,neque pythones conſulat neque diuinos,& quærat à mortuis veritatem, Secundo præcepto prohibetur periurium, cui ſuperadditur prohibitio blaſphemiæ Leuit. decimoquarto. & prohibitio falſæ doctrinæ Deuteronomio. decimotertio. Tertiò verò præcepto ſuperadduntur multa præcepta cæremonialia. Quarto præcepto de honore parentum, ſuperadditur de honoratione ſenum,iuxta illud Leuit. 19. Coram cano capite conſurge,& honora perſonam ſenis. Et vniuerſaliter omnia præcepta inducentia ad reuerentiã exhibendam maioribus. Quinto præcepto, quod eſt de prohibitione homicidij, additur prohibitio odij.iuxta illud, Non ſtabis contra ſanguinem proximi tui. Leuit. 19. Et illud. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo. Sexto verò præcepto de prohibitione adulterij, ſuperadditur præceptum de prohibitione meretricij,ſecundum illud, Non erit meretrix de filiabus Iſrael. Deuteronomi. 24. Et iterum prohibitio vitij contra naturam, ſecundum illud, Cum maſculo non commiſceberis. Cum omni pecore non coibis. Leui. decimo octauo. Septimo autem præcepto de prohibitione furti,adiungitur præceptum de prohibitione furti vſuræ, ſecũdum illud, Non fœnerabéris fratri tuo ad vſuram. Deuteronomio. 18. & prohibitio fraudis,ſecundùm illud. Non habebis in ſacculo diuerſa pondera. Deuteronomio. 25. Et vniuerſaliter omnia, quæ ad prohibitionem calumniæ & rapinæ pertinent. Octauo verò præcepto, quo prohibetur falſum teſtimonium, additur prohibitio falſi iudicij, ſecundùm illud. Nec in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ, vt à veritate deuies. Exod. 23. Et prohibitio mendacij. Sicut ibi ſubditur, Mendacium fugies. Et prohibitio detractionis, ſecundùm illud Leuitici. decimonono. Non eris criminator & ſuſurro in populis. Alijs duobus præceptis nihil additur: quia per ea vniuerſaliter omnis mala concupiſcentia prohibetur. Conueniunt autem hæc præcepta ſuper addita cum cæremonialibus & iudicialibus, quia & hæc & illa ſuperadduntur præceptis moralibus. Sed in hoc differunt, quia præcepta ſuperaddita, de quibus dictum eſt, ex inſtinctu rationis adduntur: præcepta verò cæremonialia & iudicialia ſuperadduntur ex diuina inſtitutione. Circa cæremonialia verò præcepta ſciendum eſt, quòd cum illa ordinentur ad cultum Dei, in ipſo cultu conſiderari poſſunt, ipſe autem cultus conſiſtit ſpecialiter in ſacrificijs, quæ Iudæi ob reuerentiam offerunt. Et ideo inter cæremonias legis præcipue computantur ſacrificia, per quæ animalia quadrupedalia,& volatilia,panis, vinum, oleum, thus, & ſal, & alia quæd.m Deo offerebantur. Inſtrumenta autem colendi , ad ſacramenta pertinent, ſicut eſt Tabernaculum , vel templum in lege veteri inſtitutum, & vela tabernaculi vel templi diſtinctiua , imagines cherubin ſculptæ, & arca, propiciatorium, candelabrum, & menſa, & duplex altare, cortinæ, ſaga cilicina, pelles arietum rubricatæ, & pelles hyacinthinæ, quæ erant tegumenta tabernaculi. Ad ſacra etiam pertinent dies feſti, ſicut ſunt neomeniæ, feſta

Phaſe, prop'eiationes t abetnaculorũ, Sabbatũ, & omnes dies feſti in lege inſtituti. Ex parte autẽ colentium duo poſſunt conſiderari, ſcilicet eorũ inſtitutio ad diuinum cultum, quod fit per quandam conſecrationem vel populi, vel miniſtrorũ: & ad hoc pertinent ſacramenta legis, cuiuſmodi eſt Circunciſio, agni paſchalis comeſtio, purificatio eorum, qui tangebãt mortuũm vel leproſum. Item & ſacerdotia vitula ruffa. Itẽ & purificatiõ domus leproſæ, & raſio pilorum, lauatio ſacerdotum, qui erant ingreſſuri tabernaculum. Item abſtetſio Leuitarum, Luſtratio, vnctio corporalis, & oblationes maiorum & minorum ſacerdotum vt habetur Leuit. 8. & Leuitarum, vt habetur Numer. 8. Ad quod etiam pertinent ſpecialia veſtimenta, quę deputabantur ſacerdotibus maioribus & minoribus. De quibus habetur. Exod. 28. Ad quod etiam pertinet quod Leuit. 21. prohibetur aliquis à ſacerdotio, ſi habuerit maculam, ſi fuerit cæcus, vel claudus, vel habuerit alios corporales defectus: omnia enim hæc pertinent ad ſacramenta legis. Poteſt item conſiderari ex parte colentium ſingularis eorum conuerſatio, per quam diſtinguuntur ab ijs, qui Deum non colunt. Et ad hoc pertinent cæremoniæ, quæ vocantur obſeruantiæ, cuius modi ſunt, prohibitio ab eſu quorũdam animalium & volatilium, & terreſtrium, & aquatilium. De quibus habetur. Leuit. 11. Itẽ prohibitio eſus ſanguinis aut adipis, & prohibitio decoctionis hædi lactis matris ſuæ, ſicut habetur Exod. 23. Et prohibitio eſus primorum fructuum, qui naſcuntur ex arbore, ſicut habetur Leuit. 19. Ad hoc etiam pertinet quod dicitur eodem capi. Veſtem, quæ ex duobus texta eſt, non indueris. Et Deutero. 22. Non induetur mulier veſte virili, & vir non induetur veſte fœminea. Et infrà, Non indueris veſtimento, quod ex lana linoque contextum eſt. Ad hoc etiam pertinet, quod præcipitur Deuterono. 6. quòd Iudæi ligarent præcepta Dei in manu ſua, & quòd ſcriberentur in limine oſtiorum, & per angulos palliorum facerent fimbrias, in quibus ponerent vittas hyacinthinas in memoriam mandatorum Dei, vt habetur Num. 15. Ad hoc etiam pertinet, quod Dominus prohibet Deutero. 22. dicens, Si ambulaueris per viam, & inueneris nidum auis, non tenebis matrem cum filijs. Et Deutero. 25. Non alligabis os bouis triturantis. Et Leuit. 19. Iumenta tua nõ facies coire cum alterius generis animantibus. Ad hoc etiam pertinet, quod Leuit. 19. dicitur. Agrum non feres diuerſo ſemine. Et Deuter. 22. Non feres vineam tuam altero ſemine, & non arabis in boue ſimul & aſino. Ad hoc pertinet prohibitio ab auro & argento, & quibus fabricata ſunt idola, & ab alijs, quæ in idolorum domibus inueniuntur, ſicut habetur Deutero. 7. Et quod egeſtiones humo operirentur. Deuter. 23. Ad hoc etiam pertinet quod ſacerdotibus prohibetur amicorum funeribus intereſſe: & accipere meretricem in vxorem, ſicut habetur Leuit. 21. Sunt ergo cæremoniarũ legis quatuor differentiæ. Quia aut ſunt ſacramẽta, vel obſeruantiæ. Circa iudicialia verò præcepta ſimiliter dicendum eſt. Cùm enim lex ſit quædam regula & ars humanæ vitæ inſtituendæ vel ordinandæ, ſicut in quacunque arte eſt certa diſtinctio regularum artis: ita in quacunque arte eſt certa diſtinctio præceptorum legis: alias enim confuſio præceptorũ vtilitatem legis excluderet. Et ideo dicendum eſt, quòd præcepta iudicialia, per quæ ordinantur homines inter ſe, diſtinctionẽ habent ſecundum diſtinctionem humanæ ordinationis. Quadruplex autem ordo in aliquo populo inueniri poteſt, ſcilicet, principum populi ad ſubditos, ſubditorum inter ſe, & eorum qui ſunt de populo ad extraneos: item quattus ad domeſticos, ſicut patris ad filium, vxoris ad virum, & domini ad ſeruum. Et ſecundum hos ordines diſtinguuntur præcepta iudicialia veteris legis. Quædam enim præcepta dantur de inſtitutione principum & officiorum. Et hæc eſt vna pars iudicialiũ præceptorum, ſicut eſt illud, Prouide de omni plebe viros ſapientes. &c. Exod. 18. Et illud. Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſrael. Nume. 11. Et illud. Non accipietis munera quæ excæcant etiam prudentes, & ſubuertũt verba iuſtorũ. Exod. 23. Et illud. Hoc erit ius regis, qui imperaturus eſt vobis. Filios veſtros tollet &c. 1. Regũ. 8. Quædã etiam præcepta dantur in lege pertinentia ad communicationem inter ciues, vt puta, emptiones & venditiones, iudicia & pœnas, & huiuſmodi. Et hæc eſt ſecunda pars iudicialium præceptorum, cuiuſmodi eſt illud, Ingreſſus vineã proximi tui comede vuas quantum tibi placuerit. Deutero. 23. Et illud. Homo cum mortuus fuerit abſque filio, ad filiam eius tranſibit hæreditas. Nu mer. 27. Ad hoc etiam pertinet, quod Dominus mandauit, quòd poſſeſsio vendita reuerteretur ad venditorem quinquageſimo anno Iubilei. vt patet. Leuit. 25. Et illud, Cui debetur aliquid ab amico vel proximo ac fratre ſuo, repetere non poterit, quia annus remiſsionis eſt. Deuteron. 15. Et illud. Si præſente Domino animal mutuatũ mortuum fuerit, reddere non tenetur qui accepit Exod. 22. Et illud. Cùm repetes a proximo tuo rẽ aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domũ eius, vt pignus auferas. Et iterum. Non pernoctabit apud te pignus, ſed ſtatim reddes eis. Deutero 24. Ad hoc etiam pertinet, quod Exod. 22. dicitur quòd in amiſsione depoſiti ſtatur iuramento eius apud quem depoſitum eſt. Et illud. Non morabitur

tur opus mercenarij tui apud te vſque mane. Leuit. 19. Et quod mandatur in lege Deuterono. 17. quòd ireant ad vnum locum expetituri iudicium de dubijs ſuis. Et quod Deuter. 19. dicitur. In ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum. Ad hoc etiam pertinet, quod Exod. 22. mãdatur, quòd fur reſtituat quinque boues pro vno boue: & quatuor oues pro vna oue. Et quòd lapidari mãdauit Dominus eum, qui collegerat lignũ in Sabbato. Num. 15. Et eum qui cõmeſſationibus vacabat, &c. Deuter. 21. Ad hoc etiam pertinet, quod Deuter. 25. dicitur. Si eum qui peccauerit dignum viderint plagis, proſternent, & coram ſe facient verberare. Et quòd is, qui nolebat accipere vxorem fratris ſui defuncti, ſoluebat calceamentum de pedibus ſuis, & expuebant in faciem eius Deutero. 25. Et quod dicitur Leuit. 20. Qui maledixerit patri ſuo & matri ſuæ, morte moriatur. Et q̃d dicitur Exod. 21. Oculum pro oculo, dentem pro dente. Et ibidem. Bos lapidibus obruetur, qui occiderit virum aut mulierem. Et quod Leuit. 20. dicitur. Mulier, quæ ſuccubuerit iumento cuilibet, ſimul interficiatur cum eo. Ad hoc etiam pertinet, quod Deutero. 21. mandatur, quòd quando inuentum fuerit cadauer occiſi hominis, & ignorabitur cædis reus, ſeniores propinquioris ciuitatis tollent vitulam de armento, quæ non traxit iugum, nec terram ſcidit vomere, & ducent ad vallẽ aſperam atque ſaxoſam, quæ nunquam arata eſt, nec ſementa recepit, & cædent in ea ceruices vitulæ. Hæc enim & omnia talia ordinant conuerſationem ciuium inter ſe, atque in ſecundo genere præceptorum iudicialium ponuntur. Quædam præcepta etiam dantur pertinentia ad extraneos puta, de bellis contra hoſtes, & de ſuſceptione peregrinorum & aduenarum, & hæc pertinẽt ad tertiam partem iudicialium præceptorum, cuiuſmodi eſt, quod Deutero. 23. mandatur, quòd Ammonites & Moabites etiam poſt decimam generationem non intrabunt in eccleſiam Domini in æternũ. Et quod de Idumæis dicitur ibidem. Nõ abominaberis Idumæum, quia frater tuus eſt. nec AEgyptiũ, quia aduena fuiſti in terra eius. Et ibidem, quòd eunuchus, & natus ex ſchorto non ingrediatur eccleſiam Domini. Et quod ſtatuitur Exo. 22. Aduenam non contriſtabis, neque affliges eum: aduenæ enim & ipſi fuiſtis in terra AEgypti. Et. 23. Peregrino moleſtus non eris. Scitis enim aduenarũ animas, quia & ipſi peregrini fuiſtis in terra AEgypti. Ad hoc etiam genus pertinet, quod Deuteron. 23. permittitur, vt alienis ad vſuram poſsit mutuari. Et illud, quod Deuterono. 20. mandatur, quod de ciuitatibus hoſtium captis omnes interficerent, & tamen arbores fructiferas non ſuccidèrent. Ad hoc etiã pertinet, quod Deutero. 20. mandatur, quòd imminẽte prælio aliqui domum remittebantur, putà qui ædificauit domum nouam, qui plantauit vineam, vel qui deſpondit vxorẽ, & quòd formidoloſi & pauidi cor habentes, à labore prælij excuſabantur. Omnia enim hæc ordinant modum, qui cum hoſtibus & peregrinis erat ſeruandus. Quædam verò præcepta dabantur in lege ad domeſticam conuerſationem pertinentia, ſicut de ſeruis, vxoribus, & filijs; & hæc eſt quarta pars iudicialium præceptorũ. Ad hoc genus pertinet, quòd Exod. 21. dicitur, quod ſerui ſeptimo anno liberi aſcenderent. Et quod mandatur Deutero. 23. vt non tradatur Domino ſuo ſeruus ab illo, ad quem confugerit. Et quod dicitur Exod. 21. quòd qui percuſſerit ſeruum ſuum vel ancillam virga, ſi vno die ſuperuixerit, nõ ſubiacebit pœnæ, quia pecunia illius eſt. Et quòd lex permiſit quòd venderet filiam ſuam in famulam vel ancillam. Et quod Deute. 21. mandatur, quòd pater ducat filium ſuum ad ſeniores ciuitatis puniendum. Ad hoc etiam pertinet, quod Deutero. 21. conceditur Iudæis, vt captiuas alienigenarum ducere poſsint vxores. Et Deutero. 25. mandatur quòd ſi aliquis eſſet mortuus abſque liberis, vxorem ipſius frater eius acciperet. Et quod Deuter. 24. permittitur, quòd aliquis poſſet vxorẽ dimittere ſcripto libello repudij, & quòd etiã vlterius eam recuperare non poſſet. Ad hoc etiam pertinet ſacrificium Zelotypi ad inueſtigandum vxoris adulterium, ſicut ſcribitur Nume. 5. Hæc enim omnia pertinent ad cõuerſationem domeſticam, quæ eſt inter virum & vxorem, patrem & filium, dominum & ſeruum, & pertinet ad quartum genus iudicialium præceptorum. Vt ergo dicamus in ſumma, eorum, quæ lege præcipiuntur, hæc differentia eſt. Nam aut præcipiuntur mores, aut cæremoniæ, aut iudicia. Præceptorum verò, quæ de moribus ſunt, quædam ſunt communia, quatenus tamen omni homini intellectum habenti. Alia ſunt minus communia adhuc, vt ſolis ſapientibus manifeſta. Cæremoniarum verò quædam ſunt ſacrificia, alia ſacramenta, & aliæ vocantur obſeruãtiæ. Iudiciorũ verò quædam ſunt principis ad populum, & è contra. Quædam ciuium inter ſe Quædam populi ad hoſtes & peregrinos. Quædã inter domeſticos. ¶ Quæritur adhuc. 31. Vtrum præcepta moralia legis ſemper maneant, & ſint indiſpenſabilia? Pro iſtius quæſtionis declaratione eſt notandum, quòd inter ius naturale & legitimum ſiue poſitiuum hæc differentia reperitur, vt colligitur ex Ariſtot. lib. 5. Ethicorum. & Gratianus probat. 5. diſtinctio. cap. 1. & oſtenditur in capit. fina. extra. de conſue. quod naturale ius immutabile eſt, ius autem legitimũ mutabile. Cum ergo præcepta moralia de iure naturali ſint, vt ſupra

prædictum eſt, præcepta verò cæremonialia & iudicialia de iure naturali habeant vim ſolùm ex legis inſtitutione, inde eſt, quòd præcepta moralia immutabilia ſunt, præcepta verò cæremonialia, & iudicialia mutabilia ſunt, imò & mutata ſunt. Pro declaratione primi ponuntur aliquæ propoſitiones. Prima eſt. Ius naturale apud omnes idem eſt. Probatur hæc propoſitio auctoritate Iſidori in cap. Ius oaturale. 1. diſtinctio. dicentis. Ius naturale eſt commune omni nationi. Et aoctotitate Ariſtot. 5. lib. Ethicorum, dicentis. Ius naturale apud omnes homines idem eſt. Sicut ignis hic & in Perſis vrit. Secũda propoſitio eſt. Quòd ius naturale à corde hominis aboleri non poteſt. Probatur Auguſtini auctoritate in ſecundo. confeſ. dicẽtis. Lex tua ſcripta eſt in cordibus hominum, quã nulla quidem delet iniquitas. Tertia propoſitio eſt. Quòd ius naturale immutabile eſt. dicitur enim 5. diſt. cap. 1. Naturale ius ab exordio rationalis creaturæ eſt, nec variatur tempore & immutabile permanet. Hæc ibi. Quarta propoſitio eſt, quòd oaturale ius per legem poſitiuam explicari poteſt, ſed per eam deleri non poteſt. Secunda pars probatur. In ſpeculatiuis enim ex falſitate cõcluſionis non falſificatur principium, ergo in practicis ex inſtitutione legis poſitiuæ non poteſt tolli oaturale ius. Et confirmatur, quia conſuetudo, quæ habet vim legis quantuncunque longæua & diuturna non poteſt auferre naturale ius. vt in cap. fin. de conſuetudine. & in cap. conſuetudinis. 6. diſtin. vbi ſic dicitur, Conſuetudinis vſuſq; longæui non vilis auctoritas eſt, verum non vſque adeo valitura, vt rationem vincat. Hæc ibi. Ergo nec lex poſitiua delere poterit naturale ius. Et prę tereà omnis lex primitiua deriuatur à lege naturali, quæ ſi non concordet, lex non eſt. vt in ca. erit autem lex. quarta. diſtinctio. ergo per legem poſitiuam lex naturalis, aut naturale ius tolli non poteſt. Quod autem explicari poſſit, patet ſic. Ius enim naturale cõmuniter diſponit de rebus agendis, ſed per legem poſitiuam particulariter agenda diſponuntur, ergo lex poſitiua explicat naturale ius. Et declaratur exemplo. Ius enim naturale dictat parentes eſſe venerandos, & quia contra honorem parentum quandoque opere filij peccant, inde eſt, quòd lege poſitiua humana pœna imponitur Parricidis. Item inferentibus manus in parentes, & eis, qui iniuriam grauem eis fecerint, ſi criminaliter eos decuſſauerint de cauſa, quę non ſit aduerſus Principem vel rempub. ſi vitæ parentum fuerint inſidiati, ſi vxori vel concubinæ patris ſe immiſcuerint, & multa alia, quæ continentur in authen. vt cum de ap. cog. §. cauſas. columna quinta. hæ enim leges imponentes pœnã dehonoranti parentes in hoc cõfirmant & explicant naturale ius, quo præcipitur, vt parentes honorentur. Similiter ſunt aliæ leges punientes diuinationes, idololatriam, auguria, & ſortilegia, quæ ſunt contra honorem Dei, & aliæ ſunt punientes homicidia, adulteria, furta, & falſa teſtimonia, quæ omnes explicant naturale ius, & præcepta Decalogi hæc vitia prohibẽtia. Quinta propoſitio eſt. Sicut lex poſitiua humana non poteſt tollere naturale ius: ita non poteſt illud inſtituere. Patet. Illud enim dicitur inſtitui per legem poſitiuam, quod ab ea vigorem recipit: ſed ius naturale nõ recipit vigorẽ à lege poſitiua, igitur, &c. Probatur minor. Illud enim ius non recipit vigorem à lege poſitiua, quod obligat ante legis editionem: ſed ius naturale obligat antequam lex poſitiua. igitur, &c. Probatur minor. Quoniam naturale ius incipit ab exordio rationalis creaturæ, vt dicitur. 5. diſtinct. cap. 1. ius autem poſitiuum non tunc incepit, ſed poſt temporum decurſum: non igitur naturale ius à lege poſitiua accepit inſtitutionem. His præmiſsis ponuntur tres concluſiones. Prima eſt. Præcepta Decalogi quia de iure naturali ſunt, apud omnes obligant. Secunda concluſio eſt. Præcepta Decalogi antequam eſſet lex Moyſi, erant obligatoria. Et ſimiliter lege abrogata obligatoria ſunt. Tertia cooclusio. Præcepta Decalogi ſunt indiſpenſabilia. Prima concluſio quo ad primam partem ſic probatur. Illa præcepta, quæ pertinent ad bonos mores rationi conuenientes dicuntur eſſe de iure naturali: ſed huiuſmodi ſunt præcepta Decalogi, igitur &c. Quod autem præcepta Decalogi ad mores pertineant rationi conuenientes, patet per ſingula diſcurrendo. Secunda pars ſic probatur. Vbi eſt idẽtitas cauſæ obligationis in præceptis Decalogi, omnes enim homines habent dictamen rationis ſicut & habent eandem naturam: ergo apud omnes homines æqualiter obligant. Secunda concluſio ſic probatur. Manente cauſa obligationis legis, manet obligatio eius: ſed antequam lex Moyſi eſſet inſtituta & etiam poſt eius abrogationem manet cauſa obligationis præceptorum moraliũ, ergo ante legis inſtitutionem & poſt eius abrogationem præcepta Decalogi æqualiter obligant. Minor ſic probatur. Idem enim dictamen rationis eſt ante legem & poſt legẽ, quo ratio indicat vnum Deum eſſe colendum, parentes eſſe venerãdos, furta, adulteria, homicidia, falſa teſtimonia eſſe vitanda. Tertia concluſio ſic probatur. Illa præcepta ſunt indiſpenſabilia, quæ continent ipſam conſeruationem boni communis & ordinẽ iuſtitiæ & virtutis: ſed huiuſmodi ſunt præcepta Decalogi, ergo ſunt indiſpenſabilia. Maior ſic exponitur. In præceptis enim diſpenſatio fit, quoniam occurrit aliquis particularis caſus, in quo ſi

verbũ

verbum legis obſetuaretur, repugnaret intentioni Legiſlatoris, intentio autem Legiſlatoris ordinatur ad bonum commune, & ad ordinem iuſtitiæ & virtutis. Si ergo aliqua præcepta ſint; quæ contincant ipſam conſeruationem boni communis, vel ordinem iuſtitiæ & virtutis, hniuſmodi præcepta continent intentionem Legiſlatoris, & ideò indiſpenſabilia ſunt. Sicut ſi poneretur præceprum, quòd nullus noceret reipublicæ, vel malè ageret, hniuſmodi præceptum eſſet indiſpenſabile. Sed ſi aliqua præcepta darentur ordinata ad hæc; quibus determinentur aliqui ſpeciales modi in quibus nocetur reipublicæ, in talibus præceptis diſpēſatio poſſet fieri, quantum per omiſsionem talium pręceptorum in aliquibus caſibus nō fieret præiudicium præceptis, quæ cōtinenr intentionem Legiſlatoris, putà, ſi ad cuſtodiam ciuitatis ſtatueretur, quòd aliqui ciues vigilarent, poſſet cùm eis diſpenſari propter maiorem vtilitatem. Præcepta autem Decalogi cōtinent ipſam Intētionem Legiſlatoris Dei. Nam præcepta primæ tabulæ continent ipſum ordinem ad bonum commune & finale, quod eſt Deus. Præcepta autem ſecundæ tabulæ continent ipſum ordinem iuſtitiæ inter homines obſeruādæ, vt ſcilicet nulli fiat indebitum, & cuilibet reddatur debitum, & ideò præcepta Decalogi ſunt omnino indiſpenſabilia. Et hæc fuit ſenrentia Sancti Thomæ. Prima Secundæ, quæſtio. 100. artic. 8. Scotus tamē libro tertio. ſentent. diſtinct: 37. dicit, quòd duo præcepta primæ tabulæ ſunt de lege naturæ ſtrictè ſumendo legem naturę. De tertio verò præcepto dubitat, vt an id quod eſt morale ſit de lege naturæ. De præceptis verò ſecundæ tabulæ dicit, quòd non ſunt de lege natutæ ſtrictè ſumendo put illa dicūtur eſſe de lege naturæ, quæ ſunt prima principia nota ex terminis, vel concluſiones neceſſariò ſequentes ex eis. Sunt tamen de lege naturæ largè ſumendo, qui ſcilicet ſunt multum conſona illi legi, licèt non ſequautur neceſſariò ex principijs practicæ, quæ ſunt nota omni intellectui apprehendenti ex terminis. Sed contra ſententiam tenentem præcepta omnia eſſe indiſpēſabilia obijcitur primò, quia cōtra legem Decalogi eſt occiſio innocentis. Sed Deus præcepit Abrahæ quòd occideret filium ſuum innocētem vt habetur Geneſ. 23. ergo præcepta Decalogi murabilia & diſpēſabilia ſunt. Secūdò, quia cōtra præcepta Decalogi eſt furtum, & tamen Deus præcepit Iudæis, vt mutuata ab AEgyprijs vaſa ſurriperēt, vt habetur Exod. 12. Tertio, quia fornicatio etiam in Decalogo prohibita eſt, & tamē Deus præcepit Oſeæ, vt acciperet mulierē fornicariam & ex ea facerer filios fornicarionū. Oſeæ. 1. Vnde patet, præcepta Decalogi mutabilia, & diſpenſabilia eſſe. Quartò adhuc, quia obſeruatio ſabbati cōtinetur inter præcepta Decalogi, ſed in hoc præcepto fuit diſpēſarum. Dicitur enim Machabæorum. 2. Et cogitauerunt in die illa dicētes. Omnis homo qui venerit ad nos in bello in die ſabbatorum, pugnemus aduerſus eum. Et præterea hodie non ſolùm nnn tenemur obſetuare, ſabbatum, ſed etiam ſi quis óbſeruaret, diceretur Iudaizare. vt in cap. peruenit. de conſec. diſtinct. 3. Ergo ſaltem hoc pręceptum mutabile erat, & mutatum fuit. Quintò, Sicut ſe habet homo ad legē humanam, ita ſe habet Deus ad legem diuinitus datam: ſed homo diſpenſare poteſt in lege quam tulit, vel ipſe, vel alius habens parem poteſtatem. vt in cap. innotuit. de elect. & in capit. non debet. de conſang. & aſſin. cum alijs. ergo cum præcepta Decalogi à Deo ſint inſtituta, videtur quod ſaltē Deus in eis poſsit diſpēſare. Et vlterius, cum pręlati, & præſertim Papa vice Dei fungatur in terris videtur, quòd in præceptis Decalogi poſsit diſpēſare. Ad primum horum quidam dicunt, ꝙ Deus non iuſsit Iſaac innocentem occidi ea intentione vt innocens occideretur, ſed vt fides & obediētia Abrahæ probaretur. Cuius ſignum eſt, quòd probata eius obedientia, prohibitus eſt extēdere manum ſuam in puerum. vt dicitur Geneſ. 23. Vnde cōtra præceptum de occiſione innocentis diſpenſaſſe non eſt dicendus. Alij dicunt, quòd præcepto Decalogi non prohibetur quæcunque occiſio, ſed iniuſta, & indebita. Auguſtinus dicit in. 1. lib. De libero arbitrio, & in epiſtola ad Publicolam. & latè tractatur. 23. quæſtio. 5. Alias enim iudices, qui malefactores occidunt, contra præceptum Dei agerent, quod abſurdum eſt. Deus autem actor eſt vitæ & mortis. vt dicitur. 1. Regū. 2. Et ideò ſi quis de mandato Dei aliquem occidat, homicidia dicendus nō eſt. Vnde licet Abraham occidiſſet filium vt Deo iubenti obtemperaret, reus homicidij non haberetur, neque Deus in pręcepto ſuo diſpenſare diceretur. Lex enim prohibet occiſionem hominis iniuſtam: ſed occiſio facta de mandato Dei ſemper iuſta eſt. Ad ſecundum dicendum, quòd filij Iſrael ſurripientes vaſa AEgyptiorum, nō commiſerunt furtum. Tum quia vaſa debebātur ſibi propter ſeruitium, quod AEgyptijs fecerant, & quia non erat ſibi via conueniens conſequendi debitum per viam iuris, potuerunt propria auctoritate recompenſationem ſui debiti accipere. Tum etiam, quia accipere rem alienam vel occultè vel manifeſtè auctoritate iudicis hoc decernentis, nō eſt furtum, quia iam fit ſibi debitum per hoc, quòd ſententialiter ſibi eſt adiudicatum. ſicut dicit. S. Tho. Secunda Secundæ. quæſtio. 66. articulo quinto, ad primum. Poteſt etiam dici, quòd filij Iſrael non commiſerunt

furtum

furtum, quia furtum eſt contrectatio rei alienæ in uito domino. vt Inſtit. de furt. §. furtum. Deus autem eſt vniuerſalis dominus omnium quæ ſunt in vniuerſo. Vnde Pſal. 23. dicitur, Domini eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo. Si ergo de mandato Dei, qui primus & præcipuus dominus eſt aliquid accipiatur furtum non committeretur, ſicut etiam nec committeretur, ſi de mandato hominis domini acciperetur. Iudæi ergo rapientes vaſa AEgyptiorum nõ inuito, ſed volẽte domino, vero & præcipuo, qui Deus eſt, furtum non commiſerunt. Ad tertium dicendum, quod Oſee accipiens mulierem fornicariam non eſt mœchatus. mœchia enim eſt acceſſus ad alienam: qui autem accedit ad aliquã de mãdato Dei, ad alienam non accedit. Si enim lex humana poteſt facere ſuam quæ ante nõ fuerat ſua, ſicut mulier quæ erat in quinto gradu conſanguinitatis vel affinitatis reputabatur ſecũdùm antiqua iura illegitima ad contrahendum, & per conſequens ſi alicui iungeretur quinto gradu ſibi attinenti. dicebatur aliena, & tamẽ nouo iure ſtatutum eſt in capit. non debet. de conſang. & affi. quòd talis ſit perſona legitima ad contrahẽdum, & per conſequens quod eam accipiens non dicatur fornicator ſed maritus. A fortiori igitur lex diuina poteſt & potuit legitimare perſonas ad cõtrahẽdum, & ſimiliter mandatum diuinum. Vnde quanquam mulierem aliquis accipiat de mandato diuino ſiue coniugatam, ſiue ſolutam, ſiue quancunque aliam, fornicator non dicetur, ſed maritus. Vel poteſt dici, quòd Deus mandauit Oſeæ, vt acciperet mulierem fornicariam, nõ quidem fornicario coitu, ſed quòd cum ea contraheret matrimoniũ, & eſſet ſibi legitima vxor: quod fieri potuit ſine diſpenſatione Dei. Sicut & nunc ſi aliquis vxorem fornicariam in vxorem acciperet, nõ peccaret, imò & mereretur, neque ad hoc eſſet neceſſaria aliqua diſpẽſatio. Ad quartum dicendum, quòd Machabæi excogitantes ſe defendere ſabbato, non diſpenſarunt in ſabbati obſeruatione, ſed potius interpretati ſunt præceptum de ſabbati obſeruatione, oſtendentes, quòd nõ intelligitur violare ſabbatum, qui facit opus, quod eſt neceſſarium ad ſalutem humanam, vt Dominus oſtẽdit Matth. 12. Quòd verò hodie obſeruatio ſabbati nõ ſit, ideo eſt, quia præceptum de obſeruatione ſabbati partim erat morale, & partim cæremoniale: morale quidem quantum ad hoc, quod homini deputatur aliquod tempus vitæ ad vacandum diuinis. Sicut enim cuilibet rei neceſſariæ deputatur aliquod tempus, ſicut corporali refectioni, ſomno, & alijs. ſic ratio dictat. quòd ſpirituali refectioni, qua mens hominis in Deo reficitur, aliquod tempus deputetur. Et ſic habere aliquod tempus deputatum ad vacandum diuinis, cadit ſub morali præcepto, vnde & quantum ad hoc eſt immutabile & indiſpenſabile. Eſt autem, præceptum hoc cæremoniale, in quantum ſpecificat & determinat diem ſabbati, quòd eſt propter, memoriam creationis. Vel propter allegoriam, quia Chriſtus Sabbato in ſepulchro requieuit. Vel propter anagogiam, quia in Sabbato, ideſt, in æterna beatitudine quieſcendum eſt. Præceptum ergo de ſabbati obſeruatione ponitur inter præcepta Decalogi quantum ad id quòd eſt morale, non autem quantum ad id, quòd eſt cæremoniale: imò quantum ad hoc penitus ceſſauit, ſicut & aliæ cæremoniæ. Vnde & hodie ſabbatum ſeruãtes, grauiter peccarent, ſicut infrà latiùs oſtendetur. Ad quintum dicendum, quòd Deus non poteſt negare ſeipſum: negaret autem ſe, ſi ordinem ſuæ iuſtitiæ auferret, cùm ipſe ſit ipſa iuſtitia. & ideò in hoc Deus diſpenſare non poteſt, vt liceat homini non ordinatè ſe habere ad Deum, vel nõ ſubdi ordini iuſtitiæ eius etiam in his, ſecundùm quæ homines adinuicem ordinãtur. Vnde & prælati diſpenſare non poſſunt contra diuinam ordinationem: etſi contra eam diſpenſarent, nec diſpenſati tuti eſſent. Paulus enim. 2. Corinthio. 2. dicit. Nam & ego ſi quid donaui, propter vos, donaui in perſona Chriſti. Si ergo Prælatus diſpenſet & nõ in perſona Chriſti, id eſt ſecundùm eius voluntatem, non benẽ diſpenſat, ſed potiùs iudicium & condemnationem ſibi acquirit. ¶ Quæritur ad hæc. 32. vtrùm præcepta cæremonialia, & iudicialia legis ſint mutabilia, imò & mutata, & euacuata ſint. Ad quod reſpondẽdum eſt, quòd licèt pręcepta Decalogi immutabilia ſint, quia ſunt de lege naturæ, pręcepta tamen iudicialia & cęremonialia mutabilia ſunt, imò & mutata ſunt, & ceſſauerunt. Probatur prima pars. Quod enim ex ſola voluntate Legiſlatoris vim & efficaciam habet, ex eius voluntate mutari poteſt: ſed cęremoniæ & iudicia legis ex ſola voluntate Legiſlatoris & non ex ipſo dictamine rationis efficaciam habent, igitur mutabilia ſunt. Prima propoſitio patet. Quia ſicut volũtas à principio cauſa fuit obligandi, ita & poſt eam eſſe poteſt deobligandi. ca. omnis de reg. iur. in volumi. Secunda propoſitio probatur. Quoniam ex ſolo voluntatis arbitrio, & non ex natura iudicia & cęremonię efficaciam ſortita ſunt. Nõ enim à ratione inditum eſt, quòd leproſus quando mundandus eſt, debet adduci ad ſacerdotem, & offerre pro ſe duos paſſeres viuos, & lignum cedrinum, vermiculum, & hyſſopum, & alia, quę ſtatuuntur Leui. 14. quàm quòd offerat agnum, vel hędum, vel lignum oliuę. Alia enim ex ſola legis inſtitutione efficaciam habent, propter quod ex ſola Legiſlatoris voluntate mu-

te mu-

te mutabilia ſunt. Quòd enim mutari poſſent, conueniens fuit. cultus enim exterior concordare debet cultui interiori, qui conſiſtit in fide, ſpe, & charitate: ſed cultus interior non ſemper idem fuit, ergo cæremoniæ debuerunt eſſe aliæ. Quòd autē cultus interior ſemper idem, probatur ſic. Triplex enim ſtatus diſtinguitur cultus interioris. Vnus quidem ſecundum quē habetur fides & ſpes de bonis cœleſtibus, & de eis, per quæ in cœleſtia introducimur, ſicut de quibuſdam futuris, & talis fuit ſtatus fidei & ſpei in veteri lege. Alius ſtatus eſt, in quo habetur fides & ſpes de cœleſtibus bonis ſicut de quibuſdam futuris, ſed de eis. per quæ in cœleſtia introducimur, ſicut de præſentibus vel præteritis, & iſte eſt ſtatus nouę legis. Tertius ſtatus eſt, in quo vtraque habentur præſentia, & nihil creditur vt abſens, neque ſperatur vt futurum, & iſte eſt ſtatus beatorum, in quo nihil erit figurale ad diuinum cultum pertinēns, ſed ſolùm gratiarum actio, & vox laudis. Et ideò dicitur Apocalyp. 21. de ciuitate beatorum. Templum non vidi in ea, Dominus enim Deus omnipotēs templum illius eſt, & agnus. Sicut ergo & quæ nunc ſunt in eccleſia figuræ eorum, quæ ſunt in patria ceſſabūt in ſtatu gloriæ, pari ratione cæremoniæ primi ſtatus, per quos figurabatur ſecundus & tertius, veniente ſecundo ſtatu ceſſare debuerunt, & aliç cæremoniæ induci, quæ cōueniant ſtatui diuini cultus pro tempore illo, in quo bona cœleſtia ſunt futura. Beneficia Dei, per quæ ad cœleſtia introducimur ſunt præſentia. Sicut dicit ſanctus Tho. Prima Secundæ, quæſtio. 103. artic. 3. Secunda pars probatur. Primò quidem ratione. Secundò auctoritate. Ratio talis eſt. Adueniente ſignato & figurato, ceſſat ſignum & figura: ſed iudicia & cæremoniæ legis erant ſignum & figura Chriſti venturi, ergo poſtquam Chriſtus aduenit, iudicia & cæremoniæ legis ceſſauerunt & mutata ſunt. Prima propoſitio patet, diſcurrendo per omnia. Signa aliqua ſint venturi Principis, poſtquam Princeps aduenit, illa indicia & ſigna tolluntur. Similiter in quibuſdam regionibus, in quibus conſueuerunt in eminentioribus templorum locis poni aliqua ſigna quæ indicant paulò poſt celebrādam eſſe eccleſiæ dedicationem, aut aliquem ſacerdotem primam miſſam fore dicturum, facta conſecrationis eccleſiæ ſolennitate, aut prima expedita miſſa, omnia vexilla, & quęcunque alia ſigna erant, quæ hæc deſignarent & præfigurarent, ſtatim tolluntur, etſi perſeuerent, mendacia ſigna ſunt. Secunda propoſitio ſic probatur. Et primò quidem de cæremonijs. Secundò verò de iudicijs. De cæremonijs quidem. Patet ſic. Nam cum homo ſit vt anima Deo ſeruiat interiori, & ſicut corpus ordinatur in Deum per animam, ita cultus exterior ordinatur ad interiorem. Conſiſtit autem interior cultus in coniunctione animæ ad Deum per intellectum & affectum, ideò ſecūdum diuerſitatem huius coniunctionis exteriores actus diuerſitatem habent. In futura enim beatitudine intellectus humanus intuebitur diuinam veritatem in ſeipſa, & ideò exterior cultus non conſiſtit in aliqua figura, ſed ſolum in laude Dei, ſecundum illud. Eſai. Si gaudium & lætitia inuenitur in ea gratiarum actio & vox laudis. In ſtatu autem pręſentis vitæ non poſſumus diuinam veritatem in ſeipſa intueri, ſed oportet, quòd nobis innoteſcat ſub aliquibus ſenſibilibus figuris, ſicut Dionyſius dicit. 1. capit. De cœleſti Hierarchia. Quæ tamen figuræ diuerſificantur ſecūdùm diuerſum ſtatum humanæ cognitionis. Tempore enim veteris legis neque diuina veritas erat manifeſta in ſeipſa, neque etiam adhuc propalata erat via ad perueniendum ad hoc, vt Apoſtolus oſtendit ad Hebr. 7. & ideò oportebat exteriorem cultum veteris legis non ſolùm eſſe figuratiuum veritatis manifeſtandæ in patria, ſed etiam Chriſti, qui eſt via ducens ad illam patriæ veritatem. vt dicitur Ioan. 13. Sed tempore legis nouæ hæc via manifeſtatā eſt, vnde non oportet hanc præfigurari ſicut futurā, ſed commemorari tanquam præteritam, vel præſentem. Oportet tamen præfigurari veritatē gloriæ, quæ nondum reuelata eſt. Vnde Apoſtolus vt innueret differentiam veteris & nouæ legis dicit legem eſſe vmbram futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum. Ad Hebræ. 10. vt videlicet oſtēdat, quòd minus appropinquat ſtatus veteris legis ſtatui gloriæ, quam ſtatus nouæ legis, quæ non ſolum vmbra eſt, ſed imago gloriæ. Si enim diuina proponerentur nobis ſine ſenſibilibus figuris, non poſſet humanus animus ea capere. habet enim ſe ad diuina, ſicut oculus Nycticoracis ad lumen ſolis. vt dicitur. ſecundo, Metaphyſices In particulari verò oſtendere per quem modum cæremoniæ veteris legis erant figuratiuæ, & Chriſti & gloriæ, nō eſt præſentis ſpeculationis Sed ſi quem delectat hæc videre, legat ordinariā gloſſam, & maximè ſuper Exodum, & Leuiticum, & doctrinam Sācti Thomæ. Prima Secundæ. quæſt. 112. per 4. artic. Vltimò de præceptis etiam iudicialibus certū eſt, quòd figuralia ſunt, quia ſicut Apoſtolus dicit. 1. ad Corinth. 10. Omnia in figura cōtingebant illis. Vnde & Auguſt. dicit cōtra Fauſtum. Quia populus Iudęorum erat electus à Deo ad hoc, ꝙ ex eo Chriſtus naſceretur, oportuit totū illius populi ſtatū eſſe propheticum & figuralem, vnde & iudicia, & bella illius populi exponuntur myſticè, nō autem bella vel geſta Aſſyriorum vel Romanorum, quanuis longè clariora fuerint: Sciendum tamen, quòd inter

cæte-

cæremonias & iudicia legis hoc intereſt, quòd cæremoniæ primò & per ſe inſtitutæ ſint ad figurandum aliquid pertinens ad cultum Dei, & myſterium Chriſti: vnde in multis cæremonijs haberi non poteſt ratio naturalis, ſed ſolùm ad figurandum inſtitutæ eſſe videntur. cuiuſmodi eſt, quòd nullus veſtiri debet veſte, quæ ex lana linoq́, contexta eſt: vel quòd hœdus edi non debet in lacte matris. Iudicialia verò præcepta ſunt figuralia nō primò & per ſe, ſed ex conſequēti. Nō enim ſunt inſtituta principaliter ad aliquid figurandum, ſed ad ordinandum ſtatutum illius populi ſecundum iuſtitiam & æquitatem. Ex conſequenti tamen aliquid præfigurabant, inquantum ſcilicet totus ſtatus illius populi, qui per huiuſmodi præcepta diſponebatur, figuralis erat. Et hæc differentia eſt maximè notanda, quoniam ad ea, quæ dicenda ſunt, eſt ſummè neceſſaria. ¶Quæri etiam poteſt. 32. Vtrùm poſsit per auctoritates oſtendi legem quantum ad cæremonias & iudicia mutatam eſſe & ceſſauiſſe. Ad quod reſpondendum eſt quòd ſic. Et primò inducentur auctoritates noui teſtamenti. Secundò auctoritates iuris humani poſitiui. Tertiò teſtamenti veteris teſtimonia in mediū adducentur, vt & contra hæreticos & contra Iudæos huiuſmodi veritas infallibilis habeatur. Et de auctoritatibus noui teſtamenti primò ad propoſitum inducitur auctoritas Pauli Hebræ. 7. dicentis. Tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat. Super quem locum Auguſtinus dicit. Quia enim ſimul, & ab eodem & ſub eadem ſponſione vtraque delata ſunt: quod de vno dicit, neceſſe eſt, vt de altero intelligatur. Sed ſacerdotium euidens eſt tranſlatum eſſe ab Aarō ad Chriſtum, iuxta illud, Tu es ſacerdos in æternum ſecūdum ordinē Melchiſedech. Pſal. 109. Ergo & lex tranſlata eſt. Non autem transfertur lex, niſi per eius mutationem & ceſſationem: ergo lex ceſſauit, & mutata eſt, & per conſequens cæremoniæ & iudicia quia ex ſola legis inſtitutione vim habent, ceſſarunt. Item Apoſtolus eodem capit. ſic dicit; Reprobatio quidem fit prioris mandati propter eius infirmitatem, & inutilitatem. nihil enim ad perfectū adducit lex: ſed lex, quæ te probata eſt, ceſſauit: ergo mandatum prius, id eſt, lex vetus quantum ad ea, quæ ex ipſa lege vim habēt, ceſſauit, & mutata eſt. Item Apoſtolus in eadem epiſtola capit. 5. inducens auctoritatem Hieremiæ, ſic dicit. Dicens autem nouum, veterauit prius. Quod autem antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt. cōſequens eſt, quòd tempore Chriſti interierit & mutata ſit. Præceſsit quippe Hieremias Chriſtum annis ferè ſexcentis & quadraginta. Et præterea Apoſtoli in Concilio generali Hieroſolymis congregato ita ſtatuerunt, Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis nihil vltra imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, ſanguine, ſuffocato, & fornicatione. Act. 15. ergo exceptis his quatuor quantum ad alia ceſſauit lex, & mutata eſt. Vtrùm autem quantum ad hæc prohibita adhuc duret lex, dicetur infrà. Quintò Apoſtolus qui non à ſeipſo, ſed Spiritu ſancto inſpiratus loquebatur, ſic ait Gal. 5. Si circūcidamini, Chriſtus vobis nihil prodeſt. Sed hoc non eſſet, ſi circuncisio adhuc obligaret, & haberet vim. ergo ceſſauit, & per conſequens omnes aliæ cæremoniæ, quæ circuncisionem tanquam ianuam ſupponebant. Sextò Apoſtolus eodem cap. inquit. Qui in lege iuſtificamini, à gratia excidiſtis. Glo. Id eſt, qui in obſeruatione legalium quæritis iuſtificari, putantes non ſufficere vobis fidem Chriſti ad ſalutem, excidiſtis à gratia Dei, & per conſequens blaſphematis, iudicantes illum impotētem. Hæc ibi. Sed hoc propterea eſt, quia lex ceſſauit: ergo mutata eſt, & abrogata. Septimò Apoſtolus ipſe Gala. 4. ſic dicit. Dies obſeruatis, & mēſes, tempus, horas, & annos: timeo vos, ne fortè ſine cauſa laborauerim in vobis. Gloſſ. Dies obſeruatis, ſcilicet, apud Iudæos celebres, & quartamdecimam diem menſis primi, & ſabbata & menſes, id eſt, feſta Calendarum, de quibus nu. 19. 1. Regum. 20. 4. Reg. 4. Vel dies obſeruatis Neomeniæ, ſcilicet, de quibus Pſal. 55. & Eſaiæ. 1. & tēpora, id eſt, tempus egreſsionis de AEgypto menſe primo, & tempus liberationis Iſaac menſe ſeptimo, de quibus Exo. 12. Leuit. 23. Num. 25. & 29. Et annos, id eſt, ſeptimū annū, qui dicebatur remiſsionis. Exod. 21. & Deutero. 15. & annum quinquageſimum. Leuit. 15. timeo ne fortè ſine cauſa, id eſt, inutiliter, laborauerim in vobis. Gloſſ. prædicando vobis fidem Catholicam, quæ non proficit dicto non iudaizantibus. hoc autem non eſſet niſi propter legis reuocationem: ergo lex reuocata & mutata eſt. Item Chriſtus in paſsione ſua, cùm eſſet prope vt ſpiritum patri traderet, ſic dicit, vt Ioannes refert cap. 19. Cōſummatum eſt, id eſt, myſterium paſsionis & redemptionis humanæ perfectum eſt, & conſummata eſt lex, quę ipſius figura erat. Patet ergo ex nouæ legis teſtimonijs legalia iam ceſſaſſe, & euacuata fuiſſe. In iure etiam humano inueniūtur auctoritates, quibus legem ceſſaſſe, & abolitā eſſe probatur. Statutum eſt enim ab Innocentio. 3. & habetur in cap. maioris extra de ap. Abſit enim, vt in illam damnatam hæreſim incidamus, quæ perperam affirmabat legem cum Euāgelio, & circuncisionem cum baptiſmo ſeruandam. Sed propterea lex non ſeruatur cum Euāgelio, quia abrogata eſt. Ergo ceſſauit, & abolita eſt. Secundò, in Concilio generali ſic ſtatutum eſt, ſicut legitur in capit.

Digitized by Google

cap. quidam. de Apoſta. Quidam, ſicut accepimus qui ad ſacri vndam baptiſmatis voluntariè acceſſerant, veterem hominem omnino non exuit, & nouo perfectius indut, cũ prioris ritus reliquias retinẽs, Chriſtianæ religionis decorem tali commixtione confundat. Cum autem maledictus ſit homo, qui terram duabus vijs ingreditur, & indui veſte non debeat lino lanaque contexta; ſtatuimus, vt per prælatos eccleſiarum talis obſeruãtia veteris ritus omnino compeſcatur: vt quos Chriſtianæ religioni liberæ voluntatis arbitrium obtulit, ſalutiferæ coactionis neceſsitas in eius obſeruatione conſeruet: cum minus malum exiſtat viã Domini non agnoſcere, quàm poſt agnitã retroire. Hæc ibi. Ecce quòd eccleſia priores ritus ſeruare prohibet poſt receptum baptiſmum. Ex quo luculenter apparet, legem ceſſaſſe, & renocatam fuiſſe Tertiò à Bonifacio. 5. ita ſtatutum eſt. Contra Chriſtianos, qui ad ritum tranſierint vel adierint Iudæorum, erit tanquam contra hæreticos procedendum. in cap. contra Chriſtianos. de hæret lib. 6. Sed non procederetur contra tales tanquam contra hæreticos, ſi lex adhuc maneret: ergo mutata & reuocata eſt. Et confirmatur. Quia vt Iſidorus dicit lib. 5. Etymologiarum. cap. 5. Et Gratianus recitat in cap. quidam. 24. quæſtio. 3. inter hæreticos computantur Nazaræi & Ebionitæ quia legem ad literam ſeruabant: hoc autem nõ eſſet, ſi lex manſiſſet. Vnde neceſſariò conuincitur, legem ceſſauiſſe, & mutatam fuiſſe. Hæc autẽ mutatio teſtimonijs veteris legis probatur. Nam & ab eodem Deo prænũtiata & prophetata fuit. Dicitur enim Hieremiæ 31. Ecce dies venient dicit Dominus, Et feriam domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouum, non ſecundum pactum quod pepigi cum patribus veſtris. Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Iſrael. Dabo legem meã in viſceribus eorum, & in corde ſcribam eam. Ex quibus verbis habetur primò, quòd lex & pactũ nouum feriendum erat. Vnde apparet, quòd fœdus antiquum ceſſaturum erat. Secundò, quòd fœdus nouũ dignius eſſet fœdere antiquo in hoc ſcilicet, quia lex noua ſcribenda erat in corde, lex vetus in tabulis. Ex quo colligitur, maiorem fore ſtabilitatem eius, quàm veteris. Item Dominus, quaſi prænuntians ceſſationem legis, & inutilitatem cæremoniarum & ſacrificiorum eius, ſic dicit Eſaiæ. 1. Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum dicit Dominus? Plenus ſum. Holocauſta arietum & adipem pinguium, & ſanguinem vitulorum & hircorum nolui. Cùm veniretis ante conſpectum meum, quis quæſiuit hæc de manibus veſtris, vt ambularetis in atrijs meis? Ne offeratis vltrà ſacrificium fruſtra, incenſum abominatio eſt mihi. Neomenias, & ſabbatum, & feſtiuitates alias non feram. Calendas veſtras & ſolennitates veſtras odiuit anima mea. Ecce vbi Dominus quaſi expreſsè reuocat cæremonias legis quaſi inutiles, & infructuoſas. Item Malach. 1. traditur, poſtquam dictum eſt reprobatione ſacrificiorum veteris legis, Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Ex quibus manifeſtè patet ſacrificiorum legis veteris reprobatio, & vocatio gentium, & inſtitutio nouæ oblationis mundæ, qualis eſt oblatio eccleſiæ Catholicæ. Et confirmatur, quia Rabbi Moyſes AEgyptius, vir inter Hebræos non mediocris auctoritatis in ſua expoſitione ſuper librum Canhedrin. cap. heledu. dicit, quòd omnis lex, quam quis adducit in ſeculo veteris legis, vana eſt reſpectu legis Meſsiæ. Hæc ille. Ex quibus dictis duo patent. Primum, quod lex vetus habuit ſecundum, id eſt, durationem terminabilem. Seculum enim eſt duratio rei periodo terminata; ſecundum quòd lex vetus erat vana reſpectu legis Meſsiæ, & per conſequens ea adueniente, ceſſare debuerat, & abrogari. Item Rabbi Moyſes in ſuo Deutero. lib. de iudicibus. tit. De regibus. cap. 12. dicit, Non eſt inter iſtud ſeculum & tempus Meſſiæ, niſi ſubiectio regnorum. Vbi ſeculum appellat tempus legis, diſtinctum à tempore Meſsiæ. Vnde patet, quòd lex vetus duratura erat vſq; ad Meſsiam, quo adueniente, alia lex inſtituenda erat, & illa ceſſatura.

¶ Quoniam quæ præ oculis ſunt melius percipiũtur: ſcirequè oportet formam & praxim quã ſeruant Domini inquiſitores in degradatione Epiſcopi & cæterorum Clericorũ ex Pontificali Romano deſumptã hic tranſcribere neceſſarium & vtile fore duximus.

Degradatio ab ordine Põtificali.

SI degradandus ſit Archiepiſcopus Pontifex degradator aufert ab eo Pallium ſic dicendo. Prærogatiua Pontificalis dignitatis, quæ in Pallio deſignatur, te exuimus: quia male vſus es ea.

¶ Deinde vel ſi degradandus ſit epiſcopus tãtum. Pontifex degradator amouet ei Mitram dicendo:

Mitra:

Mitra Pōtificalis dignitatis videlicet ornatu: quia eam male præſidendo fœdaſti: tuum caput denudamus. Deinde vnus ex miniſtris tradit degradando librum Euangeliorum quem Pontifex degradator aufert de manibus degradandi dicens. Redde Euangelium: quia prædicandi officio: quo ſpreta Dei gratia te indignum feciſti: te iuſtè priuamus. Deinde Pontifex degradator amouet annulum de digito degrandandi ſic dicēs. Annulum fidei ſcilicet ſignaculum: tibi digne ſubtrahimus: quia ipſam ſponſam Dei eccleſiam temere violaſti. Tum vnus ex miniſtris tradit degradando in manus baculum paſtoralem: quem mox Pontifex degradator tollit de manibus degradandi dicens. Auferimus à te baculum paſtoralem. vt per inde correctionis officium quod turbaſti non valeas exercere. Deinde extractis ſibi per miniſtros chirothecis. Pontifex degradator abradit degradando Pollices & manus leuiter cum cultello aut vitro dicens. Sic ſpiritualis benedictionis de libutionis myſticæ gratia: quantum in nobis eſt te priuamus vt ſanctificandi & benedicendi perdas officium & effectū. Poſthæc Pontifex degradator cū eodem cultello aut vitro abradit leuiter caput degradandi dicens. Conſecrationem & benedictionem ac vnctionem tibi traditam radēdo delemus; & te ab ordine Pontificali quo inhabilis es redditus abdicamus. Tum degradando per miniſtros extrahuntur ſandalia.

Degradatio ab ordine Preſbyteratus.

Miniſtri tradunt in manus degradandi calicem cū vino & aqua, ac patena & hoſtia quem Pontifex degradator aufert de manibus degradādi dicens. Amouemus à te quin potius amotam eſſe oſtendimus: poteſtatem offerēdi Deo ſacrificium: miſſamq́; celebrandi tam pro viuis quam pro defunctis. Deinde Pontifex degradator abradit leuiter cū cultello vel vitro pollices & indices vtriuſque manus degradandi dicens. Poteſtatem ſacrificandi, conſecrandi: & benedicendi: quam in vnctione manuum & pollicum recepiſti: tibi tollimus hac raſura. Quo dicto Pontifex degradator accipit caſulam ſiue planetam per poſteriorem partem capatij & degradandum exuit dicens.

Degradatio ab odinibus ſacris.

Veſte Sacerdotali charitatem ſignāte, te merito expoliamus: quia ipſam & omnem innocentiam exuiſti. Tum Pontifex degradator aufert à degradando ſtolam dicens.

¶Signum domini per hanc ſtolam ſignatum, turpiter abiiciſti. ideoq́; ipſam à te amouemus: quē inhabilem reddimus ad omne ſacerdotale officium exercendum.

Degradatio ab ordine Diaconatus.

Miniſtri tradunt degradando in manus librum Euangeliorum quem Pontifex degradator tollit de manibus eius dicens.

Amouemus à te poteſtatem legendi Euangelium in eccleſia Dei: quia id non competit niſi dignis. Tum Pontifex degradator exuit degradandum dalmatica dicens.

Leuitico ordine te priuamus: quia tuum in eo miniſterium non impleuiſti. Deinde Pontifex degradator amouet degradando ſtolam de humeris proiiciens eam poſt tergum dicens.

Stolam candidam quam acceperas immaculatam in conſpectu Domini perferendam: quia non ſic cognito myſterio exemplum conuerſationis tuę fidelibus præbuiſti vt plebs dicata Chriſti nomine: poſsit exinde imitationem acquirere: iuſte à te amouemus: omnem Diaconatus officium tibi prohibentes.

Degradatio ab ordine Subdiaconatus.

Miniſtri tradunt in manus degradandi librum Epiſtolarum quem Pontifex degradatòr de manibus illius accipit dicēs.

Auferimus tibi poteſtatem legendi epiſtolam in eccleſia Dei: quià hoc miniſterio indignus es redditus. Tum Pontifex degradator exuit degradandum tunicella dicens.

Tunica ſubdiaconali te exuimus: cuius cor & corpus timor domini: caſtus & ſanctus in ęternū permaneus: non conſtringit. Deinde Pōtifex degradator accipit à degradando manipulum dicens.

Depone manipulum quia per fructus bonorum operum quos deſignat: non expugnaſti ſpiritalis inſidias inimici. Tum Pontifex tangens amictum degradandi dicit.

Quia vocem tuam non caſtigaſti: ideò amictum à te auferimus. Poſthæc vnus ex miniſtris tradit in manus degradando vrceolos cum vino & aqua: ac bacile cum manutergio: ac calicem vacuum cum patena. Tum Archidiaconus tollit de manu degradandi vrceolos cum vino & aqua: ac bacile cū manutergio. Pontifex calicem vacuum & patenā tollit dicens.

Poteſt

¶Poteſtatem inrroeundi ſacrarium tangendi Pallas: vaſa;& alia indumenta ſacra: omneque ſubdiaconatus miniſterium exercendi à te amouemus. Deinde miniſtri exuunt degradandum cingulum: albam, & amictum.

¶Degradatio ab ordine Acolytatus.

VNus ex miniſtris rradit in manus degradando vrceolum vacuum, quem Pontifex degradator tollit de manibus illius dicens. Immunde: vinum & aquam ad Euchariſtiam de cætero non miniſttes. Tum vnus miniſtrorũ tradit in manus degradando candelabrum cum cereo extincto quod Pontifex degradaror accipit de manibus illius dicens. Dimitte perferendi viſibile lumen, officium: qui præbere ſpirituale moribus neglexiſti: ac vniuerſum acolytatus officiũ, hic depone.

¶Degradatio ab ordine exorciſtatus.

VNus ex miniſtris tradit degradando in manus librum exorciſmorum: quem Põtifex degradator tollit de manibus illius dicens. ¶Priuamus te poteſtate imponendi manum ſuper energuminos, & dęmones de obſeſsis corporibus expellendi, omni tibi exorciſtatus officio interdicto.

¶Degradatio ab ordine, lectoratus.

VNus miniſtrorum tradit degradando in manus librum lectionum: quem Poutifex degradator rollit de manibus illius dicens. ¶In eccleſia Dei non legas vlterius: neque canres neque panes aut fructus nouos vllatenus benedicas: quia tuum officium non impleuiſti fideliter & deuote.

¶Degradatio ab ordine hoſtiariatus.

VNus ex miniſtris tradit degradando in manus claues eccleſiæ quas Ponrifex degradarot tollit de manibus illius dicens. ¶Quia in clauibus erraſti claues dimitte: & quia oſtia cordis tui male dæmonibus obſeraſti, amouemus a te, officiũ oſtiarij: vt non percutias cymbalum: non aperias eccleſiam: non ſacrarium: non librum amplius prædicanti.

¶Degradatio à prima tonſura.

POntifex degradator extrahit degradando ſuperpellicium dicens.

¶Authoritate Dei, omnipotentis Patris & Filij & Spiritus ſancti ac noſtra tibi auferimus habitum clericalem, & nudamus te religionis, ornatu: atque deponimus: degradamus: ſpoliamus, & exuimus te omni ordine: beneficio & priuilegio clericali: & velut clericalis profeſsionis indignum: Redigimus te in ſeruitutem & ignominiam habitus ſecularis ac ſtatus. Tum Pontifex degradator cum forficibus rondere incipit: & per barbitonſorem ibidem præſentem totàliter tonderi facit caput degradandi dicens:

¶Te velut ingratũ filium à ſorte Domini ad quã vocatus fueras abijcimus: & coronam tui capitis: Regale quidem ſignum ſacerdotij: de tuo capite amouemus. Propter tui regiminis prauitatẽ. Deinde ſi velit Pontifex dicit. Quod ore cantaſti corde non credidiſti nec opere impleuiſti: ideò cantandi officium in eccleſia Dei a te amouemus. Tũ miniſtri Pontificis exuunt degradatum veſte & habitu clericali: & ipſum induunt habitum ſecularem: Quo facto ſi fuerit talis caſus quòd degradatus iuxta cõſtitutiones Innocentij Papæ tertij tradi debeat curiæ ſeculari. Ponrifex degradator degradatum amplius non tangit: ſed in hunc modum contra ipſum pronunciat dicens.

¶Pronunciamus, vt hunc exutum omni ordine, ac priuilegio clericali: curia ſecularis in ſuum forum recipiat degradatum. Tum Pontifex degradator efficaciter & ex corde: omni inſtantia pro miſerrimo illo derelicto intercedit apud iudicem ſecularem: vt citra mortis periculum: vel mutilationis contra degradatum ſententiam moderetur dicens.

¶Degradatio ab ordinibus ſacris.

DOmine iudex: Rogamus vos cum omni affectu quo poſſumus: vt amore Dei: Pietatis & miſericordiæ intuitu & noſtrorum interuentu precaminum: miſerrimo huic nullum mortis vel mutilationis periculum inferatis. Quo facto miniſtri curiæ ſecularis degradatum ſub ſua cuſtodia recipiunt: & diſcedunt.

obediencia:y muerte la deſobediencia: y deſobedecer los mandamientos a de la ſancta madre yglesia. Y porque la ſentencia de excommunion es arma con que la yglesia defiende ſu libertad:y mantiene y gouierna las aĩas Chriſtianas con juſticia de Dios:y deue ſer mucho mas temida y guardada que otra ſentencia alguna, porque no ay mayor pena que muerte del anima, y aſsi como el arma temporal mata al cuerpo:aſsi la ſẽtencia de excommunion b mata el anima y es llaue de los Reynos de los cielos que encomendo nueſtro

reſctipt.& in cap.quanto.de conſuetud.ait. Obediendum eſt ſuperiori in licitis & honeſtis. nõ autem cum peccato & ſcandalo. Et inde fit, quòd ideò etiam ſubditi regulares non debent in his, quæ contra Deum eſſent, prælato eorum obedire. Innocẽ. in cap. ad aures. de temp. ordi. Panormi. in cap.cûm in eccleſijs. col. 1.de maio. & obedien.& in capit. cum ad monaſteriũ. in colũ. 2. de ſtat.monach. Adde glo.fin. in cap. non in inferenda.23. q.3.& ca. fin. & ibi Cardin. nu.1. ead. cauſa & quæſt.& Felin.in ea. ſi quando.num. 2.de offi.delegat.tex. in.c. inquiſitioni.ad fin.de ſenten. excom. de cuius intellectu agit.Domini.Sotus lib.4.De iuſti.& iur. q.5.art.4.pag.317. Hinc infertur, quod ductum iniuſtè ad mortem,non ſolum Anciani(vulgò Regidores) ſed etiampopulares, poſſunt è manibus iudicis etiam per vim eripere,quia tunc non facit actum iaſtè,nec vt iudex,qui eſt miniſter Dei,ſed tanquam particularis contra rectitudinem rationis & iuris diuini.Exod.20.& humani, & tanquã diabolus, vt aliàs rogatus in quæſtione ſubiecta conſului,& in lectione ordinaria Decreti explicaui in dict.c.non in inferenda.23.q.3.Septimo,veraciter ſine fictione.ad Coloſſ. 3. non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes. Octauò, perſeueranter ſine intermiſsione.ad Philippen.2. Factus eſt obediens patri vſque ad mortem. Nonò, celeriter ſine dilatione.Eſaiæ.8. Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant,& quaſi colũbæ ad feneſtras? Vnde S.Bernardus dicit,Verus obediens, neſcit motam,nec mandata procraſtinat,ſed aures parat auditui, oculos viſui,manus operi,pedes itineri, & ſic ſe totum interius colligit,vt imperantis adimpleat exterius voluntatem.

a ¶*Deſobedecer los mandamientos.* Contra Apoſtolĩ præceptum ad Hebræos.13.Obedite præpoſitis veſtris,& ſubiacete eis. Vbi conſtat,quòd obediẽtia præpoſitis præſertim eccleſiaſticis eſt debita. Vnde dicit tx.in ca. omnes. de maio. & obedien. Omnes principes terræ,& cæteros homines, epiſcopis B. Petrus obedire præcipiebat. Per quem tex. Panor.ibi.1.notab.firmat, quod quantuncũque ſit princeps maximus, tenetur nihilominus Epiſcopo loci obedire in his,quæ ad eius officium ſpectãt. Nullus enim Princeps exẽptus eſt de iure cõmuni à iuriſdictione Epiſcoporũ. Vnde Ambroſius Epiſcopus excommunicauit Imperatorem.cap.duo.96. diſtincti. Quo fit,ꝙ excommunicatus quantumcumque rex ſiue alius Princeps ſit,eſt vitandus,ſecundùm formam præſentis legis. Tum, quia communio poſtquàm excommunicatus ab eccleſia repellitur,inducit peccatum.cap.illud. & ibi Innocen.de cleric. excomm.miniſtr.vbi probatur,quòd excommunicatus tenetur alios vitare,aliàs peccat,ſicut alij ſcienter cum eo communicantes.Gabriel in.4.ſenten.diſtinctio.18.quæſtione tertia.dub.5.Nauar. in. ca. cum contingat. pag.168.de reſctip.Ergo cum eadem verſetur ratio,eadem debet eſſe iuris diſpoſitio abſque acceptione perſonarum.c.nouit. de iudi. & per regulam,Quod quiſque iuris alium ſtatuit, eodem iure vti debet.in rub.& nigro.ff.quod quiſq; iur. & ſapientis dicat authoritas,Patere legem,quam ipſe tuleris.cap.cum omnes.& ibi glo. 3. de conſtitutio. Et eſt optimũ pro intellectu & ampliatione huius regiæ conſtitutionis.

b ¶*Sentencia de excommunion.* Nota excommunicationem ſententiam eſſe. Probatur in rubro. De ſententia excom.in decret.& in.6.& Clem. & in cap.ſententia paſtoris.11.quæſtio.3.gloſſ.in cap. biduum.verb.ſub conditione.2.quæſtion. 6.dicit ſententiam excommunicationis ſub conditione latam tenere.Panorm.in cap. ſignificauerunt.numero.11.de teſtib.&in ca.procurationes.num.8. de cenſib. quamuis alias ſententia ſub conditione lata,non valeat,vt eſt tex.in dict. capit. biduum.

ſeñor al Apoſtol ſant Pedro y a ſus ſucceſſores y miniſtros de la ygleſia: y les dio poder de ligar, y abſoluer las animas ſobre la tierra: y porque el mayor quebrantamiento de la fe Chriſtiana es el menoſprecio de la ſancta Igleſia. Porende confirmamos, y aprouamos, y mandamos q̃ ſean guardadas las leyes que ſobre eſta razon hizieron y ordenaron los Catholicos Reyes dõ Alonſo en las Cortes que hizo en Madrid: y el Rey Don Enrique II. en las Cortes que hizo en Toro: y el Rey dõ Iuan primero en las Cortes que hizo en Guadalaſara: por las quales dichas leyes los dichos Reyes nueſtros progenitores: ordenaron y mandarõ que qualquier perſona que eſtuuiere deſcomulgada por denunciacion de los Prelados de la ſancta Ygleſia por eſpacio de treynta dias: que pague en pena cient marauedis de los buenos que ſon ſeyſcientos marauedis de moneda vieja. E ſi eſtuuiere endurecido en la dicha deſcommunion ſeys meſes cumplidos: que pague en pena mil marauedis de la dicha moneda buena: que ſon ſeys mil marauedis de la dicha moneda vieja. E paſſados los dichos ſeys meſes ſi perſiſtiere en la dicha deſcommunion: que pague ſeſenta marauedis de los buenos: cada vn dia: y demas que lo echen fuera de la Villa, o lugar donde biuiere: porque ſu participacion ſea eſcuſada: y ſi en el lugar entrare que la meytad de ſus bienes † ſean cõfiſcados para la nueſtra Camara: y las di-

quem commendat Panormit. in capit. in literis. in fin. de offic. delegat. Socin. in tracta. reg. cum fallent. regu. 369. Ergo eſt ſententia. Sed gloſſ. ibi dicit, q̃ non eſt ſententia diffinitiua, ſed interloquutoria. in verbo. ſententia. glo. in ſumm. verbo. quòd autem. ſecunda. quæſtioni, 1. Quia cùm iudicialiter profertur à iudicè, tale præceptum ſub pœna excommunicationis vim interloquutoriæ habet, iuxta gloſ. in authen. De litigioſis. §. ad excludendas. verb. interlocutionibus. coll. 8. non alibi ſecũdùm Angel. in. l. q agnitis. numero. 2. ff. de except. & in authẽ. de hæred. & falcid. §. illud quoque. vbi vide glo. verb. decreto. Idem Angel. in rubri. ff. de iudi. gloſſ. verbo. ſententiarum. in. l. cum clericis. C. de Epiſcop. & Cleric. Et Alexand. declarat, quæ ſit ſententia interloquutoria, ſeu diffinitiua in rubr. ff. de re iudicat. Et q̃ ſententia excommunicationis ſi iudicialiter proferatur ſit interloquutoria, conſtat, quia non definit negotiũ, ideò q́ue quandocunque reuocari poteſt. vt notat Felin. in rubri. de re iud. num. 15. vbi plures cõcordantias citat. Ludouic. Gomeſ. in. ca. 2. §. ſtatuto. numero. 9. de conſtitu. lib. 6. Et ſic poſſunt intelligi iura, quæ dicunt eam ſententiam eſſe, & interloquutoriam, cum à iudice in iudicio profertur: ſi autem extra iudiciũ appellatur cẽſura, & nõ venit nomine ſentẽtiæ, quia eſt pœna, & non ſentẽtia, ex communi mente relata à Ludou. Gomeſſio vbi ſupra, quo fit, petenti abſolutio-

† La mitad de ſus bienes. Cõcor. l. 4. tit. fin. infr. iſto lib. 8.

lutionem, refuſis expenſis regulariter concedendam eſſe, vt practicatur ex cap. ex parte. de verb. ſigni. Deinde deducitur, quòd extra iudicium datur abſolutio, ſicut & excommunicatio profertur cap. delecto. de ſententia excommu. lib. 6. & ſic impropriè dicitur interloquutoria, cùm ſit de his, quæ incidunt, & emergunt in iudicio interloquutoria ſententia, glo. in Clemen. vnic. de ſequeſtratio. poſſeſ. & fructuum. verb. diffinitiua. vbi latè dicit. Ergo reſolutio ſit, quòd excommunicatio iudicialiter lata dicitur interloquutoria, non diffinitiua: ſi verò extraiudicialiter, dicenda eſt cenſura, ſeu pœna. Et ſic intelligenda ſunt iura, quæ de hac re mentionem faciunt, & capitu. 2. §. ſtatuto. de conſtit. lib. 6. & tex. in præſcoti. & Archidi. in cap. decernimus. 18. diſtinctio. ad fin. ait. Et nota hic contra quorundam opinionem ſententiam excõmunicationis dici ſententiã. ca. ſentẽtia paſtoris. 11. quæſtio. 3. Sic etiam abſolutio. vt 11. quæſtio. 3. cap. 2. vbi de hoc Hug. Dic ſecundùm Tancredum, quòd excommunicatio vel interdictum impropriè dicitur ſententia. Et hoc ideo, quia potiùs punit, quàm finẽ cauſæ imponat. Hactenus verba facit Archidi. & ſunt memoriæ mandanda. ¶ Iuxta præmiſſa quæritur, Quid ſit Excõmunicatio? Goffred. de Trano in ſum. de ſententia excommunic. numero primo. dicit, quòd excommunicatio eſt aliquando à ſacramentis excluſio. Aliquando à communione fidelium ſeparatio. vt. 11. quæſtio. 3. §. euidenter. & 3. quæſt. 4. cap. Engeltrudam. de excep. cap. à nobis. capit. pen. de ſententia excommu. Vel generaliter dici poteſt, quòd excommunicatio, eſt à qualibet licita communione, vel legitimo actu ſeparatio, Vndè Adam fuit excommunicatus ab eſu ligni vitæ. Geneſ. dicente Domino, Videte ne forte ſumat is de ligno vitæ. vt in dict. §. euidenter. & ibi nume. 2. ſpecies excommunicationum declarat. Idem tranſcripſit tacito authore Hoſtienſ. in ſum. eiuſ. tit. §. 1. & §. 2. Diffiniri autem poteſt ſecundum Panor. in rub. extra eod. numero tertio. Excommunicatio eſt cenſura à Canone, vel iudice eccleſiaſtico prolata, priuans legitima communione ſacramentorum, & quandoquè hominum. Et cum hac definitione alios antiquos referens tranſit Felin. in ead. rubr. colum. 2. nume. 2. ad fin. verſicu. Quid ſit excommunicatio. Nicol. Nanus in Polyantea. verbo. Excommunicatio. columna prima. Syluest. in ſumm. verb. Excommunicatio. 1. poſt Angel. eod. verbum capit. in princip. Vel dic, Excommunicatio eſt cenſura eccleſiaſtica à iure vel homine propter crimen, vel contumaciam in ſingulares perſonas lata, eas à communione ſacramẽtorum, & quandoque hominum priuans. Dixi, cenſura, ad denotandum genus. nã ſub hac dictione venit excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum. tex. in cap. quærenti. de verb. ſignifi. notat Ioan. de Lignano in tracta. de cenſura eccleſiaſtica in princ. Ioan. Calderi. de interdicto eccleſiaſtico. colum. 2. num. 3. Ioan. in ſum. confeſſo. lib. 3. ti. 33. quæſt. 219. Angel. Clauaſ. in ſum. verb. Cenſura. Et ſic dictum eſt ſupra, quòd excommunicatio eſt impropriè & ſtrictè ſententia. vt declarant Panorm. & Feli. in rub. de ſenten. excommu. nu. 2. ¶ Dixi, à iure. vt denotarem omnem excommunicationem, quæ fertur à Canone ipſo iure, modò illam inferat Papa, modo legatus ſeu Archiepiſcopus, ſeu Epiſcopus in ſua Diœceſi ſeu prouincia, cùm omnes poſſint eam promulgare iuridicè, cap. 2. de conſti. lib. 6. capit. corripiantur. 23. quæſtione quarta. cap. viſis. 16. quæſtio. 2. Et per illud verbum, à iure, excluduntur omnes, qui non poſſunt ſtatuere, vel facere ius, vt hi excommunicare non poſſint, modo præmiſſo. ¶ Dixi, vel homine eccleſiaſtico. vt adnotaremus, quod iudex aliquando profert ſententiam excommunicationis contra contumaces, vel propter offenſam præteritam, vel quæ in futurũ fieri ſperatur. Syluest. verb. Excommunicatio. 1. not. 1. Et dixi, eccleſiaſtico. vt excluderem ſeculares, quibus tractus ſpiritualium inhibitus omnino eſt. cap. 2. & ibi nota. de iudic. ¶ Deinde dicitur, propter contumaciam, &c. vt explicarem cauſam materialem, ob quam excommunicatio fulminanda eſt: quia ſententia excommunicationis fertur propter contumaciam. cap. ex parte. de verb. ſigni. capit. primo. de iudic. gloſſ. in cap. nemo epiſcoporum. 11. quæſtio. 3. gl. optima in cap. epiſcopi. verb. minimis. 11. quæſtione tertia. cap. ſed illud. 45. diſtinct. ca. tam ſacerdotes, & cap. de illicita. 24. quæſtio. 3. gloſſ. in cap. 1. de iudic. Panorm. in cap. fraternitati. numero primo. de cleri. excommun. miniſtr. & in cap. cùm non ab homine, num. 25. de iudi. vbi inquit, quod excommunicatio eſt pœna contumaciæ, non delicti. vbi vide Barba. num. 87. Quæ contumacia quadrupliciter committi poſſe declarat Richard. de Mediavilla in. 4. ſentent. diſtin. 18 quæſtione ſecunda. articulo tertio. & ſic propter contumaciam quis amittit beneficium dilationis legalis, indultum miſerationis cauſa. Bal. per textum ibi in. l. ſi conſtante. § quoties, ff. ſolut. matrimon. Ratio eſt, quia contumacia eſt delictum, vt ſupra dictum eſt. l. omne delictum. in princ. ff. de re milita. l. contumacia. ff. de re iudic. Felin. in. c. ex parte. num. 27. de conſtit. Iaſo. in. l. ſancimus. num. 20. de iudic. Ioan. Lupus in reper. capit. per veſtras. fol. 66. columna quarta, num. 18. §. gl. ſ. in l. ſi filius. ff. de interrogat. actio. li. 10. titu. 9. part. 1. & non obedire ſuperiori, eſt peccatũ, & inobediẽtia inter mortalia annumeratur à Paul. ad Roman. 1.

mam.1.& 2.ad Timotheum.3.Sanctus Thom. 2. 2.quæſtio.104. articu.primo. & 2. quæſtio.105. articulo primo. Et excommunicatio fertur pro mortali.cap.nemo.11.quæſtione tertia. Ergo contra contumacem. Quo fit, quòd ſi nobilis fuit contumax in comparendo ad iudicis præceptum, vel mulier honeſta, quãuis aliàs ex cauſa ciuili in carcere detineri non poſsit, tamen ex hac rebellione & contumacia detinere poterit iudex inobedientem & contumacem, quia commiſit delictũ. Quod eſt in praxi notandum, vt aliàs conſului cõtra nobilem, qui vendidit rem dotalem, quã mulier vendicauit ab emptore, & emptor egit de euictione contra maritum venditorem, quod ex eo quòd rem alienam vendidit, commiſit delictum tanquam Paganus & plebeius poterit pro debito in carceribus conijci. Et ita obtentum fuit. Et ſic pro contumacia infertur excommunicatio, vt ſupra dictum eſt. Et notat Martinus Nauar. in Manual.confeſſ.capit.27.num.9.quæ inducitur mortem, & loco eius infertur.ca. per venerabilem. ad fin.ibi, in quibus cum aliquid fuerit difficile, vel ambiguum, ad iudicium eſt ſedis Apoſtolicæ recurrendum, cuius ſententiam qui ſuperbiens contempſerit obſeruare, mori præcipitur, id eſt, per excommunicationis ſententiam, velut mortuus à communione fidelium ſeparari qui fil. ſunt legiti.capitulo ſecundo, de maiori.& obedi. ergo nimirum, ſi in carceribus detineatur propter contumaciam, vel aliud delictum, cùm omne priuilegium, & dignitatem tollat peccatum. Et eſt notãdum, quòd contumacia quælibet quantumcunque minima, eſt digna excommunicatione. gloſ. in capitu, duo ſunt. 96. diſtin. ſing. ſecundum Rip. in cap.1.num.29.de iudi.vbi Panormi. numero. 10. Et Cardi. in cap. cùm non ab homine. columna. 1. eiuſdem tit. Barbat. in tract. de teſtibus. 3. part. num.9. Lud. Montaltum in tract. de reprobatio. ſententiæ Pilat. artic.3.num.15. Eſt gloſſ. ſimil. in l. in actionibus. verb. non etiã. ff. de in litem iur. Et eſt notandum, quòd contumacia contrahitur præcedente monitione iudicis, non antè, cùm voce ſit explicandum, & non in mente retinendum præceptum, ad hoc, vt contumax ſit cenſendus, & cum dilatione temporis ſecundum ſubiectam materiam, & qualitatem, & neceſsitatem negotij eſt præceptum faciendum ſub excommunicationis pœna ex officio, ſeu ad partis petitionem. Si tamen à iure proferatur, nulla requiritur noua citatio, ſeu monitio: quia lex, quæ imponit excommunicationem propter factum damnatum, ſemper loquitur, & monet homines ne committant. argum. l. Arriani, C. de hæret. ideò ipſo facto, ſine alia citatione & monitione fuit contumax, & rebellis, ac excommunicatus & ſeparatus à communione eccleſiæ, ſicut primi parentes fuerũt excluſi à Paradiſo deliciarum propter inobedientiam. Geneſ. 3. Et tantũ fuit adhibita declaratio criminis per eorum confeſsionem, & à tempore commiſsi criminis fuit lata ſententia. vt in capit. cùm ſecundùm leges. de hæret. libro ſexto. Non ergo requiritur alia citatio ſeu monitio in excommunicatione lata à iure: quia à tempore promulgatæ legis fuit facta omnibus ſubditis Catholicam fidẽ profitentibus, & ſic cõtumacia & rebellio præceſsit in curſu ipſius, ſicut in ea, quæ ab homine profertur. vt in cap. ſi quis ſuadente. 17. quæſt.4. cap. à nobis. 2. t. de ſententia excommu. ca. vt animarum. de conſti.lib.6. cap. reprehenſibilis. (26. capite in ordine) de appellat. cum pluribus alijs caſibus, quibus quis propter delictum in excommunicationem ipſo iure incidit, de quibus per Goffred. & Hoſtien. in ſumma de ſententia excõmu. glo. in Clem. 1. eod. tit. Ponit. 52. caſus gloſſ. in ſimi. in cap. eo. eod. tit. lib. ſexto. Anchar. in dict. capit. reprehenſibilis. numero primo. Excommunicatio in pluribus caſibus incurritur. & 112. refert Luc. Pen. in l. contra publicam. colum. 4. de re milit. lib. 12. l. 2. titu. 9. part. 1. Et ad præmiſſa quando requiratur vel non monitio in ſententia lata à iure, vel ab homine propter offenſam futuram, declarat Nauar. in cap. cùm contingat. 21. cauſa nullitatis. pag. 2. de reſcript. & in manuali confeſſ. cap. 27. nume. 10. pag. 626. D. Couar. in cap. Alma mater. 1. part. §. 9. de ſenten. excommunic. lib. 6.

¶ Vlterius dixi, in ſingulares perſonas profeſsionem Chriſtianam habentes lata. Per hoc tangitur materialis cauſa circa quam. Nam excommunicatio in hominem Chriſtianum ferenda eſt: nam Iudæus, infidelis, ſeu Saracenus cum extra eccleſiã ſint, & ideò iuxta Apoſtoli dictũ. 1. ad Corint. 5. de his qui foris ſunt, nihil ad nos. cap. Gaudemus. de diuort. excommunicandi non ſunt. Quia qui nunquam fuit in eccleſia, ab eccleſia ſeparari non poteſt, cum priuatio præſupponat habitum præcedentem illius rei, à qua quis priuatur. l. decem, ff. de verborum oblig. cap. ad diſſoluendũ. verſic. Quo circa. de deſponſ. impube. vbi Præpoſit. numero primo. capit. quod verò non formatum. 32. quæſtione ſecunda. l. nominationes. in fin. C. de appel. l. & ideò. ff. de don. inter vi. & vxo. l. 5. §. ſi nec. vbi Iaſo. num. 6. ff. de iur. iur. l. eius qui in prouincia. §. quòd ſi ſtipulatus. verſic. quoniam tunc non poſſent. vbi Paul. numero tertio. ff. ſi cert. pet. Et ita procedit text. in cap. omnis Chriſtianus. 11. quæſtione tertia. Item homo, & nõ vniuerſitas, ſeu Collegium excommunicari debet. Et ideo ferri debet contra ſingulares perſonas, quę culpabiles vniuerſitatis, ſeu Collegij apparuerint. c.

Roma.

Romana.§.in vniuerſitatem.de ſententia excommu.lib.6.vbi latè declaraui Ann.1549.Salmanticæ legendo.Specu.de ſententia excomm.§.1.numero nono.Felinus in cap.dilectæ.num.6.de exceptio.Aretino cap.cum tu.numero primo. de teſtib Boniſa.in Clem.Frequens. num. 16 a. de exceſſ.prælat.Ricard.io.4.ſenten.diſtin.18.artic.5. quæſtione tertia.¶ Dixi,à communione eccleſiæ & fidelium.vt in cap.nihil.& cap.canonica.ibi.& à conſortio totius Chriſtianitatis eliminamus, quouſq; & c.11.quæſtione tertia.capit.de viduiis 27.quæſtione prima.cap.tam ſacerdotes. 24. quæſtione tertia.cap.ſi quis laicus.11.quæſtio.3.cap. à nobis.de excep. & ibi Anchar. cap. ſicut nobis. de ſententia excommo.gloſſ.in capit.a. de offic. ordi.glo.1. in cap. cùm non ab homine. de iudic. gloſſ.in cap.duobus.iſto tit. de ſententia excommu.l.5.tit.9.part.1.Eſt notandum, quòd duplex eſt excommunicatio, quædam maior, alia verò minor.vt colligitur ex cap.ſi celebrat.de cleri.excom.miniſtran.Illa prohibet hominem a cõmunione ſacramentorum & hominum actiue & paſſiuè,quia nec ipſe poteſt alijs alloqui ſine peccato,nec alij cum eo.vt in cap.illud.de cleri.excommu. miniſtran. & ſupra dictum eſt. nec adminiſtrare ſacramenta ſibi,nec alijs,nec recipere. Et ſi durante excommunicatione celebret miſſam, irregularis efficitur.dict.cap.ſi celebrat.l. 1. tit. 9. part.1.cap.primo. de ſententia excommu. lib. 6. & capitulo primo.de ſententia & iudi.libro ſexto.quæ probant talem irregularitatem a ſolo Papa diſpenſabilem eſſe. De hoc alibi in tracta.irregularitatis actum eſt.Et plura damna incurrit homo propter excommunicationem, quorum vnũ in hac lege.1.exprimitur.aliud in capit.intelleximus.de iudi.& in capit. decernimus. de ſententia excommu.libro ſexto, aliud in dict. cap. ſi celebrat.& in capitulo primo.de re iudi.lib.6.Et a cõtrario explicantur in l.6.vbi Greg Lopez tit. 9. part. 1.Traditur Satanæ, ſi excommunicatio iuſta eſt cap.omnis Chriſtianus.11.quæſtio. tertia. & eo vtitur diabolus,vt homo vti ſolet iumento, ſeu pecore.gloſſ.in cap.audi denique.11.quæſt 3 in glo. 1.quam laudat Panorm. in cap. ſi quis numero tertio.de reb. eccle. non alien. Hoſtienſ. & Ioan.And.in capit. quoniam. de Iudæ. Cui tamẽ eſt glo.ſimil.in capit.plerumque.in gloſ.in verb. & à porcis.2.quæſtione.6. aliud in capit. poſtulaſtis.de cleri. excommu. miniſtrant. vbi collatio beneficij facta excommunicato non valet. Dixi in capitulo primo.de reſc.lib.6.vbi habetur reſeriptum ab excommunicato impetratum inualidũ eſſe extra caſus ibi expreſſos.Et quod excommunicato beneficia conferri non poſſent. Tenet Rebuff.in concordata de poſſeſ.pacificis.num. 205. verſi. Decimoquarto.Sraphile.de literis gratiæ & iuſtitiæ.titu.De vi & effectu clauſula fol.65.col. 2.Nauar.in manua.confeſſo.cap.25. numer. 139. & alibi ſæpe. Item vaſſallus non cogitur durante excommunicatione domini, ei ſeruire. cap quoniam multos.11,quæſtio. tertia, vt habetur in 6. volu.tract.diuerſ.docto.fol.185. num. 37. Quod intellige dominum viſitando, vel cõuerſando,inequitando,in eundo, in cibo, & potu,vel ei curiã faciendo,in quibus omnibus abſtinere debet vaſſallus ab eo,ſicut à cæteris excommunicatis,& ſic non facient ei exercitum, non ibunt cum eo ad bellum,non defendent eum,nec auxilium præſtabunt:tamen tributa, & penſiones, & debita ſoluent,præſertim ſi in obligatione eſt interpoſitũ iuramentum de ſoluendo. Hugut. & Cardin. in cap.nos ſanctorum.art. 2.colum.1.15. quæſtio.6. Item eccleſia non orat pro excõmunicatis, quod in Paraſceue eccleſia pro Iudæis, & Paganis orat, ſed non pro excommunicatis:optimè probat Caietan.in.1. tomo opuſculorum. tract. 19. De excommunicatione quæſtio. vnica. vbi alia plura damna enumerat, quæ excommunicato proueniunt. Item excommunicato non eſt concedenda in integrum reſtitutio,ſecundùm Panorm. Imol. Feli. & Paul. Pariſ.in capit.ſignificauerunt. nume. 44. de exceptio. Petrus Dueñas in tract. regula. cum fallent. regula.270. incipient. Excommunicatus non poteſt. ¶Item etiàm excommunicatus non excuſatur ab his quæ ſunt oneris, ne ex ſua malitia commodum conſequatur. Ideò tenetur dicere horas Canonicas tanquam particularis & ſecretè in modum ſuffragij.Ioan.monach.Innoc. & Ioã. Andr.columna tertia.in capitulo primo. de ſententia excommu.lib.6.glo.in cap.2.de cleri. excommu. minist.& glo.in cap. presbyterum. 28.diſtinctio.in gloſſ.vltim. Quam notabi. dixit Philip.Decius.in cap. intelleximus. columna ſecunda. numero quinto.de iudi.& in capi. cùm inter priorem.columna prima. numero primo. de excepti. Tenet Goffred.in ſumm de cleri. excommu. miniſtrant.§. Eſt autem ſciendum. Hoſti. in ſumma eiuſdem tituli §.1.verſic.excommunicatus.Ioan. Montaigne in tract.de bigamia.quæſtione quinta,num.25.Hierony.Gigas in tract. de penſioni. quæſtione 64.Archiepiſ.Florent.3. par. titu.24. cap.76.columna ſecunda.Angel.verb Degradatio.quæſtio.8.& in verb.Hora. quæſtione tertia. Albert. Troti. lib. ſecundo. de vero & perfect. cleric. capit. 41. num. decimo. Communem dicit poſt Nauar. Couar.in repe.capit.Alma mater. 1.par.§.3. num.8. fol.28. columna prima de ſententia excommu. lib.6.& lib. tertio Variarum reſolut.cap.13.num.8.verſic.12. hinc etiam deducitur. Idem concludit dicẽdum in depoſito & degrada-

gradato, vt ibi per eum in vtroque loco videbis. Facit gloſſ. fin. in cap. dictum. 81. diſtinctione. dicens clericum depoſitum viuere teneri ſecūdum regulam eccleſiæ. quam commend. Philipp. Franch. in capit. degradatio. num. 4. de pœn. lib. 6. ergo pro opinione communi ſuprà adducta Nicol. Plou. in tracta. de horis Canonicis. eandem concluſionem probat in. 1. part. quæſt. 12. & Albertus Ferrari. in tracta. de horis Canoni. nume. 16. Deci. in dicto capitulo. cùm inter. columna. 7. nume. 23. de exceptio. In modum ergo ſuffragij tenetur excōmunicatus horas canonicas dicere tanquam particularis, & ſine communicatione alterius: nam priuatus non debet exercere officium, donec ſit reſtitutus. cap. epiſcopus presbyter. 11. quæſtio. tertia. Et ad idem eſt tex. in cap. ad præſentiam. de appellatio. vbi celebrans ſolemniter diuina non punitur, ſi ante incurſum ſententiæ excommunicationis legitimè appellauit, ex eo quod interim celebraſſe conſtiterit, ſi autem eo. tex. non conſtaret de legitima appellatione à ſententia excommunicationis, puniretur, cùm aduerſus præceptum eccleſiæ id feciſſe appareat. Ea enim, quæ ſunt oneris, propter excommunicationis cenſuram non tolluntur ab excommunicato, ſed tantum ea quæ ſunt honoris, ne ex ſua malitia commodum reportare videatur. Panormi. in capit. intelleximus. numero quarto. de iudi. & iterum in cap. cùm cauſam. num. 9. de iuram. calum. Ideoque quanuis teneatur dicere horas Canonicas, & in hoc grauetur ſub pœna peccati mortalis tanquam ſi non eſſet excommunicatus: ne ſtultus ſit melioris conditionis, quàm ſapiens. Nihilominus durante excommunicatione non facit fructus beneficij ſuos, & tenetur, ſi quos perceperit, ad reſtitutionem, cùm à communione eccleſiæ ſit priuatus, meritò & ab eius commoditatibus erit ſeparandus text. vbi Panormi. in cap. paſtoralis. §. verum. num. 18. de appellatio. gloſſ. vlti. ad fin. in cap. ſtudeat. 50. diſtinctio. Robert. Maranta. in ſpecul. aduocat. pag. 589. in 6. part. §. ſecundus actus principalis qui emergit in hac vltima parte iudicij eſt appellatio. num. 168. verſi. Item. poteſt iudex. Et Hieronymus Gigas. de penſionibus eccleſiaſticis. quæſtio. 64. in princ. Archiep. Florent. 3. part. tit. 24. cap. 76. columna tertia. Paludan. in 4. ſenten. diſtinction. 58. quæſtio. 4. columna ſecunda. Card. in cap. perpendimus. colum. 31. de ſenten. excommu. l. 31. & ibi Grego. Lopez. tit. 9. part. 1. Excommunicatus nil nomine eccleſiæ poſsidere poteſt. ca. ſi quis presbyter. 7. quæſtione prima. Tradit Couarru. lib. 3. Variarum reſolut. cap. 13. nume. 8. verſic. Duodecimò hinc etiam deducitur. Sed vt pleniorem declarationem habeamus in iſto puncto practicabili faciamus aliquas concluſiones, quarum prima ſit.

¶ Iuſtè excommunicatus redditus beneficij amittit, nec ceſſante excommunicatione eos recuperabit. Gloſ. percipienda in. l. inter quos. §. damni. ff. de dam. infect. gloſſ. in cap. paſtoralis. §. verum de appellat. vbi Hoſtien. Henric. Panor. Collectari. num. tertio. Franch. & Deci. text. in. l. cum allegatis. C. de re mil. lib. 12. & ibi Rebuff. l. 31. tit. 9. par. 1. & eſt opinio cōmuniter recepta. In tā tum locum habet, quòd quanuis ſuſpenſo à beneficio propter crimē ex redditibus beneficij, alimēta ſint miniſtranda, ne is cogatur mendicare, grauatus inopia, in opprobrium ordinis clericorum ex glo. & docto. in dict. §. verum. & glo. in capit. cùm Vitonienſis. verb. admiſerant. de elect. Panor. in cap. Apoſtolicæ. columna tertia. & Felin. num. 9. de exceptio. qui intellexit hoc locum habere, niſi clericus ſuſpenſus fuerit propter contumaciam: tamen excommunicato nihil ex redditibus eccleſię datur, etiam ſi is egenus & pauper ſit, cùm in eius poteſtate ſit, ſe retrahere ab excommunicatione, quæ medicinalis in obediente eſt. Glo. & communiter doctor. in dict. §. verum. Couar. lib. 3. Variarum reſolutio. cap. 13.

¶ Secunda ſit concluſio. Fructus benefitij excommunicato iniuſtè ſunt illi reſtituendi, probata iniuſtitia, ex mente præmiſſorum Doctorum. l. 31. tit. 9. part. prima.

¶ Concluſio tertia erit. Fructus medio tempore percepti excommunicato iuſtè ſequuta abſolutione minimè ſunt reſtituendi, niſi expreſſe in ſententia Papæ fuerit expreſſum quòd ei reſtituantur argum. cap. quanuis. & quæ ibi latè dixi legendo Salmanticæ de teſt. lib. 6. gloſſ. in capit. ſuper cauſa. 2. quæſt. quinta. & ita procedit gloſ. in cap. cōtumaces. 50. diſtinctione. vbi latè per Prępoſit. Alexan. Ioan. Copum in tract. de fructibus vlti. part. cap. 5. num. 2.

¶ Concluſio quarta. Circa fructus, qui diſtributiones quotidianæ dicuntur, de quibus dixi remiſsiuè in. l. 8. in gloſſ. 2. titulo ſecundo. libro primo. ſupra per extrauagan. Cùm nōnullæ. de præben. inter communes eſt, talis fructus eccleſiaſtici deputati intereſſentibus diuinis officijs tātum, præſentibus tantùm ratione intereſſentiæ ſtatim acreſcunt, & ideo excommunicato non reſtituentur, qui præſens illis non fuit. gloſ. in clementina ſecunda. de vita & honeſta. cleri. verb. Suſpenſus quæ ait, fructus tales acquiri eccleſiæ. Ad idem glo. in clementina ſecunda. verb. pars dimidia. de ætat. & qualit. Limita tamen, niſi excommunicatio eſſet iniuſta, & per excommunicatum nō ſtetiſſet; quominus abſolutus eſſet, nec mora ei poſſet imputari in petenda abſolutione, & damna eſſet proteſtatus ob grauamen, quia id per eum nō

ſtat, ac

ſtat, ac proinde cùm ſit abſque culpa, nō eſt ei imputandum, nec alij ſua iactura ſunt reficiendi. Faciunt quæ in ſpecie huius declarationis ſcribunt Præpoſit. Alexandri. in dicto capitulo. contumaces. 50. diſtinct. ſum. Piſana. verb. Excommunicatio. colum. 21. verſicu. Clericus excommunicatus. ¶ Aduertendum tamen eſt, quòd iniquè excommunicatus tunc demum quotidianas diſtributiones exigere poterit, cum eo tempore, quo excommunicatio iniuſta in eum fuit lata, præſens erat in loco beneficij ſui, eratque ſolitus diuinis officijs ante impedimentum excommunicationis adeſſe non aliàs, ſecundùm Felin. in capitu. apoſtolicæ. numero. 12. de exceptio. Couar. libro tertio. Vari. cap. 13. quamuis contrarium teneat Dominic. in dicto capit. contumaces. 50. diſtinctio. Cuius opinio vera eſt in eo, qui ante excommunicationem non conſueuerat diuinis officijs adeſſe, is enim nequaquā habebit quotidianas diſtributiones eius tēporis, quo iniquè fuerit excommunicatus: quia cùm antè non accedebat ad eccleſiam, nec lucrabatur quicquam, ita eſt præſumendum durante præmiſſo impedimento idem facturum. capit. ex ſtudijs. de præſumptio. Sed ſi non acceſſiſſet, nullum emolumentum, nec intereſſe conſequi poſſet. Ergo & in ſpecie propoſita. Et eſt optima declaratio in actu practico, & ſæpe contingere ſolet ideò memoriæ commendandum iure optimo cenſeo. ¶ Eſt etiam aliud incommodum, quòd quamuis excommunicatus non percipiat fructus beneficij, tenetur tamen ad onera ipſius perſoluenda, vt ad ſolutionem penſionis, & ſubſidij, ex mente Bart. Alberi. Angel. & Paul. Caſtrenſ. qui hoc prænotare videntur in. l. inter quos. §. damni. contra glo. ibi. ff. de dam. infect. & contra Bald. in. l. fina. columna prima. C. de bon. aut. iud. poſſ. tenet expreſſe Couar. vbi ſuprà. cap. 13. fol. 225. colum. 1. poſt Hierony. Gigant. quæſtione. 64. Sed tamen pro rata fructuum, cum ſit onus reale, tenebitur ſoluere percipiens fructus, nō excommunicatus, cùm ex fructibus beneficij, quis teneatur ad ſoluendam pēſionem & ratione beneficij, ſuper quo impoſitum eſt tale onus, & ſic non debet extendi ad propria bona excommunicati, quæ ſeorſum à beneficio poſsidet quocunque modo, tum etiam ex capit. quia diuerſitatem. de conceſſ. præben. quæ Cuman. inducit pro hac ſententia in dict. l. vlti. quem refert, & veriorem opinionem exiſtimat eſſe Couar. vbi ſuprà. Quam glo. Bald. Cuma. & alij probarunt, quam ipſe ſemper probandam cenſui, reiecta Bart. & aliorum cenſura, de quibus ſuprà. ¶ Item quamuis hodie ante denunciationem factam ſpecialiter & expreſsè quis non teneatur vitare excommunicatum, vt cautum eſt in extrauagant. Ad vitandum ſcandala. in pragm. ſanctiſ gallicana. impreſſa. fol. 203. columna prima. tamē ipſe excommunicatus cum alijs communicando peccat, quia in hoc non releuatur, vt ibi habetur, ſubijciens, Per hoc tamen huiuſmodi excommunicatos, ſuſpenſos, interdictos, ſeu prohibitos non intendit in aliquo releuare, nec eis quomodolibet ſuffragari. De improbitate enim ſua, vt ibi verbo. releuare, ait Coſmas Guimier, non debet commodum conſequi. l. itaque fullo. ff. de furt. Ergo ſicut ſuprà dictum eſt quod peccat, & hodie peccauit communicando alijs, ſiue publicus, ſiue ſecretus ſit excommunicatus. Tum, quia facit contra præceptum ne cum alijs communicet, & ſua communicatio alijs noceat. cap. pia. de exceptio. libro ſexto. Tum etiam ex Innocen. in cap. illud. per tex. ibi. de cler. excomm. miniſtr. & ibi ſenſit gloſſ. vitari. Panorm. in cap. exceptionem. num. 28. de exceptio. & in cap. nulli. numero tertio. de ſententia excommu. & in capit. ſi quis presbyter. nume. 9. cod. titul. Nauar. in cap. cum contingat. verſicu. Sextò infertur. pagin. 109. de reſcrip. Archiep. Florenti. 3. part. tit. 25. capitulo ſecundo. §. 2. Gabriel in. 4. ſenten. diſtinctio. 18. quæſtio. 3. dubio. 5. Sum. Piſana. verb. Excommunicatio. 1. fol. 8. columna ſecunda. ¶ Eſt alius effectus, quòd excommunicatus non poteſt facere teſtamētum, ſecundum Paul. Caſtren. in. l. is cui lege. numero ſecundo. ff. de teſtament. Et quòd ita ſit intelligēda ſententia Archidia. in capitulo primo. de exceptio. lib. 6. tenentis excommunicatum teſtari nō poſſe, nēpe de publico & denunciato, aliàs enim actiuè & paſsiuè habet teſtamenti factionem ſecundum communem, teſte Io. Dilecti Durantis in arte teſtandi. titu. De his qui non habent teſta. factio. cautela. 10. numero primo. Sed tamen dic, quòd excommunicatus & denunciatus poterit teſtari ſecūdum communem, teſte Areti. in. l. ſi quæramus. numero tertio. De teſtam. Felin. in capit. ad probandum. numero primo. De re iudic. Vtrū autem teſtari queat, eſt videndus Card. in capitul. veritatis. de dolo & contu. & in repet. capi. perpendimus. de ſententia excommu. remiſsiuè per Cæſarem Lamberti. de iure patrona. folio. 62. columna ſecunda. numero primo. vbi tractat quæ ſint permiſſa vel prohibita excommunicatis. Innoc. tenet poſſe in capit. cum ex voluntate. dicit communem & Barba. in clem. excommunicationis. num. 21. de exceptio. & Philippus Franch. in rubri. de teſtamen. libro ſexto. num. 32. quæſt. 16 Guiliel. Benedict. in repet. cap. Raynutius. verb. mortuoque teſtatore. t. de teſtamen. num. 289. Deci. in capit. intelleximus. columna ſecunda. numero quarto. de iudic. Optimè Ioann. de Lignia no in tract. De cenſura eccleſiaſtica. §. 16. numero primo. in. 9. volu. tracta. diuerſorum. fol. 299. ſecū

Digitized by Google

dum impreſsionem Lugdunenſ. An. 1544. Doct. Couar. in rubri. de teſtamen. 2. part. numero. 18. Probatur. Nam edictum de teſtamentis, eſt prohibitorium, id eſt, quòd omnes admittuntur, qui expreſſa legis prohibitione non inueniuntur excluſi. l. 1. C. de ſacroſanct. eccle. §. fin. Inſti. quibus non eſt permiſſ. face. teſtam. l. ſi quæramus. ff. de teſtamen. Excommunicatus etiam denunciatus non reperitur prohibitus, ergo non eſt excludendus à teſtamenti factione. Plures effectus, quos inducit excommunicatio, explicat Ioann. Lignan. in tract. De cenſura eccleſiaſti. §. 25. & Nicol. Ploui. de excommunicatio. §. de ſecundo. ſcilicet de effectu excommunicationis. Item excommunicatus eſt infamis. Ludoui. Roma. ſingul. 675. & 682. Tiraquel. de vtroque retract. libro primo. glo. 9. §. 1. num. 271. fol. 90. columna prima. ¶ Quæri ſolet, Vtrùm excommunicatus cenſeatur quis, ſi iudex ei dicat ſub excommunicationis pœna hoc facias, vel non facias? In quo dubio plures cenſent comminationem, & non excommunicationem ex his verbis inferri. vt eſt glo. in cap. Salonitanæ 63. diſtinctio. & gl. in cap. 2. de matrimonio cont. contra interdict. eccle. glo. in capi. vni. de ſagitta. glo. in cap, relatum. in gloſſ. fin. de iur. patro. quæ probat prædictum præceptum factum à iudice ſub pœna excommunicationis non inducere excommunicationem, ſed comminationem, ideo opus erit noua excommunicationis cenſura. glo. in cap. ſicut tuis. de ſimoni. gloſſa. in capitul. cum eſſes in glo. fin. de teſtament. Panormi. in capitu. clericis. numero quarto. ne clerici vel monach. Idem in capitulo primo. nu. 11. de locat. Sylueſt. Prieri. in ſumm. verb. Excommunicatio. 1. quæſtio. 8. Et eſt verior ſententia ſecundùm Ioann. in ſum. Confeſſo. libro ſecundo. titu. 4. quæſtion. 2. & lib. 3. tit. 33. quæſtion 69.

¶ Quã concluſionem intelligas, niſi cõſtaret de voluntate iudicis proferentis eſſe in contrarium, ſecundum quam regulari oportet valor cenſuræ, & vinculum excommunicationis, ex mente ſummæ confeſſoris in locis præcitatis: Et Angel. in verb. Excommunicatio. 2. §. 8. glo. optima & cõmuniter recepta in capi. Apoſtolicæ. de cleri. excom. miniſtr. notanda ſecundùm Ióann. Lup. in rep. cap. per veſtras. §. 18. numer. 23. de dona. inter vi. & vxor. Præpoſit. in capit. ſin. numer. 6. diſtinctio. 18. colum. ſin. vbi dixit communiter receptã Facit. l. non omnis. ff. ſi cert. pet. quòd actus agentium vltra eorum voluntatem non valent. Præterea ex hoc annotandum erit, quòd ſi excommunicatio lata fuerit contra aliquem debitorem niſi ſatisfecerit creditori intra certum terminum, quòd creditore volente vt intra illum non ſoluat, eo elapſo, nõ erit excõmunicatus, & cenſebitur prorogatio facta ex iudicis permiſsione, quia fuit ſecundum intentionem partis fulminata. Panormi. in capi. præterea. 2. columna ſecunda. numero. 4. de appell. & ibi Cardinal. Idem Cardinal. in clementina prima. §. nos itaque. quæſtione quinta. num. 18. de iure iur. Syluest. verb. Excommunicatio. 2. verſi. 13. Panormi. in capitulo primo. numero. 7. de locat. De hoc latiùs dixi in capitulo ſecũdo. de mutu. peti. Declaratur ſecundo. quando Iudex profert excommunicationem ſub conditione, nempe dicendo, Excommunico omnes, qui arma portauerint, vel ordines furtiuè ſuſceperint quia contra faciendo erit rebellis excommunicatus. gloſſ. in cap. vni. de ſagitta. capit. à nobis. 1. de ſententia excommu. capitulo ſecundo. de conſti. lib. 6. ea. præterea. 2. de appell. gloſſa prima. in capitul. biduum. 2. quæſtion. 6. Panormi. in cap. ſignificauerunt. columna quinta. numer. 11. de teſti. & in cap. procurationes. numero octano. de cenſib. Ideoque conſulentes ſemper attendãt mentem proferentis potiùs, quàm corticem, ſeu formam verborum in prolatione excommunicationis, & de eius valore reſpondere conentur, cùm hoc ſit vtilius animæ, cap. ſignificaſti. 2. de homicid. cap. iuuenis. de ſponſalib. ¶ Item eſt notandũ quòd ſemel excommunicatus & denũciatus, ſemper præſumitur eſſe & perſiſtere in eadem cenſura, & erit vitandus, niſi oſtendat ab ea abſolutum fuiſſe, ideo ſemper cuſtodiat literas abſolutionis, vt euitet pœnam huius legis. per regulam, Semel malus. de regul. iur. libr. 6. Hanc ſententiam probat glo. in cap. propoſuit. de cleric. excomm. miniſtr. vbi Panormi. & communis. cap. ſicut nobis & ibi Panormi. de ſententia excommun. Feli. in capitul. ſcribam. numero tertio. de præſump. Rot. in antiquis deciſio. 238. Anchar. conſil. 64. Nicol. Euerardus in topicis iuris. cap. 42. Alciat in tract. præſumptio. reg. 2: præſumptio. 6. Couar. in rep. cap. Alma mater, 1. part. §. 2. num. 6. de ſententia excommu. lib. 6. qui poſt Alciat. loco præcitato hanc opinionem inquit procedere, quando quis fuit ſimpliciter excommunicatus, & nobis cõſtat incidiſſe per literas, ſeu iudicis præceptũ de præſenti, non tamen ſi ſub conditione eſſet lata, nam in ea locum non habet hæc præſumptio: potuit enim qui excommunicatur pendente conditione ſatisfeciſſe. Idem tenuerunt Domini de Rot. in nouis. deciſ. 444. Item etiam quo ad eum communicantes, & in eorum commodum præſumitur abſolutus, ſi communi opinione exiſtimabatur iam abſolutus & liber ab excommunicatione. Item etiam ſi eſſet elapſum tantum tempus à tempore excommunicationis, vt attenta qualitate loci & perſonæ, præſumendum eſſet arbitrio boni viri abſolutum fuiſſe, & ad gremiũ eccleſiæ rediiſſe-

rediiſſe.ſecundum.Panot.& docto. in dict. capit. propoſuit. vnde inſpecta integritate illius, qui olim fuit excommunicatus,eiuſque propriæ ſpiritualis cura & ſolicitudine,licetet cum eo communicare abſque vllo criminis & pœnæ periculo,ſecundùm Henric, in cap.cum deſidetes. de ſententia excommu.Syluest.verb. excommunicatio. 5. dubio.7.Couat.vbi ſuprà.§.ſecundo. numero. 6. Bartholomæus Fumeus in ſumma.aurea.verb. Excommunicatio.§. 62. Hodie tamen non tenetur quis excommunicatum vitare ante denunciationem ſpecialem factam à iudice, vt euitarentur altercationes iuris communis , & conſilium præſtaretur hominibus bonæ conſcientiæ. ex præmiſſa extràuagant. Ad vitandum ſcandala. quā optimè refert & declarat D.Couar.in cap.Alma mater.§. 2.num.7.de ſententia excommu.lib.6. & congerit ad pondus eam referentes. refert idem Conar. in epitome. 4. Decretalium libro ſecundo. part. cap.6.num. 9. Dominic. Sot. in.4.ſentent.diſtinctione.22.quæſtio.1.arti.4.Bartholom. Fume. in ſum.aurea.verb.Excommunicatio.§.50. Felin.in cap.ad probandum.num.8. verſiculo ſecundo limità.de te iudicat Archiep.Florenti.3.part.titul.21.cap.3.Angel.in ſum. verb. Excommunicatio. 8.quæſti.3.Syluest.eod.verb.in.5. Gabriel in. 4. ſenten.diſtinctio.18.quæſt.3.notab.3.quæ reperitur in actis Concilij Baſilienſis. 2. tomo Conciliorum.fol.646.Martin.Nauar.in ca.1. §. laboret. de pœnitentia diſt.6.Philipp. Decius in cap.à nobis columna ſecunda. verſic. Nota ſecundò. numero quarto.de exceptioni.& ibi ſcripſi dum legerem illum titulum in lectione primaria iuris Canonici pro illuſtri doctore Iubilato, & propter eius nimiam vtriuſque iuris peritiā ſenatore Regio Domini noſtri Regis Philippi huius nominis ſecundi, meoque olim ſelectiſsimo præceptore Domino Antonio ab Aguilera. Refero etiam & declaro in tract.de irregul. cap. de excommunicatione Ex quo Concilio conſtat tūc demum excommunicatum vitandum,eum ab eccleſia eſt denunciatus,& ab ea non ſuſtinetur in communione hominum,vt etiam in præſenti lege Regia explicatur, & infra.l.2.dicitur,*y las penas de la ley ante deſta no ſean executadas en aquellos excomulgados que por la Igleſia ſon tolerados.* Et ita eſt intelligēda.l.9. titul. 18.infrà iſto libro. ¶Circa intellectum huius legis dubitatur , cum loquatur de excommunicatione maiori , nam de minori non eſt noſter ſermo, Vtrum excommunicationem præceſsiſſe probetur per literas denunciatorias , vel requiratur monitoriarum probatio? Et videtur gloſſ.in capitul. licet, de ſententia excom.per denunciationē , ſeu literas denunciatorias excommunicationem præcedentem probari. Quam ad hoc ſingul. dixit D. Couat.in cap. Alma mater.1. part.§.3.n.1.de ſententia excom. Probatur, quia cum quid præmittit,aliquid præexiſtens,& ſecundum ordinem actus neceſſarium, tunc antecedes deducitur.ſed ex conſequenti,hoc eſt , per denuntiationem conſtat de excommunicatione præcedente ergo.&c. l.illud.ff.de acquiren.hæred.l.2.& ibi Bald.C.de dot.promiſsio.Nota.in cap.ex parte.C. de ſponſali. vbi ex conſequenti deducitur præſumptio ad antecedens.Soluiſti mihi vſuras , debitum principale ſortis probatur.Oſtendo literas gradus Licentiatus vel Doctoratus Salmanticæ habitas, iam inde oſtenditur me Bacchalarium fuiſſe. Itidem oſtendo me in ſacerdotio conſtitutum , deinde ſine alia oſtenſione literarum comprobatur me in præcedentibus ordinibus neceſſarijs inſignitum fuiſſe. † Nec obſtat ſi dixeris,per ſaltum ordine prætermiſſo potuit denunciari , vel ad alios ordines ſeu gradus promoueri, vt contingere ſolet:quia eum habeat ſolitum ordinem , & à communiter accidentibus præſumatur debitam formam præceſsiſſe,non erit dubium , niſi quòd recte deducatur omne neceſſarium præceſsiſſe , & poſt modum ſequutam fuiſſe denunciationem. Et iſto argumento tutus hanc ſententiam veriorem ſine diſtinctione exiſtimat Decius in cap. paſtoralis.§.verum.col.1.verſ.4.nota quod denūciatio.nu.4.de appell.Sed tamen argumentum a conſequenti non ſemper præſupponit antecedens, niſi eum ſit neceſſarium & omnino contingens. Cùm ergo excommunicationem aliquando contingat nullam,aut iniuſtam præceſsiſſe & defectu debitæ formæ,& in re veritatis non fuiſſe excommunicatum,vel quia forte ad domum fuit notificatā,& ei minimè intimata nec aperta à ſuis familiaribus, & incuſata contumacia ſine eius culpa fuit petita denunciatio,non video,cur ex denunciatione tanquam excommunicatus ſit habēdus, nulla habita alia probatione , cum ſit leuis & præſumpta probatio , excommunicatio autem apertiſsimis documentis ſit probanda,vt quis excommunicatus repelli poſsit ab agendo.capit. pia. de except.libro ſexto.quo ſit,hunc effectum præiudicialem minime probari poſſe per vnum teſtem vel per famam. Antonius in capitulo veniens. 1. colum.fin.de teſtib.Specul. titul. de notorio crim. §.fama.verſiculo. Quid ſi agendo, quod notādum & ſingulare dictum , & ita ab eo ſententia definitum eſſe dixit Ludoui.Roman.ſingul. 198.incip. Item quæro,an vnus teſtis. ſecundum nouiſsimā impreſsionem habetur numero. 201. & ibi additio.Nicolai.& Gabriel Sarayne. Decius in capit. primo.de poſtula.prælat.numero.27.idem in capitul.1.numer.23.de appella.Iaſo.in rep.l.admonendi,nume.284.ff.de iur.iur. Hippolyt. in rep. rub.C.

† Adde quod iſtud eſt verum quādo agitur an quis ſit clericus ſecus ſi tractetur de habilitate ad beneficij capacitatē. quia ſecus. Vt infra dicetur ad. l. 2.tit.18. lib.3. in ſua principio.

rub. C. de probat. numero ſeptimo. Ioan. And. & Domin. in cap. 1. de exceptio. in. 6. Feli. in rub. de probat. numero ſeptimo. De fama idem ad notarunt. Panor. & Deci. in. cap. paſtoralis. §. ſexto. de offi. delegat. Couar. in cap. Alma mater. 1. part. §. 3. de ſententia excommu. libro ſexto. Si ergo per famã, vel per vnũ teſtem non inducitur probatio excommunicationis, multo minus erit dicendum per literas denunciationis, per præmiſſa. ¶His etiam adſtipulatur, quòd per literas denunciationis excommunicationis non probetur quis excommunicatus. glo, io cap. pia de excep. lib. 6. in verb. proprium nomen. quam ad hoc ordinar. dixit Philipp. Franch. in cap. dilectus. columna ſecunda, notab. vltim. num. 13. de appella. & videtur gloſſ. in cap. licet verb. nunciari. ibi. Hoſtien. tamen notat contrarium de ſententia excom. Sed reſolue per vnicam concluſionem. Denunciatio quando objicitur per viam dilatoriæ exceptionis ad repellendum aliquem ad tempus ne agere poſſit tanquam excommunicatus, ſufficiens eſt, non tamen cum in vim peremptoriæ, & ſic ad inducẽdum plenum præiudicium, ex glo. in dict. capit. licet. Ludo. Rom. conſil. 249. incip. Dum quæritur. Deci. poſt Panorm. ibi in capit. prudentiam. §. ſexta. dicens hanc communem opinionem. Idem notat Decius cap. paſtoralis. §. verum nu. 4. de appella. Rota noui. deciſ. 252. incip. Licèt ſi cõcertatio. ſub titu. De exceptio. Couar. vbi ſupra. Denunciatio enim ex communi obſeruantia totius orbis, nunquam ſolet dari, niſi præmiſſis monitoriis. ideo regulariter plurimum pro ſe habet præſumptionẽ, ex tex. celebri in dict. extrauag. Ad vitanda. inde quia ſuprà habitũ fuit, & in præſenti, *mandaron que qualquier perſona que eſtuuiere deſcomulgada por denunciacion de los prelados.* Sed eſt dubium. Aliquis perſiſtit in excommunicatione poſt denunciationem per multum temporis ſpatium, & ſuit abſolutus tandem abſolutione iam obtenta, & reuerſo ad gremium eccleſiæ; accuſatus fuit ad pœnam huius legis incurſam: ipſe reſpondet non perſiſtere, nec eſſe in excommunicatione, & oſtendit literas abſolutionis: eſt dubiũ. Vtrum ſit nunc pœna huius legis afficiendus? Videtur quod ſic. Nam delictum quo ad euitandam pœnam temporalem propter pœnitentiam impoſitam à iudice ſpirituali non abolerur, niſi eſſet ſufficiens in vtroque foro, & publice impoſita, & alias puniri poterit à iudice laico. Text. in capitulo. ſtat. ſecun. verſi. Per temporalem prætereà de maledic. vbi delinquens in Deum per pœnam impoſitam in foro eccleſiæ, non excuſatur à pœna, legum latorum in foro temporali. cap. fœlicis. de pœni. libro ſexto. nec poteſt reddi ratio ſpecialiter in eo, prout Doct. dicunt; tenentes opinionem, quòd punitus in foro canonico de crimine mixti fori, poſſit puniri iterum in foro Cæſaris. Et eſt communis opinio ſecundum Andr. Alcia. in capitulo pernicioſam. numero. 128. de offi. ordina. vbi eſt text. pro hac concluſione. Secundò confirmatur. Nam quando aliquis delinquit in crimine mixti fori, facit iniuriam legi ciuili, & legi Canonicæ: quia venit contra præcepta vtriuſque: ergo cenſetur ſe obligare pœnis per vtramque legem traditis. tex. in epiſtola. Inter claras. §. liquet. & ibi gloſſ. in verb. ſeipſum. C. de ſumma. Tri. & fide catholi. ¶Vnde ſuccedit vera concluſio, quòd faciens iniuriam duobus, tenetur ad ſatisfactionem vtrique in ſolidum, nec per ſatisfactionem vni factam, liberatur ab altero l. prima. §. furtum. ff. ſi fami. furt. feciſ. dicatur. Bart. in. l. tertia. §. ſi ad plures. ff. de ſepulc. violat. Nec poteſt dici, quòd ſæpius inquiritur de delicto vnius hominis contra textũ. in capitulo. at ſi clerici. de iudic. de quo Auguſt. Beroi. in capitulo primo. numero 92. de iudi. & Ioann. in ſumma confeſſo. libro primo. titulo quinto. quæſtione decima. gloſſa. in capitulo. per hoc. verb. ſententia. de hære. libro ſexto. nam illud locum habet in crimine non mixto, & ab eodem iudice, ſecus in mixto, & propter diuerſitatem offenſarum, vel in vno loco non ſufficienter quo ad vtrumque forum punito. Faciunt eleganter tradita ab Antoni. Burgenſ. in capit. vt menſuræ. columna tertia. de emptione & venditione. Nec obſtat ſi dixeris quod facta pœnitentia cenſetur nouus homo, & ſic tempore accuſationis non reperitur nocens. ex gloſſ. in. l. Imperialis. §. illud. C. de nup. cum aliis adductis in additis ad Segur. In rep. l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum. numero. 73. ff. ad Trebell. & ab Hippolyt. ſingul. 639. nam non eſt puniendus prout ex nunc, ſed prout ex tunc, nempe conſiderato tempore, quo commiſit delictum, contemnendo claues eccleſiæ. l. prima. ff. de pœn. De quo per Bald. in capitulo. cum olim. numero quinto. de teſtit. ſpolia. & in. l. Titius. ff. de teſtam. milit. qui text. facit ad quæſtionem de vulnerato tempore vnius iudicis; qui mortuus fuit tempore alterius, cui cõpetat emenda. Per Boeri. deciſio. quinta numero decimoſexto. & ibi numero decimoſeptimo. & decimo octauo. & ad aliam quæſtionem de qua per me in. l. decima. verſic. Quarto clericus. titulo primo. libro tertio. ordi. colum. 803. Item aliquis miſit ſagittam ex confinibus Caſtellæ, & percuſſit hominem exiſtentẽ in confinibus Portugalliæ ſeu en la raya, eſt quæſtio, vtrum delictum fuerit commiſſum in Caſtella, vbi fuit delinquens, vel vbi fuit mortuus homo, vt puniatur in loco commiſſi criminis; & ad illum remittatur iuxta. l. 103 lib. pragma. regum catholi? Ad cuius ſolutionem

vid.

Digitized by Google

vid. Bart. in. l. quod ait lex. §. fin. numero quarto. ff. de adu't. Paoormi in cap. fina. num. 25. de ſocu comp. † Inſpiciendum ergo eſt tempus commiſsi delicti, & non ſententiæ ad imponendam pœnam. Er ſic excommunicato in caſu noſtræ legis, cùm admiſit & perfecit crimen, claues diui Petri ſic cõtemnendo, non petendo abſolutionem eo tempore quo debuit, & potuit. ¶ Quæri poteſt, Quis fuit excommunicatus ad petitionem creditoris, & proceſſum fuit contra ipſum per cenſuras grauiores ad denuntiationem vſque, non obſtante comparitione debitocis allegantis & probantis ſe paupertate nimia preſſum, & non eſſe ſoluendo, ideo humiliter petijt abſolutionem: fuit dubium vtrum talis cenſura ſit nulla, & iudex teneatur ipſum abſoluere ante ſolutionem actualem: facit quòd excommunicari non debet, & lata erit relaxanda. Nam excommunicatio eſt ferenda in contumacem ratione contumaciæ, qua ceſſante, non debet inferri, cum ſit obediens, & facit quod in ſe eſt, petendo abſolutionem, dicendo ſuum infortunium, & inopiam, & continet præceptum impoſsibile, & errorem manifeſtum talis cenſuræ cõminatio, ſeu executio. capit. olim. 2. de reſti. ſpoli. ibi, inanis eſt actio, quam inanis inopia debitoris excludit. l. nam is. ff. de dol. Iaſo. in. l. qui Romæ. §. Augecius. numero quarto. ff. de verb. oblig. plura enim priuilegia ſunt tributa ratione paupertatis, de quibus per Archidiac. Bellamec. & præpoſit. in cap. pauper. 11. quæſtione tertia. Dixi in. l. 2 gloſſ. fin. titulo. 16. libro tertio. ſuprà. Et erit vnũ in ſpecie propoſita, quia qui caret bonis, debitum eſt inexigibile, & inefficax redditur actio contra eum. arg. ca. Odoardus. de ſolut. Item excommunicatio non fertur, vt quis ſit in ea perpetuò, ſed vt eius timore perterritus, obediendo præceptis iuſtis eccleſiæ ſatisfaciat. Si ei poſsibile ſit, prout debet, & abſoluatur, vt omnia iura inſinuant. Cæterum ſi poſſet, & noluiſſet parère mandatis eccleſiæ, eſſet alijs pœnis caſtigandus, & abſolutionis beneficium concedendum à iudice eo inuito, ne indureſcat, & fiat membrum omninò inutile. Facit. ca. presbyter. 82. diſtinctio. ibi, ne indureſcat. quem pro notabil. refert Ioan. Lup. in rep. capit. per veſtras. §. 18. num. 17. columna quarta. fol. 66. de donat. inter vi. & vxor. & Iaſo. in. l. quod iuſsit num. 41. ff. de re iudic. qui dicunt iudicem eccleſiaſticum teneri interloquutoriam ſententiam excommunicationis latam contra aliquẽ etiam parte non petente, & manente contumacia excommunicati, ſi viderit ſaluti illius expedire remittere, quando quidem propter excommunicationẽ efficitur deterior, ex quo videtur eam nullam vtilitatem afferre, ſed contemni, & cum ceſſet ex ea medicina, debet contra illum rebellem illo remiſſo, alio vti remedio. Sententia fuit Diui Thom. quam prædicti adducunt in quarto ſententiarum distinction. 18. quæſtione ſecunda articulo quinto. cuius dictum vltra alios refert & ſequitur Franchus in capitulo primo. columna prima. numero quinto. de ſententia excommu. libr. 6. Barbat. in cap. cùm veniſſent. numero. 100. de iudi. Stepha. Auffreri. in deciſi. 218. verſic. Quinimo ſi excommunicatus ex diuturno tempore. Panormi. in. ca. ſignificaſti, numer. 7. de eo qui dux. in matrimo. quam pollu. per adulr. Montalu. in. l. 13. titulo. 9. parr. 1. Pro qua concluſione eſt tex. in cap. ea vindicta. 23. quæſtione quarta. ibi, Hic enim apertiſsimum exemplum dicitur, quo ſatis apparet poſſe peccatum amore potius vindicari, quam impunitum relinqui, vt illum quem vendicat non pœna miſerum, ſed correctione beatum eſſe velit: paratus tamen ſit (ſi opus fiat) æquo animo plura tolerare ab eo illicita, quem vult eſſe correctum, ſiue in eum habeat poteſtatem coercendi, ſiue non habeat. Ad idem eſt tex. in cap. prodeſt. 23. quæſtione quinta. ibi. Sed omnia conſulendi charitate, & nihil fiat inaniter, nihil inhumaniter. Et prædictam ſententiam communem dicit Panormi. in cap. ab excommunicato. num. 20. & ibi Additio. de reſc. Feli. in. cap. 1. numer. 16. col. 7. de offi. deleg. vbi citat Ioan. And. & Hoſti. in. capitu. Solet. de ſententia excom. libro ſexto. dicentes, quòd pœna excommunicationis imponi non debet, quoties veroſimiliter ſperatur non timeri. Et quòd etiam inuitus poſsit quis abſolui poſt. S. Thomam loco citato, tenet Præpoſit. Alexandri. in. capitulo. denique. in princ. numero trigeſimoſecundo. & ibi declaraui diſtincti. 4. Si ergo quando ille eſt contumax & tyrannus eſt abſoluendus, quanto maiori ratione quando eſt obediens, & impotens ad ſoluendum debitum in ſpecie deducta? † Nemo enim excommunicatur, niſi ſubſiſtente debita materia, quæ eſt peccatum mortale, & contumacia. capitu. nemo. 2. 11. quæſt. 3. Deciſ. Capellæ Tholoſanæ. 298. ſed paupertate preſſus non eſt contumax, ſed miſerabilis, & percuſſus à Deo afflictione magna, ergo non debet addi afflictio. capitulo. cùm percuſsio. ſeptima quæſtione prima. Et ad dictum diui Thomæ, & pro eius declaratione eſt addẽdus Richar. de Media villa in quarto ſententiarum. diſtincti. 18. articul. 10. quæſtione prima. Felin. in. capit. Apoſtolicæ. nume. 2. de exceptioni. Imol. in clem. Cum ſecundum ſtatuta. nu. 3. de pœni. & remiſſ. Panor. in. c. clericos. nu. 5. de cohabi. cleri. & mulier. Et ſic aduertãt iudices, ne procedãt per cenſuras, vbi ceſſat cauſa formalis & materialis in qua ſe debent fundare, & ſeruent ordinem & modum in prolatione earũ, eũ cenſura excõmunicationis

ad

† Adde Socinum in ca. poſtulaſti n. 5. de foro compet. & Bartol. in l. libellorum n. 7. ff. de accuſatio.

† Adde quod ſi fur efficiatur impotẽs ad partẽ ſatisfaciendã, debet abſolui præſtita cautione Vt ſi deueniat ad pinguiorẽ fortunã ſoluere teneatur argumẽto c. Odoardus de ſolutio. & iſta eſt cõmunis praxis traditq; Naua. in manu. c. 27. n. 43. verſi. Praſuponemos

Digitized by Google

ad medicinam,& non ad mortem ſit inuenta. cap. cum medicinalis.de ſeutentia excommu. libr. 6. cap.multi. 2.quæſtione prima.gloſſ.in cap. corripiantur.24.quæſtione tertia.gl.in cap. ex litteris. 2.de ſponſ.glo.in capitul.venerabilibus.ſ. deniq; verbo.innodate.de ſententia excommu.libro.6.

¶Dubitari poterit, An excõmunicatio à iure diuino vel poſitiuo inuenta fuerit? Quòd à diuino, conſtat Matthæi.18.vbi Chriſtus loquitur de correctione fratris,& concludit dicens, ſin autem ecleſiam non audierit,ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.capit.nouit.de iudi.Apoſtol. 1. ad Cori. 5.quoſdam excommunicauit.tranſumptiuè in. c. ſed illud.45.diſtinctio.capi.audi.11.quæſtione.3. cap.nemo contemnat.11.quæſtion. 3. vbi ex beato Chryſoſtomo in epiſtola ad Hebræos tranſcribitur,Nemo contemnat eccleſiaſtica vincula, non enim homo eſt qui ligat,ſed Deus, qui hanc poteſtatem dedit,& dominos fecit tanti honoris. Durand.in.4 ſententiarum diſtinctione.18.quæſt. 3. columna ſecunda. Alphonſ. à Caſtro aduerſus omnes hæreſes.libro ſexto.verb. Excommunicatio. De antiquitate excommunicationis iam dixi in tract. De hæreticis in.l.3.titul.4.ſuprà iſto lib. 8.Et conſtat ex Cæſar.in ſuis commentarijs libr. 6.De bello Gallico.pagin.211.Si quis(inquit)aut priuatus,aut publicus eorum decreto non ſteterit,ſacrificijs interdicuntur, ij numero impiorum ac ſceleratorum habentur:ijs omnes decedũt, aditum ſermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant,nec ijs petentibꝰ ius redditur,nec honos vllus communicatur. Refert eum corruptè Tiraquell.De vtroque retract. lib. 1.§.5.gloſſ.9.numer.271.vbi multa in materia cõgeſſit.Et prædicta verba ex Druydibus apud Gallos pulchrá & admiranda eſſe,nullus dubitat, ſingula conferens cum noſtra excommunicatione, vt adnotauit Doctiſsimus pariterque generoſus Doctor Didacus à Vera in relectione primæ quã fecit Anno.1563.Salmanticæ in cathedra Decretorum,directa ad Senatum Salmanticenſem Doctorum in cap.ſententia paſtoris.11.quæſtione.3. verſi.Quibus cenſuris lex vetus.Illam relectionẽ referam ad fin. Commentariorum huius legis ad literam,in memoriam tanti Doctoris, & vt detur facultas vnicuique fruendi fructus bonarum literarum,& qui vtilis eſt ad intellectum & originem excommunicationum. De qua etiam origine habentur veſtigia apud Platonem lib.9.&.10. de legibus,& ad eum plura congeſsit Ficinus. Couar. in cap.Alma mater.1.part.in princip. numero decimo.de ſenten.excommu.libr.6.& in libro primo.Variarum reſolu.c.18.num.5.verſ. Quinimo ſi lex ſecularis.Alexan. ab Alexand. libro tertio. dierum genialium.cap.5.reſolutiuè autem in quæſtione propoſita eſt dicendum, excommunicationis veſtigia apud gentes,& in lege veteri in figura fuiſſe,non vt poteſtas ſpiritualis, ſed temporalis. Poteſtas vero excommunicandi iure diuino tradita eſt eccleſiæ à Chriſto:forma tamen ipſa,& effectus, ſcilicet priuare hominem participatione ſacramentorum,& ſuffragijs & orationibus, non eſt expreſſus in euangelio. Quia Seruator noſter dominus Ieſus ſub hoc nomine neminem excommunicare iuſsit.Sed tamen eccleſia eandem poteſtatem ſibi diuinitus conceſſam optime ſic interpretata eſt:& ideo vſus excommunicandi, quem eccleſia ſeruat,hac ratione eſt de iure diuino,quod habet fundamentum in euãgelio. Dominic. Sotus in quarto ſententiarum.diſtinctione. 22. quæſtione prima.articulo primo.pagin.996.verſicul. Ex his autem occaſio ſumitur.

§ Dubitatur, Vtrũ ſemel excommunicatus amplius poſsit excommunicari,eadem prima excommunicatione manente? Reſpond.quòd poteſt.Ratio,quia excommunicatio quædam pœna medicinalis eſt. capit. multi.ſecunda quæſtione prima, & medicinæ iterantur ſecũdum neceſsitatẽ infirmitatis, cũ cauſa exigit,ergo & excõmunicatio ſimili ratione iterari poteſt.Tenet diuus Tho.in.4.ſent.diſt.18.q.2. ar.3.q.2.gl.in.c.Engeltrudam. verb. Anathemate 3.q.4.glo.in cap.ex parte.de offi.ord.glo.in cap. cùm pro cauſa.de ſent.excom.glo.in.c. ita quorũdam.de Iudæ.Panor.in.c.capitulũ ſanctæ crucis. col.2.verſi.Itẽ nota ꝙ ſuſpenſus poterit iterũ ſuſpendi & excõmunicari.de reſc.& in.c. grauẽ. nu. 5.de ſent.excom.& in.c.nullus.per tex.ibi.col.1. nu.3.de for.cõpe.& ſecũdũ Andr. Falconẽ in addi.ibi ad eum iſtã opinionẽ dicit cõmunẽ eſſe. notat ipſe Panor.in.c.tua nobis,col.4.nu. 11. de appella.Nauar.in.c.ita quorũdã.notab.15.pag. 207. de Iudæ.omnino vidẽdus.

§ Quo ſit excõmunicatũ à iure,& ab homine,iterũ excõmunicari poſſe Panor.in.c.accuſatum.n.5.de ſimoni. Sicut excõmunicatus ab hoĩe poterit à iure excoĩcari. ca. ita quorũdã.vbi gl.de Iudę.Et illic Panor.ponit effectus huius primæ,ſecũdæ,& vlterioris excomunicationis.

¶Circa præmiſſa in dubiũ verſari ſæpe ſolet, Vtrũ excoĩcatus, qui pluribus de cauſis & cẽſuris eſt ligatus.teneatur oẽs cauſas excoĩcationis exprimere ad hoc,vt abſolutionis beneficium quo ad oẽs cõſequi poſsit? In quo dubio præſignãdæ ſunt ſequẽtes cõcluſiones,quarũ prima ſit. Excoĩcatus vnica tãtũ excoĩcatione, pluribus tñ ex cauſis,nõ cẽſetur ab excõmunicatione abſolutus ſi in impetratione abſolutionis cauſam aliquã tacuerit.c.cùm pro cauſa.de ſententia excom.ca.ex parte.vbi glo.& doct.de offi.ordina. Roma. conſi.326.l.29.titul.9.part.1.San.Thom.in.4 ſentẽ. diſtinctio.18.quæſtione.2.articul.5. vbi Richard.

art.10.

Digitized by Google

articulo decimo. quæſtione tertia. Couarruuias in cap tul. Alma mater. prima part. §. vndecimo. numero decimotertio. de ſententia excommuni. libro ſexto. qui intelligit prædictam opinionem veram eſſe, quoties cauſa tacita, fuit æquè principalis ad excommunicandum: alioqui valet abſolutio, ſecundùm Panormi. & Henri. in dicto capitulo. cùm pro cauſa. Felin. in capitulo. quod ſuper. ad fin. de fide inſtru. docto. in clementina ſecunda. de ſententia excommu. Ex quibus manifeſtè deducitur, etiam abſolutionem validam eſſe in hoc caſu, ſi cauſa, quæ expreſſa non fuerit, minimè auertiſſet prælatum ab abſolutione, licet expreſſim eſſet ſignificata. Ita poſt Paluda. ſenſit Couar. loco proximè citato. Qui Pulchra etiam propoſitis ſimilibus adducit lib. Varia. cap. quem refert D. Antoni. Queſada libro primo. Diuer. capitulo ſexto. num. ¶ Secunda concluſio. Pluribus excommunicationibus ligatus petens ab excommunicatione abſolui, vnius tantum mentionem faciens, à reliquis non expreſſis, non cenſetur abſolutus, etiam ſi indefinite fuerit ab excommunicationibus abſolutus, refertur etenim hæc abſolutio indefinita ad excommunicationem in petitione commemoratam. ex. l. ſi de certa. C. de tranſactio. gloſſa in dicto capitulo. ex parte. & in citato. capitol. cùm pro cauſa. vbi Anto. Henri. Panormi. & Feli. Anchar. in clementina ſecunda. de ſententia excommu. San. Thom. in. 4. diſtin. 18. quæſtione ſecunda articulo quinto. Couar. vbi ſuprà. qui intelligit, procedere, etiam ſi abſolutio ab excommunicatione generalis ſit, nam ad expreſſam, & petitam tantum refertur, propter rationem dict. l. ſi de certa. ¶ Tertia concluſio. Excommunicatus pluribus excommunicationibus vnica tãtum abſolutione ab omnibus abſoluitur, ſi omnes fuerint abſolventi expreſſæ, & ſignificatæ. arg. l. ex pluribus. ff. de acceptilatio. Et eſt cõmunis ſententia in hac concluſione ſecundum in locis præcitatis, nec continet aliquam contro uerſiam ſecundùm Couar. loco præmemorato. ¶ Quarta concluſio. Qui excommunicatũ poteſt ab omnibus excõmunicationibus abſoluere, vnica tantum abſolutione omnes tollit, non tantum ſibi expreſſam, vbi ſcientiã omnium excommunicationum habens, indiffinite excommunicatum abſoluerit, hoc ſanè ex ipſius abſoluentis mente præſumpta, vt notat Henri. in. c. cum pro cauſa. de ſenten. excom. Ioan. in ſum. confeſſorum. lib. 4. ti. 33. quæſti. 120. Couar. vbi ſupra. ¶ Quinta ſit concluſio. Ligatus pluribus excõmunicationibus, ab omnibus, etiam vnica tantum expreſſa in petitione, abſolutus cẽſetur, quoties qui abſoluit, ita generaliter dixerit, Abſoluo te ab hac excõmunicatione, & ab omnibus alijs, quibus ligatus es, qua tũ nec memineris, nec memoriam habes, ea enim eſt abſoluentis mens, vt & ad oẽs alias excõmunicationes velit abſolutionẽ extẽdi. Ita notat in ſpecie Ioan. in ſum. confeſſ. & Henri. in locis proximè adductis. ¶ Sexta aſſertio. Abſolutio indiffinita ab excõmunicatione, exhibita ei, qui pluribus eſt excõmunicationibus ligatus, vnica tantum in petitione nominatim expreſſa, etiã quo ad alias ſufficit, quoties veriſimili coniectura præſumi poterit abſoluentem, & à tacitis excõmunicationibus nihilominus abſoluturum, ſi earum ſcientiam habuiſſet. Palud. in. 4. ſentẽ. diſt. 18. q. 5. col. penverſi. Quarta. ¶ Septima cõcluſio. Præmiſſæ concluſiones locũ habent, cum abſoluens habet poteſtatẽ abſoluendi ab omnibus excõmunicationibus, alioqui, nulla poſſet contingere ratio dubitandi. ¶ Octaua concluſio. Pluribus excõmunicationibus ligatus, pluribus abſolutionibus, vel vnica ab omnibus abſoluatur. tex. gl. & communis in. c. cum pro cauſ. de ſenten. excom. Quã cõmunẽ dicit Couar. in repe. c. Almamater. 1. par. §. 11. de ſenten. excom. lib. 6. ¶ Nona cõcluſio. Abſolutio ab excõmunicatione, obtẽta ex falſa cauſa eſt nulla, nec prodeſt excõmunicato. c. officij. de ſenten. ex cõ. c. cũ pro cauſa. eo. tit. gl. in. c. ex parte. de offi. ordi. Tho. in. 4. ſent. diſt. 18. q. 2. art. 5. L. 19. titu. 9. part. 1. Couar. omnino videndus in. d. §. 11. nu. 14. verſi. Septima concluſio. ¶ Decima cõcluſio. Excõmunicatus pluribus excõmunicationibus à diuerſis iudicibus, debet impetrare abſolutionẽ ab vnoquoq; ex iudicibus illã proferẽte, cùm illius ſit abſoluere, cuius fuit cõdẽnare. Pan. per tex. ibi in. c. officij. de ſent. excõ. Palud. in. 4. ſenten. diſt. 18. q. 5. co. 8. in ar. 3. & Richa. q. 3. ar. 10. Pan. in. c. prudentiã. §. ſi vero. nu. 5. de offi. deleg. tex. in. ca. paſtoralis. §. præterea. de offi. ordi. vbi vnus prælatus nõ põt tollere ſentẽtiã ab alio latã. ergo &c. ¶ Quæritur, Vtrum excõmunicãs, vel ſuſpendens aliquẽ iniuſte, teneatur ei reſarcire dãnũ & intereſſe? Reſpõ. teneri. gl. fin. in. c. ad reprimendũ. de offi. ordi. tex. & glo. in. c. ſi canonici. §. ſi autẽ cauſa. de offi. ordi. lib. 6. ca. 1. §. ſuperior verò. de ſenẽ. excom. lib. 6. ibi. latorẽ excõmunicato ad expenſas & omne intereſſe cõdẽnetur. Pan. in. c. t. n. 34. vbi dixi. vt lit. non conteſt. Suadetur: nam dãnũ alteri illatum, qui fuit cauſa damni, tenetur ad ſatiſfactionem læſo. c. fin. de iniur. imò non ſolum in ſpecie propoſita poterit agere ad intereſſe, ſed etiã actione iniuriatũ contra excõmunicatorem. glo. in cap. non in perpetuum. verb. ſacrilegij. 24. quæſtione tertia. tex. in capitu. illud. ead. cauſa & quæſtio, vbi gloſſ. Ad idem tex. in capit. ſacro. de ſenten. excommu. ibi, cumque aduerſus excommunicatorẽ de iniuſta excõmunicatione cõſtiterit, excõicator cõdẽnetur excõmunicato &c. Facit

mam.1.& 2.ad Timotheum.3.Sanctus Thom. 2. 2.quæſtio.104. articu.primo. & 2. quæſtio.105. articulo primo. Et excommunicatio fertur pro mortali.cap.nemo.11.quæſtione tertia.Ergo contra contumacem. Quo fit, quòd ſi nobilis fuit contumax in comparendo ad iudicis præceptum, vel mulier honeſta, quãuis aliàs ex cauſa ciuili in carcere detineri non poſsit, tamen ex hac rebellione & contumacia detinere poterit iudex inobedientem & contumacem, quia commiſit delictũ. Quod eſt in praxi notandum, vt aliàs conſului cõtra nobilem, qui vendidit rem dotalem, quã mulier vendicauit ab emptore, & emptor egit de euictione contra maritum venditorem, quod ex eo quòd rem alienam vendidit, commiſit delictum tanquam Paganus & plebeius poterit pro debito in carceribus conijci. Et ita obtentum fuit. Et ſic pro contumacia infertur excommunicatio, vt ſupra dictum eſt. Et notat Martinus Nauar. in Manual.confeſſ.capit.27.num.9.quæ inducitur mortem, & loco eius infertur.ca. per venerabilem. ad fin.ibi, in quibus cum aliquid fuerit difficile, vel ambiguum, ad iudicium eſt ſedis Apoſtolicæ recurrendum, cuius ſententiam qui ſuperbiens contempſerit obſeruare, mori præcipitur, id eſt, per excommunicationis ſententiam, velut mortuus à communione fidelium ſeparari qui ſil. ſunt legiti.capitulo ſecundo.de maiori.& obedi. ergo nimirum, ſi in carceribus detineatur propter contumaciam, vel aliud delictum, cùm omne priuilegium & dignitatem tollat peccatum. Et eſt notãdum, quòd contumacia quælibet quantumcunque minima, eſt digna excommunicatione.gloſ. in capitu, duo ſunt. 96. diſtin. ſing. ſecundum Rip. in cap.1.num.29.de iudi.vbi Panormi. numero. 10. Et Cardi.in cap.cùm non ab homine.columna.1. eiuſdem tit. Barbat. in tract. de teſtibus. 3. part. num.9.Lud.Montaltum in tract. de reprobatio. ſententiæ Pilat.artic.3.num.25.Eſt gloſſ.ſimul.in l.in actionibus. verb. non etiã. ff. de in litem iur. Et eſt notandum, quòd contumacia contrahitur præcedente monitione iudicis, non antè, cùm voce ſit explicandum, & non in mente retinendum præceptum, ad hoc, vt contumax ſit cenſendus, & cum dilatione temporis ſecundum ſubiectam materiam, & qualitatem, & neceſsitatem negotij eſt præceptum faciendum ſub excommunicationis pœna ex officio, ſeu ad partis petitionem. Si tamen à iure proferatur, nulla requiritur noua citatio, ſeu monitio: quia lex, quæ imponit excommunicationem propter factum damnatum, ſemper loquitur, & mouet homines ne committant. argum.l.Arriani.C.de hæret.ideò ipſo facto, ſine alia citatione & monitione fuit contumax, & rebellis, ac excommunicatus & ſeparatus à communione eccleſiæ, ſicut primi parentes fuerũt excluſi à Paradiſo deliciarum propter inobedientiam. Geneſ.3.Et tantũ fuit adhibita declaratio criminis per eorum confeſsionem, & à tempore commiſsi criminis fuit lata ſententia. vt in capit. cùm ſecundum leges.de hæret. libro ſexto. Non ergo requiritur alia citatio ſeu monitio in excommunicatione lata à iure: quia à tempore promulgatæ legis fuit facta omnibus ſubditis Catholicam fidẽ profitentibus, & ſic cõtumacia & rebellio præceſsit in curſu ipſius, ſicut in ea, quæ ab homine profertur. vt in cap. ſi quis ſuadente. 17. quæſt.4. cap.à nobis.2 1.de ſententia excommu. ca.vt animarum.de conſti.lib.6.cap.reprehenſibilis. (26. capite in ordine) de appellat. cum pluribus alijs caſibus, quibus quis propter delictum in excommunicationem ipſo iure incidit, de quibus per Goffred.& Hoſtien.in ſumma de ſententia excõmu.glo.in Clem.1.eod.tit. Ponit.52. caſus gloſſ. in ſimi.in cap.eos. eod. tit.lib. ſexto. Anchar. in dict. capit. reprehenſibilis. numero primo. Excommunicatio in pluribus caſibus incurritur. & 112. refert Luc. Pen. in.l. contra publicam. colum. 4. de re milit.lib.12.l.2.titu.9.part.1. Et ad præmiſſa quando requiratur vel non monitio in ſententia lata à iure, vel ab homine propter offenſam futuram, declarat Nauar. in cap. cùm contingat.22.cauſa nullitatis.pag.2.de reſcript. & in manuali confeſſ.cap.27.nume.10. pag. 626. D.Couar. in cap. Alma mater.1.part.§.9.de ſenten.excommunic.lib.6.

¶ Vlterius dixi, in ſingulares perſonas profeſsionem Chriſtianam habentes lata. Per hoc tangitur materialis cauſa circa quam. Nam excommunicatio in hominem Chriſtianum ferenda eſt: nam Iudæus, infidelis, ſeu Saracenus cum extra eccleſiã ſint, & ideò iuxta Apoſtoli dictũ.1.ad Corint.5. de his qui foris ſunt, nihil ad nos.cap. Gaudemus. de diuort. excommunicandi non ſunt. Quia qui nunquam fuit in eccleſia, ab eccleſia ſeparari non poteſt, cum priuatio præſupponat habitum præcedentem illius rei, à qua quis priuatur. l. decem. ff.de verborum oblig.cap.ad diſſoluendũ. verſic. Quocirca.de deſponſ.impube. vbi Præpoſit. numero primo.capit.quod verò non formatum.32. quæſtione ſecunda. l. nominationes. in fin. C.de appel.l.& ideò.ff.de don.inter vi.& vxo.l.5.§.ſi nec.vbi Iaſo.num.6.ff.de iur.iur.l.eius qui in prouincia.§.quod ſi ſtipulatus. verſic. quoniam tunc non poſſent.vbi Paul.numero tertio.ff.ſi cert.peta. Et ita procedit text.in cap. omnis Chriſtianus.11. quæſtione tertia. Item homo, & nõ vniuerſitas, ſeu Collegium excommunicari debet. Et ideo ferri debet contra ſingulares perſonas, quę culpabiles vniuerſitatis, ſeu Collegij apparuerint. c.

Romana.§.in vniuerſitatem.de ſententia excommu.lib.6.vbi latè declaraui Ann.1549.Salmanticæ legendo.Specu.de ſententia excomm.§.1.numero nono.Felinus in cap.dilectæ.num.6.de exceptio.Arcti.in cap.cum tu.numero primo. de teſtib Bonifa.in Clem.Frequens. num. 162. de exceſſ. prælat.Ricard.in.4.ſenten.diſtin.18.artic.5. quæſtione tertia.¶Dixi,à communione eccleſiæ & fidelium.vt in cap.nihil.& cap.canonica.ibi.& à conſortio totius Chriſtianitatis eliminamus, quouſq; & c.11.quæſtione tertia.capit.de viduis 27.quæſtione prima.cap.tam ſacerdotes. 24. quæſtione tertia.cap.ſi quis laicus.11.quæſtio.3.cap. à nobis.de excep. & ibi Anchar. cap. ſicut nobis. de ſententia excommu.gloſſ.in capit.2. de offic. ordi.glo.1. in cap. cùm non ab homine. de iudic. gloſſ.in cap.duobus.iſto tit. de ſententia excommu.l.5.tit.9.part.1.Eſt notandum, quòd duplex eſt excommunicatio, quædam maior, alia verò minor.vt colligitur ex cap.ſi celebrat.de cleri.ex com.miniſtran.Illa prohibet hominem a cõmunione ſacramentorum & hominum actiue & paſſiuè,quia nec ipſe poteſt alijs alloqui ſine peccato,nec alij cum eo.vt in cap.illud.de cleri.excommu. miniſtran. & ſupra dictum eſt. nec adminiſtrare ſacramenta ſibi,nec alijs, nec recipere. Et ſi durante excommunicatione celebret miſſam, irregularis efficitur.dict.cap.ſi celebrat.l. 1. tit. 9. part.1.cap.primo. de ſententia excommu. lib. 6. & capitulo primo.de ſententia & indi. libro ſexto,quæ probant talem irregularitatem a ſolo Papa diſpenſabilem eſſe. De hoc alibi in tracta.irregularitatis actum eſt.Et plura damna incurrit homo propter excommunicationem, quorum vnũ in hac lege.1.exprimitur.aliud in capit.intelleximus.de iudi.& in capit. decernimus. de ſententia excommu.libro ſexto, aliud in dict. cap. ſi celebrat.& in capitulo primo.de re iudi.lib.6.Et a cõtrario explicantur in l.6.vbi Greg Lopez tit. 9. part. 1. Traditur Satanæ, ſi excommunicatio iuſta eſt cap.omnis Chriſtianus. 11.quæſtio. tertia. & eo vtitur diabolus,vt homo vti ſolet iumento, ſeu pecore.gloſſ.in cap.audi denique.11.quæſt 3 in glo. 1,quam laudat Panorm. in cap. ſi quis numero tertio.de reb. eccle. non alien. Hoſtienſ. & Ioan.And.in capit. quoniam. de Iudæ. Cui tamẽ eſt glo.ſimil.in capit.plerumque.in gloſ.in verb. & à porcis.2.quæſtione.6. aliud in capit. poſtulaſtis.de cleri.excommu. miniſtrant. vbi collatio beneficij facta excommunicato non valet. Dixi in capitulo primo.de reſc.lib.6.vbi habetur reſcriptum ab excommunicato impetratum inualidũ eſſe extra caſus ibi expreſſos.Et quod excommunicato beneficia conferri non poſſent. Tenet Rebuff.in concordata de poſſeſ.pacificis,num. 205. verſi. Decimoquarto.Staphile.de literis gratiæ & iuſtitiæ.titu.De vi & effectu clauſula fol.65.col. 2.Nauar.in manua.confeſſo.cap.25. numer. 139. & alibi ſæpe. Item vaſſallus non cogitur durante excommunicatione domini, ei ſeruire. cap quoniam multos.11,quæſtio. tertia, vt habetur in 6. volu.tract.diuerſ.docto.fol.185.num. 37. Quod intellige dominum viſitando, vel cõuerſando,inequitando,in eundo, in cibo, & potu,vel ei curiã faciendo,in quibus omnibus abſtinere debet vaſſallus ab eo,ſicut à cæteris excommunicatis,& ſic non facient ei exercitum, non ibunt cum eo ad bellum,non defendent eum,nec auxilium præſtabunt:tamen tributa, & penſiones, & debita ſoluent,præſertim ſi in obligatione eſt interpoſitũ iuramentum de ſoluendo. Hugut. & Cardin. in cap.nos ſanctorum.art.2.colum.1.15. quæſtio.6. Item eccleſia non orat pro excõmunicatis, quod in Paraſceue eccleſia pro Iudæis, & Paganis orat, ſed non pro excommunicatis:optimè probat Caietan.in.1. tomo opuſculorum. tract. 19. De excmunicatione quæſtio. vnica. vbi alia plura damna enumerat, quæ excommunicato proueniunt. Item excommunicato non eſt concedenda in integrum reſtitutio,ſecundùm Panorm.Imol. Feli. & Paul. Pariſ.in capit.ſignificauerunt. nume. 44. de exceptio. Petrus Dueñas in tract. regula. cum fallent. regula.270. incipient. Excommunicatus non poteſt. ¶Item etiam excommunicatus non excuſatur ab his quæ ſunt oneris, ne ex ſua malitia commodum conſequatur. Ideò tenetur dicere horas Canonicas tanquam particularis & ſecretè in modum ſuffragij.Ioan.monach.Innoc. & Ioã. Andr.columna tertia.in capitulo primo. de ſententia excommu.lib.6.glo.in cap.2.de cleri. excommu.miniſt.& glo.in cap.presbyterum. 28.diſtinctio.in gloſſ.vltim. Quam notabi. dixit Philip.Deci.in cap. intelleximus. columna ſecunda. numero quinto.de iudi.& in capi. cùm inter priorem.columna prima. numero primo. de excepti. Tenet Goffred.in ſumm de cleri. excommu. miniſtrant.§. Eſt autem ſciendum. Hoſti. in ſummæ eiuſdem tituli.§.1.verſic.excommunicatus.Ioan. Montaigne in tract.de bigamia.quæſtione quinta,num.25.Hierony.Gigas in tract. de penſioni. quæſtione 64. Archiepiſ.Floren.3. par. titu.24. cap.76.columna ſecunda. Angel.verb Degradatio.quæſtio.8.& in verb. Hora. quæſtione tertia. Albert. Troti. lib. ſecundo. de vero & perfect. cleric. capit. 41. num. decimo. Communem dicit poſt Nauar.Couar.in repe.capit.Alma mater. 1.par.§.3. num.8. fol.28. columna prima de ſententia excommu. lib.6.& lib. tertio Variarum reſolut.cap.13.num.8.verſic.12. hinc etiam deducitur. Idem concludit dicẽdum in depoſito & degrada-

gradaro, vt ibi per eum in vtroque loco videbis. Facit gloſſ.fin.in cap.dictum.81.diſtinctione.dicens clericum depoſitum viuere teneri ſecũdùm regulam eccleſiæ.quam commend. Philipp. Franchan capit.degradatio.num.4.de pœn. lib. 6. ergo pro opinione communi ſuprà adducta Nicol. Plou. in tracta. de horis Canonicis. eandem concluſionem probat in.1.part. quæſt.12. & Albertus Ferrari. in tracta. de horis Canoni. nume. 16. Deci.in dicto capitulo.cùm inter.columna.7.nume. 23. de exceptio. In modum ergo ſuffragij tenetur excõmunicatus horas canonicas dicere tanquam particularis, & ſine communicatione alterius: nam priuatus non debet exercere officium, donec ſit reſtitutus.cap.epiſcopus presbyter. 11. quæſtio.tertia. Et ad idem eſt tex. in cap.ad præſentiam.de appellatio. vbi celebrans ſolemniter diuina non punitur, ſi ante incurſum ſententiæ excommunicationis legitimè appellauit, ex eo quod interim celebraſſe conſtiterit, ſi autem eo. tex. non conſtaret de legitima appellatione à ſententia excommunicationis, puniretur, cùm aduerſus præceptum eccleſiæ id fecisse appareat. Earum, qua ſunt oneris, propter excommunicationis cenſuram non tolluntur ab excommunicato, ſed tantum ea quæ ſunt honoris, ne ex ſua malitia commodum reportare videatur. Panormi. in capit. intelleximus. numero quarto. de iudi. & iterum in cap, cùm cauſam. num.9. de iuram. calum. Ideoque quamuis teneatur dicere horas Canonicas, & in hoc grauetur ſub pœna peccati mortalis tanquam ſi non eſſet excommunicatus: ne ſtultus ſit melioris conditionis, quàm ſapiens. Nihilominus durante excommunicatione non facit fructus beneficij ſuos, & tenetur, ſi quos perceperit, ad reſtitutionem, cùm à communione eccleſiæ ſit priuatus, meritò & ab eius commoditatibus erit ſeparandus text. vbi Panormi. in cap. paſtoralis. §. verum. num. 18. de appellatio. gloſſ. vlti. ad fin. in cap. ſtudeat. 50. diſtinctio. Robert. Maranta. in ſpecul. aduocat. pag. 589. in 6. part. §. ſecundus actus principalis qui emergit in hac vltima parte iudicij eſt appellatio. num. 168. verſi. Item, poteſt iudex. Et Hieronymus Gigas. de penſionibus eccleſiaſticis. quæſtio. 64. in princ. Archiep. Florent. 3. part. tit. 24. cap. 76. columna tertia. Paludan. in 4. ſenten. diſtinction. 18. quæſtio. 4. columna ſecunda. Card. in cap. perpendimus. colum. 31. de ſenten. excommu. l. 31. & ibi Grego. Lopez. tit. 9. part. 1. Excommunicatus nil nomine eccleſiæ poſsidere poteſt. ca. ſi quis presbyter. 7. quæſtione prima. Tradit Couarru. lib. 3. Variarum reſolut. cap. 13. nume. 8. verſic. Duodecimò hinc etiam deducitur. Sed vt pleniorem declarationem habeamus in iſto puncto practicabili faciamus aliquas concluſiones, quarum prima ſit.

¶ Iuſtè excommunicatus redditus beneficij amittit, nec ceſſante excommunicatione eos recuperabit. Gloſ. percipienda in. l. inter quos. §. damni. ff. de dam. infect. gloſſ. in cap. paſtoralis. §. verum de appellat. vbi Hoſtien. Henric. Panor. Collectari. num. tertio. Franch. & Deci. text. in. l. cum allegatis. C. de re mil. lib. 12. & ibi Rebuff. l. 31. tit 9. par. 1. & eſt opinio cõmuniter recepta. In tantum locum habet, quòd quamuis ſuſpenſo à beneficio propter crimẽ ex redditibus beneficij, alimẽta ſint miniſtranda, ne is cogatur mendicare, grauatus inopia, in opprobrium ordinis clericorum ex glo. & docto. in dict. §. verum. & glo. in capit. cùm Vitonienſis. verb. admiſerant. de elect. Panor. in cap. Apoſtolicæ. columna tertia. & Felin. num. 9. de exceptio. qui intellexit hoc locum habere, niſi clericus ſuſpenſus fuerit propter contumaciam: tamen excommunicato nihil ex redditibus eccleſię datur, etiam ſi is egenus & pauper ſit, cùm in eius poteſtate ſit, ſe retrahere ab excommunicatione, quæ medicinalis in obediente eſt. Glo. & communiter doctor. in dict. §. verum. Couar. lib. 3. Variarum reſolutio. cap. 13.

¶ Secunda ſit concluſio. Fructus beneficij excommunicato iniuſtè ſunt illi reſtituendi, probata iniuſtitia, ex mente præmiſſorum Doctorum. l. 31. tit. 9. part. prima.

¶ Concluſio tertia erit. Fructus medio tempore percepti excommunicato iuſtè ſequuta abſolutione minimè ſunt reſtituendi, niſi expreſſe in ſententia Papæ fuerit expreſſum quòd ei reſtituantur argum. cap. quamuis. & quæ ibi latè dixi legendo Salmanticæ de reſc. lib. 6. gloſſ. in capit. ſuper cauſa. 2. quæſt. quinta. & ita procedit gloſ. in cap. cõtumaces. 50. diſtinctione. vbi latè per Pręposit. Alexan. Ioan. Copum in tract. de fructibus vlti. part. cap. 5. num. 2.

¶ Concluſio quarta. Circa fructus, qui diſtributiones quotidianæ dicuntur, de quibus dixi remiſsiuè in. l. 8. in gloſſ. 2. titulo ſecundo. libro primo. ſupra per extrauagan. Cùm nõnullæ. de præben. inter communes eſt, talis fructus eccleſiaſtici deputati intereſſentibus diuinis officijs tãtum, præſentibus tantùm ratione intereſſentiæ ſtatim accreſcunt, & ideo excommunicato non reſtituentur, qui præſens illis non fuit. gloſ. in clementina ſecunda. de vita & honeſta. cleri. verb. Suſpenſus quæ ait, fructus tales acquiri eccleſiæ. Ad idem glo. in clementina ſecunda. verb. pars dimidia. de ætat. & qualit. Limita tamen, niſi excommunicatio eſſet iniuſta, & per excommunicatum nõ ſtetiſſet; quominus abſolutus eſſet, nec mora ei poſſet imputari in petenda abſolutione, & damna eſſet proteſtatus ob grauamen, quia id per eum nõ ſtat, ac

Digitized by Google

ſtat,ac proinde cùm ſit abſque culpa,nõ eſt ei imputandum,nec alij ſua iactura ſunt reficiendi. Faciunt quæ in ſpecie huius declarationis ſcribunt Præpoſit.Alexandri.in dicto capitulo. contumaces.50.diſtinct.ſum.Piſana.verb.Excommunicatio.colum.21.verſicu.Clericus excommunicatus. ¶ Aduertendum tamen eſt, quòd iniquè excommunicatus tunc demum quotidianas diſtributiones exigere poterit,cùm eo tempore,quo excommunicatio iniuſta in eum fuit lata,præſens erat in loco beneficij ſui, eratque ſolitus diuinis officijs ante impedimentum excommunicationis adeſſe non aliàs,ſecundùm Felin.in capitu. apoſtolicæ. numero.12.de exceptio.Couar. libro tertio. Varia.cap.13.quamuis contrarium teneat Dominic.in dicto capit.contumaces.50.diſtinctio. Cuius opinio vera eſt in eo, qui ante excommunicationem non conſueuerat diuinis officijs adeſſe, is enim nequaquã habebit quotidianas diſtributiones eius tẽporis,quo iniquè fuerit excommunicatus: quia cùm ante non accedebat ad eccleſiam, nec lucrabatur quicquam, ita eſt præſumendum durante præmiſſo impedimento idem facturum. capit.ex ſtudijs.de præſumptio.Sed ſi nõn acceſsiſſet, nullum emolumentum, nec intereſſe conſequi poſſet. Ergo & in ſpecie propoſita. Et eſt optima declaratio in actu practico,& ſæpe contingere ſolet ideò memoriæ commendandum iure optimo cenſeo. ¶ Eſt etiam aliud incommodum, quòd quanuis excommunicatus non percipiat fructus beneficij, tenetur tamen ad onera ipſius perſoluenda, vt ad ſolutionem penſionis,& ſubſidij, ex mente Bart.Alberi.Angel.& Paul.Caſtrenſ.qui hoc prænotare videntur in.l.inter quos. §. damni. contra glo.ibi.ff.de dam.infect.& contra Bald. in.l. fina. columna prima. C.de bon.aut.iud.poſſ. tenet expreſſe Couar.vbi ſuprà.cap.13.fol.225. colum.1. poſt Hierony.Gigant.quæſtione.64. Sed tamen pro rata fructuum, cum ſit onus reale, tenebitur ſoluere percipiens fructus, nõ excommunicatus, cùm ex fructibus beneficij,quis teneatur ad ſoluẽdam pẽſionem & ratione beneficij,ſuper quo impoſitum eſt tale onus,& ſic non debet extendi ad propria bona excommunicati,quæ ſeorſum à beneficio poſsidet quocunque modo, tum etiam ex capit.quia diuerſitatem.de conceſſ. præben. quã Cuman. inducit pro hac ſententia in dict.l.vlti. quem refert, & veriorem opinionem exiſtimat eſſe Couar.vbi ſuprà. Quam glo. Bald. Cuma.& alij probarunt,quam ipſe ſemper probandam cenſui,reiecta Bart.& aliorum cenſura, de quibus ſuprà. ¶ Item quanuis hodie ante denunciationem factam ſpecialiter & expreſsè quis non teneatur vitare excommunicatum, vt cautum eſt in extrauagant. Ad vitandum ſcandala. in pragm. ſanctiõ gallicana.impreſſa.fol.203.columna prima. tamẽ ipſe excommunicatus cum alijs communicando peccat,quia in hoc non releuatur, vt ibi habetur, ſubijciens,Per hoc tamen huiuſmodi excommunicatos,ſuſpenſos,interdictos,ſeu prohibitos non intendit in aliquo releuare, nec eis quomodolibet ſuffragari. De improbitate enim ſua,vt ibi verbo.releuare,ait Coſmas Guimier, non debet commodum conſequi.l.itaque fullo.ff. de furt. Ergo ſicut ſuprà dictum eſt quod peccat, & hodie peccauit communicando alijs, ſiue publicus, ſiue ſecretus ſit excommunicatus. Tum, quia facit contra præceptum ne cum alijs communicet, & ſua communicatio alijs noceat.cap.pia. de exceptio. libro ſexto. Tum etiam ex Innocen. in cap. illud. per tex.ibi.de cler.excomm.miniſtr. & ibi ſenſit gloſſ.vitari.Panorm. in cap. exceptionem. num. 28.de exceptio.& in cap. nulli. numero tertio.de ſententia excommu.& in capit.ſi quis presbyter. nume.9.eod.titul. Nauar. in cap. cum contingat. verſicu.Sextò infertur.pagin.109. de reſcrip. Archiep.Florenti.3.part.tit.25.capitulo ſecundo.§.2.Gabriel in.4.ſenten. diſtinctio. 18. quæſtio.3. dubio.5.Sum. Piſana. verb. Excommunicatio. 1. fol.8.columna ſecunda. ¶ Eſt alius effectus, quòd excommunicatus non poteſt facere teſtamẽtum, ſecundum Paul.Caſtren.in.l.is cui lege. numero ſecundo.ff de teſtament. Et quòd ita ſit intelligẽda ſententia Archidia.in capitulo primo.de exceptio.lib.6.tenentis excommunicatum teſtari nõ poſſe,nẽpe de publico & denunciato, aliàs enim actiuè & paſsiuè habet teſtamenti factionem ſecundum communem, teſte Io. Dilecti Durantis in arte teſtandi.titu. De his qui non habent teſta. factio.cautela.10.numero primo. Sed tamen dic, quòd excommunicatus & denunciatus poterit teſtari ſecũdum communem,teſte Areti.in.l. ſi quæramus.numero tertio. De teſtam. Felin. in capit. ad probandum.numero primo. De re iudic. Vtrũ autem teſtari queat, eſt videndus Card.in capitul.veritatis.de dolo & contu. & in repet. capi. perpendimus. de ſententia excommu.remiſsiuè per Cæſarem Lamberti.de iure patrona.folio.62. columna ſecunda.numero primo. vbi tractat quæ ſint permiſſa vel prohibita excommunicatis. Innoc.tenet poſſe in capit.cum ex voluntate. dicit communem & Barba.in clem. excommunicationis.num.21.de exceptio.& Philippus Franch. in rubri.de teſtamen.libro ſexto.num.32. quæſt.16 Guiliel.Benedict.in repet.cap. Raynutius. verb. mortuoque teſtatore.1. de teſtamen. num. 289. Deci.in capit.intelleximus.columna ſecunda.numero quarto.de iudic. Optimè Ioann.de Lignano in tract. De cenſura eccleſiaſtica.§.16.numero primo.in.9.volu.tracta.diuerſorum.fol.199. ſecũ

Digitized by Google

dum impreſsionem Lugdunenſ. An. 1544. Doct. Couar. in rubri. de teſtamen. 2. part. numero. 18. Probatur. Nam edictum de teſtamentis, eſt prohibitorium, id eſt, quòd omnes admittuntur, qui expreſſa legis prohibitione non inueniuntur excluſi. l. 1. C. de ſacroſanct. eccle. §. fin. Inſti. quibus non eſt permiſſ. face. teſtam. l. ſi quæramus. ff. de teſtamen. Excommunicatus etiam denunciatus non reperitur prohibitus, ergo non eſt excluden dus à teſtamenti factione. Plures effectus, quos in ducit excommunicatio, explicat Ioann. Lignan. in tract. De cenſura eccleſiaſti. §. 25. & Nicol. Plo ui. de excommunicatio. §. de ſecundo. ſcilicet de eff. ctu excommunicationis. Item excommunica tus eſt infamis. Ludoui. Roma. ſingul. 675. & 682. Tiraquel. de vtroque retract. libro primo. glo. 9. §. 1. num. 271. fol. 90. columna prima. ¶ Quæri ſolet, Vtrùm excommunicatus cenſeatur quis, ſi iudex dicat ſub excommunicationis pœna hoc facias, vel non facias? In quo dubio plures cenſent comminationem, & non excommunicationem ex his verbis inferri. vt eſt glo. in cap. Salonitanæ 63. diſtinctio. & gl. in cap. 2. de matrimonio cont. contra interdict. eccle. glo. in capi. vni. de ſagitta. glo. in cap. relatum. in gloſſ. fio. de iur. patro. quæ probat prædictum præceptum factum à iudice ſub pœna excommunicationis non inducere excommunicationem, ſed comminationem, ideo opus erit noua excommunicationis cenſura. glo. in cap. ſicut iuis. de ſimoni. gloſſa. in capitul. cum eſſes in glo. fin. de teſtament. Panormi. in capitu. clericis. numero quarto. ne clerici vel monach. Idem in capitulo primo. nu. 11. de locat. Syluest. Prierio in ſumm. verb. Excommunicatio. 1. quæſtio. 8. Et eſt verior ſententia ſecundùm Ioann. in ſum. Confeſſo. libro ſecundo. titu. 4. quæſtion. 2. & lib. 3. tit. 33. quæſtion 69.

¶ Quā concluſionem intelligas, niſi cōſtatet de voluntate iudicis proferentis eſſe in contrarium, ſecundum quam regulari oportet valor cenſuræ, & vinculum excommunicationis, ex mente ſummæ confeſſoris in locis præcitatis: Et Angel. in verb. Excommunicatio. 2. §. 8. glo. optima & cōmuniter recepta in capi. Apoſtolicæ. de cleri. excom. miniſtr. notanda ſecundùm Ioann. Lup. in rep. cap. per veſtras. §. 18. numer. 23. de dona. inter vi. & vxor. Præpoſit. in capit. fin. numer. 6. diſtinctio. 18. colum. fin. vbi dixit communiter receptā Facit. l. non omnis. ff. ſi cert. pet. quòd actus agentium vltra eorum voluntatem non valent. Præter ea ex hoc annotandum erit, quòd ſi excommunicatio lata fuerit contra aliquem debitorem niſi ſatisfecerit creditori intra certum terminum, quòd creditore volente vt intra illum non ſoluat, eo elapſo, nō erit excōmunicatus, & cenſebitur pro rogatio facta ex iudicis permiſsione, quia fuit ſecundum intentionem partis ſu'minatæ. Panormi. in capi. præterea. 2. columna ſecunda. numero. 4. de appell. & ibi Cardinal. Idem Cardinal. in clementina prima. §. nos itaque. quæſtione quinta. num. 18. de iure iur. Syluest. verb. Excommunicatio. 2. verſi. 13. Panormi. in capitulo primo. numero. 7. de locat. De hoc latiùs dixi in capitulo ſecū do. de mutu. peti. Declaratur ſecundo. quando Iudex profert excommunicationem ſub conditione, nempe dicendo, Excommunico omnes, qui arma portauerint, vel ordines furtiuè ſuſceperint quia contra faciendo erit rebellis excommunicatus. gloſſ. in cap. vni. de ſagitta. capit. à nobis. 1. de ſententia excommu. capitulo ſecundo. de conſti. lib. 6. ca. præterea. 2. de appell. gloſſa prima. in capitul. biduum. 2. quæſtion. 6. Panormi. in cap. ſignificauerunt. columna quinta. numer. 11. de teſti. & in cap. procurationes. numero octauo. de cenſib. Ideoque conſulentes ſemper attendāt mentem proferentis potiùs, quàm corticem, ſeu formam verborum in prolatione excommunicationis, & de eius valore reſpondere conentur, cùm hoc ſit vtilius animæ, cap. ſignificaſti. 2. de homicid. cap. iuuenis. de ſponſalib. ¶ Item eſt notandū quòd ſemel excommunicatus & denūciatus, ſemper præſumitur eſſe & perſiſtere in eadem cenſura, & erit vitandus, niſi oſtendat ab ea abſolutum fuiſſe, ideo ſemper cuſtodiat literas abſolutionis, vt euitet pœnam huius legis. per regulam, Semel malus. de regul. iur. libr. 6. Hanc ſententiam probat glo. in cap. propoſuit. de cleric. excomm. miniſtr. vbi Panormi. & communis. cap. ſicut nobis & ibi Panormi. de ſententia excommu. Feli. in capitul. ſcribam. numero tertio. de præſump. Rot. in antiquis deciſio. 238. Anchar. conſil. 64. Nicol. Euerardus in topicis iuris. cap. 42. Alciat in tract. præſumptio. reg. 2. præſumptio. 6. Couar. in rep. cap. Alma mater, 1. part. §. 2. num. 6. de ſententia excommu. lib. 6. qui poſt Alciat. loco præcitato hanc opinionem inquit procedere, quando quis fuit ſimpliciter excommunicatus, & nobis cōſtat incidiſſe per literas, ſeu iudicis præceptū de præſenti, non tamen ſi ſub conditione eſſet lata, nam in ea locum non habet hæc præſumptio: potuit enim qui excommunicatur pendente conditione ſatisfeciſſe. Idem tenuerunt Domini de Rot. in nouis. decif. 444. Item etiam quo ad cum communicantes, & in eorum commodum præſumitur abſolutus, ſi communi opinione exiſtimabatur iam abſolutus & liber ab excommunicatione. Item etiam ſi eſſet elapſum tantum tempus à tempore excommunicationis, vt attenta qualitate loci & perſonæ, præſumendum eſſet arbitrio boni viri abſolutum fuiſſe, & ad gremiū eccleſiæ rediſſe-

rediſſe. ſecundum. Panor. & docto. in dict. capit. propoſuit. vnde inſpecta integritate illius, qui olim fuit excommunicatus, eiuſque propriæ ſpiritualis cura & ſolicitudine, liceret cum eo communicare abſque vllo criminis & pœnæ periculo, ſecundum Henric. in cap. cum deſideres. de ſententia excommu. Sylueſt. verb. excommunicatio. 5. dubio. 7. Couar. vbi ſuprà. §. ſecundo. numero. 6. Bartholomæus Fumeus in ſumma. aurea. verb. Excommunicatio. §. 6a. Hodie tamen non tenetur quis excommunicatum vitare ante denunciationem ſpecialem factam à iudice, vt euitarentur altercationes iuris communis, & conſilium præſtaretur hominibus bonæ conſcientiæ. ex præmiſſa extràuagant. Ad vitandum ſcandala. quã optimè refert & declarat D. Couar. in cap. Alma mater. §. 2. num. 7. de ſententia excommu. lib. 6. & congerit ad pondus eam referentes. refert idem Couar. in epitome. 4. Decretalium libro ſecundo. part. cap. 6. num. 9. Dominic. Sot. in. 4. ſentent. diſtinctione. 22. quæſtio. 1. arti. 4. Bartholom. Fume. in ſum. aurea. verb. Excommunicatio. §. 50. Felin. in cap. ad probandum. num. 8. verſiculo ſecundo limità. de re iudicat Archiep. Florenti. 3. part. titul. 21. cap. 3. Angel. in ſum. verb. Excommunicatio. 8. quæſti. 3. Syluest. eod. verb. in. 5. Gabriel in. 4. ſenten. diſtinctio. 18. quæſt. 3. notab. 3. quæ reperitur in actis Concilij Baſilienſis. 2. tomo Conciliorum. fol. 646. Martin. Nauar. in ca. 1. §. laboret. de pœnitentia diſt. 6. Philipp. Decius in cap. à nobis columna ſecunda. verſic. Nota ſecundò. numero quarto. de exceptioni. & ibi ſcripſi dum legerem illum titulum in lectione primaria iuris Canonici pro illuſtri doctore Iubilato, & propter eius nimiam vtriuſque iuris peritiã ſenatore Regio Domini noſtri Regis Philippi huius nominis ſecundi, meoque olim ſelectiſsimo præceptore Domino Antonio ab Aguilera. Refero etiam & declaro in tract. de irregul. cap. de excommunicatione Ex quo Concilio conſtat tũc demum excommunicatum vitandum, cum ab eccleſia eſt denunciatus, & ab ea non ſuſtinetur in communione hominum, vt etiam in præſenti lege Regia explicatur, & infra. l. 2. dicitur, *y las penas de la ley ante deſta no ſean executadas en aquellos excomulgados que por la Igleſia ſon tolerados*. Et ita eſt intelligẽda. l. 9. titul. 18. infrà iſto libro. ¶ Circa intellectum huius legis dubitatur, cum loquatur de excommunicatione maiori, nam de minori non eſt noſter ſermo, Vtrum excommunicationem præceſsiſſe probetur per literas denunciatorias, vel requiratur monitoriarum probatio? Et videtur gloſſ. in capitul. licet, de ſententia excom. per denunciationẽ, ſeu literas denunciatorias excommunicationem præcedentem probari. Quam ad hoc ſingul. dixit D. Couar. in cap. Alma mater. 1. part. §. 3. n. 1. de ſententia excom. Probatur, quia cum quid præmittit, aliquid præexiſtens, & ſecundum ordinem actus neceſſarium, tunc antecedes deducitur: ſed ex conſequenti, hoc eſt, per denuntiationem conſtat de excommunicatione præcedente ergo. &c. l. illud. ff. de acquiren. hæred. l. 2. & ibi Bald. C. de dot. promiſsio. Nota. in cap. ex parte. C. de ſponſali. vbi ex conſequenti deducitur præſumptio ad antecedens. Soluiſti mihi vſuras, debitum principale ſortis probatur. Oſtendo literas gradus Licentiatus vel Doctoratus Salmanticæ habitas, iam inde oſtenditur me Bacchalarium fuiſſe. Itidem oſtendo me in ſacerdotio conſtitutum, deinde ſine alia oſtenſione literarum comprobatur me in præcedentibus ordinibus neceſſarijs inſignitum fuiſſe. † Nec obſtat ſi dixeris, per ſaltum ordine prætermiſſo potuit denunciari, vel ad alios ordines ſeu gradus promoueri, vt contingere ſolet: quia cum habeat ſolitum ordinem, & à communiter accidentibus præſumatur, debitam formam præceſsiſſe, non erit dubium, niſi quòd recte deducatur omne neceſſarium præceſsiſſe, & poſt modum ſequutam fuiſſe denunciationem. Et iſto argumento tutus hanc ſententiam veriorem ſine diſtinctione exiſtimat Decius in cap. paſtoralis. §. verum. col. 1. verſ. 4. nota quod denũciatio. nu. 4. de appell. Sed tamen argumentum a conſequenti non ſemper præſupponit antecedens, niſi cum ſit neceſſarium & omnino contingens. Cùm ergo excommunicationem aliquando contingat nullam, aut iniuſtam præceſsiſſe & defectu debitæ formæ, & in re veritatis non fuiſſe excommunicatum, vel quia forte ad domum fuit notificatã, & ei minimè intimata nec aperta à ſuis familiaribus, & incuſata contumacia ſine eius culpa fuit petita denunciatio, non video, cur ex denunciatione tanquam excommunicatus ſit habẽdus, nulla habita alia probatione, cum ſit leuis & præſumpta probatio, excommunicatio autem apertiſsimis documentis ſit probanda, vt quis excommunicatus repelli poſsit ab agendo. capit. pia. de except. libro ſexto. quo fit, hunc effectum præiudicialem minime probari poſſe per vnum teſtem vel per famam. Antonius in capitulo veniens. 2. colum. fin. de teſtib. Specul. titul. de notorio cri. §. fama. verſiculo. Quid ſi agendo, quod notãdum & ſingulare dictum, & ita ab eo ſententia definitum eſſe dixit Ludoui. Roman. ſingul. 198. incip. Item quæro, an vnus teſtis. ſecundum nouiſsimã impreſsionem habetur numero. 201. & ibi additio. Nicolai. & Gabriel Sarayne. Decius in capit. primo. de poſtula. prælat. numero. 27. idem in capitul. 1. numer. 23. de appella. Iaſo. in rep. l. admonendi, nume. 284. ff. de iur. iur. Hippolyt. in rep. rub. C.

† Adde quod iſtud eſt verum quando agitur an quis ſit clericus ſecus ſi tractetur de habilitate, ad beneficij capacitatẽ, quia ſecus. Vt infra dicetur ad. l. 2. tit. 18. lib. 3. infra in principio.

Digitized by Google

rub. C. de probat. numero ſeptimo. Ioán. And. & Domin. in cap. 1. de exceptio. in. 6. Feli. in rub. de probar. numero ſeptimo. De fama idem ad notarunt. Panor. & Deci. in. cap. paſtoralis. §. ſexto. de offi. delegat. Conar. in cap. Alma mater. 1. part. §. 3. de ſententia excommu. libro ſexto. Si ergo per famā, vel per vnū teſtem non inducitur probatio excommunicationis, multo minus erit dicendum per literas denunciationis, per præmiſſa. ¶His etiam adſtipulatur, quòd per literas denunciationis excommunicationis non probetur quis excommunicatus. glo, in cap. pia de excep. lib. 6. in verb. proprium nomen. quam ad hoc ordinar. dixit Philipp. Franch. in cap. dilectus. columna ſecunda in notab. vltim. num. 13. de appella. & videtur gloſſ. in cap. licet verb. nunciari. ibi. Hoſtien. tamen notat contrarium de ſententia excom. Sed reſolue per vnicam conclusionem. Denunciatio quando obijcitur per viam dilatoriæ exceptionis ad repellendum aliquem ad tempus ne agere poſſit tanquam excommunicatus, ſufficiens eſt, non tamen cum in vim peremptoriæ, & ſic ad inducendum plenum præiudicium. ex glo. in dict. capit. licet. Ludo. Rom. conſil. 249. incip. Dum quæritur. Deci. poſt Panorm. ibi in capit. prudentiam. §. Sexta. dicens hanc communem opinionem. Idem notat Decius cap. paſtoralis. §. verum nu. 4. de appella. Rota nou. deciſ. 252. incip. Licèt ſi cō certatio. ſub titu. De exceptio. Couar. vbi ſupra. Denunciatio enim ex communi obſeruantia totius orbis, nunquam ſolet dari, niſi præmiſsis monitorijs. Ideò regulariter plurimum pro ſe habet præſumptionē, ex tex. celebri in dict. extrauag. Ad vitanda. nde quā ſuprà habitū fuit, & in præſenti, mandaron que qualquier perſona que eſtuuiere deſcomulgada por denunciacion de los prelados. Sed eſt dubium. Aliquis perſiſtit in excommunicatione poſt denunciationem per multum temporis ſpatium, & fuit abſolutus: tandem abſolutione iam obtenta, & reuerſo ad gremium eccleſiæ; accuſatus fuit ad pœnam huius legis incurſam: ipſe reſpondet non perſiſtere, nec eſſe in excommunicatione, & oſtendit literas abſolutionis: eſt dubiū. Vtrum ſit nunc pœna huius legis afficiendus? Videtur quod ſic. Nam deliſtum quo ad euitandam pœnam temporalem propter pœnitentiam impoſitam, à iudice ſpirituali non aboletur, niſi eſſet ſufficiens in vtroque foro, & publice impoſita, & alias puniri poterit à iudice laico. Text. in capitulo ſtatuimus. verſ. Per temporalem præterea de maledic. ubi delinquens in Deum per pœnam impoſitam in foro eccleſiæ, non excuſatur à pœna legum laicorum in foro temporali. cap. fœlicis. de pœni. libro ſexto. nec poteſt reddi ratio ſpecialitatis in eo, prout Doct. dicit; tenentes opinionem ꝯ.dit

nem, quòd punitûs in foro canonico de crimine mixti fori, poſsit puniri iterum in foro Cæſaris. Et eſt communis opinio ſecundum Andr. Alcia. in capitulo pernicioſam. numero. 128. de offi. ordina. vbi eſt text. pro hac concluſione. Secundò confirmatur. Nam quando aliquis delinquit in crimine mixti fori, facit iniuriam legi ciuili, & legi Canonicæ: quia venit contra præcepta vtriuſque: ergò cenſetur ſe obligare pœnis per vtramque legem traditis. tex. in epiſtola. Inter claras. §. liquet. & ibi gloſſ. in verb. ſeipſum. C. de ſumma. Tri. & fide catholi. ¶Vnde ſuccedit vera concluſio, quòd faciens iniuriam duobus, tenetur ad ſatisfactionem vtrique in ſolidum, nec per ſatisfactionem vni factam, liberatur ab altero. l. prima. §. furtum. ff. ſi fami. furt. fecil. dicatur. Bart. in. l. tertia. §. ſi ad plures. ff. de ſepulc. violat. Nec poteſt dici, quòd ſæpius inquiritur de delicto vnius hominis contra textū. in capitulo. at ſi clerici. de iudic. de quo Auguſt. Beroi. in capitulo primo. numero 92. de iudi. & Ioann. in ſumma confeſſo. libro primo. titulo quinto. quæſtione decima. gloſſa. in capitulo. per hoc. verb. ſententia. de hære. libro ſexto. nam illud locum habet in crimine non mixto, & ab eodem iudice, ſecus in mixto, & propter diuerſitatem offenſarum, vel in vno loco non ſufficienter quo ad vtrumque forum punito. Faciunt eleganter tradita ab Antoni. Burgenſ. in capit. vt menſuræ. columna tertia. de emptione & venditione. Nec obſtat ſi dixeris quòd facta pœnitentia cenſetur nouus homo, & ſic tempore accuſationis non reperitur nocens. ex gloſſ. in. l. Imperialis. §. illud. C. de nup. cum alijs adductis in additis ad Segur. in rep. l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum. numero. 73. ff. ad Trebell. & ab Hippolyt. ſingul. 639. nam non eſt puniendus proue ex nunc, ſed prout ex tunc, nempe conſiderato tempore, quo commiſit delictum, contemnendo claues eccleſiæ. l. prima. ff. de pœn. De quo per Bald. in capitulo. cum olim. numero quinto. de reſtit. ſpolia. & in. l. Titius. ff. de teſtam. milit. qui text. facit ad quæſtionem de vulnerato tempore vnius iudicis, qui mortuus fuit tempore alterius, cui cōpetat emenda. Per Boeri. deciſio. quinta numero decimoſexto. & ibi numero decimoſeptimo. & decimo octauo. & ad aliam quæſtionem de qua per me in. l. decima. verſic. Quæro clericus. titulo primo. libro tertio. ordi. colum. 803. Item aliquis miſit ſagittam ex confinibus Caſtellæ, & percuſſit hominem exiſtentē in confinibus Portugalliæ ſeu en la raya, eſt quæſtio, vtrum delictum fuerit commiſſum in Caſtella, vbi fuit delinquens, vel vbi fuit mortuus homo, vt puniatur in loco commiſſi criminis, & ad illum remittatur iuxta. l. 103 lib. pragma. regum catholi? Ad cuius ſolutionem

vid.

vid.Bart.in.l.quod ait lex.§. fin. numero quarto. ff.de adu't.Panormi in cap.fina.num. 25. de foeu comp.† Inſpiciendum ergo eſt tempus commiſsi delicti,& non ſententiæ ad imponendam pœnam. Et ſic excommunicato in caſu noſtræ legis, cùm admiſit & perfecit crimen,claues diui Petri ſic cō temnendo, non petendo abſolutionem eo tempore quo debuit,& potuit.¶ Quæri poteſt, Quis fuit excommunicatus ad petitionem creditoris, & proceſſum fuit contra ipſum per cenſuras grauiores ad denuntiationem vſque, non obſtante comparitione debitoris allegantis & probantis ſe paupertate nimia preſſum, & non eſſe ſoluendo, ideo humiliter petijt abſolutionem: fuit dubium vtrum talis cenſura ſit nulla,& iudex teneatur ipſum abſoluere ante ſolutionem actualem: facit quòd excommunicari non debet, & lata erit relaxanda. Nam excommunicatio eſt ferenda in contumacem ratione contumaciæ,qua ceſſante, non debet inferri,cum ſit obediens, & facit quod in ſe eſt,petendo abſolutionem, dicendo ſuum infortunium,& inopiam, & continet præceptum impoſsibile, & errorem manifeſtum talis cenſuræ cō minatio,ſeu executio.capit.olim.2.de reſti.ſpoli. ibi,inanis eſt actio, quam inanis inopia debitoris excludit.l.nam is.ff.de dol.Iaſo. in.l. qui Romæ. §.Augerius.numero quarto.ff.de verb.oblig. plura enim priuilegia ſunt tributa ratione paupertatis,de quibus per Archidiac.Bellamer. & præpoſit.in cap.pauper.11.quæſtione tertia. Dixi in.l.2 gloſſ.fin.titulo.16. libro tertio.ſuprà. Et erit vnū in ſpecie propoſita,quia qui caret bonis, debitum eſt inexigibile, & inefficax redditur actio contra eum.arg.ca.Odoardus.de ſolut. Item excommunicatio non fertur,vt quis ſit in ea perpetuò, ſed vt eius timore perterritus, obediendo præceptis iuſtis eccleſiæ ſatisfaciat. Si ei poſsibile ſit, prout debet,& abſoluatur,vt omnia iura inſinuant. Cæterum ſi poſſet,& noluiſſet parère mandatis eccleſiæ,eſſet alijs pœnis caſtigandus, & abſolutionis beneficium concedendum à iudice eo inuito, ne indureſcat,& fiat membrum omnino inutile. Facit.ca.presbyter.82.diſtinctio.ibi, ne indureſcat. quem pro notabil.refert Ioan.Lup. in rep. capit. per veſtras.§.18.num.17.columna quarta.fol.66. de donat.inter vi.& vxor.& Iaſo.in.l.quod iuſsit num.41. ff. de re iudic.qui dicunt iudicem eccleſiaſticum teneri interloquutoriam ſententiam excommunicationis latam contra aliquē etiam parte non petente,& manente contumacia excommunicati,ſi viderit ſaluti illius expedire remittere, quando quidem propter excommunicationē efficitur deterior,ex quo videtur eam nullam vtilitatem afferre,ſed contemni, & cum ceſſet ex ea medicina,debet contra illum rebellem illo remiſſo,alio vti remedio. Sententia fuit Diui Thom. quam prædicti adducunt in quarto ſententiarum diſtinction.18. quæſtione ſecunda articulo quinto.cuius dictum vltra alios refert & ſequitur Franchus in capitulo primo.columna prima. numero quinto.de ſententia excommu.libr.6. Barbat. in cap.cùm veniſſent.numero. 100. de iudi. Stepha. Auffreri.in deciſi.258.verſic. Quinimo ſi excommunicatus ex diuturno tempore. Panormi. in. ca. ſignificaſti,numer. 7. de eo qui dux. in matrimo. quam pollu.per adult. Montalu.in.l.13. titulo. 9. part.1. Pro qua concluſione eſt tex.in cap. ea vindicta.23.quæſtione quarta.ibi, Hic enim apertiſsimum exemplum dicitur, quo ſatis apparet poſſe peccatum amore potius vindicari, quam impunitum relinqui, vt illum quem vendicat non pœna miſerum,ſed correctione beatum eſſe velit: paratus tamen ſit(ſi opus fiat)æquo animo plura tolerare ab eo illicita,quem vult eſſe correctum, ſiue in eum habeat poteſtatem coercendi,ſiue non habeat. Ad idem eſt tex.in cap.prodeſt.23. quæſtione quinta.ibi. Sed omnia conſulendi charitate, & nihil fiat inaniter, nihil inhumaniter. Et prædictam ſententiam communem dicit Panormi. in cap.ab excommunicato.num. 20. & ibi Additio. de reſc.Feli.in.cap. 1.numer.16.col.7. de offi. deleg.vbi citat Ioan.And.& Hoſti.in.capitu.Soler. de ſententia excom.libro ſexto. dicentes, quòd pœna excommunicationis imponi non debet, quoties veroſimiliter ſperatur non timeri. Et quòd etiam inuitus poſsit quis abſolui poſt. S. Thomam loco citato, tenet Præpoſit. Alexandri.in.capitulo.denique.in princ. numero trigeſimoſecundo.& ibi declaraui diſtincti. 4. Si ergo quando ille eſt contumax & tyrannus eſt abſoluendus, quanto maiori ratione quando eſt obediens,& impotens ad ſoluendum debitum in ſpecie deducta? † Nemo enim excommunicatur, niſi ſubſiſtente debita materia, quæ eſt peccatum mortale,& contumacia.capitu.nemo.2.11. quæſt. 3.Deciſ.Capellæ Tholoſanæ. 298. ſed paupertate preſſus non eſt contumax, ſed miſerabilis, & percuſſus à Deo afflictione magna, ergo non debet addi afflictio. capitulo. cùm percuſsio. ſeptima quæſtione prima. Et ad dictum diui Thomæ,& pro eius declaratione eſt addēdus Richar. de Media villa in quarto ſententiarum. diſtincti. 18.articul.10.quæſtione prima.Felin.in.capit.Apoſtolicæ.nume.2.de exceptioni.Imol. in clem. Cum ſecundum ſtatuta.nu.3.de pœni. & remiſſ. Panor.in.c.clericos.nu.5.de cohabi. cleri. & mulier. Et ſic aduertāt iudices,ne procedāt per cenſuras,vbi ceſſat cauſa formalis & materialis in qua ſe debent fundare, & ſeruent ordinem & modum in prolatione earū,cū cenſura excōmunicationis ad

† Adde Socinum in ca. poſtulaſti n. 5., de foro compe tenti. & Bartol.in l. libellorum n.7. ff. de accuſatio.

† Adde quod ſi fur efficiatur im potēs ad partē ſatisfaciendā, debet abſolui præſtita cautione Vt ſi deueniat ad pinguiorē fortunā ſoluere teneatur argumēto. c.Odoardus de ſolutio. & iſta eſt cō munis praxis tradirq; Naua. in manu.c.27. n.43.verſi. Praſuponemos

articulo decimo. quæſtione tertia. Couarruuias in cap tu'. Alma mater. prima part. §. vndecimo. numero decimotertio. de ſententia excommuni. libro ſexto. qui intelligit prædictam opinionem veram eſſe, quoties cauſa tacita, fuit æquè principalis ad excommunicandum: alioqui valet abſolutio, ſecundùm Panormi. & Henri. in dicto capitulo. cùm pro cauſa. Felin. in capitulo. quod ſuper. ad fin. de fide inſtru. docto. in clementina ſecunda. de ſententia excommu. Ex quibus manifeſtè deducitur, etiam abſolutionem validam eſſe in hoc caſu, ſi cauſa, quæ expreſſa non fuerit, minimè auertiſſet prælatum ab abſolutione, licet expreſſim eſſet ſignificata. Ita poſt Paluda. ſenſit Couar. loco proximè citato. Qui Pulchra etiam propoſitis ſimilibus adducit lib. Varia. cap. quem refert D. Antoni. Queſada libro primo. Diuerſ. capitulo ſexto. num. ¶ Secunda concluſio. Pluribus excommunicationibus ligatus petens ab excommunicatione abſolui, vnius tantum mentionem faciens, à reliquis non expreſsis, non cenſetur abſolutus, etiam ſi indefinite fuerit ab excommunicationibus abſolutus, refertur etenim hæc abſolutio indefinita ad excommunicationem in petitione commemoratam. ex. l. ſi de certa. C. de transactio. gloſſa in dicto capitulo. ex parte. & in citato. capitul. cùm pro cauſa. vbi Anto. Henri. Panormi. & Feli. Anchar. in clementina ſecunda. de ſententia excommu. San. Thom. in. 4. diſtin. 18. quæſtione ſecunda articulo quinto. Couar. vbi ſuprà. qui intelligit, procedere, etiam ſi abſolutio ab excommunicatione generalis ſit, nam ad expreſſam, & petitam tantum refertur, propter rationem dict. l. ſi de certa. ¶ Tertia concluſio. Excommunicatus pluribus excommunicationibus vnica tãtum abſolutione ab omnibus abſoluitur, ſi omnes fuerint abſoluenti expreſſæ, & ſignificatæ. arg. l. ex pluribus. ff. de acceptilatio. Et eſt cõmunis ſententia in hac concluſione ſecundum in locis præcitatis, nec continet aliquam controuerſiam ſecundùm Couar. loco præmemorato.

¶ Quarta concluſio. Qui excommunicatũ poteſt ab omnibus excõmunicationibus abſoluere, vnica tantum abſolutione omnes tollit, non tantum ſibi expreſſam, vbi ſcientiã omnium excommunicationum habens, indiffinite excommunicatum abſoluerit, hoc ſanè ex ipſius abſoluentis mente præſumpta, vt notat Henri. in. c. cum pro cauſa. de ſenten. excom. Ioan. in ſum. confeſſorum. lib. 4. ti. 33. quæſti. 120. Couar. vbi ſupra. ¶ Quinta ſit concluſio. Ligatus pluribus excõmunicationibus, ab omnibus, etiam vnica tantum expreſſa in petitione, abſolutus cẽſetur, quoties qui abſoluit, ita generaliter dixerit, Abſoluo te ab hac excõmunicatione, & ab omnibus alijs, quibus ligatus es, quarũ nec memineris, nec memoriam habes, ea enim eſt abſoluentis mens, vt & ad oẽs alias excõmunicationes velit abſolutionẽ extẽdi. Ita notat in ſpecie Ioan. in ſum. confeſſ. & Henri. in locis proximè adductis. ¶ Sexta aſſertio. Abſolutio indiffinita ab excõmunicatione, exhibita ei, qui pluribus eſt excõmunicationibus ligatus, vnica tantum in petitione nominatim expreſſa, etiã quo ad alias ſufficit, quoties veriſimili coniectura præſumi poterit abſoluentem, & à tacitis excõmunicationibus nihilominus abſoluturum, ſi earum ſcientiam habuiſſet. Palud. in. 4. ſentẽ. diſt. 18. q. 5. col. penu. verſi. Quarta. ¶ Septima cõcluſio. Præmiſſæ concluſiones locũ habent, cum abſoluens habet poteſtatẽ abſoluendi ad omnibus excõmunicationibus, alioqui, nulla poſſet contingere ratio dubitandi. ¶ Octaua concluſio. Pluribus excõmunicationibus ligatus, pluribus abſolutionibus, vel vnica ab omnibus abſoluatur. tex. gl. & communis in. c. cum pro cauſ. de ſenten. excom. Quã cõmunẽ dicit Couar. in repe. c. Alma mater. 1. par. §. 11. de ſenten. excom. lib. 6. ¶ Nona cõcluſio. Abſolutio ab excõmunicatione, obrẽta ex falſa cauſa eſt nulla, nec prodeſt excõmunicato. c. officij. de ſenten. excõ. c. cũ pro cauſa. eo. tit. gl. in. c. ex parte. de offi. ordi. Tho. in. 4. ſent. diſt. 18. q. 2. art. 5. l. 29. titu. 9. part. 1. Couar. omnino videndus in. d. §. 11. nu. 14. verſi. Septima concluſio. ¶ Decima cõcluſio. Excõmunicatus pluribus excõmunicationibus à diuerſis iudicibus, debet impetrare abſolutionẽ ab vnoquoq; ex iudicibus illã proferẽte, cùm illius ſit abſoluere, cuius fuit cõdẽnare. Pan. per tex. ibi in. c. officij. de ſent. excõ. Palud. in. 4. ſenten. diſt. 18. q. 5. co. 8. in ar. 3. & Richa. q. 3. ar. 10. Pan. in. c. prudentiã. §. ſi vero. nu. 5. de offi. deleg. tex. in. ca. paſtoralis. §. præterea. de offi. ordi. vbi vnus prælatus nõ põt tollere ſentẽtiã ab alio latã. ergo &c.

¶ Quæritur, Vtrum excõmunicãs, vel ſuſpendens aliquẽ iniuſte, teneatur ei reſarcire dãnũ & intereſſe? Reſpõ. teneri. gl. fin. in. c. ad reprimendũ. de offi. ordi. tex. & glo. in. c. ſi canonici. §. ſi autẽ cauſa. de offi. ordi. lib. 6. ca. 1. §. ſuperior verò. de ſent. excom. lib. 6. ibi. latorẽ excõmunicato ad expenſas & omne intereſſe cõdẽnetur. Pan. in. c. 1. n. 34. vbi dixi. vt lit. non conteſt. Suadetur: nam dãnũ alteri illatum, qui fuit cauſa damni, tenetur ad ſatisfactionem læſo. c. fin. de iniur. imò non ſolum in ſpècie propoſita poterit agere ad intereſſe, ſed etiã actione iniuriarũ contra excõmunicatorem. glo. in cap. non in perpetuum. verb. ſacrilegij. 24. quæſtione tertia. tex. in capitu. illud. ead. cauſa & quæſtio, vbi gloſſ. Ad idem tex. in capit. ſacro. de ſenten. excommu. ibi, cumque aduerſus excommunicatorẽ de iniuſta excõmunicatione cõſtiterit, excõicator cõdẽnetur excõmunicato &c. Fa-

cit ratio pro comprobatione. Nam qui aliquem denunciat excommunicatum, implicite eum in honeſtum vocat, cùm excommunicatus perſona infamis & inhoneſta ceuſetur. ſecundum Anto. Butri. in cap. conſtitutus. columna ſecunda. libr. Marti. Nauar. in rep. ca. cùm contingat pag. 168. de reſcrip. probat Regia. l. 20. titul. 9. parti. prima. Et quòd excommunicatus ſit infamis, notat Roma. ſing. 675. & 682. Tiraquel. de vtroq; retract. libro primo. §. 1. glo. 9. num. 271. ¶ Dubitatur, An abſolutio ab excommunicatione peti poſsit per procuratorem? Dicendum eſt poſſe, dum tamen procurator habeat ſpeciale mandatum ad ipſam petendam. Priorem partem probat glo. in cap. de manifeſta. verbo. iudicaui. 2. quæſtione prima. & gloſſ. in cap. quanto. verb. epiſtolam. 2. quæſtio. 5 Panormi. in cap. venerabilem. colum. 8. num. 23. de electio. Poſteriorem partem concluſionis probat glo. in cap. qui ad agendum. verb. vel paciſci. de procura. libr. 6. Specul. titulo. de procuratore. §. 1 num. 5. & ad eum ibi Ioann. And. Rota noua deciſio. 426. numero ſecundo. Archidiac. in cap cum aliquis. numero primo. 11. quæſtione tertia Ratio quia beneficium abſolutionis petenti tantum eſt concedendum, cap. legatur. 24. quæſtio. 1. nec inuitus poteſt abſolui. glo. in cap. ſignificaſti. de eo qui dux. in matri. quam poll. per adult. Quam limita vt ſuprà dixi ex ſancto Thom. niſi propter excommunicationem efficiatur dietim deterior, quia tunc inuitus poterit abſolui. Sequitur Iacobin. à Sancto Georgio in. l. nec emere. verſiculo. Quæro circa. C. de iure deli. Et excommunicatus quod poſsit petere ſecundum ſtylum curiæ abſolutionem per procuratorem, ſi ad id habeat ſpeciale mandatum, quanuis de rigore iuris ſecus ſit, tenet Ioan. And. poſt Hoſtien. in cap. cum deſideres. de ſententia excom. vbi latè Felin. numero. 2. Sed dic, quòd licentia ad abſoluendum dari poteſt per procuratorem, ipſa tamen abſolutio perſonalis eſt, quia debet ſe oſtendere verè pœnitentem, & in abſente non poteſt ſeruari forma abſolutionis, quæ eſt per manus impoſitionem, ſecundum Pet. de Bellapertica in auten. Interdicimus. C. de epiſco. & cler. Innocen. in dict. ca. cum deſideres. & quæ tradit Ioan. Milis in reperto. verbo. Excommunicatio. verſic. Excommunicatus poteſt per procuratorem. fol. 65. colum. 4. Petitio ergo abſolutionis fit per procuratorem, executio verò abſolutionis requirit præſentiam domini, hoc eſt excommunicati, qui oſtendere debet abſoluenti ſigna contritionis, nec requiritur, vt perſonaliter excommunicatus compareat coram iudice excõmunicante, ſed ſufficit, quod petat per procuratorem ſyndicum, ſeu fiſcalem ſi iudex eſt. ex Bal. in authen. interdicimus. nu. 2. C. de epiſco. & clet. Et in practica eſt optima reſolutio, & ſeruatur vbique de ſtylo curiarum. ¶ Quæro præterea, Vtrum iudex eccleſiaſticus primæ tonſuræ ordine tantum inſignitus habens iuriſdictionem excommunicandi, habeat per ſe ſine commiſsione ad ſacerdotem abſoluendi, & ſic quod talis poſsit immediate abſoluere excommunicationis vinculo à ſe ligatum? Et quanuis multi teneant abſolutionem ab excommunicatione non poſſe præſtari & miniſtrari, niſi ab eo, qui ſacerdos eſt, quãuis iuriſdictionem habeat ordinariam, vel delegatam, tenendum tamen eſt de iure poſſe, etiam ſi exhibenda ſit abſolutio ab excommunicatione ab eo lata cum ſolenni forma. tex. in capitu. nobis. 2. de ſententia excommu. Probat latè & eleganter Couar. in repe. cap. Alma mater. 1. part. §. 11. num. 10 verſi. Poſt hæc merito dubitatur. de ſententia excommuni. libr. 6. Sed tamen abſolutionem ſemper iudices committere ſolẽt alicui ſacerdoti, qđ iuſtum & æquum eſſe conſtat, cum non ſit ipſe ſacerdos, licet habeat iuriſdictionem, actus tamen, qui fit per manus impoſitionẽ, ad ſacerdotes pertinet, vt ſanentur ægri, iuxta illud Matth. Super ægros manus imponent, & bene habebũt Et ſenſit Hoſti. in ſum. de ſententia excom. §. quis poſſit abſoluere. Sylueſt. verb. Abſolutio. 1. notab. 3. verſi. Quintus. Cardi. in dicto capitulo. à nobis. 2. oppoſ. & plerique alij relati ab Hẽrico Botthæo in tract. De Synodo. 3. part. articulo. 5. quæſti. 12. qui ſuadet hanc opinionem tutiorem eſſe. Ideoq; cum ſit decens & ſtylo comprobata, ab ea nõ erit recedendum, quanuis in puncto iuris prior eſſet probanda.

¶ Quæritur etiam, Vtrum lex iſta pœnalis in materia ſpirituali, prout eſt excommunicatio, & eius effectus valeat, cùm ſit à laico (& ſi à rege catholico) ſtatuta? Videtur quòd non. Nam punitio excommunicati propter eius rebellionem, pertinet ad offenſum, qui eſt iudex eccleſiæ, in cuius contemptum in excommunicatione perſiſtit. Tum etiam, quia crimen eccleſiaſticum eſt proueniens ratione commiſsi aduerſus claues eccleſiæ, & talis pertinacia cenſetur hæreſis capitul. cum contumacia. de hæreti. libro ſexto. † Item etiam videtur ſtatutum epiſcopi contra excommunicatos qui perſtiterint per menſem aut annum, antequam abſoluantur, in pœnam ſoluant certam quantitatem pecuniæ, inualidum eſſe, quia videtur pœna pro abſolutione, & ſpeciem ſimoniæ continet. per capitul. ad noſtram. & capitul. nemo. de ſimonia. Refert Romanus ſingul. 345. incipienti.

† Adde quod in de oritur ſuſpicio de hæreſi & contra cũ tãquã cõtra ſuſpectũ poteſt procedi. ex Con. Trident. ſeſ. 25. de reforma. c. 3.

¶ Statutum epiſcopi. Ergo ſiue à iudice ſpirituali, ſiue ab eccleſiaſtico ſtatutum ſit, non valet per præmiſſa. ¶ Sed reſolutiuè dic, quòd ſtatutum

Digitized by Google

chas penas ſean partidas en tres partes. La tercia parte para la nueſtra camara. Y la otra tercia parte para el Merino : o juez que la executare:y la otra tercia parte para el Prelado q̃ la dicha deſcommunion puſiere. Y mando que las dichas penas no ſe arrienden, por eſcuſar cautelas y eſtorſiones de los arrendadores que dauan cauſa que los deſcommulgados perſiſtieſſen en ſu dureza.

ſtatutum pœnale in ſpecie noſtræ legis ponit pœnam propter contumaciam, quæ conſtat iudici ſeculari per denunciationem prælati, ideoque ſicut de alijs criminibus, de quibus ei conſtat, vt de vſura, de blaſphemia, & huiuſmodi, & ſi merè, vel mixtè eccleſiaſtica ſint ab eo puniri poſſunt, quia non agnoſcit iudex ſecularis, vtrum excommunicatio iuſta vel iniuſta ſit, nec an crimen ſit blaſphemiæ, vel cõtractus illicitus ex vi vſuræ & declarationis, & ſic de quidditate aliorum criminum, quorum diffinitio ſpectat ad iudicium eccleſiæ, Sed prout iſte reperitur tale crimen commiſiſſe, poterit puniri à rege, vt in præſenti lege propter ipſam contumaciam, & ab vtroque iudice eccleſiaſtico poterit puniri, vt ſuprà dictum eſt, quia ſi iſte excommunicatus ſatisfaciat omnino alteri, cuius cauſa fuit excommunicatus, & ſit abſoluendus, ſine exactione pœnæ, præſtita tamen abſolutione, ab eo pœna exigi poterit, vt ſuprà dixi. Et in punctis huius regiæ conſtitutionis poſuit optimus practicus Epiſcopus Ciuitatenſis. D. Couar. in epitome. 4. Decretal. 2. part. cap. 6. §. 8. verſic. Decimò hic notandum eſt. num. 17. & ita ab ipſo defenditur. l. 1. titulo ſecundo, ſuprà hoc lib. 8. cum cæteris legibus pœnalibus in criminibus eccleſiaſticis in dict. cap. ſexto. in princ. num. 18. chart. 60. colum. a. verſi. Cur tamen non licebit. quòd epiſcopi tale ſtatutum valeat, quia eſt in pœnam contumaciæ, & non pro abſolutione, & eſt rationabile, vt excommunicatus citius conuertatur, & inducatur ad gremium eccleſiæ. Tenet Hoſtien. Ioan. Andr. Cardi. & Felin. in cap. ad aures. de ſimonia. Ludoui. Roma. & eius additiona. in ſingul. 345. nec vllum peccatum in exactione pœnæ eſt, ſiue impoſita ſit pœna ab eccleſiaſtico principe, ſiue à ſeculari propter delictum, vel perſiſtentiam in crimine, vel actu reprobato propter aliquam iuſtam cauſam, vt quia imponitur pœna fœneratoribus & vſurarijs, nuptijs prohibitis ſe immiſcentibus abſq; diſpenſatione legitima, & blaſphemantibus nomen Domini, vel ſi ſit prohibitio, ne detur occaſio delinquendi, vt non alloquatur fœminam, cum qua eſt diffamatus, vel ne ſe immiſceat ludo chartarum, vel ne tranſeat per talem locum, ne inuitentur inibi habitantes ad rixam, cum fortè ſit habitus pro ſuſpecto de aliquo exceſſu, vt fieri ſolet à iudicibus cautis. vt dixi in l. fin. in gloſſa prima. titulo 23. lib. ſecundo. ordin. column. 718. poſt Fortun. in tract. de vltim. fin. vtriuſque iuris illatio. 18. Et apud omnes eſt receptiſſima opinio ſecũdum D. Couarru. vbi ſuprà. capitulo ſexto. §. 8. numero vndecimo, verſi. Quartò ex eadem ratione. Nec executio pœnarum eſt differenda, cùm interſit reipublicæ ne differatur. l. ſi quis fortè. ff. de pœn. notab. ſecundum Iaſon. in. l. ſeruus. in princ. num. ſecundo. ff. de legat. primo. Et creſcente contumacia, augeri debet pœna, quæ ex ea cumulatur. l. relegati. ff. de pœn. plures enim pœnæ ſunt ſtatutæ propter contumaciam, vt diximus ſuprà in l. 1. verb. *le fuere mandado*, columna. 933. verſic. Quis dicatur contumax. titulo quarto. libro tertio. ordin. Et excommunicatus perſiſtens per annum in excommunicatione, non videtur bene ſentire de fide, nec de ſacramentis, cùm non faciat, nec durante excommunicatione facere poſsit, quod Chriſti fideles faciunt, & facere tenentur, quod non longè à crimine hæreſis diſtat, ideò inquiſitores procedere poſſunt contra talem. Ioan. Lup. in repet. capituli per veſtras. §. 18. numero vigeſimoquarto. & vigeſimoſeptimo vbi citat hanc regiam legem. Et dicit quod mulier poteſt repetere dotem, quia vergit ad inopiam, eo ipſo, quòd Inquiſitores hæreticę prauitatis poſſunt procedere aduerſus eum, in quo proceſſu non modicæ fiunt expenſæ. Et ita etiam tenet Ioan. Franciſc. Ripenſ. in rep. l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrimo. num. 44. vbi vide plura contra excommunicatum.

a *Pague ſeyſcientos marauedis de moneda vieja.* Declaratio monetę antiquę ponitur per. l. 114. in legib' ſtyli. Optimè per Doctorem noſtrum Salmantinum Epiſcopum Ciuitatenſem meritiſsimum in tract. veterum collatio numiſmatum. cap. 5. nu. 1.

Digitized by Google

El Rey don Alõſo de peticion.

Las penas dela ley ante deſta no ſean executadas en aquellos excommulgados, que por la yglesia ſon tolerados.

Tit. VI. De los perjuros y falſarios.

Ley. I. La pena de los q̃ ſe perjurã.

¶El Rey don Iuã. II. en Valladolid. Añn de mil cccc. xlij.

Por quitar que algunos ſe atreuen en peligro de ſus animas a quebrantar a ligeramente los juramentos que hazen. Mandamos q̃ qualquier perſona, o perſonas de qualquier eſtado, preeminencia, o dignidad que ſean. que quebrantaren, o no guardarẽ el juramento que fizieren ſobre qualquier cõtracto q̃ por el meſmo fecho, pierdan y ayan perdido todos ſus bienes para la nueſtra camara.

¶*Titulus ſextus. De periuris & falſarijs.*

¶Lex. I.

a ¶ *Quebrantar.* Infringens contractum iuramento firmatum propter periuriũ puniẽdus eſt in amiſſione omnium bonorum, & ipſo facto applicantur Cameræ Regis. Pro cõfirmatiõe eſt. l. ſi quis maior. C. de tranſact. quæ alias pœnas imponit periuro. Cuius hęc ſũt verba, Si quis maior annis vigintiquinque aduerſus pacta, vel trãſactiones, nullo cogente imperio, ſed libero arbitro & voluntate confectas putauerit eſſe veniendum, vel interpellãdo iudicem vel ſupplicando principibus, vel non implẽdo promiſſa, eas autem inuocato Dei omnipotentis nomine ſolidauerit, non ſolum notetur infamia, verum etiam actione priuatus, reſtituta pœna, quæ pactis probatur inſerta, & rerum proprietate careat, & emolumento, quod ex pactione, vel tranſactione illa fuerit conſecutus. Itaque omnia eorum mox commoda deputabuntur eis, qui intemerata pacti iura ſeruauerint. Prædictam legem citat Couar. in epitome. 4. Decretal. a. part. cap. 6. numero. 20. quòd lex ciuilis poteſt ſtatuere pœnam contra periuros, licèt crimen eccleſiaſticum ſit. Roma. conſil. 512. & ſic per præmiſſam. l. ſi quis maior. periurium punit. Et locum habet in omni promiſſione & cõtractu iuramento firmato: quia lex magis conſiderat ipſum periurium, quam qualitatem contractus. quod eſt de mente dictæ. l. ſi quis maior. & noſtræ regiæ ſanctionis. ibi, *ſobre qualquier contracto.* Tenet Ioan. Ferrarienſ. in practica. tit. Forma libelli vt pacta ſeruentur. verb. Tranſactiones. num. 13. reputans notabile dictum ex glo. iuncta tex. in. l. quoties. in verb. priuatos. C. de dign. lib. 12. Notat Caſſanæ. in conſuetudi. Burgũd. rubr. 10. *des cenſes.* §. 12. verb. ori *par le ſerment.* num. 25. fol. 345. colum. 4. verſic. Ciuiliter autem agendo. refert Alexan. conſi. 76. volum. 5. colum. 3. num. 9. Periurus non admittitur in teſtẽ etiam ſi emendatus eſſet, nã perdit per periurò fidem aliquid probandi per ſuũ iuramentum. gloſſ. in capi. p tuas. verb. adulterij. de ſimon. glo. in cap. teſtimonium. de teſtib. Facit tex. in cap. paruuli. 22. quæſtione. 5. Felin. in cap. ex parte. de teſtib. Alexand. & Iaſo. in. l. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis cau. Hierony. Gigas in tract. De crimine læſæ maieſta. q. 11. numero primo. pag. 238. nec peracta pœnitentia eius teſtimonium valet. gloſſa. in. l. qui cum vno. §. qui ignominia. ff. de re milit. quam notandam dicit Bald. in. l. Lucius. in fin. ff. de his qui not. infam. Didacus Caſtellus in l. 13. Tauri. in verb. *veynte y quatro horas.* nume. 12. l. 13. ibi. *e nunca mas vala ſu teſtimonio.* titu. 12. lib. 4. for. leg. Alciat. de præſumpt. regul. 2. præſumptio. 10. vbi, quòd teſtis ſemel periurus, non facit indicium non ſolùm ad torturã, ſed non ad informandam inquiſitionem per text. in cap. ſicut nobis. ad fin. de teſtib. conſuluit ita Raphael Fulgo. conſi. 107. & conſil. 173. Deci. conſi. 189. libro primo. Dixi ad Segur. in rep. l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum. num. 73. ff. de leg. 2. Et per præmiſſa eſt tenendum, quòd conuictus de periurio in vna cauſa, non admittitur amplius ad teſtimonium. text. & ibi Panormi. in cap. ex parte de teſtibus ſecundum tex. in dicto capitulo. paruuli. 22. quæſtione quinta. l. ex ea. ff. de poſtul. nota. in dicto capit. teſtimonium. Et ſic acta in vno iudicio, faciunt fidem in alio, & inter alias perſonas

notat Matthæus de Afflictis in conſti. Neapolitan. libro tertio,rub.55.in conſtitutione.Eos qui ſcienter.num. 27. De pœnis periurij ſunt videndi. Caſſanæ. in d.rubric. 10. §. 12. & Ægid. Boſi. in practica crimin. tit. De periurijs. pagina. 401. Ioan.Bernard.in practica Canonica.cap. 86. † & in capit.48. in capitibus prætorum. vbi Franciſcus Auiles.in verb.*Qualeſquier juezes*.numero primo. quærit quis ſit iudex competens ad puniendos periuros. Iuramentum tamen interpoſitum in contractu non obligat ex vi iuramenti ſucceſſorem,cùm ſit perſonale.cap.veritatis.de iur.iur. Guiliel.Caſſador.deciſi.2. ſub tit. De iureiurando.Ioan. Andr. in capit. fin. de ſepultu.columna prima. vbi inquit, quòd hæres non obligatur ex iuramento defuncti, neque eius occaſione poteſt trahi ad forum eccleſiaſticum.& doct. communiter firmant in dicto capitulo.veritatis.vt refert & ſequitur ibi Panormit. colum. fin.quòd iuramentum non tranſit in hæredem etiam ſi quis iuraſſet pro ſe & ſucceſſoribus, ac hæredibus,& tales nunquam ſunt periuri ex iuramento defuncti, capit. pen.de iur.iur. Ratio,quia in ſpiritualibus ligatur anima,quæ ſine proprio conſenſu ligati non poteſt, idcirco in eis requiritur ſpeciale mandatum. cap. fin. de iur. calum. lib.6. Secùs in temporalibus, in quibus obligatio tranſit in hæredes.l.vni. vt actio. ab hæredi. & contra hæred. incipiant.l. veteris. C. de contrahend. & comm. ſtip. Couar. in rep. cap. Quanuis pactum.1.par.§. 5. num. 7. verſi. Verum cùm in iuramēto tractetur. de pact. lib.ſexto.Ex qua declaratione infertur, iuramentum recognitionis, vel approbationis homagij, vel alicuius contractus, non tranſire ad hæredes iurantis; ideoquè ſucceſſor tenetur nouum ſacramentum fidelitatis Domino feudi, ſeu emphyteuſis præſtare: nam etiam ex iuramento ſui prædeceſſoris pro ſe & eius ſucceſſoribus præſtito,non potuit obligare ſucceſſorem, cùm iuramētum ex parte iurantis ſit perſonale,atq; ideò tenetur ſucceſſor iuramentum fidelitatis præſtare, vt ex eo obligatus maneat,& rem feudalem retinere poſſit.Bald.in cap. quæ in eccleſiarum.colum.penu. verſic. Sed nunquid num. 38. de conſti. Doct. in capit.veritatis.de iur.iur. Iacobin. à ſancto Georgio in tract. de feudis.verb. qui quidem inueſtiti. verſi.Amplius dico. colum. 20. num.36. Bald.in l.litigator. C. de fructib. & lit. expenſ. Aluar.in capit.primo. in princ. numero ſeptimo. quæ fuit prima cauſa beneficij amittend. Carol. Molinæ. in conſuet.Pariſienſ.libro primo.§.2.gloſſ. 4.numero. 47.Couarr.in rep capit. Quanuis pactum. 1.part.§.5.numero quinto.de pact. libr. 6. Et iſta opinio quòd teneatur iteratò iurare fidelitatem ſucceſſor mortuo vaſſallo, etiam ſi vaſſallus pro ſe & ſucceſſoribus iuramentum interpoſuerit ratione præmiſſa.Contra Bald.in.l.vni.§ excepto. C.de caduc.tollen.& Iaſo.conſi.159.colum. tertia libro ſecundo. ¶ Infertur ſecundo. quod quanuis ratione iuramenti interpoſiti à laico in cōtractu ſortiri debeat forum eccleſiæ, cùm agitur in ea lite ad obſeruationem iuramenti,vt eſt caſus in ſignis in cap. fin.de for.compet. lib. 6. etiam ſi lis fuerit coram ſeculari cœpta ſuper contractu iurato,poterit cōueniri ratione obſeruationis iuramenti appoſiti in contractu coram eccleſiaſtico iudice. ſecundùm Bald.in.l.1.C. de reb. credi. & Apoſtilla ad Barto.in.l. ſepulchri. ff. de ſepulch. viol.& Additio. in Panormit. columna tertia. in cap.cùm veniſſent.de iudi.Iaſo. in l. nulli. num. 7.C.de iudic. & non ſolùm erit iudex competens quo ad cognoſcēdum de valore iuramenti & eius relaxatione, ſed etiā quo ad contractus reſciſſionem. vt eleganter probat Io.Franciſ.à Rip.in repe.rub.extra de iudi.num.27.& ideo.leges noſtri regni prohibent, ne iuramenta interponantur in contractibus à laicis,ne defraudetur ex interpoſitione iuramenti iuriſdictio regis.vt cautum eſt in l.6.titulo primo.lib.tertio. ordin. Et ibi dixi aliqua pro eius intellectu,& in illo loco contra Ariū Pinel. tenuimus. Et noſtram ſententiam retulit & fuit ſequutus illuſtris vir genere & literis laudatiſſimus, regiſque noſtri præſtantiſſimus Senator D.Antonius Meneſius in rep.l.2.num. 35.C. de reſcindenda venditio. Deciſio tamen dicti capit.fin.locum habere, cùm agitur ad obſeruationem contractus iurati, cōtra ipſummet iurantem non autem quando agitur contra eius hæredem, nam eius hæres non poterit conueniri in foro eccleſiæ,cum iuramentum fuit perſonale ex parte iurantis,& tex.ille procedit ratione iuramenti,vt periuria euitaret.Ioan.Andr.& Panormi. in cap. fin.de ſepultu.Bald. in authen. ſacramenta puberum.C.ſi aduerſ.vend.& iterum in rub.de iur.iur. Antoni.& Panor.colum.9.& Felin.num.9.in capit.cùm ſit generale.de for.comp.Rom.ſingulari.216.Paul.Pariſi.conſi.75.columna prima. & vltima, libro tertio.Couar. in rep. dicti cap. quanuis pactum.numer.6.in prima part.§.5. Quæ omnia ſunt menti tenenda pro intellectu iſtius legis. Et vtrum lex ciuilis poſſit prohibere,ne iuramenta in contractibus apponantur, & talia iuramenta annullare,dixi late in.l.1.verb.*No la puede alegar.* colum.1024.verſic. Prætereà & eius præceptum. tit.8. libro tertio ſuprà. Quanuis ergo iuramentum ex parte recipientis quandoque ſit perſonale,quandoque reale,ex parte tamen iurantis ſemper eſt perſonale.prout concludit.Panorm.in dicto cap. veritatis. & ſic non ligat hæredem eius, quo ad cēſuras,& penas animæ, ſed reſpectu pœnæ ca-

*Adde tamen qualiter ſit concipiēdus,libellus contra periurum vid. Iaſ.in paragrapho Item ſi quis (poſtulante, n.67.Inſtit.de actionib.

næ caducitatis, ac reſolutionis contractus ſunt variæ doctorum ſententiæ, prout fuerunt in prætorio Rottæ, teſte Guilielm. Caſſadoe. de ciſ. ſiu. numeco. 11. ſub tit. De iur. iur. fo. 111. colum prima.

¶ Quæri ſolet, Vtrum diſpoſitio iſtius legis locũ habeat in eo, qui aliquid promiſit facere, vel ſoluere creditori ſub fide & homagij vt nobiles facere ſolent, dicendo ad tactus palmarum. *Yo es lo prometo y doy mi palabra à fe de hombre hijo dalgo ò cauallero*, & poſtea nõ ſoluit, an poſsit accuſari de peeiurio? In quo dubio videtur dicendum poſſe, cum quo ad Deum nulla eſt differentia inter iuramentum & fidei præſtationem, cap. ecce dico. 22. quæſtione quinta. cap. etſi Chriſtus. de iur. iur. Pro quo videtur gloſ. in capit. clericus. de iur. iuran. & videtur ſentire Cynnus in. l. fi. C. de fideiuſ. Specu. tit. de arbi. §. ſequitur. verſ. Sed pone compromiſſum per fidem. & in tit. De iur. iur. §. 1. verſ. Et nota. & in verſic. Et in ſumma. not. gloſſ. Panor. & docto. per tex. ibi in capit. querelam. ne prælat. vices ſuas. idem Panormi. & Feli. in cap. querelam. de iur. iur. Archidiac. in ſumma. 22. quæſt. 1. Et pro hac parte vrget text. in cap. ad aures, ibi, iuramento vel fide interpoſita. de his quæ vi metus ve cauſa fiunt. quem commendat Iaſo. in. §. Item ſi quis poſtulante. num. 54. Inſti. de actio. Alij verò tenent contrarium, quòd quanuis talis promiſſio per fidem ſit iuramentum, non tamen fidei violatorem de qua ſuprà puniendum pœna ordinaria, vt puniretur qui iuramentum tactis ſacris violaret Ita Archidia. in capit. primo. de ſepultu. lib. ſexto. & in cap. iuramenti. 22. quæſtione quinta. Alij verò indiſtinctè dicunt cõtrarium, imò quod non eſt periurus: quia ad hoc vt quis dicatur peeiurus in foro iudiciali, iuramentum debet præcedere ad ſacra Dei Euangelia, & tactis ſcripturis. Cyn. in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendi Archidiac. in capit. vt circa. de elect. libe. 6. Felin. in capitu. querelam. de iur. iur. Matthæ. de Afflict. in conſti. Neapolit. cub. 55. libro tertio. nume. 11. verſic. Quintò quæro. per doctrinam Innoc. in. dict. capitulo. etſi Chriſtus. & Cardi. in clementina prima. §. porrò. de hæreti. ſubijciens, quòd tamen punietur arbitrariè per. l de periucio. ff. de crimi. ſtellionatus. Tradit etiam Matth. de Afflict. in capitulo primo. §. Item ſacramenta num. 23. de pace iur. firm. libro tertio feudo. Et qđ fides ſeu homagium idem quòd iuramentum ſint eſt. l. 26. ibi, *que ſi alguno jurare a otro, o le fiziere pleyto, è omenaje para cumplir alguna coſa, q̃ aya pueſto cõ el, ſi lo falleſciere, es porende periuro, è ha por pena de nunca ſer creydo en ningun teſtimonio, nin ſer par de otro.* tit. 11. part. 3. Sed tamen. l. illa referendo ſingula ſingulis, eſt intelligenda, quod vbi interuenit iuramentum, ſit pœna periurij, & infamiæ: vbi verò tantum homagium, pœna infamiæ. vt in. l. 2. titulo quinto. par. 7. ad quam. dict. l. 26. ſe refert. Cùm ergo ſe referat ad leges in hoc loquentes, in quibus non requiritur, quod fractor homagij, ſit fractor iuramenti, & non eſt dicendum. dict. l. 26. probare eſſe periurum. Et iſta homagia ſunt coniuncta iuramento, vt conſtat in. l. 5. titul. 15. partia. Ideoque reſoluenda eſt hæc quæſtio, quod promittens per fidem, in dubio intelligatur de humana, qua nobiles, vel qui tales ſe iactant, ſuam fidẽ ſolent aſtringere quam legem. 26. ita vno verbo eleganter videtur accepiſſe. D. Anto. queſad. lib. 1. capitul. 32. numer. 15. quæ præſumptio innatur à conſuetudine, iuncta. l. ſemper in contractibus ff. de regul. iur. Et iſto caſu cum non ſit iuramentum per rem ſacram, non erit periurus, ſed ratione violatæ fidei peccauit, reputabiturque infamis inter homines. Si tamen dixiſſet, in fide Chriſti, vel bona fide, tunc ad veram Catholicamq́ue fidẽ potius, quàm ad particularem veritatem loquentis referenda eſt talis promiſsio, & hoc caſu extraordinariè erit puniendus, cùm non fuerit iuramentum in forma ſolita per Deum &c. †. Et hæc reſolutio colligitur poſt Caiet. ex Couar. in rep. cap. quanuis. 1. part. §. 2. verſic. Nono ab eadem, de pact. lib. 6. Ari. Pinel. in rep. l. 2. 3. par. capit. 1. num. 13. C. de reſcind vend. Greg Lopez. in. l. 26 tit. 11. part. 3. Et ſic in litera noſtræ legis intelligitur, quando contractus eſt iuramento firmatus in forma, & non per fidem. Felinus optimè in c. 2. num. 15. de ſponſalib. vbi vide. Et ſic procedit authent. ſacramenta. C. ſi aduer. vend. ſecundùm Gregorium Lopium vbi ſuprà. in verb *ò le fiziere pleyto è omenage.* ad fin. Et plura circa lecturam dictæ authenti. ſunt videnda per Matthæ. de Afflictis in capitulo primo. §. Item ſacramenta de pace iuramento firm. lib. tertio. feudorum, & in deciſi. 322. Paul. Pariſien. conſil. 96. num. 22. lib. 1. & cùm minor ſe læſum inuenerit in contractu iuramento firmato, ante omnia petat relaxationem ad effectum agendi. Et an in ea requiratur citatio partis, eſt videndus Iaſo in. l. nec quicquam. nume. 49. ff de offic. proconſul. vbi tenet neceſſariam eſſe citationem ad obtinendam abſolutionem ſeu relaxationem à iuramento Anchar conſil. 198. Rolandin. Valle. conſil. 13. nu. 25 Ponit in hoc duas communes opiniones inter ſe ad inuicem pugnantes. Et Couar. lib. 1. Variar reſolutio. capit. 4. num. quintu. vbi vide. Forma autem petitionis erit.

Iuan Maldonado en nombre de Pedro mi menor, digo que por quanto el dicho mi menor vendio vna caſa que eſta en eſta ciudad a la rua nueua, ſin decreto ni authoridad de juez competente, y ſin licencia de ſu curador, ni con otra ſolemnidad requiſita a Rodrigo, y confirmò el di-

el dicho contracto con iuramento, el qual en la dicha venta interpuſo por dolo, miedo y perſuaſion que le hizo el dicho Rua, y en el dicho contracto el dicho Pedro mi menor fue leſo, y enormemente damnificado. Por lo qual á v. m. pido conceda al dicho mi menor relaxacion del iuramento ad effectum agendi, *para que anſi concedida la dicha relaxacion y abſolucion, pueda pedir reſtitucion, y dezir y allegar contra el dicho contracto, lo que viere aguarda de ſu derecho conuenga. Para lo qual. &c. y iuro a Dios en forma, &c.* Et ſic minor, vel maior authoritate ſuperioris, quæ in omni iuramento cenſetur excepta. cap. venientes. de iure iurand. l. 27. tit. vndecimo, part. 3. agendo excuſabitur à pœna huius legis cum ſuis complicibus.

¶ Quæritur. Vtrum iurans falſum ad declarationem poſitionum, vel in iuramento ei delato ab altera parte, ſit puniendus periurij pœna? Videtur dicendum quòd non: quia ſatis viſum eſt Alexandro Imperatori in. l. 2. C. de reb. credi. Deum habere vltorem qui ius iurandi religionem contempſit. l. 26. vbi Gregor. Lop. in gloſſ. 1. titulo 11. part. 3. qui per iſtam legem tenet puniēdum fore illum, qui iuramentum in contractu poſitum de futuro violauerit, omnia bona amittere, & cameræ Regiæ applicantur. De hoc & de pœnis periurij plura diximus ſuprà in. l. 1. verb. poſitiones. verſic. Quæri ſolet. colum. 917. cum ſequent. tit. 4. lib. 3. ordin.

§ Eſt prætereà notandum, quòd ſine dolo non committitur periurium. l. qui iuraſſe. in princip. ff. de iure iurand. §. item opponitur. 22. quæſtione ſecunda. gloſſ. in cap. breui. de iur. Doct. in capitulo primo. de delictis pue. Bald. in. l. obſeruare. §. proficiſci. colum. 3. ff. de offic. proconſul. & lega. & Iaſo. in dict. l. ſi quis maior. colum. prima. C. de tranſact. & plenius in dict. l. qui iuraſſe. Ægid. Boſſius in practi. tit. de periurijs. num. 5.

a *Blaſphemare de Dios.* Adde quæ dixi in l. 1. in glo. 1. ſup. eod. tit. vbi poſui pęnam vſitatā de iure regni aduerſus blaſphemū. Iuramenta Hiſpanorum, quæ blaſphemiā inducunt, & grauioribus pęnis eſſent caſtiganda, cū apud Deū citra cōtrouerſiā grauior culpa eſt, quā homicidium, cùm ſint fidei contraria quæ ad primum legis mandatum attinēt, explicat Magiſter Dominic. Sotus noſtra ætate doctiſsimus in lib. 8. de iuſtit. & iure. q. 2. ar. 3. pag. 732. ob idque Inqoiſitores hæreticæ prauitatis ſolent aduertere. Ideoque cùm ratione loci magis grauetur delictum, meritò acerbiſsima pœna flagellorū & abſciſsionis linguæ venit puniendus blaſphemans in curia Regis, vt in præſenti lege ſanctè ſancitū eſt, & ad literam eſſet ſeruāda, vt delinquens in lingua, in ea puniatur, prout iuris æquitas & ratio expoſtulat. c. an ſit. ibi, cùm in eo quis puniendus ſit, in quo deliquit. de appellat. ca. paſtoralis. de iur. patr. c. literas. de tēpo. ordi. ca. prouida. de elect. libro. 6. & tex. in authent. de ſtatu, contra liber. eccleſiæ. §. omnes peregrini. l. ex facto. §. Iulianus. ff. de vulgari & pupillari. Cæpol. in repetitione. l. ſi fugitiui. numero quarto. C. de ſeruis fugit. & in ſignum maleficij ad exemplum aliorum eſſet faciendum. c. & dixit dominus. de cōſecra. diſtinctione. 2. & nume. 16. Hinc fit diruitio domorū in perpetuum contra proditores. l. ſexta. titulo. 27. partita ſeptima. & ibi Gregor. Lopez. verb. *ſus caſas.* & l. 1. & ibi gloſſ. ſecunda. titulo. decimo. libro quarto. ſupra. quo etiam ſit, quod eruuntur oculi eorum, qui diſcordiam intendunt facere in republica, in ſignum ne videant, id quod deſiderant in republica. l. quarta. ibi, *ſacar le los ojos.* titul. vigeſimooctauo. part. ſecunda. & in ſignū ſcinduntur aures furi. l. 6. eodem titulo. & propter atrocitatem delicti in ſignum criminis nobilis punitur pœna ignominioſa, vt in l. tertia titulo. vigeſimooctauo. part. ſecunda. nam ibi ducitur in aſinum cum catenis ligatus, & ſuper terram trahitur, hoc eſt, *lo arraſtran,* delentur inſignia proditorum Regis, vel Dei. Eadem ratione & deſtruitur domus, & ſale aratur. Item memoria hæretici poſt mortem damnatur. capit. accuſatus. §. in eo verb. de hære. libro ſexto. Speculat. titu. De accuſato. §. primo. verſic. Item quòd reus eſt mortuus. Hieronym. Gigas de crimine læſæ maieſtatis. quæſtione 21. n. 6. in pag. 168. pluraque alia fieri ſolent in republica in odium delinquentium, & vt cæteri terreantur metu ſupplicij, vt in crimine hæreſis, & læſæ maieſtatis, vt ſupra iam habitum eſt in ſuis lo

cis

cis. Ergo & blaſphemus erit puniendus pęna abſciſsionis linguæ, vt hic habetur. & in conſtitutionibus Neapolitan. libro. 3. rub. 90. de blaſphemantibus Deum, & Virginem Mariam. cuius litera ita ſe habet. Blaſphemantes Deum & Virginem glorioſam linguæ maliloquę mutilatione punimus. vbi prę miſſam rationem aſsignauit Matthæ. de Afflict. in ſuis commentarijs libro. tertio. conſtitut. regni Siciliæ rubric. 54. col. 1.

¶ Dubitatur, Si quis ex interuallo in continuatione ſermonis bis, vel pluries blaſphemiam dixerit, an pluries per pœnã pragmat. s. libro Pragma. ſit puniendus? Videtur quòd ſic. capit. primo. de pœnis. Ea, inquit, quæ frequenti præuaricatione iterantur, frequenti ſententia condemnentur. ergo toties puniendus eſt crimen, quoties fuit iteratum. De hoc dubio vide. D. Didacum Couarr. in libro ſecundo. Variarum reſolut. capi. decimo. numero octano, vbi eum reſoluit. Et dixi in l. fin. titul. primo. libro primo. ſuprà. colum. 56. verſiculo Præterea etiam quæro, vtrum toties.

¶ *Ley. III. De los que blaſpheman contra el Rey.*

¶ El Rey don Iuan. II. en Segouia. Era de mil ccclxxxiij.

PORQVE algunos malos hombres no temiendo a Dios, [a] y oluidando la lealtad a q̃ ſon tenidos a ſu ſeñor y Rey natural y a ſus Reynos dõde ſon naturales, ſe atreuen con malicia a blaſphemar y dezir palabras injurioſas y feas contra nos, y nos queriendo refrenar, y contraſtar eſta oſadia. Ordenamos que qualquier, o qualeſquier, que las tales coſas, blaſphemias dixeren contra nos[b], o contra qualquier de nos, o cõtra nueſtro eſtado Real, o contra el Principe, o Infantes nueſtros

¶ *Lex Tertia.*

¶ *No temiendo a Dios.* Nam à Deo præceptum eſſe conſtat Exod. 22. in hæc verba, Principi populi tui non maledices.

b ¶ *Tales coſas blaſphemias dixeren contra nos.* Dubitatur, vtrum maledicens Principi incurrat crimen læſæ maieſtatis? Et videtur dicendum, quòd ex ſolis maledictis contra Principem, crimen tale non incurritur. Quia crimen læſæ maieſtatis, & maledictionis contra Principem ponuntur ſub diuerſis titulis, ex ſeparatione enim titulorum, diuerſitas criminum arguitur. Et iſto argumento doctores ſæpe vti ſolent. & Oldral. conſi. 210. col. 5. Panor. conſilio. 57. col. 3. verſi. Tertiò principaliter, lib. 1. Aym. Crauet. conſi. 6. col. 2. Et ita concludit Hierony. Gigas in tracta. de crimi. læſæ maieſt. q. 40. pagina. 28. vbi multa pro reſolutione. l. 1. C. ſi quis Imperat. maledixer. ſed tamen ſi maledicens Principi deſiderando eius mortem, vt quia affectabat regnum pro ſe vel pro alio. vt Agrippa, qui imperium affectabat pro Caio nepote Imperatoris Tiberij qui dixit, Vtinam viderem mortem importuni ſenis, videlicet, Tiberij, & Caium dominum totius orbis. De hoc, Tiberio accuſatus de crimine læſæ maieſtatis quia Deum orauerat pro morte Imperatoris. †

ADDITIO.

† Imperatoris) Adde q̃ imo orandũ eſt pro Rege ex Paul. 1. ad Timot. c. 2. obſecro (inquit) primo omniũ fieri obſecrationes & orationes pro omnibus hominibus & pro Regibus & omnibus q̃ ſunt in ſublimitate cõſtituti vt in. c. de luminis. de cõſec. d. 1. Reges enim in ſuã cuſtodiã duos Angelos habẽt quorũ vnũ ratione perſonę alterũ ratione dignitatis. argu. illud Pſ. 90. Angelis ſuis mãdauit de te, &c. facit. 3. Reg. c. 4. tradit Benedictus in c. Raynun. verſ. adiectæ. nume. 45. de teſtam. & ſic à Pontifice conceſsi ſunt orantibus pro Rege. quadraginta dies indulgentiarum. 2. tom. in 4. d. 19. ar. 4. in ſolu. vltimi argu. Vngitur autẽ Rex in humero, vt præcipitur in ca. vnic. §. vnde de ſacr. vnct. De Rege autẽ Francorũ multa tradit Benedict. vbi ſup. verbo, duas habens à n. 79. vnũ tamen mihi nouũ ſilentio non pręteribo quòd licet laicus non poſsit ſub vtraque ſpecie Eucharistiã ſuſcipere. c. ſi per negligentiã. de conſecra. d. 2. & tradit Gaſpar Caſalius lib. De cęna & calice domini. pag. 126. verſi. quantum. & pag. 215 verſi. quantũ autẽ. Tamẽ q̃ Rex Frãciæ in vita bis cõmunicat, & poteſt ex priuilegio ſub vtraq; ſpecie ſcilicet die quo vngitur in Regẽ & tẽpore mortis vt tradit Gaſpar Caſal. lib. 3. De cęna & calice domini. pag. 217. c. 11. quod miror de Ioan. Mõtal

to qui

Digitized by Google

fijos, o contra qualquier dellos, que ſi fuere hombre de mayor guiſa y eſtado q̃ ſea luego preſo por la juſticia donde eſto acaeciere: y nos lo embiē preſo dōde quier que nos ſeamos: para que le mandemos dar la pena que entē dieremos que merece E ſi fuere hombre de menor guiſa de qualquier ley eſta do, o condicion que ſea, ſi hijos ouiere de bendicion que pierda la meytad de ſus bienes para la nueſtra camara, y la otra meytad que ſea para ſus hijos: y ſi hijos no ouiere que pierda todos ſus bienes: las dos partes para la nueſtra camara, y la otra tercia parte para el accuſador: y eſtos bienes que aſsi

to qui recollegit priuilegia Regis Franciæ & ibidē illud nō oppoſuit. de alijs ſ. itu dignis: vide Benedi ctū vbi ſup. verſi. duas habēs: n. 86. de magno noſtro rege Hiſpaniæ & ipſius regibus multa ad ipſorū petitionē Deus miraculoſe cōceſsit. Habetur que in Chronicis & de nobiliſsima & antiquiſsima proſapia Gothorū antequā ad fidē fuiſſent recepti Pōt ficē ſummū honorauerunt, vt ex Totila patet: & multi ipſorū adeo vitam ſanctorū imitati ſunt, vt meruerūt nomina ſanctorū: noſtriſq; tēporibus inuictiſsimus Philippus Secundus merito inter omnes Catholicus nuncupatur. qui tamē colūna altera eccleſiæ refugiū & defenſor fidei iuſtiſsimo titulo appellatur. Eundem Tiberius in carcerem detrudi mandauit, in quo ſtetit ſex menſibus vſque ad mortē Tiberij, quē Caius, qui illi imperio ſucceſsit. liberauit, pariter & ſublimauit. Refert Matt. de Affl. in deciſ. 265 n. 6 a. l. 1. ti. 13. par. 2. ibi, *Ca ſegun fuero antiguo de Eſpaña, todo ome, que cobdiciaſſe ver muerte de ſu ſeñor el Rey, diziendo paladinamēte, ſi le fue reprouado, deue morir por ello como aleuoſo, è perder quanto que ouiere. E ſi le quiſieſſen dexar la vida, la mayor merced es, que le ſaquen los ojos, porque nunca pueda ver con ellos lo que cobdiciaria.* Et delictum palā commiſſum propter malum exēplum ibi punitur eo modo, ſecus ſi clā, vt Greg. Lop. ibi not. in gl. ſecunda. vel quia malè dicebat de Principe, vt per hæc verba ſua communitates fierent contra eum, & inſidiaretur Rex, & regnum, vt in tempore communitatis fuit factum, crimen læſæ maieſtatis committeretur, aliàs male dictio, vt annotaui ſuprà, loquendo in crimine læſæ maieſtatis, poſt Greg. Lop. in l. 4. ti. 13. parti. 2. in gl. 2. Et ita intelligerem procedere caſus propoſitæ quæſtionis.

¶ De pœna maledicentis Principi reſtat nunc videndum. Et de hoc eſt. l. vnic. C. ſi quis Imperat. maledixe. Et eſt diſtinguendū. Aut enim maledicens Principi id facit ex leuitate, aut furore, aut vinolentia. Nā ſi ex furore, ſatis eſt, quòd ſuo furore puniatur l. diuus. ff. de offi. præſid. Clemēt. vnica. de homicid. Si ex vinolētia, clarū eſt, quòd ebrietas mentis exiliū inducit. c. à crapula. de vita & honeſtate clericorum. & ideo Speculat. in tract. de modo gener. cōci. congrega. par. 3 rubr. 36. n. 2. dixit, quòd vbi eſt ebrietas, ibi eſt furor. Et ſic caret pœna, cū non habeat animum delinquēdi. vt iatè dixi in glo. rubricæ ſuprà hoc titulo. Sin autem ex leuitate, lubricum linguæ non eſt facile ad pœnam trahendum. l. famoſi. ff. ad legem Iuliam maieſtatis. dict. l. vnic. C. ſi quis Imperator. maledixe. & lubricum linguæ nullus homo domare poteſt. Eccleſiaſt. 18. Iob. 2. Angelus in dicta. l. famoſi. in verſicul. ſequitur in textu. Aut ex iniuria Principi male dixit, & tunc ad Principem remittendus eſt. vt in dicta l. vnica. Faciunt notata in capitulo. ſi quis iratus ſecunda quæſtione tertia. & capitul. ſi quem pœnituerit. §. notandum. eadem cauſa & quæſtion. ibi. Et inconſultus calor calumniæ vitio caret. Facit gloſſ. in capit. ex literis. verb. admonita. de diuort. quam com. Panormi. in capit. ſicut ex literis. de iureiurand. Decius in capit. at ſi clerici columna nona. numero decimooctauo. de iudic. Sed debes attendere ad verba text. in dicto capit. ſi quem pœnituerit. iam citata, calor calumniæ vitio caret. quaſi dicat, excuſat à calumnia, non tamen ab alio vitio. l. ſi non conuicij. C. de iniurijs. quo fit, quòd quicquid gloſſ. ibi verb. & inconſultus. ſentiat & Ludoui. Roma. ſingul. 508. & Iaſ. in l. ſi filiam tuam. C. de inoffic. teſtament geſta per iracundiam imputantur, & tenent ipſo iure, quamuis multoties det cauſam reuocandi, & minuendi pœnam. Ioan. Andr. & communis in dict. capitu.

ſicut

ſicut ex literis. de iureiurand. & in capit. dudum. de connu. coniugat. Archiepiſc. Florenti. 2. part. titu. vndecimo. cap. ſecundo. colum. ſecunda. niſi tanta eſſet ira, vt alienationem mentis iudicis arbitrio ex iuſta cauſa induceret. argumen. l. diuus. ff. de offic. præſid. Et dixi in blaſphemante Deum cum ira in princip. huius titu. in gloſſ. rubri. quicquid ſentiat Deci. in regul. Quicquid calore. numero ſeptimo. ff. de regulis iuris. excuſat ira à tota pœna, ſed cum non liberat omnino quin puniatur extraordinariè. Aut verba maledicta contra Principem quis illuſoriè dixit. vt in l. hic aut. ff. ſi cui pluſquam per leg. Falcidiam. Alberic. in l. filiam. C. de inoffîcioſo teſtament. l. Grachus. C. de adulte. & iſto caſu parcitur delinquenti in Principem obtemeritatem. Facit. l. omne delictum. §. penult. & in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis. l. milites. ff. de cuſto. reo. Et ex hominum perſonis & qualitate maledicta penſanda eſſe, dixit Alberic. in dict. l. famoſi. Matthæ. de Afflict. deciſio. 265. Hierony. Gigas in tractat. de crimi. læſæ maieſtat. 1. par. quæſt. 40. tex. in dict. l. vnica. §. final.

Breuiùs dicas. Maledicens Principi ex leuitate, aut inſania, aut propter iram, quam ipſe habebat ex iniuria ei illata, ſua æſtimatione à Principe eſt ei parcendum. Si autem fecit animo iniuriã di Principem, ſicut maligni & aleuoſi, ſunt remittendi, iuxta expoſitionem gloſſ. in dict. l. vnica. in verb. ſi ab iniuria. dicens. id eſt iniurioſè & ex animo. & in verb. remittendum, dicit gloſſ. ad nos l. 6. titulo ſecundo. part. ſeptima. & ibi vide Greg. Lopium in gloſſ. fina. Ex quibus conſtat intellectus ad noſtram legem, qua cautum eſt, quòd Regi maledicens, ſi fuerit mediocris ſtatus, ad Regem captus mittatur: ſi verò inferioris ſtatus, condemnetur in amiſsione bonorum, ſi caret liberis, quibus ſtantibus, dimidia pars bonorum reſeruatur, Si verò fuerit Dux, Marchio vel Comes, vel nobilis, per iudicem inquiſitio fiat, quæ ad Regẽ mittatur, vt ſit intelligẽda ſi ex iniuriandi animo hoc proceſſerit, non aliàs, per dict. l. vni. Simili modo eſt declaranda. l. 24. titulo fina. iſto libro octauo. dum diſponit. quòd maledicens Principi, eſt aleuoſus, intelligitur, cum animo iniuriandi maledixerit. Infertur etiam intellectus ad textum in ca. primo. de maledic. vbi maledicens Papæ, eſt puniendus à iudice inferiori. vt locum habeat. cum maledicta in depreſsionem beneficij & officij Papæ protulit animo iniuriandi, non alias, Hoſtien. in. §. primo. verſicul. Sin autem aliquis dixerit. in ſum. titulo. De maledic. Et adde quæ notat Goffred. in ſum. de cleric. maledicô. In cogitatione tua regi ne detrahas, & in ſecreto cubiculi tui non maledixeris diuiti: quia & aues cœli portabunt vocem tuam, & qui habent pennas annuntiabunt ſententiam. Eccleſiaſtes. 10.

¶ Et hoc in quodam nobili expertum fuiſſe nobis relatum fuit, qui exiſtimabat verba in offenſam fidei, ſi ſecretè prolata eſſent, nullatenus poſſe ad notitiam & aures inquiſitorum peruenire: & ſic cœpit maledicere, & blaſphemare, dicendo verba hæreſim ſapientia in loco deſerto, vbi nullus homo eſſet, qui illa verba audire poſſet. Poſtquã verba illa protulit, paucis diebus elapſis, comparuit quidam homo coram inquiſitoribus, & denunciauit, retulitque verba omnia ſicut ille nobilis dixerat, & nomine proprio denunciatoris declarato, & loci, cuius erat ciuis & officij in ſcripris ad inſtantiam inquiſitoris in actis poſito, dederunt mãdatum officiali ſancti officij, vt eum apprehenderent. Qui comparens dixit, Credo me Catholicũ, firmiſsimeque credere, & teneo articulos fidei, ſicut tenet & credit ſancta mater Eccleſia, neque puto me deuium ab hac ſyncera fide vnquam Deo fauente fuiſſe. Fateor tamen me in loco vbi nullus homo viuens erat (credens ad aures veſtras non poſſe vllatenus peruenire) maledicta in Deum & eccleſiam dixiſſe, quæ fuerunt talia & talia, &c. Quæ verba formalia erant apud acta. Et ſtatim domini Inquiſitores miſerunt pro teſte, nomine & loco aperto per nuncium, & inquirens de illo homine omnes dixerunt fuiſſe ciuem illius loci, nominis, & officij, quod dixerat inquiſitoribus. Sed mortuum eſſe tempore quo dicitur depoſuiſſe maledicta nobilis illius & ante depoſitionem per plures annos. Et ſic fuit punitus nobilis de audacia, inſaniaque, ſeu temeritate, & incredulitate ſua. Quia ipſa Veritas dixit, Nihil occultũ quod non reueletur, neque tam abſconditum quod non ſciatur. Quòd non ſolùm eſt verum in die iudicij generalis (iuxta illud propheticum Iſai. 66. Ecce Dominus in igne veniet, & quaſi turbo quadriga eius. Reddet in indignatione furorem ſuum, & increpationem ſuam in flamma ignis, quia in igne Dominus diiudicabit, & in gladio ſuo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti à domino, qui ſanctificabantur, & mundos ſe eſſe putabant in hortis poſt ianuam intrinſecus, qui comedebant carnem ſuillam, & abominationem, & murem, ſimul conſumentur, dicit Dominus. Ego autem opera eorum venio vt congregem cum omnibus gentibus, & linguis.) Sed etiam mortui & aues cæli annuntiabunt, vt ſuprà ex Eccleſiaſt. dictum eſt. capit. decimo. ad finem. iudicibus huius ſeculi malitiã, præſertim in offenſam ſummi Dei, cui omnis laus & honor debetur in æternum. Qui per ſuam immenſam miſericordiam à peccatis abſurdis præſertim carnis, quæ per carnem ſuillam, & detractionis & maledictionis, quæ per muris abomi-

abominationem cōnotantur in allegata authoritate prophetæ Iſaiæ, Nos nunc & in perpetuum liberat, vt ab omni culpa exempti & mundi ad eius gloriam cum ſuis ſanctis nos peruenire concedit, qui viuit in ſecula ſeculorum Amen.

ſe perdieren ſe entiēdan ſacadas las deudas, y ſacando el dote y arrhas a de ſu muger. E ſi el que aſsi blaſphemare, fuere Conde, o rico hombre o cauallero, o eſcudero, o otro hombre de grā guiſa: que la nueſtra juſticia del lugar donde eſto acaeciere faga peſquiſa ſobre ello: y nos embie fazer relaciō dello, porque nos lo mandemos caſtigar, y eſcarmentar. E otroſi rogamos y mādamos a los Prelados de nueſtros Reynos que ſi algun frayle, o Clerigo, o Hermitaño, o otro religioſo dixere alguna coſa de las ſobredichas,

¶ De maledico clerico qualiter ſit puniendus, tradit Ioā. Beroard. in practica canoni. criminali. capit. 60. verb. Maledici. vbi tenet clericum maledicum in his regnis ad petitionem iniuriati condemnandum eſſe, vt palinodiam recantet ad inſtar laicorum. iuxta formam. l. ſecunda. titulo tertio libr. quarto. for. legum. Nos tamen inſcriptis dictanimus Anno 1550. in tractat. de priuileg. clericorum. contrarium. Et ſic aſſernimus in l. nona. titulo 1. lib. 1. ordinament. & in l. prima. titulo tertio: eodem libro columna 113. verſiculo Præterea etiam in hoc eſt clericus priuilegiatus. Et hanc ſententiam ſequutus fuit Anton. Meneſius in l. prima. numero nono. C. de iuris & facti ignorant.

a ¶ *Sacando el dote y arrhas.* Nota, quòd mulier debet conſequi quod ſuum eſt. text. in authenti. vt exactione inteſtante dotis. §. his igitur. collatio. ſe prima. vbi probatur, quòd licet prima vxor ſit potior quàm ſecunda in dote exigenda & filij eius. vt in. l. aſsiduis. C. qui poti. in pigno. hab. & ibi in dicta authenti. tamen in rebus datis in dotem per ſecundam vxorem, ipſa ſecunda eſt præferenda in prædictis ſuis rebus primæ vxori. Et ad hoc reputat ſingularem prædictum text. Angel. in dicto. §. his igitur. numero tertio. Similis eſt textus in authenti. Si quid. C. qui potio. in pignor. habeant. Cum ergo mulier habeat priorem hypothecam, & ius pro recuperanda dote eſt præferenda etiam Regi & imperatori. l. ſi fundum. C. qui potio. in pignor. habeantur. & ibi gloſſ. ad idem l. 25. titulo decimotertio. parti. quinta. ibi. *Pero los bienes de la muger del que tal pleyto fizieſſe, aſsi como ſu dote, o los bienes que fueſſen della propriamente, non ſe entiende que fincan obligados por tal razon.* Ad idem lex. 77. Tauri, & ibi interpretes. & Segur. De bonis lucrat. couſtant. matrimon. & quæ ibi dixi in additis ad eum. numero primo. Item ſi maritus haberet bona aliqua ex ſucceſsione ab inteſtato alicuius filij primi matrimonij, & propter tranſitum ad ſecundas nuptias talia bona erant reſeruata & præcipua in proprietate filijs primi matrimonij, vt iam ſæpe annotatum eſt in ſuperioribus, fiſcus, ſeu Rex non debet conſequi huiuſmodi bona poſt mortem patris, ſed prædicti filij, in quorum fauorem fuit facta reſeruatio, & ſunt fideicommiſſarij propter tranſitum patris ad ſecundas nuptias. Idem dicendum eſt de muliere tranſeunte ad ſecundas nuptias, quæ ſucceſsit ſimiliter alicuo filio primi matrimonij, vel in arrhis, quæ ex eadem cauſa reſeruatur proprietas filijs primi matrimonij, id eſt, filijs illius mariti. qui eas dedit matri. l. 23. titulo vndecimo. parti. quarta. l. 26. ti. 13. parti. quinta. Facit in comparationem. l. fœminæ. C. de ſecundis nuptijs. & text. in authenti. de non eligend. ſecundo nube. §. Gregoriana. verſic. perſpeximus. Franciſcus Crement. in ſingul. fina. Si ergo filij primi matrimonij ſtatim per tranſitum ad ſecundas nuptias alterius vtriuſque parentis habuerunt prædicta bona ex beneficio legis, & fuerunt effecti in proprietate domini præcipui, non facto patris, ſed legis fauore filiorum, ex delicto patris non amittunt prædictum ius ſemel acquiſitum ante patris delictum, nec filius pro delicto patris in ſuis bonis non eſt puniendus, & fiſcus veniet ad eius bona cum prædicta obligatione, & reſtituet talia bona filijs primi matrimonij, qui non ſunt ſucceſſores in hoc delinquentis, ſed parentis præmortui non delinquentis & fideicommiſſarij in euentum iſtu n, nempe contractus ſecundarum nuptiarum ex legis diſpoſitione, ſicut in dote

Digitized by Google

in dote & arrhis habetur in caſu noſtræ legis, quã memorãæ commendandam in actu practico ſum̃me exiſtimo.

¶ *Lex Quarta.*

a ¶ *Tomar y prender por ſu propria authoridad.* Adde, quòd nullus poteſt incarcerari ſine mandato iudicis regulariter. l. neminem. C. de exhibendis reis. quòd idem dic in citatione de quo vide per Menchacam libro ſecundo. controuer. vſu frequenti. capitul. 24. latè. Nota ralum, in quo particulari indultum eſt ſine iudici præcepto blaſphemum capere, & ducere ad carcerem Regis,

que lo prendan y nos lo embien preſo y recaudado.

¶ Ley. IIII. *Idem.*

¶ El Rey y Reyna en Madrigal. Año de mil cccclxxvj.

NOS veyendo q̃ la guarda de las dichas leyes es ſeruicio de Dios. Man-

qui eſt in loco delicti. Alius eſt caſus, quando debitor eſt fugitiuus, & periculum eſt in mora, creditor poterit eum apprehendere, & trahere ad carcerem publicum. l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraud. credit. cum latè congeſtis à Segur. & à me in addit. in repetitio. l. ab exhæredati. numero octauo. ff. de legat. primo. Couarruu. libro ſecundo Variarum. rapitu. 20. nume. decimoquarto. Et eſt regula, quòd quilibet etiam priuatus poteſt capere criminoſum fugientem. l. final. C de maleſic. & mathemati. quem ad hoc notabilem dixit Petrus Belluga in ſpeculo Principum. rubric. 26. in §. Ieſu Chriſti. numero decimo ſexto, vbi extendit ad procurarorem, ibi videas, Alius caſus eſt in l. 1. titu. decimoquarto. infra eodem. libro octauo. ibi, *Que qualquiera de los nueſtros reynos lo pueda tomar por ſu authoridad.* Alius in l. 5. ibi. *Otroſi dezimos que cada vno del pueblo puede prender a los que fizieren moneda falſa, pero deuen los aduzir al Rey, o ante el juzgador del lugar que lo juzgue, aſsi como es fuero y derecho.* titulo ſeptimo. part. ſeptima. vbi Gregor. Lopius in verbo. *pueda prender,* l. prima. C. de falſ. monet. l. ſecunda. vbi ponuntur alij tres caſus. titul. vigeſimonono. parti. ſeptima. Et Alguazello licèt capere inuentum in flagranti delicto, non alias, ſi non habeat mandatum à iudice. l. prima. & l. ſeptima. & octaua, cum ibi à me dictis titulo. 14. libro ſecundo ordinamẽt. Nec nuncius prætoris poteſt aliquem capere, niſi oſtẽdat licentiam in ſcriptis. Iaſo in l. cum proponas. colum. prima. C. de pactis. AEgid. Boſsi. in practi. titulo. De citationibus. numero. duodecimo. pagina. 130. colũ. ſecunda. Clericus fugitiuus capi. poteſt. Panormit. in capi. cum non ab homine. de iudic. Aegid. Boſsi. in practi. criminali. titul. de raptura. numer. 26. Segur. in repetitione. l. ab exheredati. numero. octauo. ff. de leg. primo. vbi dixi communem opinionem eſſe. Et vltra ab eũ tradita adde Parid. de

damos que ſean guardadas: y mas que qualquier que oyere al que aſsi blaſphemare lo pueda tomar y prender por ſu propria authoridad a, y lo pueda traer y traya a la carcel publica: y poner en cadena. Y mandamos al carcelero que lo reciba en la carcel y le ponga en priſiones, porque de alli los juezes puedan execu-

Puteo. in tract. ſyndicatus. verb. Captura. n. 10. Rip. in libro primo. Reſponſorum cap. 13. Ioann. Lup. in l. 66. numero 27. in legibus Taut. Iaſ. in §. primo. numero 29. Inſt. de actionib. Socin. in tractat. regularum cum fallent. regul. 78. & Ioan. Bernard. regul. 111. Rip. in capit. primo. de iudic. Stephan. Auffre. in repeti. clemen. primæ. regul. 3. n. 15. de offic. ordina. Gaietan. in ſum. verb. Excommunicatio. capit. decimo. qui probant id fieri poſſe impunè abſque metu excommunicationis. capir. ſi quis ſuadente. 17. quæſtione. 4. Ratio eſt euidens, quia non capit clericum tanquam priuatus, ſed tanquam miniſter iuſtitiæ. cum eum inuenit in delicto, vel in fuga, & ſic defecit peccatum & dolus neceſſarius requiſitus ad incurſum excommunicationis, ibi, ſi quis ſuadente diabolo, &c. Eſt tamen notandum, quod in prædictis caſibus captus infra viginti horas debet iudici exhiberi, vt capiens effugiat pœnam carceris priuati. glo. in l. capite quinto. ff. de adulter. quam notauit Grego. Lopius in l. ſecunda. in gloſ. prima. titu. 29. par. 7. Sed dic quòd non eſt gloſſ. Sed text. in d. l. capite quinto. ibi. Quid ergo ſi euaſerit, an reductus cuſtodiri viginti horis poſsit? Et putarem hic magis dicendum reductum retineri poſſe proteſtandæ eius rei gratia. gloſſ. in capitu. cum non ab homine. de iudic. vbi notant Panormita. Anhani, &

Deci,

Deci.Iaſo.in.l.ſi idem cum eod.nu.7.ff.de iuriſd. omni.iudi.Boeri.deciſi.275.num.4.Franciſc.Auiles omnino videndus in cap.35. verbo. *Mandado.* in capitibus Prætorum.verſic.Quod fallit quando quis eſt inuentus.num.4.Et omnia ſunt notãda ad declarationem.l. neminem.C.de exhibẽd.reis. quam exornat nouiſſimè. non minus vtiliter, quam elegan er D. Antonius Queſada lib.1. diuerſarum quæſt. iur.ca.nu. 7.

¶*Titulo.IX. De iniurijs.*

a ¶ *De las injurias.* Multis modis iniuria fit alicui. Aut enim fit per ſcripturã,quãdo quis fecit, & dictauit libellum famoſum, in quo iniurioſa & infamatoria contra aliquem propoſuit.l.1.§. ſi quis libellum.ff.de iniur.& in l. conſtitutionibus. eodem tit.l.vni.C.de famoſis libell.c.quidam maligni.5.quæſtione.1.l.3.tit.9.part.7. quo caſu imponenda eſt pœna mortis.dict.l.vni. & dict. l.9 Et non ſolùm hoc procedit,quãdo quis fecit vel cõpoſuit prædictum libellum,verùm etiam in illo, qui videns libellum,legit in aliquo loco poſitum, & nõ abſtulit ſtatim,& manibus lacerauit, ſed ibi dimiſit,& alijs manifeſtauit, quia præſumitur author huius delicti,& famoſum libellum ab eo cõpoſitũ.Iura præcitata Codicis & Partitę expreſſè probant.& Anto. Gomez in tract. de delictis. cap.6.num.1.

Sed dubitatur circa prædicta,ſi conuicia nõ inducant delictum morte dignum, Vtrùm objiciẽs conuicium pœna mortis ſit puniendus in ſpecie propoſita? In quo dicas, quòd tunc iudicis arbitrio attentis attendendis erit caſtigandus, & non pœna capitis. gloſſ. prima. per textum ibi in dicta.l. vnica. vbi Petrus Bellaperticaous, Cynus, Salycetus,Angelus,& communiter ſcribent.Antonius Gomez vbi ſuprà.& probatur in dict.l.3. tit.9.part.7.

Quid verò, ſi vellet probare conuiciũ & delictum eſſe verum & expediens Reipublicæ,vt manifeſtum fieret. Reſpon. etiam iſto caſu puniendum: quia nõ oportet detrahere hominem in hunc modum & inſidioſè, ſed per denunciationem ſeu accuſationẽ legitimè corã iudice propoſitam. dict. l. tertia. titu. nono. part.ſeptima. vbi Gregor. Lopez in gloſſ. ſecũda. & ſic etiam ſi probaſſet libellum, ſeu cantilenam eſſe verã, ſcribẽt, dictans, ſeu propalans eſſet legitimo iure pœna ordinaria, vel extraordinaria arbitrio iudicis puniẽdus.Fit etiã iniuria verbo alicui præſenti, cùm alteri dixiſſet aliquis verba iniurioſa, & contumelioſa.vt habetur in.l.prima.verſic.iniuriam.ff.de iniur. & in.l. ſi non conuicij.C.eodem tit.§. iniuria. Inſtit. de iniur.l.1.tit.9.par.7.

Dubitatur, An locum habeat iniuria ex verbis maledictis, & in contumeliam abſentis? Dicendum eſt, quod ſic.l.item apud Labeonem. §.conuicium.ff.de iniur. Cuius verba ſic ſe habẽt. Conuicium autem non tantum præſenti,verũ abſenti quoque fieri poſſe Labeo ſcribit. Idem probat l.1.tit.9.part.7.Et optimè tractaui in l.ſi.col.57 verſic.Circa hæc vlterius remanet dubiũ. de quo ipſe tit.1.lib.1.ordin.

Vtrùm autem inferatur iniuria, ſi quis præmiſſa venia dixerit,Saluo honore tuo mentiris? Reſpõd.ꝙ ſic.Dixi vbi ſup.verb. Vlterius etiã quęritur,vtrũ objiciens conuiciũ.vbi vide. ¶ Sed eſt dubiũ,Quis dixit Petro eſſe latronẽ,furẽ,blaſphemũ,ſeu leproſum,& vult, ꝓbare ſe dixiſſe verũ, vtrũ eximatur à pœna,ſi probet iniuriã verbis il

tar las dichas penas.

Ningũ Iudio ſea oſado de hazer ni tratar que ningun Tartaro, o Moro, ni otra perſona ſe torne a la ley de los Iudios, ſegun ſe contiene en eſte libro en el titulo de la ſancta fe Catholica.

ORdenamos, y mandamos que cada y quando el Sacramento del cuerpo de nueſtro Señor fuere traydo por las calles a viſitar algunos enfermos q̃ los Iudios y Moros ſe aparten, o ſe eſcondã, o finquen las rodillas en tierra: ſegun que ſe contiene en eſte libro en el titulo de la ſancta Trinidad y de la Fè Catholica.

Titulo IX. De las injurias[a] y denueſtos.

latum veram eſſe? In quo eſt dicẽdum, quòd obijciens defectum, ſeu delictum expediens reipublicæ vt manifeſtum efficiatur, vt in exemplis ſupra poſitis, & ſimilibus, ſi probet ſe verũ dixiſſe, nulla pœna tenetur. l. eum qui nocentem. ff. de iniur. dum dicit, Eum qui innocentem infamauit non eſſe bonum, & æquum ob eam rem condemnari: peccata enim nocentium nota eſſe & oportere & expedire. Facit capit. vt famę. de ſentẽtia excom. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. verſic. Cum nec impunita maleficia eſſe oporteat. l. licitatio. §. ſed quòd illicitè. ff. de publican. & vectigal. Si verò, dicat falſum, punitur. Si verò conuicium eſt tale quod non expedit, nec conuenit publicari, vt ſi quis vocat alium gibboſum, claudum, pauperem, vel ebrium, vel quid ſimile, tunc modò conſtet, quod dicat verum, modò falſum, committit iniuriam, & tenetur: quia defectus alterius detegere, iniurioſum eſt, & inhumanum. l. 2. verſ. Quid enim tã durum, tamq; inhumanum, &c. C. quando & quibus quarta pars debeatur. lib. 10. Ita declarat Petr. de Bellapertica. 2. col. in. l. ſi non conuicij. vbi Cynus quæſt. 8. col. 3. Alberic. col. 3. in medio. verſi. Item quæro. C. de iniur. Bart. in l. eum. qui nocentem. ff. de iniur. & ibi Ange. & ſcribent. & Io. Faber in. §. iniuria. Inſti. de iniur. col. 1. nu. 3. verſi. in glo. niſi docens. vbi Platea. col. 2. verſic. ſecundo. nota. nu. 8. Et Ang. Panorm. in cap. fin. col. 2. nu. 5. de iniur. Matthæ. de Afflict. in cap. primo. §. iniuria. nu. 73. de pace iur. firm. lib. 3. feudorũ. Anton. Gom. de delictis. ca. 6. col. 2. Eſt etiam quædam addit. ad Bart. de hoc artic. agens in. l. 3. verb. pro ſtatuto. ff. de lib. & poſthu. Io. Bernard. Diaz Hiſpanus in tract. regula. cum fallent. regul. 490. Veritas cõuicij. Quatuor opiniones refert in hoc artic. Ludouic. Roman. conſi. 96. ſuper eo, quo quæritur in actione iniuriarum. Et eſt addendus Collectar. in cap. olim. colum. 1. de iniur.

¶ Sed in hoc eſt dicendum, quòd aut conuicium, ſeu contumelioſum verbum, quod verum eſt, in iudicio profertur, aut extrà. Si in iudicio dictum fuerit, & probatum eſſe verum, non cenſetur iniurioſum, nec obijciens tenetur actione iniuriarum. l. ſi quidẽ. C. de iniurijs. l. ſi tibi ſeruitute. C. de lib. cauſa. l. ſi deliberatè. ff. de iniurijs. argumẽ. à contrario ſenſu hoc probatur: non enim videtur quis vim, aut iniuriam facere, ſi ſuo iure vtitur, & ordinaria expeditur ratione. l. iniuriarum actio. §. primo. & §. quo iure. ff. de iniurijs. l. factum. §. non videtur. ff. de regulis iuris. Ex quo infertur, quòd aduocatus, ſeu pars obijciens defectus aduerſus electum, vt impediatur electio, vel vt repellatur à iudicio, quia eſt excõmunicatus, vel cõtra teſtes allegãdo paupertatem, ebrietatẽ, vel quia fuerunt cõdẽnati propter crimẽ, ex qua condemnatione orta eſt ipſis infamia, & inhabilitas ad deponendum, & teſtimonium ferendum, quod eſt officium dignitatis, vt alibi dixi, ſi probet obiecta, nullo iure tenebitur actione iniuriarum, cùm id faciat iure permittente pro ſua defenſione, vel clientuli. De qua quæſtione latè dixi ſupra in l. prima. verb. *Tachar los teſtigos*. colũ. 938. verſi. Dubitari ſolet, an obijciens defectus. titul. 4. lib. 3. ordinamen.

¶ Aut verbum iniurioſum dixit extra iudicium per libellum famoſum, & iſto caſu quamuis probet ſcribens, ſeu dictans eſſe vera obiecta crimina in eo, nihilominus talis eſt puniendus pœna capitis. l. 1. & ibi gloſſ. C. de fam. libell. prout iam à me dictum fuit.

¶ Aut dictum iniurioſum extra iudicium fuit ſine libello & ſcriptura, cum cauſa, nempe correctionis. iuxta illud, Peccantem coram omnibus argue ea intentione, vt delicta impunita non maneant, & vt iſte punitus, ſimilia facere & committere non audeant cæteri, ſimili exemplo perterriti: aut vt damnum corporale a proximo auferatur, vt quia eſt proditor, qui vult ciuitatem, vel aliquem hominem morti tradere inſidioſe, vel ciuitatem inimicis tradere, vel quia eſt leproſus, vel huiuſmodi, vel nocumentum ſpirituale vult euitare, quia eſt occultus hæreticus, vel quia eſt Baſtardus ad effectum, vt legitimi conſequi poſsint hæreditatis ſucceſsionem, vel regnum, vel maioriam. Vel eſt excommunicatus, & dicit vt rubore confuſus pœniteat, nam tunc poteſt manifeſtare, ne deterius contingat: & cùm hæc dicantur cum cauſa, & non animo iniuriandi, ſi verum eſt quod dixit, non tenebitur actione iniuriarum, quæ non datur niſi contra illum, qui animum iniuriandi habuit. l. ſi non conuicij. C. de iniurijs. Probatur autem animus præſumptione verbi, vel facti: talis enim animus præſumitur, qualia verba ſunt, aut facta. l. quod Labeo. ff. de ſupellect. lega. l. ſcire. ff. de tuto. & curat. dat. ab his. l. reprehendenda. C. de inſtitu. & ſubſtitu. l. prima. §. Diuus. ff. ad legem Corneliam. de Sicar. l. enim qui. eodem titulo. & not. in dict. l. ſi non conuicij. gloſſ. inſignis in l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſ. eatur. in verbo. Animus enim. Quam notab. dixit Bald. in. l. cùm proponas. columna penultima. numero ſecundo. C. de bonis authori. iudic. poſsid. Ordinariam dicit Ludouicus Romanus conſil 96. column. penultima. Iuſtæ autem cauſæ tollunt præſumptionem hanc ex verbis reſultantem. nempè, quòd illa verba iniuriandi animo expreſſa fuerint. argumento. tex. & ibi gloſſa. in l. Plagij, C. ad legem Fabiam. de Plagiar. l. igitur. §. poſt. ff. de liber. cauſa. l. prima. ad finem. ff. de recept. arbitr. Igitur cùm animum iniu-

iniuriandi cauſæ præſuppoſitæ denegare videantur, Primum quia verum dicit, verba talia proferens,& ſi in iniuriam ſonent, Tum etiam,quia dixit,ne nocumentum in republica contingat, vel in Rege vel in cæteris perſonis,vel ſpirituale damnum ſequatur ex falſa hæreticorũ ſecta,& cõmunione eorũ,& vt debita pœna delicta puniantur. Secus ſi hæc ceſſent,licèt vera probētur eſſe verba iniuriæ,quia ſine cauſa non debuit proximum infamare tali modo,ſine intereſſe Reipublicæ,cui nihil prodeſt talis delicti ſcientia. vt in certis verbis. l. ſecunda. infrà iſto titulo. & ſic ſola veritas conuicij non debet eximere ab actione iniuriarum,argumento.l.quiſquis.C.de poſtul.l. iuſtiſsimos.C. de offic. recto.prouinc.ibi, ſi veræ voces ſint,neque ad libidinem per clientelas effuſæ. Et ſic illi,qui malo zelo mouentur, à denuntiatione repelluntur.cap.cum.I.& A.de re indi. & ſecundùm præſcriptam diſtinctionem procedit. l. prima. ibi. *Pero ſi aquel que deshonraſſe*.titu.nono. par ti.7.ſcilicet extra iudicium,cauſa tamen iuſta præcedente,de qua conſtat,non aliàs.Et ſi Greg.Lop:z per illam legem.1.verb. *Que es verdad*.velit tenere,quòd veritas delicti obiecti liberat proferentem illud.& per.l.tertiam.eod.titu. & male. cap. ſumma iniquitas. 6. quæſtio. 1. Qui detrahit fratri,homicida eſt.& 1.Ioan.3.& S.Tho.2.2. quæſtione.73. art. 1. vbi dicit enim etiã detractorem, qui vera crimina prodit. Tum etiã,quia leges Partitæ debent intelligi ſecundùm bonam rationem & ſecundùm ius commune.

Iniuria verò cõmittitur facto, quando quis eſt vapulatus, vel pugno percuſſus, vel alio inſtrumento.l.Cornelia.ff.de iniurijs.§. iniuria. Inſtit. eod.tit.l.6.quæ plura exempla in hac ſpecie proponit.tit.nono.part.7.intantum procedit, quòd licèt verè & realiter alium non tangat,nec percutiat,ſed tantum admenauit,vel manus, vel enſem ſeu inſtrumentum aliquod contra eum leuauit,committit iniuriam facti.l.item apud Labeonem.§.ſi quis pulſatus.ff.de iniur. quem ibi Bart. dixit ſe neſcire alibi. Alberic.& Angel. reputant ſingul. Angel.Areti.in tracta.maleficio.verb. ad. menauit,& ibi eius additiona.Iaſo. in. l. prima.§. hæc autem verba.num. 15. ff. quod quiſque iur. Marſilius in.l.is qui cum telo.col.3.0.18.C.de ſicar.Anton.Gomez de delictis.ca.6.nu.3.l. 6. ibi, *ò alçando la mano con palo,o cõ otra coſa para lo ferir, maguer no lo fiera,fazele muy gran deshonra, de que le puede demandar enmienda en juyzio,è es tenudo el otro de gela fazer a bien viſta del juzgador.*

Quarto,qualis ſit pœna imponẽda inferenti iniuriam alicui?Reſpond, quòd non eſt certa, ideò iudicis arbitrio eſt relinquenda,cùm ſi ſit illata diuiti,vel nobili,vel conſtituto in dignitate ſæculari,vel eccleſiaſtica grauior ſit,præſertim ſi ab aliquo plebeio,& ſi à pluribus, quàm ab vno,& ratione loci,& temporis, aut re ipſa,l. prætor edixit.§.atrocem.ff.de iniur.§.atrox.Inſtit.de iniur. ideò meritò arbitrio iudicis relinqui oportet. l. 1. §.expilatores.ff.de effracto.& expilato. & ca. de cauſis. de offic. delegat. & ſic eſt extraordinaria. l.fin.ff. de priuatis delictis. l. & in priuatis. ff. ad Turpillianum.Alberic.in tracta.de ſtatutis.lib.3. quæſt.63.num.15.l.20.& l.21. vbi Gregor. Lopez.verbo.*Eſcarmentar*.titu.9.part.7. Sed dicas, quòd ſi in iniuria eſt certa pœna conſueta imponi debet iudex,attenta conſuetudine,procedere, & rationem eius ſequi in impoſitione pœnæ. vt in l.hodie.ff.de pœn. Alber.lib. 3. ſtatuto. quæſtio. 63. column. 3.ad fin. Ioan.de Anani. in capit. Inquiſitionis.ad fin.de accuſat. Grego. Lopez in. l. 21.gloſſ.penult.tit.nono.part.7. Si autem nec lege,vel conſuetudine ſit pœna deſignata, attenta qualitate iniuriæ,& conſideratis conſiderandis,arbitrabitur pœna criminalis, ſi criminaliter fuerit iniuriãs accuſatus,vel pecunialis, ſi ciuiliter fuerit intentata,quia ciuiliter,& criminaliter agi poteſt in crimine iniuriarum. §. in ſumma. Inſtit. de iniur.l.21.tit.nono.part.7.docet Anton. Gomez in tracta.de delictis.cap.6.nu.9.Robert.Marant. in ſpeculo aduocatorum.4.part. diſtinctio. iudiciorum.1.ou. quinto. ¶ Præterea dubitatur, Vtrùm arbitrium extendi poſsit vſque ad mortis pœnam? In quo dubio Accurſius extendi poſſe exiſtimauit.in.§.in ſumma. Inſtitu. de iniurijs. verbo extraordinaria. quam gloſſ. plures. referunt tanquam ordina.vt eſt Deci.in conſil.100.nume.10. Anto.Gomez plures referendo in tracta. de delictis.cap.6.nume.7.& ſing.dixit Angel. in tracta. de delictis.in parte. & ibi caput à ſpatulis amputetur.num.44.citat Matheſilan.ſingul. 48. Ioan. Beroard.in pract.canoni.criminal.capit. 138.verbo.arbitrarijs puniti. colum. fin. citat Panormi. in capit.cum T.de re iudi. col. 1. Bald. in cap. 1. §. iniuria.de pace iur.firm. & in. l. 1.C.de his qui lat.occult.Ioan.de Anani. in capit. Inquiſitionis. in fin. de accuſation.commendantes tanquam ſingul. prædictam gloſſ.in.d.§.in ſumma.ad præmiſſam concluſionem Gregor. Lopez in.l.21. titulo nono,part.ſeptima.in gloſſ.pen.Deci.in cap. ex literis.num. 14. de conſtit. poſt Imol. num. 8. & Felin. Barbat. dicit opinionem illius gloſſ. eſſe communem.& Barb.conſ.32.in fin.lib.2.& cõſi. 11.0.1.lib.1.Anton.Menef.in l.transfigere: num. 17.C.de tranſactionib.Marant. in ſpeculo aduoca.4.part.1.diſtinct.n.53. dicit magis communẽ. Præpoſi.in.c.2.nu.3.de ſponſa duorum.Alexan. conſi.35.colum.fin.nu.7.lib.2.& in conſil.13.nu. 15.lib.ſeptimo.Ioan.Bernard.in tract.regul. cum

Digitized by Google

fallent.reg.379.verb.Iudex cuius. Singu.dicit Beroi.in.c.de cauſis.nu.18.de offic.delega. Iaſ. in.l. quia iuriſdictioni.col.1.ff.de iuriſd.omni.iud. Sed ibi.nu.4.dicit opinionem prædictæ glo.communiter reprobatã eſſe.& Barthol.Caſſanæ.in conſuet.Burgund.fol.43.col.3.rubr.1.§.5.nu.1.verſi.iuxta iſtam conſuetudinẽ. Et ſic habes duas cõmunes opiniones inter ſe adinuicem pugnantes. Ideò ſolito more fœdere cõcordiæ diſtingue. Aut qualitas & grauitas delicti cõſiderando ſimile legis vel conſuetudinis in inferendis pœnis corporalibus in alijs delictis, id induceret, & animum iudicis rectè moueret, & tũc regulando motum animi ſui procedendo de ſimilibus ad ſimilia, prout in ſimilibus caſibus eſt conſuetum fieri, non ſe vltrà extendendo poterit propter atrocitatem criminis ſeu delicti imponere pœnam etiam corporalem, & mortis, vt pote, ſi clericum in ſacris conſtitutũ inſidioſè vapulis cædit & vulnerauit, quãuis ad mortem vſque nõ perueniat, ſi laicus eſſet, pœna mortis afficerem, attenta qualitate delicti, & cauſæ. Et ita vidi cùm eſſem iuuenis in quodã milite, qui inſidioſè & de nocte clericum portionarium vulnerauit in facie in naribus, qui hora noctis decima fuit captus, & die ſequenti hora nona ante meridiem vbi commiſit delictum vidi ſurca ſuſpenſum, & certè iuridicè per præmiſſa. Quia clericus portionarius eccleſiæ Cathedralis Salmãtinæ, & inſidioſè, & de nocte percuſſus in facie, & à laico paruæ ęſtimatiõis, ſi clericus fuiſſet, ipſum deponerem ab officio & beneficio perpetuò, & in monaſterium, ſeu carcerem truderem vſque decennium, vt ibi peragetet pœnitentiam, & recitaret dietim ſeptẽ Pſalmos Pœnitẽtiales, vel quid ſimile. Et ità conſultus in caſu ſimili dixi cum moderatione, quòd pro crimine quantuncunque graui, niſi data incorrigibilitate, non erat deponẽdus actualiter, & ſic nec tradendus curiæ ſeculari. per tex. in.c.cùm non ab homine.de iudi.& cap.tuæ. de pœn. & ſecundùm communem contra alterã communem. de qua per Arnaldum Albertin. in c.1.de hęret.lib.6.q.11 n.9.Ioan.Bernar.Diaz in praxi.c.84.Fernãd. Vaſquius lib.3. de ſucceſsio. creatio.§.22.n.52.& eſt addendus AEgid. Boſsi. in tract.de delictis.tit.de foro compet.nu.136.pagi.88.l.61.& ibi Greg.Lopez, tit.6.par.1. Et ſic opinio prædictæ glo.§. in ſumma. eſt intelligẽda in graui crimine, & quando circũſtantiæ delicti hoc ſuadent. ex Decio conſ.100.col.fi. Item etiã quando de tali delicto iam eſſet ſolitum arbitrari certam pœnam, nam tunc illa, & non alia eſt imponenda. vt per Deci. vbi ſuprà. & Greg. in.l.21. verb. *Eſtarmentar*. titu.9.part.7. referentem iſtam eſſe communem opinionem. ex Alexand. conſil. 111.col.1.n.3.li.1. Quãdo ergo ſtatuta eſt pœna à lege, vel à cõſuetudine illa, etiam in caſu ſimili, non eſt vltrà procedendum, cum cenſeatur iã certa, & arbitrium tranſgrediendo eam, non eſſet iuridicum, & tanquam iniuſtum ab eo poſſet appellari. glo. in.c.1.verb. peremptorium, vbi [illegible] ctione ordinaria. de dilat. & gl. in.c. ſuper his, verbo arbitrium. de accuſat. Quam dix. iuridi. Deci. in.c.ad hæc. nu.4.de appella. Barba. in.c. cùm veniſſent. nu.32. de iudic. Feli. in.c. Rodulphus. col.2.de reſcr. Ang. in tracta. maleficio. verb. & ibi caput. nu.45. gl. in c. Romana. §. quòd ſi obijciatur, verb. minus legitima. de appell. lib.6. Quę omnia probant, quòd quãdo aliquid relinquitur arbitrio iudicis, ſi iudex arbitrando malè poterit ab eo appellari, ergo & in ſpecie propoſita. Aut eſt Princeps qui arbitratur, & ipſe poterit, ſeu conſiliarij ſupremi ex cauſa & grauitate delicti pœnã iuris vel cõſuetudinis augere. ex Inno. in.c.1.de conſtit. qui in iudicibus ſupremis eſt tantùm intelligendus ſecũdùm Bald. in authen. Hodie. per tex. ibi. C. de iudi. cum alijs pluribus per eum relatis. Sequitur Hippoly. ſing.244. incipi. Tu ſcis illud quod ferè. Si autem ſecundum legem, vel conſuetudinem nõ eſſet pœna mortis ſolita in caſu ſimili poni, tunc extraordinaria, citra pœnã mortis eſſet imponenda & mitior. glo. in dict. capit. ſuper his. verb. arbitriũ. ad fi. de accuſatio. Alex. optimè in.d.conſ.111. Optimè diſtinguit Ioan. de Imol. in.c. ex literis. n.8. de conſti. Facit, nã pœna arbitraria ſeu extraordinaria nõ debet eſſe mortis. ſecundũ gl. in.l. ſacrilegij.2. verb. conſiderandũ. ff. ad leg. Iul. peculat. Et ſic in hoc vltim. caſu erit intelligenda, & ſaluanda. Et eſt de mẽte Alex. conſ. 111. col.3.n.3. verſ. Et ſecundũ hoc ſaluatur. lib.1. De iſta quæſtione dubia optimè ad vtranq; partẽ agit Robert. Maranta. in loco præcitato. 4. part. diuiſione ſeu diſtinctio iudiciorũ. à nu.43. vſq; ad nu.58. vbi ad primã cõem ponit ſex limita. Et eſt notandũ ad leges, quæ dant in cauſis criminalibus arbitrium procedendi in impoſitione pœnæ, vt aduertant circũſtantias, & atrocitatẽ delicti, & alia, de quibus ſuprà, ne faciant iniuriã partibus, quæ ex tali arbitrio iniquo poſſunt ad ſuperiorẽ appellare, vt dictũ eſt. Cætera de iniurijs videnda ſunt apud Ant. Gomez in d.c.6. Robert. Marant. vbi ſupra.6.part.nu.58.cum ſeq. Matthæum Afflictum in dict.§. iniuria.c.1.de pace tenend. & in conſtit. Neapoli. lib.1.rubr.54. de tranſactio. nu.1.& AEgid. Boſsi. in practi. tit. de iniur. nume.1. pag.390. cum ſequen. vſque ad 398. & in part.7. tit.9. vbi per egregium regium Senatorem omni laude digniſsimum Greg. Lopez, qui in ſuis commentarijs plurima bona & practicanda in forenſibus diſceptationibus ſcripta reliquit, & ab omnibus meritò conſulenda.

¶ *Ley. I. La pena de los hijos que denueſtan a ſu padre y madre.*

¶El Rey don Iuan. I. en Biruieſca. Año de mil ccccxxxiij.

POR quanto algunos ſon deſobedictes a ſus padres, y a ſus madres. Mandamos y ordenamos, que demas de las otras penas contenidas en las leyes de las ſiete Partidas: que qualquier fijo, o fija que denoſtare a ſu padre, o madre en publico, o en eſcondido: en ſu preſencia, o en ſu auſencia: y ſeyendole prouado que la nueſtra juſticia lo eche en

¶ *Lex Prima.*

¶*Son deſobedientes a ſus padres.* Filius enim ſapiens lætificat patrem, & ſtultus homo deſpicit matrẽ ſuam. Prouerbio. 15. Facit contra Dei præceptum Exod. 20. de honorandis parentibus, dicens, Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Qui autem maledixerit patri ſuo, vel matri morte moriatur. Exod. 21. vbi etiam dicitur, Qui percuſſerit patrẽ ſuum, aut matrẽ morte moriatur. Et Eccleſiaſ. 3. Qui honorat patrẽ ſuum, vita viuet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. Apoſt. ad Epheſios ſexto. Filij obedite parentibus veſtris in Domino. Et Deuteron. capit. vigeſimoprimo. dicitur. Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui nõ audiat patris ac matris imperium, & coercitus obedire contempſerit, apprehendent eum, & ducent ad ſeniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentque ad eos, Filius noſter iſte proteruus & contumax eſt, monita noſtra audire contemnit, comeſſationibus vacat, & luxuriæ, atque conuiuijs, lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferat malum de medio veſtri, & vniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat. Vnde Vlpianus Iureconſultus. ff. de obſequ. à libe. liberto præſtand. in. l. prima. ait, Quare ſi filius miles in patrem aliqua commiſit, pro modo delicti puniendus eſt. & ibi in. §. 1. dicit, Si filius patrem & matrem (quos venerari oportet) contumelijs afficit, vel impias manus eis infert, Præfectus vrbis delictum ad publicam pietatem pertinens, pro modo eius vindicat. Indignus militia iudicandus eſt, qui patrem & matrem, à quibus ſe educatum dixerit, maleficos appellauerit. & in l. vnica. C. de ingra. liber habetur Filios, & filias, cæteroſquè liberos contumaces, qui parentes, vel acerbitate conuicij, vel cuiuſcũque atrocis iniuriæ pulſaſſent; leges emancipatione reſciſſa, damno libertatis immeritæ multari voluerunt. lege finali. titulo decimooctauo. Part. quarta. Et facit lex quinta. titulo decimoſexto. eadem. 4. Part. dum dicit. *Et ti berto ſiempre es tenudo de obedecerle, y de honrarle, y de guardarſe de fazerle peſar. E ſi contra eſto fizieſſe, poderlo ya el Señor tornar en ſeruidũbre.* Facit, nam filius exhæredari poterit, ſi manus ſuis parentibus intulerit, vel grauem & inhoneſtam eis iniuriam ingeſſerit. textus in authentic. vt cum. de appellatio. cogno. collatione octaua. gloſſ. in. §. fina. Inſtitu. de inofficioſo teſtamẽto. & gloſſa in capitulo Quintauallis. de iure iurando. l. quarta. vbi Gregor. Lopez citat noſtram legem in verbo. *palabra*. titulo ſeptimo. Partit. ſexta. Cùm ergo propter grauem iniuriam verbalem filius eſt puniendus pœna priuationis legitimæ, & ſic priuandus erit alimentis, conſequens erit, quòd iudex debet ex ſuo officio ſecundùm qualitatem iniuriæ illatæ patri, aut matri punire filium proteruum & contumacem, & imponere pœnam mitiorem, aut acriorem. Facit gloſſ. in. l. vnica. C. de ingrat. lib. quæ dicit in verb. reſciſſa, quod pœna filio ingrato eſt iudicis officio imponenda: & ſic cùm non ſit vniformis, nec expreſſa omnis iniuria (nam aliquando eſt leuis, aliquando grauis, aliquando atrox. vt declarat Alber. in. l. prætor edixit. §. ſciendum. ff. de iniurijs.) ideò pro modo culpæ eſt vindicanda, iuxta ſententiam. dict. l. primę ff. de obſequijs à liberto libe. præſtand. & ſic eius arbitrio regulato, vt diximus ſuprà in gloſſ. rubric. huius titu. Et magna eſt poteſtas patris in filium, cum ipſum vendere poſsit ad ſuam neceſsitatem famis ſupplendam. l. ſecunda. C. de patribus qui fili. diſtraxe. l. octaua. & nona. vbi Gregorius Lopez. titulo decimoſeptimo. par. quarta. vbi habetur, quòd poſsit pignori dare, & comedere, ſi magna ad fuerit neceſsitas. De cuius intellectu vltra alios eſt videndus Arius Pinelus in rub. C. de bon. mater. 2. part. num. 18. Couarru. lib. 3. ca. 14. num. 4. in varijs reſolutionibus plura optima ſcribit, qui

propter ſuam inſignem morum & literarum integritatem optimo iure tranſlatus nunc eſt à Philippo Rege huius nominis Secundo ad Pōtificatum ſupremum Segouienſis ciuitatis. Item obijciens conuicium iudici, eſt puniendus. l. illud. ff. de appellationib. Dixi in l. 12. tit. decimoſexto. lib. tertio. ſuprà. quia loco Dei ſunt poſiti, & in licitis & honeſtis tenemur eis obedire, nullam iniuriam inferendo, iuxta illud, Qui vos audit, me audit, qui vos contemnit, me contemnit.

1 Verùm autem filius teneatur patris delictum in cauſa hæreſis manifeſtare Inquiſitoribus? Videtur, quod ſic: nam in cæteris delictis prohibetur patrem accuſare. & tamen in crimine læſæ maieſtatis, ſeu Reipublicæ, non inhibetur. vt in authenti. vt cum. de appella. cognoſci. §. cauſas: collatione octaua. & ſic in crimine læſæ maieſtatis admittitur filius aduerſus patrem, nec cēſetur ingratus vt probat optimè Hieronym. Gigas in tracta. de crimine læſæ maieſtatis, quæſtione octaua. pagin. 187. Ergo multo fortius tenebitur in crimine commiſſo contra maieſtatem diuinam, & ſic Deū, ac tenetur denuntiare crimen, vt malum de medio auferatur: quia cauſa Dei prior, & fortior eſt patris: quia plus Deo, quàm parentibus debemus, quos qui plus quàm Deum amauerit, non eſt Deo dignus. Igitur qui patris diſsimulat hæreſim, quæ fidei Catholicæ Deoque aduerſatur, plus patrem diligere videtur, quàm Deum, cuius fidem & gloriam non defendit. Iſtam ſentētiam defendit Alexand. Alenſis. 3. part. in quarto præcepto. Ioan. Lup. in repetitio. ca. per veſtras. §. 75. Alphonſus à Caſtr. lib. ſecundo. de iuſta punitio. hæreticorum. capit. vltimo. Refert doctiſsimus Simancas, de inſtitutio. Catholic. cap. 29. num. nono. quanuis ibi contrariam partem vt benigniorem & probabiliorem defendat. Item etiam probatur ex Hilario in Pſal. 118. in verſu. Iniquos odio habui. dicens, Odio habendos eſſe parentes, qui ab amore Chriſti filios abducere conātur. Præterea pro defenſione patriæ, ſi eam pater oppugnet, filius poteſt eum occidere. l. minimè. ff. de religioſ. & ſumptib. funer. Quinimò ſi arcem filio commiſſam pater occupare tentauerit, filius in ipſo conatu eum interficere valet. l. 12. titu. 18. part. 2. Alberi. in. l. veluti. penul. & fin. col. ff. de iuſti. & iure. Grego. Lopez in dict. l. 12. verb. *No deue catar à padre.* Cōfirmatur: nam in odium criminis, & fidei fauorem multa ſtatuta ſunt. vt in cap. in fidei fauorem. de hæret. lib. ſexto. vbi teſtes alias inhabiles de iure cenſentur habiles in iſto crimine ad teſtimonium ferendum. Item etiam filius per hæreſim patris eo ipſo liber manet ab eius patria poteſtate. cap. ſecundo. §. illorum. de hæret. lib. ſexto. ibi, cùm dignum ſit, vt propter tanti atrocitatem delicti filij eſſe in parentum hæreticorum deſierint poteſtate. Quo fit, quòd parentes huiuſmodi non poſſint filijs ſuis impuberibus ſubſtituere pupillariter. Nam inter cætera requiſita in pupillari ſubſtitutione, illud quoque præcipuum eſt, vt teſtator impuberem in poteſtate habeat. l. ſecunda. ff. de vulgari & pupillari. quòd ex eo maximè procedit, quòd nemo pupillariter ſubſtituere poteſt, niſi prius teſtamentum ſibi fecerit. dict. l. ſecunda. §. primo. Notiſsimi autem iuris eſt, hæreticum inteſtabilem eſſe protinus cùm in hæreſim incidit, cùm omnia eius bona ipſo facto applicentur fiſco. capit. cùm ſecundùm leges. de hæret. lib. ſexto. l. quarta. C. eodem. Ergo liquidò conſtat eum non poſſe pupillariter ſubſtituere. notat Arelaten. de hæreti. notabi. 14. incip. Hæreticorum filij eximuntur à patria poteſtate, &c. ergo cenſetur extraneus patri §. extraneus. Inſtit. de hæredi. qualit. & differentia. l. vnica. §. extraneum. C. de rei vxoriæ action. Quia in iſto caſu patrem debet reputare extraneum, & eum dimittere, ſolumque Deum habere in patrem. iuxta illud Euāgelij, Niſi quis reliquerit patrem, aut matrem. Et debet dicere ſuis parentibus, Non noui vos. & habetur in capit. Diaconi ſunt 93. diſtinctione. & Matthæi decimo. Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non eſt me dignus. Et Lucæ decimoquarto. Si quis venit ad me, & non odit patrem, & matrem, & filios, & fratres, & ſorores, nō poteſt eſſe meus diſcipulus. Præterea qui patris crimen non reuelat, videtur ipſum credere, receptare, & fauere, ac proinde hæreticus eſſet cenſendus. capitu. excommunicamus. §. credentes. de hæretic. capit. quicunque. §. hæretici autem. eodem titulo. lib. ſexto. ergo tenetur reuelare, ne ſerpat crimen in odium, & detrimentum totius reipublicæ. æquum namque eſt, vt immaniſsima ſacrilegia par pœnæ magnitudo percellat. l. quicunque. ad finem. C. de hæretic. nec aliquo priuilegio debent tueri, ſed grauandi in odium criminis. l. prima. C. de hæreti. argumen. l. Curiales. C. eodem titu. igitur reuelare tenetur delictum hæreſis, in quo pater perſeuerat. Adducitur etiam ratio, quæ eſt huiuſmodi. Poteſtas conceſſa Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis contra ſciētes, & receptatores hæreticos eſt eis generaliter conceſſa contra omnes homines, ergo præſertim in fidei fauorem generaliter eſt intelligenda ſine exceptione ſanguinis, ſeu filiationis. & in dubijs opinionib. animæ fauore quod tutius eſt præſumere debemus. c. vni. de ſcruti. c. iuuenis. de ſponſali. & ſi duriorē cauſam denotet. vt in. c. ſignificaſti. 2. de homic. vbi in dubio in cōſcientiæ foro ſumitur præſumptio, quòd quis ſit irregularis. ergo & in præſenti dubio de excommunicatione lata ab Inquiſito-

Digitized by Google

ſitoribus contra ſcientes, debet intelligi, etiam ſi filij ſint. vel patres, quia hæreticus non eſt pater, ſed Deus, qui eſt prædiligendus ipſo contempto. His etiam accedit ratio. Nam, vt ait Ariſtot. primo Ethicorum capit. De idea Platonitæ. propter veritatem oportet etiã familiaria deſtruere: quia amico & veritate exiſtentibus, ſanctius eſt præhonorare veritatem. Sed nulla maior eſt veritas, quã veritas diuini cultus. Ergo cùm pater, vel mater repugnant huic cultui, oportet deſtruere cum eis omnem familiaritatem, & negare paternitatem, fareque eis tanquam ſi parentes non eſſent. Si autem parentes non eſſent, eos accuſare atque occidere debetemus: ergo ſi repugnant cultui diuino, eos occidere debemus tanquam extraneos, & à fortiori eorum crimen hæreſis denunciare. Et confirmatur alijs rationibus adductis in hac ſpecie à Dino Alphonſo Toſtato Abulenſi Epiſcopo in Deuterono. capit. decimotertio. quæſtione tertia, vbi ipſe fouet partem contrariam, imò quod nullo modo filius poſsit patrem, ac matrẽ ad mortẽ prodere, etiã ſi ſuaſerint ei colere Deos aliẽnos, ſed eos relinquere debet, & nõ acquieſcere idololatriæ eorum. ibiq; per trea columnas & pluera reſpondet ad argumenta contraria, & adduci plura pro parte negatiua, quòd filijs id non liceat. Et his pro Toſtato facit quod pulchrè refert Valerius libr. ſecundo. de inſtit. antiquis. de Q. Fabio Maximo vltimæ ſenectutis, qui ad imperium lectoris filij conſulis ſtatim ex equo deſcendit. Et quanuis aliqui, de quorum ignorantia dolendum eſt, præmiſſam concluſionem Toſtati tanquam errorem mordent, & lacerant, ſed ne in meridiano ſplendote eorum inſipientia ampliùs errare eos faciat, nimiſquè ſapiendo deſipiant, legant translationem Chaldaicam Deuteron. 24. capit. quæ expreſſe idem dicit. Et Exodi. 32. vbi Deus iuſsit Leuitis pro idololatria occidere fratres & propinquos, non tamen patres. Et idem probatur gloſ. in capit. literaa. verbo. de fratre, de præſumptio. Et pondera verbum, Non noui vos, relatum ex ſacro eloquio à prædicta gloſſ. nam non dixit, accuſa. Idem tenet Aſtenſ. lib. primo. titu. vigeſimoquatto. Alexand. Anglican. 3. part. tit. primo. Sed ſi aduertas, omnes rationes Toſtati ſe vertunt ad accuſationem parentum, non tamẽ quando interuenit Papæ, ſeu Inquiſitorum eius commiſsio, eſto, quòd non teneantur eos accuſare, teneantur ſaltem denuntiare hæreſim occultam patris; quæ dubitatio licèt omiſſa fuerit, tamen ex eius mente apparet idem. reſpondendum ſ, re. ibi. & in tertia regul. capit. decimo quinto. quæſtione decimaſexta. Et Ioſue. 7. capit. quæſt. 69 & Matth. 6. cap. quæſtione. 65. ad quartum. & quæſtione 66. & 79. & in cap. octauo. quæſtione. 67 & quæſt. 69. In vxore, & filijs contrarium eſt firmandum, vt probat Abulenſis in Deuterono. 13. quæſtio. 3. Quibus non longè abeſt alia ratio pro parte quod teneatur denuntiare, & teſtificari aduerſus patrem hæreticum, quia eſt crimen pernicioſiſsimum, & ſolet occultiſsimum eſſe, & ſic ſi filius ad id non teneretur, anguſtarentur probationes contra legem. quoniam. C. de hæret. & ſic cogi poterit. argumen. cap. fin. de teſtib. cogend. Tum etiam, quia in dubio timere debet excommunicationem latam ab inquiſitoribus, & cum ſi id non aperiat, excommunicatum præſumere oportet. capit. cum tu. de teſtib. cùm etiam caſus excepti, & expreſsi à lege ex identitate rationis extendantur. cap. cum dilecta. de cõfirmat. vtili vel inutili. cum ijs, quę dixi ad Segur. in repetitio. l. primæ. §. ſi verò vxoris nume. 119. ff. de acquirend. poſſeſſ. cùm talis extenſio ſit fauorabilis vniuerſæ reipububli. orthodoxæ, ergo extendenda. Barro. in. l. quemadmodum. numero tertio. C. de agrico. & cenſiti. libro vndecimo. Item probatur ex conſtitutione quadam extrauagan. Federici Imperatoris. incip. Vt commiſsi. §. cæterum. approbata in capit. vt inquiſitionis. de hæret lib. ſexto. quæ inquit, filium manifeſtantem hæreſim patris lucrari legitimam, & minimè confiſcandam eſſe. Facit. l. edicto. ff. de iure fiſci. ſi ergo datur præmium, oportet reipublicæ vt deferatur, & faciendo oppoſitum pœna multabitur. Ex quo infertur, filium cogendum eſſe, vt dicat teſtimonium aduerſus patrem, vel matrem in cauſa hæreſis, ex ſuprà dictis. Et quia ſeruus in ea cauſa cògitur contra dominum, ergo & filius, cùm ęquiparetur ſeruo. vt in princip. inſtit. quod cum eo. Et inſtit. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Et ius pœnale exorbitans loquens in ſeruo, locum habet in filio. glòſſ. in. l. ſi quis ſeruo. verbo. Corrumpi. C. de furt. quæ probat theoricam optimam, quòd quando duo caſus æquiparantur in iure antiquo, lex noua corrigens vnum caſum, etiam extenditur ad aliud ſimile. citat Iaſo. in l. prima. numero. quinto. ff. de vulgari & pupillari. & in. l. rem quæ nobis. numero vigeſimo quinto. ff. de acquirenda poſſeſsione. vbi Ripa numero. ſecundo. Ioan. Bernard. Diaz. fol. 383. colum. tertia. Iaſ. in. §. ex maleficijs. nume. trigeſimonono. de actionib. & alibi ſæpè. Sed argumentum iſtud ceſſat in patre, quia vinculo obedientiæ prouenienti ex lege diuina & naturali, ſecus autem in ſeruo, cuius obedientia, & ſeruitus fuit ab hominibus inuenta, & ab eis facilè tolli potuit propter crimidia enormitatẽ, & ſic extra ſuũ caſum trahi ex vi extẽſiõis nõ debet, cũ diuerſum vinculũ inſit. ¶ Cõtrariã verò partẽ, imò ꝙ filius nõ poſsit pro crimine quãtumcunq; graui patrẽ accuſare, nec denunciare, nec te-

ſtificari, nec ad id cogendum eſſe, ex Toſtato vbi ſuprà Deutero. 13. quæſt. 3. & ex ijs quę diximus conſtat, quem ſequitur doctiſsimus Hiſpanus Iacob. Septimaceñ. in lib. de inſti. Catholi. c. 29. nu. 10. ad id referens bonas rationes, quas ibi videre poteris. quia text. ſacer. Deuter. 13. poſuit ſpecialiter vxorem viro accuſare poſſe, & è conuerſo virum vxori, & filios, & ſic de alijs quos diligimus. Cùm tamen parentes ſint de illis, quos in maximo honore tenemur poſt Deum, eius præcepto Exod. 20. ſi illos intelligi voluiſſet, illos expreſsiſſet, cùm de illis maius dubium, quàm de omnibus alijs rationabiliter eſſe debeat, ſed eos non expreſſit, ergo ſunt excepti à præcepto filij: & quamuis de patre non inueniatur expreſſè prohibitum, tamen quia Deus dedit legem, ad quàm nihil addere licet Deutero. 12. ad finem. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito domino, nec addas quicquã per minuas Et Apocalypſis. 22. & Deutero. 4. l. proſpexit. ff. qui & à quibus. Et ſatis cẽſetur prohibitum, quod expreſſum non inuenitur, præſertim cùm leges pœnales potiùs ſint reſtringendæ, quàm ampliandæ. cap. odia. de regu. iur. lib. 6. igitur pro huius partis confirmatione. Ad idem eſt Exod. cap. 32. Occidit, &c. & Prouerb. 30. Oculũ qui ſubſannat patrem, ſuffodiant eũ corui de torrentibus, & comedant eum filij Aquilæ. Suffragatur inſuper memorabilis maledictio Noe Gen. 9. vbi Cham iuſtè fuit maledictus, quia verenda patris ſui non operuit, ſed potiùs fratribus ſuis non erubuit foras nunciare. Præterea Deus Optimus Maximus in lege veteri & noua expreſſè præcepit, vt patrem & matrem honoremus, vt ſimus lõgeui ſuper terram Exod. 20. Deute. 5. Matth. 15. nullibi tamen exceptum inuenitur oppoſitum, nempè, quòd filius patrem hæreticum prodat, in maximum patris dedecus, ac vitæ, famulatumque diſcrimen, atque iacturam. Confirmatur, nam nihil magis honorabile eſt poſt Deum, quam nomen patris & matris. Nam Ariſto. 9. Ethico. ca. 4. parentes immediatè poſt Deum poſuit, ſcilicet dicendo. Dijs & parentibus nõn poſſumus retribuere æqualia, & hoc, quia pene infinitum bonum eſt, quod à patre & matre recepimus, totum quod ſumus, nempè, eſſe homines: huic autem bono non poteſt æquiparari aliquod bonum alterum, quod ab aliquo alio inferiori agente præſtetur. Nam etiam ſi aliquis nobis omnes terrarum nationes in noſtra poteſtate ſubigeret, vel quodcunque alterum bonum quantumcunque magnum tribueret, non æquaretur beneficio paterno, quod recepimus ab eo, quando nobis per generationem eſſe communicauit. Et hoc, quia eſſe, eſt prima perfectio, & fundamentum omnium aliarum, cùm ſint aliæ bene eſſe, ergo iſta maior eſt, aliæ namq; ſine iſta nõ ſunt, ita etiam cæteris ablatis eſt, ergo poſt Deum, qui eſt prima cauſa ad generationem, tenemur ſuper omnia. Deinde parentibus nulli tamen poſt Deum tenemur ſicut patri noſtro, magis enim ei tenemur, quàm angelis & cæteris ſanctis: quia maius bonum ab eo, quam ab iſtis recepimus omnibus ſub Deo, coram quo omnis creatura contremiſcit, & nullum nomen maioris reuerentiæ & honoris eſt, quàm nomen paternum, aut maternum. Ergo nullo modo licet prodere patrem, vt occidatur, nec vllo caſu manus ei imponere, occidere, vel ſubſannare, eſſet enim totam naturam deſtruere oppoſitum facere. Recedere ergo tenetur, quando in ſuam hæreſim damnatam vellet pater filium peruertere, aut fugere ab eo, non tamen accuſare, ſeu prodere. Et hoc ſufficit, vt præcepto Dei ſatisfiat. Quia crimẽ hæreſis nõ tollit naturalia, eò quòd pater hæreticus ſit, ſed adhuc pater eſt: quò fit, ſi pater hæreticus ſit in extrema neceſsitate, & alius Catholicus, & non habeat vnde ſubuenire poſsit niſi alterum iſtorum, quòd potiùs tenetur ſubuenire patri hæretico, quàm alteri cuicunque Catholico. gl. in cap. 1. diſtin. 30. citat Panor. in ca. ſi quis. & in ca. in cos. de hæreti. vbi ad fratrem carnalem illa extrema neceſsitate extendit. & Arelat. dicens communem in tract. de hæret. notab. 22. Ad idem de patre infideli eſt glo. in cap. non ſatis. verb. Domeſticos. 86. diſtin. vbi Præpoſit col. 5. nu. 20. multiplici ratione comprobat. Communem teſtatur in capit. cùm ſit. col. 2. nu. 2. de Iudæ. quãuis in foro contentioſo aliquot rationibus motus non exiſtimet communem opinionem totam eſſe. Iacob Septimacenſ. etiam communem dixit in tracta. De inſtitutio. Catholicis. cap. 29. nu. 12. Ludo. Carreri. in pract. tit. De hæreticis. num. 167. Eſt. l. Regia hanc dubiam quæſtionem diſſoluens in titu. 24. Parti. prima. l. 8. incipien. *Dubda podria ſer.* Patri enim non ſubuenitur in quantum eſt peccator, id eſt, vt per hoc peccato faueatur, ſed in quantum homo eſt, id eſt, vt naturæ ſuſtentetur, quæ etiam impio debetur, & magis quam fideli, patri exiſtenti in extrema neceſsitate. ex Thom. Secunda Secundæ. quæſt. trigeſima ſecunda. artic. tertio. & artic. nono. Natura quippè abhorret, vt filij ſint accuſatores parentum, quos abſque venia in cauſis ciuilibus in iudicium trahere, iura non permittunt. l. fina. de in ius vocando. §. pœnales. vbi latè dixi in lectio. Inſtitu. de actionibus. Demum aduerſus rationem, naturalemóue inclinationem eſt, vt patres ſuos iudicibus filij denuncient, cui inclinationi, quicquid aduerſatur, peccatum eſt contrarium legi naturæ. Sanct. Thom. 2. 2. quæſt. 133. artic. 1. in corpore quæſtionis. Præterea, ſecundum regulam naturalem vnuſquiſque

ſcip-

Digitized by Google

ſe ipſum conſeruare tenetur, & contrarium faciēs, puniuntur, vt. ff. de iis qui ſibi mortem conſciue. l. 9. titu. 13. infrà hoc libro octauo ordinam. ſed filius qui patrem prodit, ſe ipſum prodit, punit, & accuſat, ſibique iniuriam infert, quippe cum perſona patris & filij vna ſit. l. ne cum filio familias, ff. de furt. ibi. Sed natura rei impedimento eſt, & vna eſſe dicitur pater cum filio. capitu. contradicimus 35. quæſtione tertia. gloſſ. in capitul. pœnitentia. de pœni. diſtinctione tertia. l. fina. C. de impube. & alijs ſubſtit. ſed nunquam quis carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet, vt inquit Apoſtolus. Tum etiam, Non tibi dico, vt te prodas in publicum, nec apud alios te accuſes, capitul. quis aliquando. de pœnitentia. diſtinctione prima. dixi in l. ſecunda. gloſſ. prima, titul. nono. libro ſecundo, ſuprà. Tum etiam, quia filius efficitur infamis & ſic, quamuis Catholicus, apud omnes habetur, & ſibilatur, & ſic bonum famæ amittit propter hæreſim patris, ac proinde mortuus eſſetur, cùm fama vitæ æquiparata ſit. l. iuſta. ff. de manu. & vindi. gloſſ. in capitul. vno delegatorum, de offic. delegat. Et ſapiens inquit Prouerb. 17. Gloria filiorum, patres eorum. Et Eccleſiaſti. 3. capit. Gloria hominis, ex honore patris ſui: & dedecus filij, pater ſine honore. Et, quòd efficiatur infamis, eſt text. in capit. ſecundo. de hæret. lib. ſexto, & latius in. l. tertia. titu. quarto. ſuprà hoc lib. octauo, diſſeruimus, Si ergo in ſe ipſum venit pœna, cùm maxima patris pars in filio eſt, ſecundùm Picum in quadam ad Hermolaum epiſtola, indecens, & contra naturalem rationem eſſe videtur tenere opinionem huic vltimæ aduerſam, vt filius in patre ſe ipſum prodere teneatur, delictum eius reuelando: quia eſſet iugum nimis onerofum, contra verum, teſtimonium noſtri Seruatoris, Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Nec mouet ratio aliquorum, quòd filius patrem proditorem patriæ indicare teneatur, & oppugnatorem occidere liceat. Quia longè alia cauſa eſt, in qua filius cum patria ſe defendit, eamque à periculo liberat, quo vel momento perire poterat. Quòd ſecus eſt in hæreſi occulta, quæ paulatim ſerpit, quæ ſi longiùs fuerit euagata, vt in exemplo fuit in multis etiam hæreſiarchis fuit reuelata, & alij plures poſſunt, prout tenentur, eam reuelare. Filius autem ſi à patre cogatur ad ſuam idolatriam, & infidelitatem trahere, tunc patrem relinquat, à cuius poteſtate hoc ipſo liberatus eſt capit. ſecundo §. fi na. de hæret. lib. ſexto. Demum ſi magnum reipublicæ detrimentum ex patris hæreſi pararetur, quòd vix contingere poſſe exiſtimo, dum hæreſis occulta eſt, poſſet filius eadem facere, quę de patriæ proditore ſcriptum reliquit Cicero lib. officiorum. 3. hoc verborum tenore. Quid ſi tyrannidem occupare, ſi patriam prodere conabitur pater, ſilebitne filius? imò vero obſecrabit patrem, ne id faciat. Si nihil proficiet, accuſabit, minabitur & ad extremum ſi ad perniciem patriæ res ſpectabit, patriæ ſalutem anteponet ſaluti patris. Hæc Cicero loco præmemorato.

Facit notabile fundamentum. Nam Romanus Pontifex in inhabilitate, quæ ineſt in teſte, impedimento prouenient naturali iure, vt eſt in filio contra patrem, nō poteſt diſpenſare, & ipſum habilitare, vt contra patrem ferre poſſit teſtimoniū ipſum compellendo generaliter per monitorias, ſeu particulariter, argumen. clemen. Paſtoralis. §. cæterum, de re iudica. quia contra ius naturale & diuinum non diſpenſat cap. fina. diſtinct. 5. §. Sed naturalia quidem iura. Inſtit. de iure natural. gent. & ciuil. cap. literas, de reſtitut. ſpoliato. capit. fin. de conſuetu. Et ſic commiſſio Inquiſitorum tributa à Papa excommunicandi omnes non reuelantes hæreticos, eſt tātum intelligenda contra illos, qui impedimento iuris poſitiui in fidei fauorem poſſent aliàs compelli, vt in capit. in fidei fauorē, de hæretic. Secus vbi quis eſt impeditus regulariter à iure, vt eſt filius. l. parentes, & l. inuitis. C. de teſtib. Quæ regula cùm in iſto crimine non habeat fallentiam in iure, imò ſit vniformis iuri naturali propter præceptum Dei obedientiam & reuerentiam debitam parentibus generaliter eſt accipienda: tale enim præceptum quamuis generale debet reſtringi de habilitate, & ad caſus iuri poſitiuo ſubiectos. Et caſus omiſſus in materia pœnali, eſt habendus pro omiſſo, prout in cæteris caſibus non habentibus eandem rationem & vim in iure cautum eſt. l. ſi cùm dotem. in princi. ff. ſolu. matrimo. l. commodiſſimè. ff. de lib. & poſthum. cap. ſuſceptum, de reſcri. libr. ſexto, cum pluribus citatis ab Andr. Tiraquell. de iure primogeniorū, quæſtione quadrageſima. numer. 190. verſic. trigeſimus quintus caſus. Et huic fundamento in expreſſo fauent verba Anchar. in capit. in fidei fauorem, de hæret. libro ſexto, columnā, prima numero primo, dicens. Secundò nota, quòd Papa poteſt teſtes minus idoneos habilitare, ſiue habiles reputare ad ferendum teſtimonium, & hoc verum, quādo exceptio contra teſtes cauſatur à iure poſitiuo, puta exceptio excommunicationis, criminis, ſeruitutis, & ſimilibus: ſi verò cauſaretur à iure naturali, puta exceptio inimicitiæ, vel quòd teſtes careant ſenſu, & ſimiles. ¶ Iſtas non videtur Papa poſſe auferre, argumen. clemen. primæ, de re iudica. & dixi in cap. primo, de reſcript. ſupra eod. libr. remittendo ad Barto. in. l. ſi filius. ff de donatio. Et hoc probatur in capit. Per tuas de ſimoni. vbi in crimine vult admitti teſtes criminoſos, & alios minus idoneos, non tamen con-

 ſpirato-

ſpiratores, & inimicos, qui de facili mentiuntur. vt.l.prima. ff. de quæſtio. Et hoc eſt, quòd dicit text. hic, ſi ex veriſimilibus coniecturis non falſa dicere præſumuntur, quaſi per admiſsionem teſtis inhabilis non ſit excluſa exceptio falſitatis, etiã contra dicta. Hactenus ille. Ad idem eſt quod not. Ioan. Andr. ad Specul. tit. De teſte. §. primo, verſic. Item quòd eſt parens, & glo. prima, in principio, in l. nona. titul. 8. libro. 2. for. legum. Si ergo præcepto iudicis tolli nequit regula, quòd filius deponat contra patrem, quippe cùm ſit cõtra ius naturale, vt Ioan. Andr. & Montalu. in dict. l. nona, glo. prima, in locis proximè citatis tenẽt. Credendum eſt, has cenſuras generales non obligare filios prodere parentes in crimine hæreſeos, per præmiſſa. Tum etiam, quia commiſsiones, & priuilegia cenſentur conceſſa ſine præiudicio iuris communis, nec in dubio cenſetur correctum ius commune, niſi expreſſè dixerit concedens, vt notat. in capitul. relatum. 1. de teſtament. l. generaliter. C. de rebus credit. in. §. in omnibus, ibi. non enim vt aliquid derogetur antiquioribus legibus, hæc prolata ſunt, ſed vt quid de eſſe eis videatur, hoc repleatur. Tum etiam, quia eſſet cõtra ius naturale & rationale. Tum etiam contra reuerentiam, quæ parentibus eodem iure pariterque diuino, vt oſtenſum eſt, omnibus de mundo debita eſt, ideo remitti non poteſt. l. alia. §. eleganter. ff. ſolut. mat. iunct. text. in capit. ſi diligenti. de foro competen. capitu. contingit. de ſententia excom. gloſſ. in. l. libertorum. C. de teſtib. & eſt ius prohibitorium. per gloſſ. in authenti. imo. C. de acti. & obligat. verb. parentibus, quæ ait legem prohibitoriam remitti non poſſe. Simil. gloſſ. in. l. a diuo pio verbo. actionem. ff. de ritu nuptia. Baldus in l. ea quæ numer. primo. C. de donatio. ante nupt. Felinus in capitul. cum acceſsiſſent, numero. 7. de conſtit. Hippolyt. conſil. 131. num. decimonono. Fernand. Loazes in tractat. de matrimonio regni Angliæ. 11. dubio prin. numer. 37. fol. 37. & fol. 71 colum. prima Iaſo. in. l. omnium. numer. octauo. C. de teſtamen. Andr. Tiraqueil. in tracta. primo geniorum, quæſtione. 24 numero. nono. vbi citat plures concordan. ergo tale præceptum & ſi ſit generale reſtringatur ad teſtes habiles, & qui alias à iure communi poſſent compelli, non alio modo, & ſeruata forma denunciationis euangelicæ. vt notat gloſſ. in capit. in omni negotio. de teſti. & etiam in crimine hæreſis ſit præponenda denũciatio Euangelica, ſi peccauerit in te frater tuus. Matheæi. 18. videtur probari ex Apoſtol. ad Titum capit. 3 Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita. Quam intellige in hæretico non pertinaci erranti ex ignorantia, non autem in hæretico pertinaci, nam iſte eſt accuſandus & denunciandus citra aliquam admonitionem Euangelicam. Et in hoc eſt tenenda propoſitio, quòd ſi quis nouerit etiam ſecretè aliquẽ eſſe hæreticum, & ex malitia errantem, tenetur, etiam non requiſitus, eum denunciare abſque præuia admonitione. Facit, nam bonum commune præferendum eſt bono particulari. Eſt autem nõ ſolum vtile, ſed valde neceſſarium reipublicæ. ita denunciare: nam nulla poteſt eſſe peſtis perniciosior Reipublicæ, quàm hæreſis crimen. hæc enim ex diametro pugnat cum religione omnium bonorum præſtantiſsima. Deinde citius ſerpit. & necat ad modum veneni: quia animæ operationes velociores ſunt. In re igitur tam periculoſa opus eſt præſentiſsimo remedio: nihil enim prodeſſet ſecreta admonitio, ſed magis obeſſet: Nam præterquam quòd hæretici nulla ſperatur correctio, ipſe monitor periculo ſeſe exponeret grauis odij & inimicitiæ, ſi incorrectum poſtea accuſaret. & cum haberet notitiam denuntiatoris. vel teſtis facilius deludere poſſet veritati, proponendo repulſam inimicitiæ, vel aliàs contra eum. Nec etiã eſt fides adhibenda tali hæretico, etiam ſi millies emendationem promitteret. Solet enim hoc hominum genus ad mentiendum eſſe promptiſsimum, vnde verius putandus eſſet talis fraude & dolo promittere, quam ex animo. Hæreticus enim pertinax certiſsimè paratus eſt contradicere veritati & diſciplinæ, tantum abeſt. vt ſit paratus corrigi, aut emendari. Vnde Prouerbiorum decimoſeptimo. Expedit magis vrſæ occurrere captis, quam fatuo confidenti in ſtultitia ſua. Vbi gloſſa. Facilius erit ſanctis doctoribus furori generalitatis occurrere, raptis ad ſe populis aliquibus. & à beſtiali eius ferocitate, ad fidei pietatem conuerti, quam hæretico confidenti in ſui dogmatis perfidia. talis namque ſubuerſus eſt, & delinquit, cum ſit proprio iudicio condemnatus. Apoſtolus ad Titum capitulo tertio, vbi vide gloſſam. Et poſt eum Diuus Chryſoſtomus ait. Nempe illic de his loquebatur, de quibus corrigendis ſupererat ſpes, ac de his, qui ſimpliciter reluctabantur, non, aduerſandi affectu, ſed ſtudio veritatis diſcendæ. Vbi verò manifeſtus fuerit omnibus, & perſpicuus aduerſarius veritatis? Cur aerem cædis? Et etiam Theophilactus inquit. Quo pacto alibi dicitur. Ne forte illos Deus ad pœnitentiam adducat? Ibi quidem facit mentionem eorum, qui emẽdationis ſpem aliquam præferunt. Hic verò incorrigibilem dicit hæreticum, & vndiquaq; adeo diſtortum, & tam varijs & multiplicibus modis implicatum, vt ſeſe nequeat ex his explicare, ſed per ſe ſit condemnationi adiudicatus, id eſt, qui nullam habeat erroris ſui excuſationem. Quippe cum nec illud poſsit prætendere, ſeſe à nemine

fuiſſe

fuiſſe admonitum, vel ad veritatem inſtructum. Hæc ille. Item facit, quia huiuſmodi crimen tale eſt, vt citiſsimè corrumpat rempublicam, experientia ipſa ſatis comprobat, & Apoſtol. non tacuit, cum ad Timotheum ſecunda, capitulo ſecundo, ait, Prophana & vaniloquia deuita, multum enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum vt cancer ſerpit. vbi gloſſa, interlinealis, prophana verba, vt hæreſes. Quo loco etiam Theophilactus ait, Violentum eſt hoc malum. Quippe cui mederi nullo pacto poteſt. Quidam enim vniuerſa deuaſtant, nec corrigi poſſunt. Cancer ſiquidem morbus eſt: qui & circumiecta, & propinqua depaſcitur. Et Chryſoſtomus. Cancer morbus vtique horrendus, & qui medicina contineri nequit, ſed omnia indies corrumpit, ac perimit, ideo nullum remedium valet adhiberi.

¶ Oſtendit autem eos per hoc corrigi, emendarique non poſſe, qui ſponte à veritate aberrauère. Item etiam comptobatur, quòd admonitio nulla debeat procedere ad denunciandum, & accuſandum hæreticum occultum, qui ex malitia & pertinacia eſt in crimine, nam communis eſt omnium doctorum ſententia. Quod cum peccatum ſecretum eſt in damnum reipublicæ temporale, vel ſpirituale, præſertim ſi ſit periculum in mora, ſtatim debet nunciari, prætermiſſa admonitione, quòd de ipſa admonitione nullum ſperetur commodum.

¶ Quam ſententiam his & alijs fundamentis nobiliſsimè comprobat religioſiſsimus frater Bernardinus in tracta. De correctione fraterna. concluſio. ſexta, propoſitione. 6. follo. 185. columna prima & ſunt de mente Panormita. in capitulo nouit, numero quadrageſimoquarto, de iudi, quòd non requiratur monitio in crimine hæreſis, cum ex monitione nullus effectus bonus correptionis ſperatur, ergo pro prædictis. Item ſuaderi poteſt ex Deuteronom. decimotertio, vbi ſtrictè Deus Optimus Maximus præceperat: Si quis ſuadere, ait, voluerit, ſiue conſanguineus, ſiue propinquus ſiue amicus ſit, vt adores Deos alienos, & te ad idolatriam prouocauerit, non parcat ei oculus tuus, vt miſerearis, & occultes eum: & poſt te omnis populus mittat manum, lapidibus obruatus necabitur. Et iterum Deuteronom. decimoſeptimo. Vbi aduertendum eſt, quòd loquitur de peccato etiam occulto, de quo propter periculum, & enormitatem criminis, nullam fieri vult admonitionem: quare non immeritò ius canonicum receptatorem hæreticorum habet de hæreſi eſſe ſuſpectum, & purgatio ei canonica indicitur: in qua ſi defecerit, iure puniri poteſt vt hereticus, eo quòd hæreticum non prodiderit, vel denunciauerit. Idem eſt iudicium ſecundum ius ciuile, de eo, qui proditorem ciuitatis occultauerit, vel celauerit latronem. Quibus conſonat Diui Auguſtini teſtimonium ad Caſulanum. Qui veritatem, ait, occultat, & qui mendacium dicit, vterque reus eſt: ille, quia prodeſſe non vult: iſte quia nocere deſiderat. Nec etiam obſtat auctoritas Pauli ad Titum capitulo tertio, ſuprà citata, quæ vult hæreticum prius admonendum fraternaliter. Quia, vt dixi, loquitur, quando non ex malitia, neque pertinacia conſtat dubium eſſe in fide, & paratus eſt corrigi, qui adhuc non eſt dicendus hæreticus, vt probaui ſupra libro primo, in titulum primum, ſuper rubi. in gloſſa prima. Secus de pertinaciter dubitanti, qui hæreticus formatus eſt capitulo primo, de hæret. Vel eſt dicendum, quòd loquitur authoritas Pauli non ad vniuerſos, ſeu quoſcunque homines, ſed tantum ad Prælatos, vt erat Titus epiſcopus, ad quem verba ſua dixiſſe conſtat, ad quem ratione prælationis Epiſcopalis & officij hæreticum corripere, & per excommunicationis cenſuram deuitare.

¶ Vnde verbum illud, deuita, ſignificat, id eſt, fac deuitari ab alijs, ne per eum cæteri inficiantur, vt Nicola. Lyranus, & D. Thomas exponunt. Loquebatur ergo Apoſtolus ibi de correctione à præpoſitis facienda, quorum intereſt hæreticos primò admonendo, & obiurgando corripere, deinde ſi corrigi noluerint, ab eccleſiæ communione ſeparare. Cæteris alia profert dogmata prima ad Corinth. capitulo quinto. Si is, inquit, qui frater nominatur inter vos eſt fornicator, &c. aut idolis ſeruiens, cum eiuſmodi nec cibum ſumere. Quaſi diceret, Ab homine hæretico, qui nomine tãtum frater eſt, opere autem idolis ſeruit, omnino cauete, nec aue dixeritis, Et notat Bernardinus Areualenſis in dict. tract. De correptione fraterna. folio 192. col. 1. conclu. 6. propoſit. 6. Ex quibus iam licet (præmiſſa correctione eccleſiæ Romanæ) colligere concluſionem, excommunicatione generaliter prolatam ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis cõtra nõ reuelãtes hæreticos, ex vi iuris, nec ex eorũ intentione cõprehẽdere, nec extẽdi ad filios. Colligitur ſecũda, Correptionẽ euangelicam minime neceſſariã eſſe, ſed opus eſt, ꝙ ſtatim hæreticus contumax denuncietur, & accuſetur. Tertia aſſertio erit, Romanũ Pontificẽ poſſe ſtatuendo, declarare & interpretari ius naturale & diuinũ vt etiam filius teneatur prodere patrem hæreticum. cùm ſit cauſa fidei, & ſtatus totius reipublicæ, & odium criminis, ex his, quæ Ioan. Andr. & Panor. notant in capitul. literas. de reſti. ſpoliat. Igitur ex præmiſsis cõſtat diſpoſitionem noſtræ legis iuridicam, ac ſanctam eſſe. Ad idē. l. 2. & ibi Montalu. tit. 9. part. 7.

¶ Seyſcien

a ¶ *Seyſcientos marauedis de los buenos.* Ad idem. l. 1. titulo quinto, ſuprà iſto libro octauo, vbi vide quæ notaui.

la carcel publica con priſion por veynte dias, o pague al padre o a la madre ſeyſcientos marauedis d' los buenos a que ſon ſeys mil marauedis deſta moneda: qual pena deſtas el padre o la madre mas quiſieren b: y deſtos ſeyſcientos marauedis: ſean los dozientos marauedis para el accuſador.

¶ *Ley II. De las penas de los que injurian á otros.*

QValquier que a otro denoſtare c: o le dixe-

b ¶ *Mas quiſiere.* Nota in pœna huius legis electionem eſſe creditoris, & non debitoris; quanuis regulariter in alternatiuis debitoris ſit electio, text. vbi gloſſa. in verb. electio. in. l. plerumque. ff. de iur. dot. Bart. in l. ſi duo rei ſtipulandi. nu. 1. ff. de verb. obligat. Angel. in §. huic autem. nu. 4. Inſti. de acti. vbi Iaſo. n. 6. 39. & nu. 14. parti. 5. Quid in pœnis tradit Bartholo. Cæpola, Veronenſis in rep. l. ſi fugitiui. num. 58. & 64. C. de ſeruis fugitiu: Roman. ſigu. 133. Auge. in tractatu De maleficijs. verb. quas ſi non ſolueret. nume. 5. fol. 228. ſecundum paruam impreſsionem. l. aut damnum. §. proinde. ff de pœn.

¶ *Lex ſecunda.*

¶ Iſta l. 2. eſt hodie alterata in pœna pecuniaria vt habetur nouiſsime in l. 2. titulo 10. libr. 8. recopi. cuius tenor talis eſt, *qualquier que a otro, &c.* Vnde quia in conuicijs ſeu in genere iniuriarum non eſt alterata ideo per ſingula verba ea quæ de iure annecti poſsint, explanabo, nam vt inquit Vlpian. in l. Item veniunt. § præter hæc ad fin. ff. de pet. hæred. aptanda eſt igitur ſingulis verbis Senatus Conſulti congrua interpretatio: ideo primũ ſe offert verbum illud.

c ¶ *Denoſtare.* Similem legem habes in l. 2. titulo. 3. *De los denueſtos y deshonras.* libro quarto. for. legũ. vbi eſt videndus Montalu. in ſua gloſſa. vbi in gl. 1. declarat verbum, Gafo, nam ex dicto apertè cõſtat iniuriam ei eſſe illatam. argum. capituli primi. de præſumptio. Et cum quis animo iniuriandi Petrum ei dixit aliquod conuiciũ, ſiue verum, vt Gaffus, leproſus, & huiuſmodi, ſiue falſum ſit, vt quia non cadit verbum nec conuicium in iniuriato, vt quia dixit, Tu es leproſus, ſpurius, Iudęus meretrix, cornutus, vel huiuſmodi, tenebitur actione iniuriarum, cum iniuriosè obiecit, & non ex aliqua iuſta cauſa. Henric. in capitul. ſi culpã, diſtinctione prima. de iniur. Quod reputat notandum gloſſa prima. in l. ſecunda. titulo tertio. libr. quarto. for. legum. Et idem gloſſator, qui eſt Mõtalu. in l. prima, verbo, *y quiſiere demoſtrar* titulo. 9. part. ſeptima. Et ſic erunt limitandæ opiniones, quæ dicunt non habere locum actionem iniuriarum, cum dicens iniuriam velit eam probare, & probet, vt habetur in dict. l. 1. verſiculo, *Pero ſi aquel,* cũ diſtinctione de qua latè actum fuit in gloſſ. iſtius tituli in rub. Nam, dicens verbum infame contra aliquem, debet id dicere non ad æmulationem & opprobrium proximi, ſed ex cauſa, vt reipublicæ cõſulatur, ſi interſit, & ſic per denunciationem, vel accuſationem coram iudice cõpetenti, & ſic ex iuſta cauſa, & iuſtè. iuxta illud, Quòd iuſtum eſt exequeris. Vel ſi non eſt delictum punibile, nempe, quia ſcis eſſe leproſum, dicas amico ſecretè, vt euitet conuerſationem eius, ex qua poſſet ei malum contagionis contingere, vel ſi eſt malum peſtilentiæ, vt nunc graſſatur in regno Aragonum, & apud noſtrates, in epiſcopatu Calagurritano, manifeſtet hominem infectum tali infirmitate apud iudicem, vel apud eos, quibus nocumentum afferre poſſet communio, niſi eũ vitarent. & ſic ex charitate procedat, & nõ animo iniuriandi; & cum cauſa iuſta, & tunc ſi probet non tenetur actione iniuriarum, quia verum dixit ex iuſta cauſa. & non animo iniuriandi, & ſic ceſſat dolus, & iniuria, eiuſq; proſequutio, cùm ex affectu facientis iniuria conſiſtat. l. illud relatum. ff. de iniur. c. illud. 15. q. 1. Quo fit, quòd dicens ſpuriũ, vel filium clerici alicui, vt bona patris clerici non poſsit obtinere, vel indignũ & incapacem, ſi hoc probet, ne familia legitimorum, ſeu fiſcus defraudetur nõ tenebitur actione iniuriarũ, imo præmio eſſet afficiendus, cũ ex cauſa iuſta obiecerit, & probauerit. l. edicto. & ibi glo. verb. Capere. & verb. partem. & verb. probaſſet. ff. de iur. fiſc. Facit. l. tertia. §. verùm. ff. ad Syllanianum. De quo tex. agit Pet. Gerard. ſingul. 13. & 79. Iaſon. in l. 1. num. 13. C. de ſac. ſanct. Eccleſ. & in l. ſi filius fam. colum. 2. ff. ſi cert. peta. & Hippoly. in practi. crimi. §. Aggredior. nu. 58. vbi dixerunt ſolemnem, & iuris meliorem eſſe. ad idem. l. quiſquis. §. fi. C. ad leg.

ad leg. Iul. maieſtat. vbi pœna remittitur, & præmium conceditur ei, qui factionis in Principem commiſſæ etiam in committendo particeps erat ſi ab exordio initæ factionis conſpirationem detexit. Si verò ſerò, quia ad actum coniuratio, ſeu conſpiratio deducta eſt, incognita tamen detexit

re gaſo, o ſodometico, o cornudo b:

veniam conſequitur, licet etiam factione vſus fuerit. Not. Igne. in l. 3. §. ſi ex ſtipulatu, numer. 6. ff. ad Syllanian. Et hoc totum inductum eſt fauore publico, quod etiam in obſeruatione legum vt eſt. l. 22. titulo tertio, libro primo, ordin. & l. 9 Taur. vigere non eſt dubium. Ergo ſi ſpurium in capacem & indignum dixerit eo animo, vt non conſequatur contra diſpoſitiones Principum legatum, ſeu hæreditatem, ſi probet dictum ſuum, iniurioſus non eſt putandus. Idem ſi eum Gaſſum ſeu leproſum dixerit. Si verò dixerit ſpadonem, claudum, gibboſum, cæcum, vel huiuſmodi, cùm hæc verba ad nullam cauſam dirigi valeant in vtilitatem alterius, ſeu reipublicæ niſi ad iniuriam, & ſi dicat verum, erit puniendus. Inhumanum & iniurioſum eſt alienos defectus detegere. Cyn. in. l. ſi non conuitij. C. de iniuriis. & circa mediũ. C. quando & quibus quarta pars debea. lib. decimo. Mon taluo in l. prima. titulo 9. part. 7. Idem erit dicendum ſi ſine cauſa, vel cum cauſa infamet aliquem de paupertate, & nõ probet, nam ei tenetur actio iniuriarum. Quia nihil tam inhumanum eſt, &c. vt habetur in dict. l. 2. Tenet Angel. per text. ibi in l. priuilegia. ff. de priuileg. credito. & in l. ſi verò. ff. qui ſatiſdar. cogant. Quo fit, quòd dicens alicui Iudæum poſt baptiſmi ſuſceptionem, mentitur, & ei tenetur actione iniuriarum, niſi ei probet in perfidiam Iudaicam adhuc eſſe. Forte, vt Mauri, qui, vt dicitur, ſolum nomen habent poſt baptiſmum in aliquibus locis, & in ſua infidelitate perſiſtere, minimè verentur. Nam iſti infideles ſunt, & multò peiores, qui cum agnoſcant ſemel veritatem, & amplexati fuerint per ſacrum baptiſmum retrocedunt, nam non eſt aptus regno Dei mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro. capitul. magnæ, de vor. gloſſ. & ibi eſt textus in capitulo. Quidam de apoſtatis. Qui autem dicit Iudæum, ei qui nunc eſt fidelis, & Chriſtianus, & ſi fuerit de genere Iudæorum rectè mentitur, & ſe mentitum fuiſſe publicè recantare cogetur ſecundum diſpoſitionem noſtræ legis, & l. ſecundæ, titulo tertio, libro quarto, foro legum. Ex huiuſmodi nomen non eſt permitrendum omnino, nec opprobrium aliquod eis fieri ex eo, quia ex genere Iudæorum ſint, ſi ſunt boni, & Chriſtianæ religioni fideles, ideo an iſti tales poſſint, & debeant admitti ad officia, & dignitates reipublicæ, Vide diſtinctionem per fratrem Anton. de Cordoua in ſuo li. quæſtionarlo, quæſtione 54 pagin. 432.

a ¶ *Sodometico*. Maximum conuitium, & iniuriam inducit iſtud verbũ. Quod conſtat ex grauitate culpæ, infamiæ, & pœnæ, quæ aduerſus delinquẽtes ſtatuta eſt in iure. tendit enim in maximam offenſam Dei, & naturæ, & grauius crimen eſt cæteris, præter hæreſim capitu. adulterij. 55. quæſtione ſeptima, ibi, Sed omnium horum eſt peſſimũ, quod contra naturam fit, & in capi. flagitia. eadem cauſa & quæſtio. Collect. in cap. inquiſitionis, prima columna, de accuſat. Optimè agit de hoc delicto Anton. Gomez, in l. 80. Tauri numero. 32. Ergo cùm falſum fuerit, meritò tenebitur palinodiam recantare, & dicere ſe mentitum fuiſſe, vt reſtitutio famæ fiat innocenti. De hoc crimine, eiuſque pœna, alibi erit ſermo.

b ¶ *Cornudo*. Dicens cucurbitam marito, directè grauiter offendit eum, & in conſequentiam vxorem cum neceſſariò innuat vxorem eſſe meretricem, & ſic vterque poterit pro ſuo iure, & pro conſeruatione ſui honoris agere contra dicentem tale verbum, vt palinodiam recantet, dicendo ſe mentitum fuiſſe, vt in hac lege cautum eſt, nam hoc ex communi intellectu hominum deducitur, & ſic vxor agere poterit, quanuis maritus deſiſteret ab agendo pro ſua iniuria, vt inferius dicetur.

¶ Et non ſolum procedit, cum dixit directè, ſed etiam per verba hoc denotantia ex communi intellectu loquentium in tali loco, vt in noſtra Hiſpania intelligitur, cùm dicitur coniugato, Tu es bonus vir, nam intelligitur, quia diſsimulat vxoris adulterium, & patitur, ideoque, idem erit dicendum, cum hæc verba idem importent, ex Cardinali in capitulo. ex literis, de conſuet. vbi dixi in lectione ordinaria iſto Anno. 1563. Quia verba ſecundum communem intellectum hominum ſunt intelligenda, capitulo. ex literis primo de ſponſalibus, quem dixit valde notab. Nicol. Euerard. in locis legalib. capitulo ſeptimo, loco ab opinione vulgi. Felin. in capitulo, per tuas, numero quinto, de probatio. & in capitulo cùm tu, numero decimoquinto, de teſtib. & in capitulo permittimus de ſententia excommunica. Iaſ. in l. tertia. §. Nerua filius, numero vndecimo. ff. de acquiren. poſſ. & in l. ſtipulatio iſta habere. §. hæc ſtipulatio, numero octauo. ff. de verbo. obliga. Ioan. Neuiza conſil. 92. Plura iura adducit Tiraquell. in tract. de retract. libro primo. §. ſecundo. gloſſa prima, numero 15. Sed vſus loquendi eſt di-

eſt dicere, quòd partitur mulieris adulterium, & ſic quòd eſt leno, cùm de adulterio non indiguatur. præſumitur talis, vt probat Thom. Ferriaren. caut. 14. numero ſexto, citat l. mariti lenocinium. in princi. ff. de adulr. Ioann. Neuizan. in ſylua nuptiali. libro primo, numero trigeſimoprimo. Et hoc per conſequentiam deducitur clarè ex vulgi opinione cuius ſenſus ſequendus eſt in interpretatione verborum. text. in cap. vnic. & ibi gloſſa. verb. Eloquutroide iniur. libro ſexto. gloſſ. in capitul. propterea. de verbor. ſignifica. ¶ Ex quibus etiam poteſt deduci, quòd non ſolum ad inſtantiam viri, qui expreſſe, ſeu tacitè excommuni vulgi opinione eſt iniuriatus verbo inboneſto, Cornudo, vt recantet palinodiam, & dicat ſe mentitum fuiſſe, ſed etiam ſi maritus deſiſtat à querela, vxor pro ſuo intereſſe & iniuria agere poterit ad idem, etiam marito repugnante. Conſtat: nam eo ipſo quòd iniuria fuit facta marito, dicendo ipſum cucuebitam, ſeu lenonem vxoris, per neceſſariam, & non abſurdam conſequentiam infertur iniuriam ei eſſe illatam, cùm deducatur meretricem eſſe, Et ſic eſt propria iniuria ipſius mulieris, cùm ſit infamata de graui crimine apud maritum, & apud alios, & ſic pro ſuo honore conſeruando, qui magis æſtimatur, & eius bonum, quã diuitiæ multæ: & eius amiſsio, vitæ amiſsioni corporalis comparatur .l. iuſta. ff. de manum. & vindict. gloſſa, in capitulo, vno delegatorum, in gloſſa prima verſicul. Idem eſſet ſi aliter efficiatur infamis, de offic. delegat. Optima. l. quatta, titulo decimorercio. part. ſecunda. Igitur cũ iniuria propria ſit agere poterit etiam ſi reſiſtat maritus, argu. l. Papinianus, in princi. ff. de inofficio. teſtam: in illis verbis, iniuria ipſius filij eſt. Item, quia iniuria iſta cum pluribus lædat, pluribus dari oportet, l. prima. §. Idem ait. ff. de iniur. vbi Vlpianus Iuriſconſultus ait, Ex vna iniuria interdũ tribus oriri iniuriarum actionem, nec vnius actionem, per alium conſumi, vt puta, vxori meæ, filiæ familias iniuria facta eſt mihi, & patri eius, & ipſi iniuriarum actio incipit competere. Cum ergo ex vna iniuria, & ictu verborum reſultent plures, meritò vxori, quæ non remiſit, non obſtante diſsimulatione & remiſsione viri, & eo inuito competere debet actio iniuriarum, & tenetur iniurians ſe mentitum fuiſſe profiteri, cum ipſa ſit caſta fidelis, & non meretrix. Tum etiam, quia præſumptio adulterij multas diſcordias inducere ſolet tam reſpectu mariti circa vxorem, quàm filiorum, qui etiam ex falſa impoſitione, & præſumptione ſolent haberi pro ſpurijs, & vulgari opinione pro filijs adulteræ, & de hoc multoties impropetari ſolent, vt experientia docuit, fit etiam agnatis, & cognatis iniuria & infamia propter malum nominis conſanguineæ, ſeu affini infamatæ, & conſorti. l. lex Cornelia. & ibi doct. ff. de iniur. Bartol. in. cum ſcimus, numero quarto. C. de agricol. & cenſit. libro vndecimo. Hippolyt. latè in conſilio. 68. columna prima, numero ſecundo. Robert. Marant. in ſpeculo aduocato. 6. part. numero. 58. pagin. 306. columna ſecunda. vbi probat, quòd remiſsione offenſi, conſanguineus, vel affinis poterit accuſare criminaliter offendentem: quia iniuria redundat in omnibus de cognatione.

¶ Igitur maiori cum ratione vxor agere poterit, cùm verè, & per conſequentiam neceſſariam ſit appellata adultera, & meretrix, argumento. l. ſin autem. §. ſed & is. ff. de rei vendica. in illis verbis, Non eſt abſurdum per conſequentias dolum præteritum deduci. Confirmatur: nam quando quid fuit factum ad inuidiam alicuius, tenetur ei iniuriarum actione. l. item apud. § hoc edictum. ff. de iniur. vbi inquit Angel. Nota bene contra illos, qui vtuntur veſte lugubri, etiam in improperium amici ſui infamiam paſsi, aut aliam deteſtabilem iniuriam. Concordantiæ ſunt in gloſſa. & l. veſtem. ff. eod. vbi in iniuriam alterius non licet ſœdidam veſtem deferre, aut capillum ſubmittere. vbi idem Angel. notat illum tex. contra illos, qui dicunt contra notorie damnatos, me tædet de tali condemnatoria contra te lata, & hoc modo repropèrant, vt fatetur ſe vidiſſe aliquos facere. Ecce ergo, quòd iniuria infertur non ſolum directè, ſed etiam per æquipollens, & indirecte. Et idem ſi fuiſſet cum aliquo, & dixiſſet. Ite in pace, quia in meo genere non ſunt Iudæi, Mauri, Sodomitæ, meretrices, latrones, vel huiuſmodi: nam vult dicere ex neceſſaria conſequentia, & communi vulgi intellectu, quòd ſunt in genere, cum quo loquitur hæc vitia, quæ per iſta verba denotantur illata per viam iræ, iniuriæ, & improperationis, & ſic agere poterit actione iniuriarum, ſecundum Lucam de Penna. in l. etrat. columna ſecunda. verſicul. Poſtquam autem. C. de Caſt. rem. pecul. libro decimoſecundo. Boeri. conſil. quarto. columna tertia. verſicul. Et idem ſi quis dicat alteri. numero decimoſeptimo. adduco text. in l. Item apud Labeonem. §. cui non fine. ff. de iniurijs. vbi ſi conuitium non ſit certæ perſonæ, non punitur, tamen ſecundum Bartol. ibid. ſi apparet quòd diceret de aliquo, licet eum non exprimeret, vel ſi diceret de aliquo, & intelligeret de alio, & hoc apparet, punitur, & ibi tenet Angel. & Alberi. Idem Alberic. libro ſecundo, ſtatuto, quæſtione. 209. Non enim curandum in quo quis loquatur, ſed in quem intentio dirigatur, vt habetur in l. cum pater. §. donationis. ff. delega. 2. Et verba, quæ in effectu ſunt ſingularia, & in præiudi-

iudicium ſingularis perſonæ reſultant, quamuis generaliter proferantur ab ſtatuentibus, ille, in cuius odium reſultat particulariter, & eſt ſtatutum conditum, ab eo poterit reclamare, & appellate. Deci. conſil. 361. nu. 7. Faciunt optimè notata à Bal. in ca. cum ordinem. colu. fin. nu. 26. de reſc. Cùm ergo hæc verba, cornudo,

o traydor[a]: o hereje: o a muger que tenga marido puta[b]:

Bonus homo, vel huiuſmodi relata ad vnum indiuiduum, quod eſt vxor, nec ad alterius iniuriam poſsint referri, abſque dubio, meretricem dixit, ac legis huius pœna erit puniendus, & eſt conuitium impudicum in matrem familias, ſeu vxoratam mulierem, & grauem iniuriam infert, & tales grauiter ſunt puniendi. vt not. Angel. per tex. ibi in l. non ſolum. §. quinquam, verſic. in textu ibi conuicium. col. 1. ff. de iniur.

a ¶ *O traydor.* Maximum crimen eſt aleuoſiæ, ſeu proditionis vitium, ideoque obijciens tenebitur illud probare, præſertim ſi ſit in rempublicam, vel in regem, quo probato, honorem, & præmiũ conſequetur: ſin verò non probauerit, læſo & iniuriato tenebitur pœna huius legis ſe dicere mentitum fuiſſe: & inſpecto loco, tempore, & qualitate perſonarum tam iniuriantis, quàm iniuriati, iniuriæ pœna arbitranda erit à iudice. Sed quid erit, ſi probet proditorem fuiſſe, licèt iam indulgentia Principis fuerit remiſſum crimen aleuoſiæ & proditionis? Videtur quòd ſit puniendus, cùm pœna ſit imponenda, attento ſtatu temporis commiſsi delicti, quo tempore non erat proditor, nec aleuoſus, argumen. text. in capitul. cum te. de reſcrip. cap. ferrum. 50. diſtinction. Ergo cum dixit conuitium graue, & animo iniuriandi, nec ex ipſo fuit cauſa iuſta inferendi, meritò etiam ſi probet olim fuiſſe proditorem, tenebitur actione iniuriarum per ea, quæ dicta ſunt in principio huius tituli, ante. l. primã in rubri. maximum enim delictum attribuitur ei, cui proditio impingitur: nam proditionis pœna, ipſum, eiuſque honorem, famam bonam, & poſteros maculat. Facit tex. in. l. quiſquis. C. ad legem Iuliã. maieſta. l. proditores. ff. de re milit. Andre. Aleiat. in tract. de duello. in titul. quæ exceptio. repellant prouocant. Hierony. Gigas de crimi. læſæ maieſta. titul. De proditoribus. pagin. 373. quæſtione prima, cum multis ſequ. Plura de proditoribus, & qui ſint, declarat. ¶ Item probatur. Nam reſtitutus à Principe, amplius dici non potuit proditor Regis, vel huiuſmodi, cum Princeps de inhabili poſsit eum facere habilem. l. quidam conſulebant. ff. de re iudicat. l. ſecunda. C. de crimi. ſacrileg. reſtitutio enim omnem maculam tollit, vt voluit Andr. in capitulo In primo. §. præterea, columna quinta, quæ fuit prima cauſa bene ſi. amitt. & in capitulo primo, de Vaſſallo decrep. ætat. Matthæ. de Affliſt. in dicto. §. prærerea. in verſic. in gloſſa tertia. numero. 98. Hierony. Gigas vbi ſupra, quæſtione ſeptima pagio. 381. Confirmatur ex. l. Imperialem. §. illud & ibi glo. C. de ſecund nup. l. quod ita ſtatutum. ff. de ædilit. edict. l. non omnis. §. à barbaris. ff. de re militat. Veruntamen ſi dixerit aliquis tali reſtituto. Tu fuiſti proditor, actione iniuriarum minimè tenebitur, vt dicit Iſernia in dicto. §. præterea, & Matthæ. de Afflictis vbi ſupra. Vnum tamen eſt memoriæ dignum, quòd ſi quis dicat reſtituto quod eſt prodiror, & velit cum eo pugnare, dicens, quod vult probare quòd eſt proditor, talis reſtitutum ad duellum iniuſtè prouocaret: quia facta reſtitutione amplius non eſt proditor, ſecundum Iac. de Caſtillo in tract. De duello. libr. 4. capitulo ſeptimo, & Hieron. Gigan. in dict. quæſtione ſeptima, ad fin. Sic ergo dicens alicui cum eſſe proditorem, tenetur dicere ſe mentitum fuiſſe, vt hic. l. 8. titul. 3. par. 7. li. 2. & ibi dixi in gloſ. 1. t. t. 9. libro quarto. ſupra in priori tomo horum Commentariorum ordina.

b ¶ *Marido puta.* Adde quæ dixi ſuprà in gloſſ. verbo. Cornudo. Intellige hanc legem, etiam ſi obijciens vxori verbum iniurioſum adulterij, dicens eam meretricem, vellet probare, non excuſatur ab iniuria, niſi probaſſet inſimul, quòd maritus erat ſciens, & patronus turpitudinis, quia aliàs non eſt in cauſa delicti, nec in pœna, cum poſtquam fuerit ſciens, ipſe ſolus poteſt adulteram vxorem accuſare, attenta. l. tertia, titulo ſeptimo, libro quarto, foro legum. Ergo alius non poterit infamare matrimonium: & cum dixit conuicium ſine iuſta cauſa, ſed animo iniuriandi, & ſi probet eam meretricem, ſeu adulterij crimen cõmiſiſſe, tenebitur ratione infamationis, cum maritus potuit eam corrigere, & correctam admittere ſine culpa, capitu. inter opera. de ſponſa. Quamuis in hoc articulo dubitet Gregor. Lopius in l. prima, titulo. nono. parti. ſeptima. Quia interim quo erat crimen ſecretum, non debito modo, & prout debuit, corripuit, ſed iniuriam voluit facere marito & vxori, vt vides, & ſic eis actione iniuriarum tenebitur per legem hanc, quæ generaliter conuicientem mulierem nuptam punit. ¶ Itidem etiam ampliatur locum habere diſpoſitionem huius legis in eo, qui dixit meretricem alicui mulieri, quæ tempore conuitij erat bona quanuis velit oſtendere ante fuiſſe peccatricem: nam poſt pœnitentiam non eſt amplius de præterito vitio vituperanda, ſed quia correcta & bona

deſdigalo[a] ante el alcalde : y ante hombres buenos: o al plazo que el alcalde le puſiere : y peche trezientos ſueldos [b]: la meytad para nos : y la otra meytad al quexoſo:y ſi dixere otros denueſtos deſdigaſe ante el Alcalde y ante hombres buenos y diga que mintio en ello. E ſi hombre de otle y arſe tornare Chriſtiano:y alguno lo llamare tornadizo : peche diez mil marauedis [c] al Rey y otros tãtos al querelloſo: y ſino tuuiere de que los pechar peche lo q̃ touiere y por lo q̃ fincare yaga vn año en el cepo : y ſi ante de vn año pudiere pagar ſalga de la priſion.

¶Ley. III. Idem.
¶ El Rey don Iuan. II.

QValquier que a otro dixere alguna palabra injurioſa o fea: peche y pague a la nr̃a camara cien marauedis [d].

bona laudanda:cùm ergo tempore obiecti conuicij, quod in delictis inſpicitur.l. 1. ff. de pœn. eſt nupta,& non meretrix,nec adultera.ca.ſeriũ.50. diſt.mentitur obijciens conuicium, ac proinde,ſe ment.tum fuiſſe publicè fateri debet,iuxta huius legis formã, & ordinaria pœna erit caſtigandus, eũ tempus præſens conſideret, dicendo (*o a muger que tenga marido, puta*) quanuis etiam in hoc dubius exiſtat Gregorius Lopez in.l. 1. in glo. mag. ad fin. Alias quæſtiones circa huius legis interpretationem ſunt videndæ in. l. fina.tit. 1.lib. 1. ordina. ſuprà.& in.l.2. titul.9. lib.4. ordinam. in glo, 1. Quæri etiam poteſt vtrùm pœna huius legis locum habeat, cùm quis meretricis vitium mulieri deſponſatæ per verba de præſenti obiecit? Et eſt dicendum locum habere,cum verè ſit vxor, quia conſenſus & non concubitus facit matrimoniũ.l. nuptias.ff.de regul.iur.capi.ex publico. de conuerſ.coniugat.& quæ notaui in.l. 1. titu. 1. lib. 5. ſuprà.l.82. ſtyli.cuius verba ſunt. *Otroſi en las penas que manda dar el fuero por calumnia de muger caſada,eſſas miſmas ſe entienden por la que es deſpoſada por palabras de preſente.* Vtrùm autẽ Clericus,ſeu nobilis teneatur palinodiam recantare, & ſe retractare? Reſpondendum eſt,quòd non , vt dixi in.l. fi. tit. 1.ad fin.lib. 1.ordina.& latiùs in.l. 1.glo. 1.verſic. Prætereà in hoc eſt clericus priuilegiatus col. 213.cũ duobus ſeq.tit.3 eod.lib. 1. ordi. Petrus à Plaça in Epitome De delictis.c. 1.nu. 22. & dominus Antoni. Meneſius in.l.1.n.9.C.de iur. & fact. ignor. Et iſta pars practicatur,etſi plures velint,q̃ teneatur nobilis, ſeu clericus ſeipſum retractare, & malè.per.l. 131. ſtyli.

a ¶*Deſdigalo.* Adde.l.7.tit.4.par.7. & quæ ad huius legis interpretationem poſuit Petrus Plaça in tracta.de delictis.c.1.nu.22.verſi. 13. Ex his etiã conſtat.in nobili autem ſecus vt habetur in.l.2. tit. 10. lib.8. recopi.

b ¶ *Peche trezientos ſueldos.* optime declarat vltra Couar. & Otalor. in locis ab eo citatis, Petrus Plaça, vbi ſuprà. ca.2. per totum. Et Iudex non põt procedere de officio cõtra iniuriãtẽ alicui obijciẽdo verba iniurioſa in præſenti lege,niſi pars offenſa accuſationem & querelã ſemel propoſuerit, nã iſto caſu quanuis deſiſtat ab accuſatione, iudex ex officio poterit offenſorẽ punire.iuxta.c.2 de colluſio.detegend.Quia intereſt reipublicę,vt delicta vndecunq; claruerint, puniantur.l.64. in Curijs Pincianis An. 1523. & l.50. in Curijs codẽ loco celebratis An. 1537. Celſus in indice legum Regni.verb.Iniuria.verſ.25. & quæ not. Gregor. Lop.in.l.8.tit.3.part.7.verb.Mintio.

c ¶ *Diez mil marauedis.* Imò trecẽtos.l.fi.t.1.lib.1.ordi.& l.4.infrà hoc tit. Ex quib⁹ conſtat correctã, ſeu reſtrictã eſſe hãc pœnã. Et declara vt dixi. in l.9.tit.1.li.1.ſuprà.col.55.verſi.Quarto tñ in hoc vtrũ ſit diſpoſitioni ſtãdũ huius tex. Vtrũ iudex in verbis hac lege cõtentis procedere poſsit ex officio cõtra iniuriãtẽ ſine eo q̃ partis offenſæ præcedat querela? Dic nõ poſſe.l.63. in Curijs Pinciani An. 1523.Pet.63.& in Curijs codẽ oppido celebratis An. 1537.petitio. 50. Secùs ſi poſt ſemel propoſitam iniuriatus deſiſtat,vt ibi habetur.

¶ *Lex Tertia.*

d ¶*Ciẽ marauedis.* Obijciẽs verbũ iniurioſũ alicui q̃d non ſit

non ſit de ſeptem contentis in l. ſecunda ſuprà eodem. puniendus eſt propter iniuriam in pęnam centum quadratorum tantum vt declarauı in l. 9. columna fin. verſicu. Vlterius etiam quæritur. titu. 2. lib. 1. ſupra attigit. D. Couarruu. Epiſcopus deſignatus Segouienſis in libro, 1. Variarum reſolut. capit. 11 n. 1. non enim tenetur dicere ſe mētitum fuiſſe, nec retractare, prout aliqui ſolent firmare in terminis huius Regiæ conſtitutionis, & minùs iuridicè. Et nota, quod quamuis quis dixiſſet alicui verbum, Mentiris, vel aliud extra conuicia poſita in l. ſecunda. præcedent. & animo iniuriandi & diffamandi, non eſt recedendum à pœna huius legis, nam non tenetur ſe retractare, cùm id lege non ſit expreſſum. ea. is qui. de ſententia excom.

LOS Iudios [a] y Moros deſpues que fuerē cōuertidos a la ſancta Fè Catholica, no deuen ſer injuriados, ni maltratados por los otros Chriſtianos. Porēde mandamos que qualquier que los llamare marranos tornadizos: y otras palabras injurioſas incurra y caya ende en pena de trezientos marauedis por cada vez: y ſino tuuiere de que pagar, q̄ eſtè enla carcel publica en cadenas por quinze dias: ſegun ſe contiene en eſte nueſtro libro en el titulo de la ſancta Fè Catholica.

Titulo. X. De los tahures.

¶ *Ley. I. Que en el tiempo que durare la guerra los vaſſallos no jueguen a dados.*

¶ El Rey don Iuan. II. en Segouia. año de mil cccc xxxiij.

¶ El Rey don Iuā. I. en Birvieſca. año de mil ccclxxxvij.

ORdenamos que quando los nueſtros vaſſallos nos viniē a ſeruir a las guerras por nueſtro mādado q̄ en tāto q̄ durare la guerra y eſtuuierē en nueſtro ſeruicio en ella no ſeā oſados de jugar juego de dados [b], ni de tablas, dinero, ni ſobre prēdas, ſo pena q̄ por cada vegada que jugare que peche cient marauedis de buena moneda y q̄ ſea eſta pena para nueſtro Alguazil: y pueda prēdar por ella y ſino prēdare al q̄ aſſi jugare q̄ pague la dicha pena a el Alguazil con el doblo para la nueſtra camara. E otroſi qualquiera q̄ alguna coſa ganare en tal caſo: aſsi en dineros, como en armas y beſtias: y otras coſas qualeſquier ſeā tenidos dlo tornar luego a aquel a quiēlo ganaron y el q̄ no tuuiere para pagar la dicha pena q̄ eſte preſo en cadena treynta dias.

lib. 6. Et quæ ad Segur. dixi in tractat. De bonis lucrat. conſtant. matri. n. 366. Et in verbis leuibus, vt, Mentiris, vel huiuſmodi, Iudex non debet procedere niſi ad partis offenſę querelam, & non ex officio. l. 50. in Curijs Pincianis An. 1537. & in Curijs Pincianis Anno. 1523. l. 63. vt dixi ſupra in l. 2. in glo. final.

¶ *Lex. IIII.*

a ¶ *Los Iudios.* Concord. l. final. titulo primo. libro. 1. ſupra. vbi omnino videbis: hodie autem condemnantur in viginti millia marauedinorum ex l. 2. in fin. titulo. 10. libro. 8. recop.

¶ *Titulus Decimus. De luſoribus ſeu tahures.*

b ¶ *Iugar juego de dados.* Ad idem l. ſecunda in princip. infra eod. l. 116. incipiend. *Doña Iuana por la gracia de Dios,* folio 159. libr. Pragmaticarum, columna tertia. & quarta l. 61. in curijs Valliſo-

liſoleti Anno. 1523.& l. 21. in curijs de Madrid. Anni.1528.& in Curijs Pincianis Anni.1537.in l. 49.& l.alearum vſus C.de religioſ. & ſumpti.fune.& cap.29.in capitibus Prætorum. vbi optimè agit de materia ludi Franciſc. Auiles.Couartuu.in repetit.. regul. Peccatum. De regul. iur. libro ſexto. 2. part. §.4. Roch. de conſuecudine. s. ſectio. numero. 6.folio.23. columna prima. Alphonſ.à Caſtro libro. 2. De poteſtat.legis pœnal. capit. 2. & concord. l. 9. titulo tertio libro 4. ſuprà . vbi omnino vide quæ ſcripſi in gloſſ. 1.2. & 3. & Capella Tholoſa . deciſion. 192.incipit.Item fuit quæſitum. an illud quod fuit perditum in ludo taxillorum. vbi plene per Stephan. Aufrer.in additionibus.

¶ Ley.II. La pena de los que jugaren dados.

¶ El Rey don Iuan.II. en Segouia. Año de mil cccc xxvij.

MAndamos y ordenamos que ningunos de los nueſtros reynos ſean oſados de jugar dados en publico ni eſcondido : Y qualquier q̃ los jugare que por la primera vez que pague ciẽt marauedis a; y por la ſegunda dozientos marauedis, y por la tercera treziẽtos marauedis, y ſino ouiere de que los pagar que yaga por la primera vez diez dias en la cadena: y por la ſegunda veynte dias, y por la tercera treynta dias : y aſsi dende en adelante por cada vez. Y man—

¶ Lex Secunda.

a *¶ Que pague cien marauedis.* Hic inquirendum eſt de pœna ludentis ad traxillos, & ad cęteros ludos prohibitos quæ ſit, & quando exigi poſsit? Ad primum dubium eſt dicendum, quod ius ciuile ad aliam pœnam non irrogat præter reſtitutionem ludentibus, vt habetur in. l. alearum vſus. C. de religio.& ſumptib. fune. De iure Canonico clericus publicus aleator repellitur à promotione, & notatur infamia, beneficio tamen non priuatur, niſi præmiſſa monitione incorrigibilis ſit capit. inter dilectos. de exceſ. ib. p[illegible] vbi glo. verb. Aleatorem. & expreſsè notat Panormi. columna ſecunda. numero ſexto. & not. gloſ. in capitulo. clerici. in verb. ad aleas. & ibi Panormit. de vita & honeſta. clerico. & gloſſ. in pragmat. ſanctio. titulo. De ſpectaculis. verb. dilubria. Optimè diſſerit Ioann. Bernard. in practica canonic. criminali. capitulo. 64. verb. Alearoréa. l. 57. titulo quinto. part. prima. vbi optimè Gregor. Lopius in gloſſa tertia. quarta, quinta & ſexta, & l. trigeſimaquarta. ibi. *E non deuen jugar a los dados ni tablas.* titulo ſexto. part. prima. Bartholom. Fumus in ſumma aurea. verb. Ludus. §. quarto. folio. 253. columna prima. Ex quo iudices eccleſiaſtici poſſunt certiores fieri, quid facere eos oporteat contra clericos luſores, ſiue ad aleas, vulgo dados, vel ad chartarum ludos, vel huiuſmodi. De iure autem iſtius regni ludens vetito ludo, nempe chartarum, vel taxillorum, punitur pro prima vice pœna ſexcentorum quadratorum, pro ſecunda mille ducentorum pro tertia punitur mille & octingentis nummia : & ſi non habuerit vnde ſoluat, pro primo actu puniendus erit pęna carceris per decem dies, pro ſecundo per viginti dies, pro tertio per triginta dies, vt in præſenti lege habetor, deducendo computum quadratorum ſecundùm. l. 1. titulo quinto. & l. 1. titulo. 9. ſuprà hoc libro 8. ordinamen. Et quanuis hæc lex loquatur in ludo taxillorum, tamen practicatur in ludo chartarum. Et probari videtur in. l. 4. folio 4. lib. pragmaticarum. augetur tamen pœna per pragmat. folio. 174. tamen vbique non recipitur in practica, ſed priorem pœnam iudices ad effectum in practica deducunt ſecundum Franciſcum Auileſium in capitibus Prætorum. cap. 29. verb. *leyes que diſponen ſobre.* nu. 1. Et leges, quæ de ludis loquuntur, confirmantur per Regiam Caroli Cæſaris pragmaticam in Curijs Pincianis Anni. 1523. petitio. 61. dicentẽ, *A eſto vos reſpondemos, que el juego de los dados paros nõ ſe juegue: y que quanto a eſto: mandamos que ſe guarde la pragmatica hecha el año de quinze en las Cortes de Burgos.* Et in Curijs Pincianis Anni. 1537. petitio 49. Et iudices non debent vendicare pecunias, quæ ſunt repertæ in præſentia ludentium, ſed cum pęna præmiſſa contenti eſſe debent. vt habetur in curijs Segouiæ Anni. 1532. petitio. 72. ibi, *mãdamos que de aqui adelãte las juſticias de nueſtros Reynos, no tomen los dineros a las perſonas que los hallaren jugãdo. ſaluo q̃ les lleuẽ la pena de la ley la qual puedan depoſitar hallandolos en el dicho juego.*

¶ Que

damosque aquel que alguna coſa perdiere que lo pueda demandar a quien gelo[a] ganare faſta ocho dias, y el que lo ganare ſea tenido de tornar lo que aſsi ganare. E ſi el que perdiere faſta ocho dias no lo demandare que qualquier que ge lo demandare lo aya para ſi. E ſi alguno no lo accuſare, ni demãdare que qualquier juez, o Alcalde de ſu officio ſabiendolo, cobre lo que aſsi fuere jugado, y ſino lo fiziere que pague ſeyſciẽtos marauedis, la meytad para el accuſador: y la otra meytad para la nueſtra camara[b].

¶ *Ley. III.* *Idem.*

¶ La Reyna ẽ Infantes tutores del Rey don Iuan. II. año mil ccccix.

OTroſi ordenamosque ẽ mas y allẽde de las otras penas ẽ contenidas en la ley, q̃ ſi en los nueſtros libros tuuiere tierra, o racion, o quitacion pierda la tercia parte en quãtia de diez mil marauedis. E ſi en los nr̃os libros coſa algu

a ¶ *Que lo pueda demandar a quien ge lo.* Nota præſcriptionem octo dierum aduerſus perdentem in ludo, vt deinceps ſit ei excluſa via repetendi à colludente ſeu lucrante, & aperitur edictum petendi cuicunque voluerit, & accuſanti competit text. hic (*que qualquier que ge lo demandare, lo aya para ſi.* Et cõcordat in repetitione, quã uis iſta reſtringat terminum ad breuius tempus octo dierum, nam permittebat vſque ad quinquaginta annos repetitionem lucri. tex. in l. aleatum vſus. C. de religion. & ſumpti. fune. cuius verba pulchra ſunt, commodis ſubiectorum proſpicientes, hac generali lege decernimus, vt nulli liceat in publicis vel priuatis domibus, vel locis ludere, nec inſpicere & ſi contra factum fuerit, nulla ſequatur condemnatio, ſed ſolutum reddatur, & actionibus competentibus repetatur ab iis qui dederunt, aut eorum hæredibus, aut his negligentibus, & eorum procuratoribus, vel patribus, ſeu defenſoribus repetat fiſcus, non obſtante niſi quinquaginta annorum præſcriptione: Epiſcopis locorum hoc prouidentibus, & præſidum auxilio vtentibus. Vides igitur, quòd primo loco ad repetendum admittitur pars læſa, poſtmodum cæteri, de quibus in prædicta lege, & in eorum negligentia fiſcus. Et iudex tenetur ex officio id facere ſub pœnis (hac lege verſiculo. *E ſi alguno no accuſare.* & in l. ſecunda. infra. cod. verſicul. *E mandamos que los juezes de ſu officio*) contentis. Sed iudex debet inquirere intra duos menſes poſt ludum habitum. Si verò fuerint tranſacti duo menſes ſine inquiſitione facta eo tempore, poſt fieri minimè poterit, nec luſores accuſari, nec pœna ludi, vel eius occaſione poſita condemnari. vt habetur in l. 116. in Curijs de Madrid Anni. 1528. Item impunè quis poterit ludere ad chartas vſque ad duos argenteos, ſiue ad comedendum, vt in l. final. infrà eodem titulo. ſiue in pecunia ſicca. vt in dicta. l. 116. & in Curijs Madritijs Anni. 1534. l. 63 inci, iens: *Otroſi que no puedan hazer peſquiſa.* Eſt prætcrea notandum, quòd quis non tenetur ſoluere quod amiſit in ludo ad creditum, etiam in ludis licitis, prout ſunt pilæ & ſchacorum. l. 22. in Curijs Madritijs Anni 1528. De qua vide quæ dixi in l. nona. verbor. *Sobre prendas.* titulo tertio. libro quarto ordinamen.

b ¶ *Para la nueſtra camara.* Ideſt fiſco. Et ſic nota quòd cum pœna, vel multa fuerit exacta, non cedit in vtilitatem iudicis, ſed Cameræ Regis ad defenſam iuriſdictionis, vel fiſci. l. multarum. C. de mod. multa. l. quadrageſimaoctaua. titulo decimonono. infra eodem quam dicit ſingula. Franciſc. Auileſius in capitibus Prætorum. capitulo vndecimo. in gloſſa fin. vbi vide.

¶ *Lex Tertia.*

c ¶ *Allende de las otras penas.* De quibus ſupra in l. ſecunda. ſupra hoc titulo.

ſpiratores, & inimicos, qui de facili mentiuntur. vt.l.prima. ff. de quæſtio. Et hoc eſt, quòd dicit text.hic,ſi ex veriſimilibus coniecturis non falſa dicere præſumuntur,quaſi per admiſſionem teſtia inhabilis non ſit excluſa exceptio falſitatis, etiã contra dicta. Hactenus ille. Ad idem eſt quod not.Ioan.Andr.ad Specul.tit. De teſte.§.primo, verſic.Item quòd eſt parens,& glo.prima,in principio,in l.nona.titul.8.libro.2.for.legum. Si ergo præcepto iudicis tolli nequit regula, quòd filius deponat contra patrem,quippe cùm ſit cõtra ius naturale,vt Ioan. Andr. & Montalu.in dict.l.nona,glo.prima,in locis proximè citatis tenẽt. Credendum eſt, has cenſuras generales non obligare filios prodere parentes in crimine hæreſeos, per præmiſſa. Tum etiam,quia commiſſiones, & priuilegia cenſentur conceſſa ſine præiudicio iuris communis, nec in dubio cenſetur cõtrectum ius commune,niſi expreſſe dixerit concedens, vt notat.in capitul.relatum.1.de teſtament.l.generaliter.C. de rebus credit.in. §.in omnibus, ibi.non enim vt aliquid derogetur antiquioribus legibus, hæc prolata ſunt, ſed vt quid deeſſe eis videatur, hoc repleatur. Tum etiam,quia eſſet cõtra ius naturale & rationale. Tum etiam contra reuerentiam,quæ parentibus eodem iure pariterque diuino, vt oſtenſum eſt,omnibus de mundo debita eſt, ideo remitti non poteſt.l.alia.§.eleganter.ff. ſolut.mat.iunct.text.in capit. ſi diligenti. de foro competen.capitu.contingit.de ſententia excom. gloſſ.in.l.libertorum.C.de teſtib. & eſt ius prohibitorium.per gloſſ.in authenti.imo.C.de acti.& obligat.verb.parentibus,quæ ait legem prohibitoriam remitti non poſſe. Simil.gloſſ.in.l.a diuo pio verbo.actionem.ff.de ritu nuptia. Baldus in l.ea quæ numer.primo.C.de donatio. ante nupt. Felinus in capitul.cum acceſſiſſent, numero.7.de conſtit. Hippolyt.conſil. 131.num.decimonono. Fernand.Loazes.in tractat. de matrimonio regni Angliæ.11.dubio prin.numer.37.fol.37.&fol.71 colum.prima Iaſo.in.l.omnium. numer. octauo. C.de teſtamen.Andr. Tiraquell.in tracta.primo geniorum,quæſtione.24 numero. nono.vbi citat plures concordan. ergo tale præceptum & ſi ſit generale reſtringatur ad teſtes habiles,& qui alias à iure.communi poſſent compelli, non alio modo,& ſeruata forma denunciationis euangelicæ. vt notat gloſſ.in capit.in omni negotio. de teſti. & etiam in crimine hæreſis ſit præponenda denũciatio Euangelica, ſi peccauerit in te frater tuus. Mathæi.18.videtur probari ex Apoſtol. ad Titum capit.3 Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita. Quam intellige in hæretico non pertinaci erranti ex ignorantia, non autem in hæretico pertinaci, nam iſte eſt accuſandus & denunciandus citra aliquam admonitionem Euangelicam. Et in hoc eſt tenenda propoſitio,quòd ſi quis nouerit etiam ſecretè aliquẽ eſſe hæreticum, & ex malitia errantem, tenetur, etiam non requiſitus,eum denunciare abſque præuia admonitione. Facit, nam bonum commune præferendum eſt bono particulari. Eſt autem nõ ſolum vtile,ſed valde neceſſarium reipublicæ, ita denunciare: nam nulla poteſt eſſe peſtis pernicioſior Reipublicæ,quàm hæreſis crimen, hæc enim ex diametro pugnat cum religione omnium bonorum præſtantiſſima. Deinde citius ſerpit.& necat ad modum veneni: quia animæ operationes velociores ſunt. In re igitur tam periculoſa opus eſt præſentiſſimo remedio: nihil enim prodeſſet ſecreta admonitio,ſed magis obeſſet: Nam præterquam quòd hæretici nulla ſperatur correctio, ipſe monitor periculo ſeſe exponeret grauis odij & inimicitiæ, ſi incorrectum poſtea accuſaret. & cum haberet notitiam denuntiatoris, vel teſtis facilius deludere poſſet veritati, proponendo repulſam inimicitiæ,vel aliàs contra eum. Nec etiã eſt fides adhibenda tali hæretico,etiam ſi millies emendationem promitteret. Solet enim hoc hominum genus ad mentiendum eſſe promptiſſimum, vnde verius putandus eſſet talis fraude & dolo promittere, quam ex animo. Hæreticus enim pertinax certiſſimè paratus eſt contradicere veritati & diſciplinæ,tantum abeſt,vt ſit paratus corrigi,aut emendari. Vnde Prouerbiorum decimoſeptimo. Expedit magis vrſæ occurrere raptis, quam fatuo confidenti in ſtultitia ſua. Vbi gloſſa. Facilius erit ſanctis doctoribus furori generalitatis occurrere,raptis ad ſe populis aliquibus,& à beſtiali eius ferocitate,ad fidei pietatem conuerti,quam hæretico confidenti in ſui dogmatis perfidia: talis namque ſubuerſus eſt,& delinquit,cum ſit proprio iudicio condemnatus. Apoſtolus ad Titum capitulo tertio,vbi vide gloſſam. Et poſt eum Diuus Chryſoſtomus ait. Nempe illic de his loquebatur,de quibus corrigendis ſupererat ſpes, ac de his, qui ſimpliciter reluctabantur,non aduerſandi affectu,ſed ſtudio veritatis diſcendæ. Vbi verò manifeſtus fuerit omnibus, & perſpicuus aduerſarius veritatis? Cur acrem cædis? Et etiam Theophilactus inquit. Quo pacto alibi dicitur. Ne forte illos Deus ad pœnitentiam adducat? Ibi quidem facit mentionem eorum, qui emẽdationis ſpem aliquam præferunt. Hic verò incorrigibilem dicit hæreticum, & vndiquaq; adeo diſtortum, & tam varijs & multiplicibus modis implicatum,vt ſeſe nequeat ex his explicare, ſed per ſe ſit condemnationi adiudicatus, id eſt,qui nullam habeat erroris ſui excuſationem. Quippe cum nec illud poſſit prætendere, ſeſe à nemine

fuiſſe

Digitized by Google

fuiſſe admonitum, vel ad veritatem inſtru-ctum. Hæc ille. Item facit, quia huiuſmodi crimen tale eſt, vt citiſsimè corrumpat rempublicam, experientia ipſa ſatis comprobat, & Apoſtol. non tacuit, cum ad Timotheum, ſecunda, capitulo ſecundo, ait, Prophana & vaniloquia deuita, multum enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum vt cancer ſerpit. vbi gloſſa, interlinealis, prophana verba, vt hæreſes. Quo loco etiam Theophilactus ait, Violentum eſt hoc malum. Quippe cui mederi nullo pacto poteſt. Quidam enim vniuerſa deuaſtant, nec corrigi poſſunt. Cancer ſiquidem morbus eſt: qui & circumiecta, & propinqua depaſcitur. Et Chryſoſtomus. Cancer morbus vtique horrendus, & qui medicina contineri nequit, ſed omnia indies corrumpit, ac perimit, ideo nullum remedium valet adhiberi.

¶ Oſtendit autem eos per hoc corrigi, emendarique non poſſe, qui ſponte à veritate aberrauère. Item etiam comprobatur, quòd admonitio nulla debeat procedere ad denunciandum, & accuſandum hæreticum occultum, qui ex malitia & pertinacia eſt in crimine, nam communis eſt omnium doctorum ſententia. Quod cum peccatum ſecretum eſt in damnum reipublicæ temporale, vel ſpirituale, præſertim ſi ſit periculum in mora, ſtatim debet nunciari, prætermiſſa admonitione, quòd de ipſa admonitione nullum ſperetur commodum.

¶ Quam ſententiam his & alijs fundamentis noviſſimè comprobat religioſiſsimus frater Bernardinus in tracta. De correctione fraterna. concluſio. ſexta, propoſitione. 6. follo. 185. columna prima & ſunt de mente Panormita. in capitulo nouit, numero quadrageſimoquarto, de iudi, quòd non requiratur monitio in crimine hæreſis, cum ex monitione nullus effectus bonus correptionis ſperatur, ergo pro prædictis. Item ſuaderi poteſt ex Deuteronom. decimotertio, vbi ſtrictè Deus Optimus Maximus præceperat: Si quis ſuaderc, ait, voluerit, ſiue conſanguineus, ſiue propinquus ſiue amicus ſit, vt adores Deos alienos, & te ad idolatriam prouocauerit, non parcat ei oculus tuus, vt miſerearis, & occultes eum: & poſt te omnis populus mittat manum, lapidibus obruitus necabitur. Et iterum Deuteronom. decimoſeptimo. Vbi aduertendum eſt, quòd loquitur de peccato etiam occulto, de quo propter periculum, & enormitatem criminis, nullam fieri vult admonitionem: quare non immeritò ius canonicum receptatorem hæreticorum habet de hæreſi eſſe ſuſpectum, & purgatio ei canonica indicitur; in qua ſi defecerit, iure puniri poteſt vt hereticus, eo quòd hæreticum non prodiderit, vel denunciauerit.

Idem eſt iudicium ſecundum ius ciuile, de eo, qui proditorem ciuitatis occultauerit, vel celauerit latronem. Quibus conſonat Diui Auguſtini teſtimonium ad Caſulanum Qui veritatem, ait, occultat, & qui mendacium dicit, vterque reus eſt: ille, quia prodeſſe non vult: iſte quia nocere deſiderat. Nec etiam obſtat auctoritas Pauli ad Titum capitulo tertio, ſuprà citata, quæ vult hæreticum prius admonendum fraternaliter. Quia, vt dixi, loquitur, quando non ex malitia, neque pertinacia conſtat dubium eſſe in fide, & paratus eſt corrigi, qui adhuc non eſt dicendus hæreticus, vt probaui ſupra libro primo, in titulum primum, ſuper rubi. in gloſſa prima. Secùs de pertinaciter dubitanti, qui hæreticus formatus eſt capitulo primo; de hæret. Vel eſt dicendum, quòd loquitur authoritas Pauli non ad vniuerſos, ſeu quoſcunque homines, ſed tantum ad Prælatos, vt erat Titus epiſcopus, ad quem verba ſua direxiſſe conſtat, ad quem ratione prælationis Epiſcopalis & officij hæreticum corripere, & per excommunicationis cenſuram deuitare.

¶ Vnde verbum illud, deuita, ſignificat, id eſt, fac deuitari ab alijs, ne per eum cæteri inficiantur, vt Nicola Lyranus, & D. Thomas exponunt. Loquebatur ergo Apoſtolus ibi de correctione à præpoſitis facienda, quorum intereſt hæreticos primò admonendo, & obiurgando corripere, deinde ſi corrigi noluerint, ab eccleſiæ communione ſeparare. Cæteris alia profert dogmata prima ad Corinth. capitulo quinto. Si is, inquit, qui frater nominatur inter vos eſt fornicator, &c. aut idolis ſeruiens, cum eiuſmodi nec cibum ſumere. Quaſi diceret, Ab homine hæretico, qui nomine tãtum frater eſt, opere autem idolis ſeruit, omnino caueté, nec aue dixeritis, Et notat Bernardinus Areualenſis in dict. tract. De correptione fraterna. folio 192. col. 1. conclu. 6. propoſit. 6. Ex quibus iam licet (præmiſſa correctione eccleſiæ Romanæ) colligere concluſionem, excommunicatione generaliter prolatam ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis cõtra nõ reuelãtes hæreticos, ex vi iuris, nec ex eorũ intentione cõprehẽdere, nec extẽdi ad filios. Colligitur ſecũda, Correptionẽ euangelicam minime neceſſariã eſſe, ſed opus eſt, ꝙ ſtatim hæreticus contumax denuncietur, & accuſetur. Tertia aſſertio erit, Romanũ Pontificẽ poſſe ſtatuendo, declarare & interpretari ius naturale & diuinũ vt etiam filius teneatur prodere patrem hæreticum. cùm ſit cauſa fidei, & ſtatus totius reipublicæ, & odium criminis, ex his, quæ Ioan. Andr. & Panor. notant in capitul. literas. de reſti. ſpoliat. Igitur ex præmiſsis cõſtat diſpoſitionem noſtræ legis iuridicam ac ſanctam eſſe. Ad id. l. a. & ibi Montalu. tit. 9. part. 7.

¶ Scyſcitur.

a ¶ *Seyſcientos marauedis de los buenos.* Ad idem. l. 1. titulo quinto, ſuprà iſto libro octauo, vbi vide quæ notaui.

b ¶ *Mas quiſiere.* Nota in pœna huius legis electionem eſſe creditoris, & non debitoris: quamuis regulariter in alternatiuis debitoris ſit electio, text. vbi gloſſa. in verb. electio. in. l. plerumque. ff. de iur. dot. Bart. in l. ſi duo rei ſtipulandi. nu. 1. ff. de verb. obligat. Angel. in §. huic autem. nu. 4. Inſti. de acti. vbi Iaſo. n. 6. 39. titul. 14. parti. 5. Quid in pœnis tradit Bartholo. Cæpola, Veronenſis in rep. l. ſi fugitiui. num. 58. & 64. C. de ſeruis fugitiu: Roman. ſigu. 133. Ange. in tract. De maleficijs. verb. quas ſi non ſolueret. nume. 5. fol. 281 ſecundum paruam impreſsionem. l. aut damnum. §. proinde. ff. de pœn.

la carcel publica con priſion por veynte dias, o pague al padre o a la madre ſeyſcientos marauedis d los buenos a que ſon ſeys mil marauedis deſta moneda: qual pena deſtas el padre o la madre mas qui-

¶ *Lex ſecunda.*

¶ Iſta l. 2. eſt hodie alterata in pœna pecuniaria vt habetur nouiſsime in l. 2. titulo 10. libr. 8. recopi. cuius tenor talis eſt, *qualquier que a otro*, &c. Vnde quia in conuicijs ſeu in genere iniuriarum non eſt alterata ideo per ſingula verba ea quæ de iure annecti poſsint, explanabo, nam vt inquit Vlpian. in l. Item veniunt. § præter hæc ad fin. ff. de pet. hæred. aptanda eſt igitur ſingulis verbis Senatus Conſulti congrua interpretatio: ideo primũ ſe offert verbum illud.

c ¶ *Denoſtare.* Similem legem habes in l. 2. titulo. 3. *De los denueſtos y deshonras.* libro quarto. for. legũ. vbi eſt videndus Montalu. in ſua gloſſa. vbi in gl. 1. declarat verbum, Gafo, nam ex dicto apertè cõſtat iniuriam ei eſſe illatam. argum. capituli primi. de præſumptio. Et cum quis animo iniuriandi Petrum ei dixit aliquod conuiclum, ſiue verum, vt Gaffus, leproſus, & huiuſmodi, ſiue falſum ſit, vt quia non cadit verbum nec conuicium in iniuriato, vt quia dixit, Tu es leproſus, ſpurius, Iudæus meretrix, cornutus, vel huiuſmodi, tenebitur actione iniuriarum, cum iniurioſe obiecit, & non ex aliqua iuſta cauſa. Hentic. in capitul. ſi culpã, diſtinctione prima. de iniur. Quod reputat notandum gloſſa prima. in. l. ſecunda. titulo tertio. libr. quarto. for. legum. Et idem gloſſator, qui eſt Mõtalu. in l. prima, verbo, *y quiſiere demoſtrar* titulo. 9. part. ſeptima. Et ſic erunt limitandæ opiniones, quæ dicunt non habere locum actionem iniuriarum, cum dicens iniuriam velit eam probare, & probet, vt habetur in dict. l. 1. verſiculo. *Pero ſi aquel*, cũ diſtinctione de qua latè actum fuit in gloſſ. iſtius tituli in rub. Nam dicens verbum infame contra aliquem, debet id dicere non ad æmulationem & opprobrium proximi, ſed ex cauſa, vt reipublicæ cõſulatur, ſi interſit, & ſic per denunciationem, vel accuſationem coram iudice cõpetenti, & ſic ex iuſta cauſa, & iuſtè. iuxta illud, Quòd iuſtum eſt exequeris. Vel ſi non eſt delictum punibile, nempe, quia ſcis eſſe leproſum, dicas amico ſecretè, vt euitet conuerſationem eius, ex qua poſſet ei malum contagionis contingere, vel ſi eſt malum peſtilentiæ, vt nunc graſſatur in regno Aragonum, & apud noſtrates, in epiſcopatu Calagurritano, manifeſtet hominem infectum tali infirmitate apud iudicem, vel apud eos, quibus nocumentum afferre poſſet communio, niſi cũ vitatent. & ſic ex charitate procedat, & nõ animo iniuriandi; & cum cauſa iuſta, & tunc ſi probet non tenetur actione iniuriarum, quia verum dixit ex iuſta cauſa. & non animo iniuriandi, & ſic ceſſat dolus, & iniuria, eiuſq; proſequutio, cùm ex affectu facientis iniuria conſiſtat. l. illud relatum. ff. de iniur. c. illud. 15. q. 1. Quo fit, quòd dicens ſpuriũ, vel filium clerici alicui, vt bona patris clerici non poſsit obtinere, vel indignũ & incapacem, ſi hoc probet, ne familia legitimorum, ſeu fiſcus defraudetur nõ tenebitur actione iniuriarũ, imo præmio eſſet afficiendus, cũ ex cauſa iuſta obiecerit, & probauerit. l. edicto. & ibi glo. verb. Capere. & verb. partem. & verb. ptnbaſſet. ff. de iur. fiſc. Facit. l. tertia. §. vtrum. ff. ad Syllanianum. De quo tex. agit Pet. Gerard. ſingul. 13. & 79. Iaſon. in l. 1. num. 13. C. de ſac. ſanct. Eccleſ. & in l. ſi filius fam. colum. 2. ff. ſi cert. peta. & Hippoly. in practi. crimi. §. Aggredior. nu. 58. vbi dixerunt ſolemnem, & iuris meliorem eſſe: ad idem. l. quiſquis. §. fi. C. ad leg.

ſieren b y deſtos ſeyſcientos marauedis: ſean los dozientos marauedis para el accuſador.

¶ *Ley II. De las penas de los que injurian á otros.*

QValquier que a otro denoſtare c: o le dixe-

ad leg. Iul. maieſta. vbi pœna remittitur, & præmium conceditur ei, qui factionis in Principem commiſſæ etiam in committendo particeps erat ſi ab exordio initæ factionis conſpirationem detexit. Si verò ſerò, quia ad actum coniuratio, ſeu conſpiratio deducta eſt, incognita tamen detexit

re gafo , o ſodome-

veniam conſequitur, licet etiam factione vſus fuerit. Not. Igne. in l. 3. §. ſi ex ſtipulatu. numer. 6. ff. ad Syllanian. Et hoc totum inductum eſt fauore publico, quod etiam in obſeruatione legum vt eſt. l. 22. titulo tertio. libro primo. ordin. & l. 9 Taur. vigere non eſt dubium. Ergo ſi ſpurium in capacem & indignum dixerit eo animo, vt non conſequatur contra diſpoſitiones Principum legatum, ſeu hæreditatem; ſi probet dictum ſuum, iniurioſus non eſt putandus. Idem ſi eum Gaſſum ſeu leproſum dixerit. Si verò dixerit ſpadonem, claudum, gibboſum, cæcum, vel huiuſmodi, cùm hæc verba ad nullam cauſam dirigi valeant in vtilitatem alterius, ſeu reipubl. niſi ad iniuriam, & ſi dicat verum, erit puniendus. Inhumanum & iniurioſum eſt alienos defectus detegere. Cyn. in l. ſi non conuitij. C. de iniur. l. 2. circa mediū. C. quando & quibus quarta pars debea. lib. decimo. Mon talu. in l. prima. titulo 9. part. 7. Idem erit dicendum ſi ſine cauſa, vel cum cauſa infamet aliquem de paupertate, & nō probet, nam ei tenetur actio iniuriarum. Quia nihil tam inhumanum eſt, &c. vt habetur in dict. l. 2. Tenet Angel. per text. ibi in l. priuilegia. ff. de priuileg. credito. & in l. ſi verò. ff. qui ſatiſdar. cogant. Quo fit, quòd dicens alicui Iudæum poſt baptiſmi ſuſceptionem, mentitus, & ei tenetur actione iniuriarum, niſi ei probet eum perfidiam Iudaicam adhuc eſſe. forte, vt Mauri, qui, vt dicitur, ſolum nomen habent poſt baptiſmum in aliquibus locis, & in ſua infidelitate perſiſtere, minimè verentur. Nam iſti infideles ſunt, & multò peiores, qui cum agnoſcant ſe la veritatem, & amplexati fuerint per ſacrum baptiſmum retrocedunt, nam non eſt aptus regno Dei mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro. capitul. magnæ, de vot. gloſſ. & ibi eſt text. in capitulo. Quidam de apoſtatis. Qui autem dicit Iudæum, ei qui nunc eſt fidelis, & Chriſtianus, & ſi fuerit de genere Iudæorum rectè mentitus; & ſe mentitum fuiſſe publice recantare obligatur ſecundum diſpoſitionem noſtræ legis, & l. ſecundæ, titulo tertio, libro quarto, foro legum. Et huiuſmodi nomen non eſt permittendum omnino, nec opprobrium aliquod eis fieri ex eo, quia ex genere Iudæorum ſint, ſi ſunt boni, & Chriſtianæ religioni fideles, ideo an iſti tales poſſint, & debeant admitti ad officia, & dignitates reipublicæ, Vide diſtinctionem per fratrem Anton. de Cordoua in ſuo li. quæſtionario, quæſtione 54 pagin. 432.

tico [a], o cornudo [b]:

a ¶ *Sodometico*. Maximum conuitium, & iniuriam inducit iſtud verbū. Quod conſtat ex grauitate culpæ, infamiæ, & pœnæ, quæ aduerſus delinquētes ſtatuta eſt in iure. tendit enim in maximam offenſam Dei, & naturæ, & grauius crimen eſt cæteris, præter hæreſim capitu. adulterij. 35. quæſtione ſeptima, ibi, Sed omnium horum eſt peſſimū, quod contra naturam fit, & in capi. flagitia. eadem cauſa & quæſtio. Collect. in cap. inquiſitionis, prima columna, de accuſat. Optimè agit de hoc delicto Anton. Gomez, in l. 80. Tauri numero. 32. Ergo cùm falſum fuerit, meritò tenebitur palinodiam recantare, & dicere ſe mentitum fuiſſe, vt reſtitutio famæ fiat innocenti. De hoc crimine, eiuſque pœna, alibi erit ſermo.

b ¶ *Cornudo*: Dicens cucurbitam marito, directè grauiter offendit eum, & in conſequentiam vxorem cum neceſſariò innuat vxorem eſſe meretricem, & ſic vterque poterit pro ſuo iure, & pro conſeruatione ſui honoris agere contra dicentem tale verbum, vt palinodiam recantet, dicendo ſe mentitum fuiſſe, vt in hac lege cautum eſt, nam hoc ex communi intellectu hominum deducitur, & ſic vxor agere poterit, quamuis maritus deſiſteret ab agendo pro ſua iniuria, vt inferius dicetur.

¶ Et non ſolum procedit, cum dixit directè, ſed etiam per verba hoc denotantia ex communi intellectu loquentium in tali loco, vt in noſtra Hiſpania intelligitur, cùm dicitur coniugato, Tu es bonus vir, nam intelligitur, quia diſsimulat vxoris adulterium, & patitur: ideoque idem erit dicendum, cum hæc verba idem importent, ex Cardin. in capitulo ex literis, de conſuet. vbi dixi in lectione ordinaria iſto Anno. 1563. Quia verba ſecundùm communem intellectum hominum ſunt intelligenda, capitulo ex literis primo de ſponſalibus, quem dixit valde notab. Nicol. Euerard. in locis legalib, capitulo ſeptimo, loco ab opinione vulgi. Felin. in capitulo, per tuas, numero quinto, de probatio. & in capitulo cùm tu. numero decimoquinto, de teſtib. & in capitulo permittimus de ſententia excommunica. Iaſ. in l. tertia. §. Nerua filius, numero vndecimo. ff. de acquiren. poſſ. & in l. ſtipulatio iſta habere. §. hæc ſtipulatio, numero octauo. ff. de verbo. obliga. Ioan. Neuiza conſil. 92. Plura iura adducit Tiraquell. in tract. de retract. libro primo. §. ſecundo. gloſſa prima, numero 15. Sed vſus loquendi eſt di-

eſt dicere, quòd partitur mulieris adulterium, & ſic quòd eſt leno, cùm de adulterio non indiguatur. præſumitur talis, vt probat Thom. Ferriaren. caut. 14. numero ſexto, citat l. mariti lenocinium. in princi. ff. de adult. Ioann. Neuizan. in ſylua nuptiali. libro primo, numero trigeſimoprimo. Et hoc per conſequentiam deducitur clarè ex vulgi opinione cuius ſenſus ſequendus eſt in interpretatione verborum. text. in cap. vnic. & ibi gloſſa. verb. Eloquutio. de iniur. libro ſexto. gloſſ. in capitul. proptereà. de verbor. ſignifica. § Ex quibus etiam poteſt deduci, quòd non ſolum ad inſtantiam viri, qui expreſſe, ſeu tacitè excommuni vulgi opinione eſt iniuriatus verbo inhoneſto, Cornudo, vt recantet palinodiam, & dicatſe mentitum fuiſſe, ſed etiam ſi maritus deſiſtat à querela, vxor pro ſuo intereſſe & iniuria agere poterit ad idem, etiam marito repugnante. Conſtat: nam eo ipſo quòd iniuria fuit facta marito, dicendo ipſum cucurbitam, ſeu lenonem vxoris, per neceſſariam, & non abſurdam conſequentiam infertur iniuriam ei eſſe illatam, cùm deducatur meretricem eſſe, Et ſic eſt propria iniuria ipſius mulieris, cùm ſit infamata de graui crimine apud maritum, & apud alios, & ſic pro ſuo honore conſeruando, qui magis æſtimatur, & eius bonum, quā diuitiæ multæ: & eius amiſsio, vitæ amiſsioni corporalis comparatur. l. iuſta. ff. de manum. & vindict. gloſſa, in capitulo, vno delegatorum, in gloſſa prima verſicul. Idem eſſet ſi aliter efficiatur infamis, de offic. delegat. Optima. l. quarta, titulo decimotercio. part. ſecunda. Igitur cū iniuria propria ſit agere poterit etiam ſi reſiſtat maritus, argu. l. Papinianus, in princi. ff. de inofficio. teſtam. in illis verbis, iniuria ipſius filij eſt. Item, quia iniuria iſta cum pluribus lædat, pluribus dari oportet, l. prima. §. Idem ait. ff. de iniur. vbi Vlpianus Iuriſconſultus ait, Ex vna iniuria interdū tribus oriri iniuriarum actionem, nec vnius actionem, per alium conſumi, vt puta, vxori meæ, filiæ familias iniuria facta eſt mihi, & patri eius, & ipſi iniuriarum actio incipit competere. Cum ergo ex vna iniuria, & iſto verborum reſultent plures, maritò vxori, quæ non remiſit, non obſtante diſsimulatione & remiſsione viri, & eo inuito competere debet actio iniuriarum, & tenetur iniurians ſe mentitum fuiſſe profiteri, cum ipſa ſit caſta fidelis, & non meretrix. Tum etiam, quia præſumptio adulterij multas diſcordias inducere ſolet tam reſpectu mariti circa vxorem, quàm filiorum, qui etiam ex falſa impoſitione, & præſumptione ſolent haberi pro ſpurijs, & vulgari opinione pro filijs adulteræ, & de hoc multoties improperari ſolent, vt experientia docuit, fit etiam agnatis, & cognatis iniuria & infamia propter malum nominis conſanguineæ, ſeu affini infamatæ, & conſorti. l. lex Cornelia. & ibi doct. ff. de iniur. Bartol. in. cum ſcimus, numero quarto. C. de agricol. & cenſit. libro vndecimo. Hippolyt. latè in conſilio. 68. columna prima, numero ſecundo. Robert. Marant. in ſpeculo aduocato. 6. part. numero. 58. pagin. 306. columna ſecunda. vbi probat, quòd remiſsione offenſi, conſanguineus, vel affinis poterit accuſare criminaliter offendentem: quia iniuria redundat in omnibus de cognatione.

¶ Igitur mariti cum ratione vxor agere poterit, cùm verè, & per conſequentiam neceſſariam ſit appellata adultera, & meretrix, argumento. l. ſin autem. §. ſed & is. ff. de rei vendica. in illis verbis, Non eſt abſurdum per conſequentias dolum præteritum deduci. Confirmatur: nam quando quid fuit factum ad inuidiam alicuius, tenetur ei iniuriarum actione. l. item apud. § hoc edictum. ff. de iniur. vbi inquit Angel. Nota bene contra illos, qui vtuntur veſte lugubri, etiam in improperium amici ſui infamiam paſsi, aut aliam deteſtabilem iniuriam. Concordantiæ ſunt in gloſſa. & l. veſtem. ff. eod. vbi in iniuriam alterius non licet ſordidam veſtem deferre, aut capillum ſubmittere. vbi idem Angel. notat illum tex. contra illos, qui dicunt contra notorie damnatos, me tædet de tali condemnatoria contra te lata, & hoc modo reproperant, vt fatetur ſe vidiſſe aliquos facere. Ecce ergo, quòd iniuria infertur non ſolum directè, ſed etiam per æquipollens, & indirecte. Et idem ſi fuiſſet cum aliquo, & dixiſſet. Ite in pace, quia in meo genere non ſunt Iudæi, Mauri, Sodomitæ, meretrices, latrones, vel huiuſmodi: nam vult dicere ex neceſſaria conſequentia, & communi vulgi intellectu, quòd ſunt in genere, cum quo loquitur hæc vitia, quæ per iſta verba denotantur illata per viam iræ, iniuriæ, & improperationis, & ſic agere poterit actione iniuriarum, ſecundum Lucam de Penna. in l. ertat. columna ſecunda. verſicul. Poſtquam autem. C. de Caſtren. pecul. libro decimoſecundo. Boeti. conſil. quarto. columna tertia. verſicul. Et idem ſi quis dicat alteri. numero decimoſeptimo. adduco text. in l. Item apud Labeonem. §. cui non ſine. ff. de iniurijs. vbi ſi conuitium non ſit certæ perſonæ, non punitur, tamen ſecundum Bartol. ibid. ſi apparet quòd diceret de aliquo, licet eum non exprimeret, vel ſi diceret de aliquo, & intelligeret de alio, & hoc apparet, punitur, & ibi tenet Angel. & Alberi. Idem Alberic. libro ſecundo, ſtatuto, quæſtione. 209. Non enim curandum in quo quis loquatur, ſed in quem intentio dirigatur, vt habetur in l. cum pater. §. donationis. ff. delega. 2. Et verba, quæ in effectu ſunt ſingularia, & in præiudi-

iudiciam ſingularis perſonæ reſultant, quam̃uis generaliter proferantur ab ſtatuentibus, ille, in cuius odium reſultat particulariter, & eſt ſtatutum conditum, ab eo poterit reclamare, & appellare. Deci. conſil. 361. nu. 7. Faciunt optimè notata à Bal. in ea. cum ordinem. colu. fin. nu. 26. de reſc. Cùm ergo hæc verba, cornudo,

o traydor[a]: o hereje: o a muger que tenga marido puta[b]:

Bonus homo, vel huiuſmodi relata ad vnum indiuiduum, quod eſt vxor, nec ad alterius iniuriam poſſint referri, abſque dubio, meretricem dixit, ac legis huius pœna erit puniendus, & eſt conuitium impudicum in matrem familias, ſeu vxoratam mulierem, & grauem iniuriam infert, & tales grauiter ſunt puniendi. vt not. Angel. per tex. ibi in l. non ſolum. §. quinquam, verſic. in textu ibi conuicium. col. 1. ff. de iniur.

a ¶ *O traydor.* Maximum crimen eſt aleuoſiæ, ſeu proditionis vitium, ideoquè obijciens tenebitur illud probare, præſertim ſi ſit in rempublicam, vel in regem, quo probato, honorem, & præmiũ conſequetur: ſin verò non probauerit, læſo & iniuriato tenebitur pœna hujus legis ſe dicere mentitum fuiſſe: & inſpecto loco, tempore, & qualitate perſonarum tam iniuriantis, quàm iniuriati, iniuriæ pœna arbitranda erit à iudice. Sed quid erit, ſi probet proditorem fuiſſe, licèt iam indulgentia Principis fuerit remiſſum crimen aleuoſiæ & proditionis? Videtur quòd ſit puniendus, cùm pœna ſit imponenda, attento ſtatu temporis commiſſi delicti, quo tempore non erat proditor, nec aleuoſus, argumen. text. in capitul. eam te. de reſcrip. cap. ferrum. 50. diſtinction. Ergo cum dixit conuitium graue, & animo iniuriandi, nec ex ipſo fuit cauſa iuſta inferendi, meritò etiam ſi probet olim fuiſſe proditorem, tenebitur actione iniuriarum per ea, quæ dicta ſunt in principio huius tituli, ante l. primã in rubri. maximum enim delictum attribuitur ei, cui proditio impingitur: nam proditionis pœna, ipſum, eiuſque honorem, famam bonam, & poſteros maculat. Facit tex. in l. quiſquis. C. ad legem Iuliã. maieſta. l. proditores. ff. de re milit. Andre. Alciat. in tract. de duello. in titul. quæ exceptio. repellant prouocant. Hierony. Gigas de crimi. læſæ maieſta. titul. De proditoribus. pagin. 373. quæſtione prima, cum multis ſequ. Pluta de proditoribus, & qui ſint, declarat. ¶ Item probatur. Nam reſtitutus à Principe, amplius dici non potuit proditor Regis, vel huiuſmodi, cum Princeps de inhabili poſſit eum facere habilem. l. quidam conſulebant. ff. de re iudicat. l. ſecunda. C. de crimi. ſacrileg. reſtitutio enim omnem maculam tollit, vt voluit Andr. in capitulo primo. §. præterea, columna quinta, quæ fuit prima cauſa beneficii amitt. & in capitulo primo, de Vaſſallo decrep. ætat. Matthæ. de Afflict. in dicto. §. præterea. in verſic. io gloſſa tertia. numero. 98. Hierony. Gigas vbi ſupra, quæſtione ſeptima pagin. 381. Confirmatur ex. l. imperialem. §. illud & ibi glo. C. de ſecund nup. l. quod ita ſtatutum. ff. de ædilit. edict. l. non omnis. §. à barbaris. ff. de re militat. Veruntamen ſi dixerit aliquis talireſtituto. Tu fuiſti proditor, actione iniutiarum minimè tenebitur, vt dicit Iſernia in dicto. §. præterea. & Matthæ. de Afflictis vbi ſupra. Vnum tamen eſt memoriæ dignum, quòd ſi quis dicat reſtituto quod eſt proditor, & velit cum eo pugnare, dicens, quod vult probare quòd eſt proditor, talis reſtitutum ad duellum iniuſtè prouocaret: quia facta reſtitutione amplius non eſt proditor, ſecundum Iac. de Caſtillo in tract. De duello. libr. 4. capitulo ſeptimo, & Hieron. Gigan. in dict. quæſtione ſeptimã, ad fin. Sic ergo dicens alicui eum eſſe proditorem, tenetur dicere ſe mentitum fuiſſe, vt hic. l. 8. titul. 3. par. 7. li. 2. & ibi dixi in gloſ. 1. t. t. 9. libro quarto. ſupra in priori tomo horum Commentariorum ordina.

b ¶ *Marido puta.* Adde quæ dixi ſuprà in gloſſ. verbo. Cornudo. Intellige hanc legem, etiam ſi obijciens vxori verbum iniuriofum adulterij, dicens eam meretricem, vellet probare, non excuſatur ab iniuria, niſi probaſſet inſimul, quòd maritus erat ſciens, & patronus turpitudinis, quia aliàs non eſt in cauſa delicti, nec in pœna, cum poſtquam fuerit ſciens, ipſe ſolus poteſt adulteram vxorem accuſare, attenta. l. tertia, titulo ſeptimo, libro quarto, foro legum. Ergo alius non poterit infamare matrimonium: & cum dixit conuicium ſine iuſta cauſa, ſed animo iniuriandi, & ſi probet eam meretricem, ſeu adulterij crimen cõmiſiſſe, tenebitur ratione infamationis, cùm maritus potuit eam corrigere, & correctam admittere ſine culpa, capitu. inter opera. de ſponſa. Quanuis in hoc articulo dubitet Gregor. Lopius in l. prima, titulo. nono. parti. ſeptima. Quia interim quo erat crimen ſecretum, non debito modo, & prout debuit, corripuit, ſed iniuriam voluit facere marito & vxori, vt vides, & ſic eis actione iniuriarum tenebitur per legem hanc, quæ generaliter conuicïantem mulierem nuptam punit. ¶ Itidem etiam ampliarut locum habere diſpoſitionem huius legis in eo, qui dixit meretricem alicui mulieri, quæ tempore conuitij erat bona quanuis velit oſtendere ante fuiſſe peccatricem: nam poſt pœnitentiam non eſt amplius de prætetito vitio vituperanda, ſed quia correcta & bona

deſdigalo[a] ante el alcalde: y ante hombres buenos: o al plazo que el alcalde le puſiere: y peche trezientos ſueldos[b]: la meytad para nos: y la otra meytad al querelloſo: y ſi dixere otros denueſtos deſdigaſe ante el Alcalde y ante hombres buenos y diga que mintio en ello. E ſi hombre de otle y arſe tornare Chriſtiano: y alguno lo llamare tornadizo: peche diez mil marauedis[c] al Rey y otros tãtos al querelloſo: y ſino tuuiere de que los pechar peche lo q̃ touiere y por lo q̃ fincare yaga vn año en el cepo: y ſi ante de vn año pudiere pagar ſalga de la priſion.

a ¶*Con la ſiruienta de ſu caſa*. Iſta accuſatio non erit popularis, ſed ius accuſandi tantum, domino ſclauæ ſeu famulæ competit. Angelus in. l. inter liberat. in princip. ff. de adulter. & c̃ ei ſit facta iniuria, intereſt vindicare, & ſuum ho. .tem præponere omni cõmodo pecuniario. & qui contrarium ſeruant, non erubeſcunt, nec verecundiã timent. Ange. in. l. miles. §. ſocer. columna ſecunda. verſic. Sequitur in textu proponere non erubuit. ff. de adulter. citat hanc Grego. Lopez in. l. 15. gloſſ. ſeptima. titulo. 17. & in. l. ſecunda. verb. *Siruiente de caſa*. titulo. decimonono. part. ſeptima. Qui pœnam mulieris concumbentis cum ſeruo extendit ad mulierem habentem acceſſum cum familiari & domeſtico famulo, vt habetur in. l. vnica. C. de mulieri. quæ cum proprijs ſeruis ſe iniung.

b ¶*Sobredichos*. Quia tunc locum obtinerent ſupra dicta.

c ¶*Publicamente*. Quod delictum ſeueriſsime publice & non furtine oportet pœnam imponere, vt cæteris ſit in exemplum, maxime in Hiſpania, vbi huiuſmodi delicta paſsim perpetrantur, argumen. l. Aut facta. §. euenit. ff. de pœnis. Vbi Claudius Iureconſultus ait. Euenit vt eadem ſcelera in quibuſdam prouincijs grauius plectantur, vt in Africa meſsium incenſores. in Myſia vitium, vbi metalla ſunt adulteratores monetæ. Nonnunquã euenit in aliquorum maleficiorum ſupplicia exacerbentur, quoties nimium multis perſonis graſſantibus exemplo opus ſit, iuxta illud. Oderunt peccare mali formidine pœnæ. capit. cum qui. de præbend. libro ſexto. l. quinta. titu. 27. partit. 3. ibi, *E ſi el juyzio fueſſe de eſcarmiento de juſticia de muerte, o de perdimiento de miembro, deueſe luego cumplir de dia conceieramente ante los omes, è non de noche à furto. Ca la juſticia non tan ſolamente deue ſer cũplida en los omes por los yerros que fazen, mas aun porque los que la vieren, tomen ende miedo y eſcarmiento para guardar ſe de fazer coſa porque merezcan recebir otro tal.*

Ad idem. l. fin. titulo. 31. partit. ſeptima. Hoc tamen limitandum eſt, quando poſſet euenire ſcandalũ in populo, vel forte timereretur, quod delinquens caperetur de manibus familiæ, tunc iudex poſſet executioni mandare ſententiam occulte in carcere, vel in alio loco ſecreto. argumento. eorum quæ not. gloſſ. in. l. prima. C. de ſent. experi. recitand. & in capitulo fin. de re iudica. libro ſexto Bal. dus & Doct. in. l. ius pluribus. ff. de iuſti. & iure. not. Gregor. Lopius in gloſſ. fin. l. quinta. titulo. vigeſimo ſeptimo. parti. tertia & eadẽ ratione licet diebus feriatis in honore Dei ſententiam executioni demandare. vt dixi in. l. quinta. titulo. primo. libro. primo. ordinamen. in gloſſ. prima. verſi. Infertur etiam licere iudicibus & ſic limitanda erit. l. fin. C. de ferijs. quæ ait, horridam vocem præconis in diebus feſtiuis ceſſare. nam ex cauſa licitum eſt transgredi leges. In hoc. capitulo. de conſti. de quo per Barba. in capitulo. atſi clerici. numero. 131. vbi dixit ab omnibus approbatum Innocen. dictum & ſingu. eſſe Felin. in ca. qualiter. a. nume. 37. de accuſatio. Iaſ. in. l. prima. column. prima. C. de precib. imperato. offer. Bartholo. Cæpol. in. l. quod ſi nolit. § quia aſsidua. n. 11. ff. de ædilitit. edict. Iacob. Villalpando in repeti. l. 2a. §. nono. titu. 1. part. 7. Philippus Prob. in cap. in fidei fauorem. in additio ad Ioan. Monachum. vbi plura in hoc. de hæret. lib. 6.

d ¶*Fijo dalgo*. Not. text. notabilẽ in pœna corporali mitius puniendum eſſe quam plebeium. Simil. l. eſt in ordinat. Alphonſi Regis celebratis Anno 1386. tit. 21. l. ſecũda. verſi. *E ſi fuere ome fijo dalgo*. & eſt caſus & exemplum in dicto ordina. titu. vigeſimo. l. decimatertia. incipient. *Mandamos que ſi alguno*. Secus in pœna pecuniaria, vt ibi habetur. De qua materia per tex. glo. & docto. in cap. cum quidam. de iure iuran. glo. in cap. homo Chriſtianus. 40. diſtin. gloſ. & doct. in. l. nemo. C. de ſum. Trinit. & in. l. fin. C. quæ res vendi. non poſſunt. & in. l. Pedius. ff. de incendio, ruina, naufrag. l. 8. titul. 31. parti. 7. & l. fina. tit. 18. partit. prima. Ex hit infertur ad practicã Regni, quod ex eodem delicto commiſſo per nobilem, & plebeium, nobilis

Digitized by Google

decapitatur , & plebeius furca ſuſpenditur. not. etiã Barto.in.l.deſertorem.§. pœna. ff. de re militia. Ad quam practicam corroborandam facere videtur.l.fina.in fine.C.ad legem Flauiam.de plagi.Bartol.in.l. quidam. ff. de pœnis.qui dicit ſupradicta eſſe vera, niſi delictum tale commiſſum per nobilem cedat in

le den cient açotes. E ſi qualquier deſtos que biuen con otro ſe deſpoſaren [a],o ca-

derogationem ſui officij,vel dignitatis,vt crimen proditionis,falſi,vel huiuſmodi.facit cap.presbyteri.5.quæſt.vlti.l.presbyteri.C.de epiſcopis & clericis.& gloſſ.in cap.a.de offic.delega.libro.6. Adde quæ not.Panormita.in capit. paſtoralis. de offic.delegat.

a ¶ *E ſi qualquier deſtos que viuen con otro ſe deſpoſaren.* Concord.l.a.tit.1.libr.5.ſupra.& in.l.ſecũda Regis Alphonſi ſupra citata ad finẽ.gloſſæ.Et ſic in contractu matrimonij requiritur conſenſus patris,vel illius,ſub cuius poteſtate eſt fœmina. Idẽ ſtatutum reperitur in pluribus huius regni legibus.Et in primis à Siſnando Chriſtianiſsimo rege Caſtellæ æra.de 681.in lib.3.foro juzgo.titu.ſecundo.l.final.cuius verba ſunt.

¶ *Si la muger libre quiſiere caſar con ome libre,el marido della deue fablar primeramente con ſus padres, è ſi la por muger puier auer,de las arras a los padres aſsi como es derecho,è ſi la non pudiere auer,ſinque la muger en poder de los padres.E ſi ella caſar ſin voluntad del padre,ò de la madre,y ellos non la quiſieren recebir de gracia,ella,ni ſus fijos non deuen heredar en la buena de ſus padres,porque caſo ſin voluntad de ellos,mas ſi le quiſieren dar los padres alguna coſa,bien lo pueden fazer,y de aquello puede ella fazer ſu voluntad.* Eſt cõfirmata per Regem Petrum filium Regis Alphonſi. *AEra de mil y trezientos y nouenta y quatro.* vt habetur foro generoſorũ libr.quinto.ti.quinto.l.1.cuius verba ſunt. *Si manceba en cabello caſa ſin voluntad de ſus parientes,o de ſus cercanos hermanos con algun hombre , o ſe ayuntare con el por qualquier ayuntamiento peſando a ſus parientes mas propinquos,ò a ſus cercanos hermanos: no aya parte en lo de ſu padre,ni en lo de ſu madre. Sea enagenada de todo heredamiento por ſiempre.* Idem diſponit l.ſecunda.eiuſdem tituli.&.l.ſecunda.&.l.quinta.&.l.final. titulo. primo. libro tertio. foro legum Caſtellæ. l. prima.&.l. ſecunda. titulo. primo.libro. tertio.foro juzgo l.49.Tauri.l.75.in Curijs Toleti Anni. 1560.&.l.58.fol.a5.in Curijs de Madrid Anni. 1563. quæ extendit pœnam dictæ.l. 49.locum habere in filium contrahentem clandeſtine.Et huiuſmodi leges iuſtiſsimæ ſunt cenſendæ,cum veniant in adiutorium iuris Canonici in capit.cum inhibitio.de clã.deſponſa.vt probat Ant.Gomeſ.in.l.49.nume.a.in deciſio. Tauri.& Ioan.Lup.in rep.cap.per veſtras.§.8.fol.89 colum.5.de dona.inter vi.& vxo. De hoc tamen dixiſſe ſum memor in.l.1.titul.1.lib.5. ordinam. in. a. parte horum Commentariorum. & huiuſmodi leges iuſtas & ſanctas reputat Barth. Chaſſan.in catalogo. glor. mundi,omnino videndus.12.part.conſiderat. 36. verſic.Et vt ſemel finis imponatur.Nec filia contrahens ſine volũtate patris eſt dotanda à patre, nec ab eo iuuanda.nam propter filiæ inobedientiam & patris contemptum . fit parentibus grauis iniuria,& eſt contra ciuilem & naturalem rationem,quo nihil peius eſt,vt filia inſcijs parentibus contrahat matrimonium.vt late probat Bartholomæ.Chaſſan.vbi ſupra.verſi. Quomodo autẽ eſſe poteſt.Ioan.Coraſius lib.primo.iuris miſcella.capitulo.17.Ideoque ſub Pio Papa. IIII.felic.memoriæ in Concilio Tridentino. ſeſsio. 24. De reformatione matrimonij.capitulo.1. inſtitutum eſt matrimonium clandeſtine cõtractum , & non præcedentibus tribus denũtiationibus à proprio Parocho contrahentium tribus cõtinuis diebus feſtiuis in eccleſia inter miſſarum ſolennia publice denuntietur,inter quod matrimoniũ ſit cõtrahendum.Ex cauſa tamen,ne ex malitia matrimonium impediretur,ſi ſuſpicio eſſet probabilis, has denuntiationes prælatus remittere poſſet,dãdo licentiam eis cõtrahendi ante,& poſt ante coitum coniugalem fiant, quos prudentiæ & iudicio prælati Sancta Synodus reliquit.Ex quo ipſe dicebam etiam ſi eſſet vehemẽs ſuſpicio quod impediret matrimonium.Primo ſi ad eius notitiam perueniret per denũtiationes,nihilominus nõ eſſent à prelato remittẽdæ,cũ ipſi interſit ſcire ſecundũ legem naturalẽ,diuinã & humanã,& eſſet contra bonum obedientiæ talis licentia , quæ ſe fundaret in prohibitione parentum , nam erit citandus,& audiendus,an ſit in mora nubendi viro filiam propter aliquam iniuſtam cauſam , & ſi nõ fuit quare ſuo iure cõtra honeſtatẽ,& naturalem rationẽ eſt priuandus ſuo iure,quis melius,benignius,& cum maiori honore prouidere poterit filiæ,quã pater qui eam genuit,nutriuit , & poſuit in eſſe?l.pen.C.de cur fur.Tum etiam,quia debitores ſumme ſumus parentibus omnibus alijs prę ter Deũ.vt dixi l.tertia.tit.quarto.lib.8. ſupra in tracta.de hæret.Quæ omnia ſunt noranda per officiales epiſcoporum ſeu eorũ vicarios,vt non ſtatim & cum præcipitatione concedãt licentiã remittẽdi denũciationes volentibus contrahere matrimonia,ex rationibus ſupra dictis.Neq; obſtat

ſiquis

ſiquis dixerit quod licenria obtēta ex iniuſta cauſa ut nulla & inualida ex eo quod earet prudentia & diſcretione, continetq; errorē iuris & æquitatis: & à tali licētia cū ſit de reſeruatis eius arbitrio & prudentiæ, habet locū appellatio, cum iudex male vel inique arbittetur. ſecundū Anchat. in. c. 1. notab. 5. col. 1. de confeſſ. lib. 6. & illuſtris præceptor cōmunis Pet. à Peralta in. l. 1. n. 38. verſi. Cōfert etiam. ff. de legat. a. & cum ſemel arbitratus fuerit, & male non habet notationē, ac proinde habet tale arbitriū vim ſententiæ diffinitiuæ, & tanquā à diffinitiua interponi pōt appellatio ad metropolitanum, vt reformet actum iā præiudicialē habentē remediūquaſi irretractabilē, & ſic per appellationē à tali arbitrio erit iuriſdictio iudicis ad quem, & ita debet intelligi Decretū Concilij Tridentini Seſsi. 24. can, 20. ibi, à diffinitiuæ vim habente: & cuius grauamen per appellationē à diffinitiua repati nequeat. Quia rn̄deo, q illud eſt verum, quando tale arbitrium pendet & cadit in cauſa quæ ſine eo eſt nulla, ſecus ſi cauſa ſit talis, quæ ſine dicto arbitrio non redditur nulla, vt eſt in cauſa matrimoniali, in qua ſi non deficiunt teſtes & cura parochialis matrimoniū valet, licet poſsint puniri de clandeſtino. iuxta. l. 49. Tau. quæ hodie habetur in. l. 1. tit. 1. lib. 5. Recopil. & pœnis de quibus in c. cū inhibitio de cland. deſp. Neq; minus obſtat ꝙ quis dicat, quod quis dubitauit? Prouūciatum epi etiā interloquutoriæ factū, ꝙ remittantur denunciationes, continere cauſam formatā & deciſam, vimq; diffinitiuæ obtinere, & ſi obediatur cauſam irretractabilē, cū matrimoniū ſequatur, pluraq; incōueniētia continere, quæ antequā eueniāt, reſecanda ſunt, nec per voluntatē Epi tale præceptu dantis eſt faciendū contra honeſtatē, quæ requirit cōſenſus parētū. l. adoptiuis. §. in cōtrahendis. ibi, quoniā in cōtrahendis matrimonijs naturale ius, & pudor inſpiciēdus eſt. & in. l. ſemper. ff. de ritu nupti. Caſſan. in Catalogo glor. mūdi. 12. par. Conſil. 36. dicit, ꝙ conſenſus patris de honeſtate ſaltē requiritur in nuptijs contrahēdis, quæ honeſtas non eſt ita vilipendenda, cū ſit de ſubſtantialibus legis, ꝙ ex voluntate etiā Papæ poſſet tolli, cū per hoc fieret præiudicium ſcandaloſum. vniuerſali populo Chriſtiano, ſaltem maiori parti. Cum maior pars, imo maxima ſit cōiugatorū, & filias habētiū, quā aliorum. Et vt occaſiones delinquēdi euitentur huiuſmodi leges Regni eſſent ſeruandæ, etiam ſi inhibitiones fierent à iudicibus eccleſiaſticis, in præiudicium Regiæ iuriſdictionis. Quia huiuſmodi leges non agunt de inualidando matrimonium, ſed vt euitentur mala in republica, quæ contingere ſolent propter actus illicitos præcedentes, ſcilicet, huiuſmodi ſolicitationes, ſeductiones machinationes, & ſubornationes filiarum familias, quæ ſunt faciles ad decipiendum, & vt plurimum contra propria commoda, cum de facili credant. Et ſic inquirenda eſt voluntas parentum puellæ ab illo, qui vult ipſam in vxorem ducere, vt fecit Iſaac per ſuum procuratorem parentibus Rebeccæ Gen̄. 24. & Iacob. Gen̄. 29. & Tobiæ. 7. dixit Angelus ad Tobiam iuniorem, Eſt hic Raguel &c. & oportet eam te accipere in coniugem, Pete ergo eā à patre eius, & dabit tibi in vxorē. & ca. 8. Quia rn̄deo, ꝙ illud procedit & eſt verum q epiſcopi diffinitiuè pronūciāt, ſed male, ita ꝙ in ſynodo prouinciali poterit corrigi, tanquam epiſcopus qui iniuridicè & ſine rōne arbitratus eſt, non tamen ex hoc ſequitur, quod annullari poſsit matrimonium, prætextu dictæ licentiæ cōceſſæ per epiſcopum de omittēdis admonitionibus, ſi alia ſubſtantialia nō defuerūt in dicto matrimonio & ſic per metropolitanū epiſcopus poteſt corrigi in Synodo, tanquam malus diſpēſator qui ſemper debet eſſe prudens iuxta illud Pauli ad Corint. 4. Et quatenus lex iſta dicit, *barraganas*, intellige, id eſt, *concubinas*. Et eſt vulgare Hiſpanorū. l. 1. tit. 14. par. 4. Alibi, Amica dicitur. l. Maſſutius. ff. de verb. ſign. vel Pellex, vt ibi. & Alciat. lib. 4. de verb. ſignifi. nu. 45. Guillielm. Benedict. in repeti. cap. Raynuntius. verbo. Cuidam Petro. nume. 32. de teſtamen. Alibi appellatur Focaria. l. ſecunda. C. de donat. inter virum & vxorem. Facit ad intellectum. l. 22. titu. tertio. libr. primo. ſupra. ibi. *Barraganas de los clerigos*. id eſt, *concubinas*. & l. ſecunda. titul. tertio. libro. quinto. ſupra. Et intellige legem iſtam, cum quis habuit acceſſum ad concubinam notam domini, non alias. vt dicitur in hac lege ibi. *Con la barragana conoſcida del ſeñor*. Simil. l. eſt in ordina. de Alcala Regis Alphonſi Anni. 1386. l. ſecunda. & in ordinationibus de Biruieſca tracta. 3. lege tertia. nam differētia eſt in iure inter notorium & non. capitul. veſtra. & ibi not. de cohabitatione clerico. & mul. Et nota. quod poſtquā dixit de eo qui adulterat, ſubijcit in hoc. §. de eo qui contrahit matrimonium de præſenti. ibi, *ſi deſpoſaren o caſaren*. nam ſecundum vulgares ſponſalia dicuntur, cum matrimonium eſt ratum. licet non ſolennizatum, & copula conſummatum, cum conſenſus & non copula carnalis inducant eſſentiam matrimonij. c. 1. de ſponſ. l. nuptias. de reg. iur. & ſic in ſponſalibus de futuro nō procedit pœna huius legis, quia quanuis conſtituere videatur differentiam dicendo, *deſpoſarē, o caſaren*, inter matrimoniū de futuro, & de præſenti per dictionē diſiunctionē denotantē & diuerſitatem vel. ibi. O. tamē ſit ad maiorem declarationē, & non ad conſtituendū diſcrimē, & vt more ciuiū loqueretur. Tū etiā, quia eſt

Digitized by Google

materia pœnalis & ſtatutaria, ideoq; in ſponſalibus de præſenti tantum, & nõ in ſpõſalibus de futuro eſt intelligenda. glo. in Clem. vni. de cõſangui. & affini. l. te diximus in. l. 1. tit. 1. lib. 5. ſupr. in. 2. parte. Sed eſt dubiũ ſi ſponſalia eſſent nulla ex defectu ſolemnitatis vel ſubſtantiæ, nulla pœna afficiẽdus eſt, vt nos diximus late in. l. 1. tit. 1. libr. 5. ordi. Quid aũt ſi ſpõſalia eſſent nulla, ex defectu ſolẽnitatis, forte quia monitiones nõ præceſſerũt, vel abſque iuſta cauſa, imo ſub falſa relatione fuerũt à prælato remiſſæ, & ſic nulla ex defectu conſenſus fuit diſpenſatio, vt poſt promulgationem ſacri Cõc. Trid. fuit in practica, me exiſtẽte aduocato pro vna parte cõtrahentiũ, vtrum pœna cõtrahentium ſine cõſenſu patris, vel Domini locũ haberet. Videbatur quod non, quia cauſa eſt valor matrimonij, ex quo reſultat culpa, ſed pronũciatur nullum, ergo remota cauſa, ex qua ſe fundauit lex & pœna quia ex nihilo nihil gignitur. ca. ad diſſoluendum. §. quo circa nec accuſatio locum habebat, cum non eſſet, quod poſſet legitima accuſari. de deſponſ. impub. vbi Præpoſit. nu. 1. l. & ideo. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. eius qui in prouincia. §. quod ſi ſtipulatus. verſi. quoniam tunc nõ poſſent. vbi Paul. & Iaſ. nu. 3. ff. ſi cer. pet. l. 5. §. ſi nec. vbi Iaſ. nu. 6. ff. de iur. iur. l. nominationis. C. de appella. c. quod vero nõ formatum. 32. q. 2. Secũdo, quia conatus nõ eſt puniendus cum iniuria nullum habuit effectũ. ca. fin. de ſponſ. l. 1. ad fin. ff. quod quiſque. iur. Feli. in tract. de conatu. Sed huiuſmodi fuit in ſpecie propoſita; ergo ceſſante cauſa, ceſſare debet effectus. ca. cum ceſſante. cum ſimi. de appellat. Ego tamen licet ita obtinuerim, & ſic pronuntiatũ fuerit, contrariã opinionẽ tenendã cenſeo, nã licet tentari poſsit, non tamen ſuſtineri, vt late reſoluimus ad. l. 1. tit. *De los matrimonios*. ſup. eod. lib. 5. ſiquidem matrimoniũ valebit ſemper, ſi adſit parrochus & duo teſtes, licet monitiones ſint prætermiſſæ & licet licentia iudicis ſit ex falſa cauſa conceſſa quia licet ex falſa cauſa vel non falſa quod prætermittantur nil facit ad Rumbum, quia ad hoc reputantur huiuſmodi ſolemnitates modicæ, quæ io iure nõ vitiãt, etſi prætermittãtur, ex text. io. l. 1. §. fina. ff. de vent. inſpi. tradit Barto. in l. fina. in princ. nu. 3 C. de iure delibe. Angel. in. §. primo. Inſtit. de ſatiſdan. Boerius deciſi. 1. nume. 40. in prima parte. ¶Sed tamen etiam ſi ſit ex cauſa poſtea diſſolutum matrimonium ſic contractum & nullum fuiſſe declaratum à pœna ſaltem arbitraria (vt diximus in. l. 1. verſi. exiſtimarem tamen titul. 1. lib. 5.) à pœna legis Tauri, & ab iſta ipſos contrahentes non excuſarem, quia per eos non ſtetit quo minus delinquerent in patrem puellæ, ſeu Dominum, & facerẽt actum prẹiudicialẽ & iniurioſum, quẹ iam pœnitẽtia iã purgare nõ põt. c. debitũ. de biga. Tũ etiã ex pulchra Hoſt. deciſi. in ſum. rerũ amota. §. & qualis ſit hæc actio. ex qua ortum habuit. l. 81. Tauri. Tũ etiã, quia prohibitio iſta eſt fauore Reipublicæ, vt quis ſit tutus in ſua domo, & ne abſq; domini licentia ſeu patris nõ fiãt huiuſmodi coniugia, ex quibus iam vidi mortẽ eueniſſe duis, quia cũ intellexiſſent cõtrahẽtes patrẽ nõ permiſſurum, propria filia patrẽ crudeliter interfecit, dũ pater eſſet in cubiculo ſomno grauatus, cũ auxilio aſſerti ſponſi, & vt ipſum omnibus ſuis bonis ſpoliatẽt. Et in multis ſimilibus matrimonijs iã vidimus multa mala fieri à prẹdictis, vt etiã lex iſta inſinuat in prin, & ibi diximus verb. *venir muerte*. Et enim maxima proditio quæ fit à filio, ſeu domeſtico, ſeu conſanguineo, à quibus quis putat eſſe ſecurũ, & nõ recuſat eius fidẽ. Et ideo Pſalmiſta cõqueritur de iſtis. Pſalm. 40. Etenim homo pacis meæ, in quo ſperaui, qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem. Et ideo conſanguinei ſunt acerbiſsime puniẽdi in delictis cõmiſsis aduerſus conſanguineum, vel eius familiares. Vide quæ poſui infra in. l. 2. verb. *e ſiziere adulterio*.

a ¶*Con la fija*. Scilicet legitima. Quia appellatiõe, filiorũ, non veniũt naturales, cũ ſit iſta materia ſtricte accipiẽda, & priuilegiũ pñi luxurioſo nõ ſit cõcedendũ, cũ de his filijs reges Chriſtianiſsimi nři nõ cogitauerũt cũ abſq; pctõ haberi nõ potuerũt, nec poſsint. ex his q̃ dixi to. l. 33. in gl. t. ti. 3. li. 1. ſupr. Tũ etiã, qa nõ gaudẽt Baſtardi, ſeu naturales priuilegio honorũ & nobilitatis parẽtũ. gl. in clem. vni. verb. liberi. de baptiſm. Declaraui late in. l. 1. verb. *Nobleza*. verſi. Eſt tamen dubium vtrũ filij natutales. pag. 1329. cũ ſeq. tit. 1. li. 4. ord. Adde Bart. in. l. a. ff. de accuſatio. nu. 3. & ibi addi. & eũdem Bart. in. l. hos accuſare. §. omnibus. nu. 8. eod. tit. & in. l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verb. ſig. quibus locis tenet patrẽ illegitimũ admittẽdũ eſſe ad accuſationẽ & vindicationẽ mortis filij, vel filiæ ſpuriæ, & ẽ cõuerſo. Tũ etiã facit verbũ. *Parienta*. infra poſitũ, cũ negari nõ poſsit filiã ſpuriã, ſeu natutalẽ agnatã eſſe patri, quẹ iura agnatiõis & ſanguinis vllo iure poſitiuo tolli nõ pñt. l. ius aũt. ff. de pact. l. iura ſanguinis. de regu. iu. l. 34. ti. ſi. par. & p ea, quæ not. Rom. ſing. 37. incip. Vtrũ nobilis. Thom. Ferrar. caut. 29. igitur & in ſpecie nřæ legis, pcipue cũ ſit fauorabile reipublicæ, vt vnuſq; ſit in tuto, habeatq́; ſe & ſuã familiã abſque periculo, pditiõis, vt ſæpe ſupra dictũ eſt, & verſetur eadem ratio, imo maior in filia illegitima, quam in alia conſanguinea. Imo ex eadem radice

Digitized by Google

radice idem dicerem in filia adoptiua, vel arrogata, quæ eſt in domo patris adoptantis, ſeũ arrogantis, quia hæc honeſtas, & ſecuritas viget in his, ſicut in legitimis parentibus, ne forte occidantur ab illis contrahentibus, quia nolunt aſſenſum tali matrimonio præſtare, vt iam plus quàm ſemel contigiſſe ſum certus. De filia adoptiua in ſimili traditur per doct. in dict. clement. vnic. & in cap. nonnulli. & in capit. ex parte Decani. de reſcrip. & in capit. ſi verò. §. final. de ſent. excommun.

parienta [a] que tenga en ſu caſa [b] de aquel con quien viuiere ſin ſu mandado: que aquel que eſte yerro fiziere ſea echado del Reyno [c] para ſiempre. Y ſi tornarẽ que las juſticias lo maten y ella ſea deſheredada [d], y ayan ſus bienes ſus parientes mas propinquos. Y eſto que lo pueda accuſar el padre, o la madre: o el ſeñor, o la ſeñora con quien viuiere. E ſi aquel, o aq̃llos cõ quien viuieren no lo accuſaren: q̃ lo pueda accuſar qualquier de los pariẽtes mas ꝓpinquos faſta tercero [e] grado. Pero ſi el padre, o la madre, o el ſeñor cõ quien viuiere la perdonare: q̃ otro no la pueda accuſar [f]

a ¶ *Parientas.* vſque ad quartum gradum, cùm loquatur in materia matrimonij, per ea, quæ ſupra dixi.

b ¶ *En ſu caſa.* Ergo ſi extra domum habitationis cõtraxerit, ſecus erit in caſu huius legis. Tamen hodie attenta. l. 49. Tauri. in quocunque loco contraxerit ſine ſcientia patris filius, vel filia, & ſponſus, teſtes. & omnes, qui fuerint cauſa matrimonij clandeſtini, erunt puniendi pęna dictæ legis, vt iam fuit in practica retroactis temporibus, & in hoc anno in villa de Saluatierra me exiſtente aduocato coram iudice inquiſitore, ſeu Peſquiſidor dato in cauſa ab Illuſtri Duce Albano.

c ¶ *Del Reyno.* Cùm plura ſint regna iſtius domini Catholici Regis, & plura Sereniſsimi noſtri Regis Philippi, cuius authoritate vim obtinet hæc lex eſt dubium de quo Regno ſit intelligẽda hæc lex. Videtur, quòd ſit in exilium reus mittendus vltra fines regni, in quo commiſit delictum, & ſententia fuit prolata, & nõ vltra. nã vnũ regnum exprimendo in ſingulari, non debet extẽdi ad plura quæ habet noſter rex, vt ex ſuis titulis apparet. argu. tx. in l. cũ prætor. ff. de iud. c. nõne. de præſum. & ſi voluiſſet de plurali dixiſſet. c. ad audiẽtiam. de decim. c. ſuſceptũ. de reſc. li. 6. Itẽ quia ſumus in materia pęnali & ſtatutaria. in qua proprietas verborũ ſtrictè eſt accipiẽda. c. relatũ. de ele. nõ reſid. l. 3. ff. de neg. geſt. l. quicquid aſtringẽdæ. & ibi doct. ff. de verb. obl. l. 2. §. is qui naue. ff. de exercitori. Sed cũ regna ſint vnius domini, & iſte ſit reus Regis à ſuo regno in exiliũ mittatur, ab omnibus cẽſetur excluſus. Et hoc voluit. l. 49. ibi, *deſterrados de ſus nueſtros reynos.* vbi vid. Doct. Dida. Caſtel. & ſic erit ab omnibus regnis, quæ vniformiter eiſdem legibus à Rege latis reguntur, prout ſunt regna Caſtellæ Legionis, Galleciæ, & huiuſmodi.

d ¶ *Desheredada.* Adde quę dixi in l. 1. ti. 1. lib. 5. ordin. & ſuprà hac lege in gl. in verb. *Se deſpoſare.*

e ¶ *Faſta tercero grado.* Et non vltra. de quo vide in l. 8. tit. 8. libro. 2. for. legum.

f ¶ *Non la pueda accuſar.* Concordat. l. 49. Tauri. l. 3. tit. 7. lib. 4. for. legum. Pater ergo ſolus poterit filiam accuſare, & eo mortuo mater. vt in dict. l. 49. Tauri. Et limita iſtam legem quinque modis, vt limitauit Didac. Caſtel. dictam. l. 49. in verb. *A ſus hijos.* folio. 174. colum. 2. verſic. Adde quod Alexand. concor. l. 8. titulo ſecundo. libro. 3. foro juzgo, ibi, *Ella ni ſus hijos no deuen heredar en la buena de ſus padres, porque caſo ſin voluntad dellos. Mas ſi le quiſieren dar los padres alguna coſa, bien lo pueden fazer, è de aquello puede ella fazer ſu voluntad.* l. 128. in curijs Pinciæ Anni 1548. confirmata per legem 105. in Curijs de Madrid Anni 1552. & in lege 72. in Curijs de Valladolid Anni 1555. & lege 75. Toleti Anni 1559. quibus tribus petitionibus fuit poſtulatum, vt diſpoſitio legis Tauri haberet locum & eius pœna in filio maſculo, & nihil fuit diſpoſitum, hodie tamen extat deciſio Principis noſtri in Curijs de Madrid Anni 1563. l. 58. vbi extenditur etiam ad filios contrahentes clandeſtinè, & ſine licentia parentum. quod etiam erat diſpoſitum de iure communi, quando cum indigna contrahebat matrimonium. l. tertia §. ſi emancipatus. ff. de bonor. poſſe. contra tabul. Bald. in l. nec filium. C. de nupt. Didacus del Caſtillo in l. 49. Tauri. verb. *à ſus hijos.*

¶ *Lex Secunda.*

a ¶ *En el fuero de las leyes.* Scilicet in l. 2. vbi Montaluus in glo. fina. titu. 7. lib. 4. for. leg. & l. 11. vbi glo. fina. tit. 1. lib. 3. eius libri fori leg. vbi eas leges correctas dixit per totum nouum. incipien. *Contieneſe.* quod habetur in hac lege, & originaliter in ordinamẽto Regis Illephonſi Compluti celebrato Anni 1387. titulo 21. & habetur in l. prima. titulo quarto. *De los que fazen adulterio.* libro tertio. foro juzgo. ad finem legis. primæ ibi. *Mas ſi el adulterio fuere fecho de voluntad de la muger ſean metidos en poder del marido de la muger, y el adulterador, ambos a dos, y faga dellos lo que quiſiere.*

¶ *Ley. II. Que la muger deſpoſada ſi fiziere adulterio aya la miſma pena de la caſada.*

¶ El Rey don Alonſo en Alcala. Año de mil ccc ylxxxvij.

Contiene ſe en el fuero de las leyes[a], q̃ ſi la muger q̃ fuere deſpoſada,[b]

b ¶ *Fuere deſpoſada.* ver verba de præſenti, nam talis ſponſa verè eſt vxor, ſicut illa eum qua quis in facie eccleſiæ recepit velationes, ſeu benedictiones, & ſequuta fuit copula carnalis, & ita poteſt accuſari. gloſſ. in capit. quemadmodum. de iure iurand. gloſſ. in capit. diſcretionem. de eo qui cogno. conſanguin. vxor. ſuæ. & dict. l. ſecunda. & ibi Montalu. in gloſſ. prima. titulo ſeptimo. libro quanto. for. leg. quæ in hoc non eſt correcta. Sed tantùm in pœna, quæ imponi poterat ſponſæ adulteræ, accuſatæ, & conuictæ de adulterio ab ſponſo, vt hic. Si verò ſponſa eſſet de futuro, non habet locum pœna adulterij per argum. à contrario ſenſu horum iurium ſupra allegat. in prima gloſſa. Antonius Gomez in l. 80. Tauri. quæſtione. duodecima. numero quadrageſimoſeptimo. eſt l. 81. Tauri pro hac ſententia, quòd locum habeat pœna adulterij in ſponſa de præſenti. & ita communiter practicatur. Secùs in ſponſa de futuro. Quo fit, quòd rapiens ſponſam de futuro eſt puniendus pęna. l. vnic. C. de raptu virgin. non tamen in ſponſa de præſenti, in qua habet ius firmum indiſſolubile. vt dixi in l. ſuprà iſto titulo. ex Doctore Couarruuias. præſule digniſsimo Segouienſi in Epitome. 4. Decreta. ſecunda parte capit. 7. §. 4. numero. 11. & eſt l. 3. titu. 20. part. 7. ibi. *E aun touieron los ſabios antiguos eſte yerro por grande, que mandaron, que ſi alguno robaſſe, o lleuaſſe ſu eſpoſa por fuerça con quien no fueſſe caſado por palabras de præſente, que ouieſſe aquella meſma pena.* & ibi notat Gregor. Lopez in verb. *Su eſpoſa.* Vtrum autem raptor poſsit contrahere cum muliere rapta, quæ diu non eſt in libertate, ſed in poteſtate raptoris, conſiſterèque poſsit inter eos matrimonium? Reſpondeo cum ſacro Concilio Tridentino nouiter in lucem emiſſo ſub Pio Papa. 4. ſeſ. 24. c. 6. quôd non. Cuius verba illuſtriſſima hæc ſunt. Decernit ſancta Synodus, inter raptorem & raptam, quandiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, nullum conſiſtere matrimoniũ. Quòd ſi rapta à raptore ſeparata, & in loco tuto, & libero conſtituta, illum in virum habere conſenſerit, eã raptor in vxorem habeat: & nihilominus raptor ipſe, ac omnes illi conſilium, auxilium, & fauorem præbentes, ſint ipſo iure excommunicati, ac perpetuò infames, omniumque dignitatum incapaces, ſi clerici fuerint, de proprio gradu decidant. Teneatur pręterea raptor mulierem raptam, ſiue eam in vxorem duxerit, ſiue non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare. ¶ Ex cuius principio colligo, quòd etiam ſi confiteantur ſe eſſe coniuges, cùm in vno ſe commiſcentes, vel ſeorſum à domo patris puellæ fuerint capti raptor, ſeductorvę, & rapta, ſeu ſeducta, quòd eis talis confeſsio hodie non iuuabit, ex eo, quia clandeſtinè contractum matrimonium eſt nullum, vt habetur in dicto cõcilio de reformatione matrimon. ſeſ. 24. c. 1. Tum etiam, quia propter raptũ nullum redditur, & declaratur vbi ſuprà. Ergo cũ non ſint cõiuges eorũ cõfeſsio, etiã fauore matrimonij, non præſtabit præſidiũ, nec eis fides eſt adhibenda. & ſic ceſſat ſentẽtia gl. in l. ſi fideiuſſ. verb. confeſſus. C. de fideiuſ. vbi dicit arg. quòd ſi aliquis deprehẽditur eum aliqua, & iurat ſe vitiaſſe, pro veritate accipitur. Hæc ſunt verba formalia, ſed emendanda ſunt, dum dicit, vitiaſſe, debet dicere, vitaſſe, & ſic probat, quòd ſi deprehenſa in coitu, prætendat ad excuſationem facinoris, matrimonium à ſe antea contractũ, ſtabitur illorum aſſertioni, & præſumetur matrimoniũ. Quam glo. ad hoc ibi not. Cynus Bald. Salyc. & Angel. & idem Bal. in l. falſus. C. de furt. & in c. vlt. col. 3. verſ. Idẽ dico. de cõfeſ. vbi cã dicit eſſe aureã. & Lãfrãc. de Orian. in rep. c. quoniã cõtra. verb. Cõfeſsiones. verſ. Qui Petrus. nu. 14. & ibi Additio. de probatio. Ang. in tract. de malefic. verb. *Che me ay adulterato.* nu. 58. Apoſtilla. Barto. in l. 3. verſ. Quæro. ff. de iur. iur. vbi Iaſ. col. fin. dicit prædictã gl. ſing. eſſe. Curti. Senior. cõſi. 20. nu. 48. Hippol. conſi. 61. n. 36. & in l. vnic. C. de raptu virgi. numero. 69. Bald. in l. vnica. C. de confeſſ. in 2. quæſtione. 4. oppoſitio. columna. 7. vbi dixit ordin. & non alibi mentique tenendam. citat Additio. ad Panormit. in ca. quod nobis. de cland. deſponſ. & eſt ſing. & communiter approbata ſecundùm

dum Ferdin. Loazes Epiſcopum Tortoſæ meritiſsimum in tract. De matrim. regum Angliæ fo.177.col.4.dubi.14.nu.5. & Tiraquel.in legibus cōnubi.folio.93.col.1.verſ. propterea quanuis.& eſt in l.5.n.32. vbi eam limitat, niſi eſſent inæquales nam tunc eſt præſumptio, vt ſæpe fuit, quòd ſatentur

fiziere adulterio [a] cō

ad illudendos & decipiendos parentes, vel iudices potius quam voluntate contrahendi, vt ſe à periculo libereut. Nam ſi ipſe eſſet nobilis, mulier quanuis pulchra ignobilis & infimi generis, ipſe iuuenis, & ipſa vetula, &c. ex Bald.in l.1. C. de colluſ.deteg. Iaſ.in l.ſi diuortio.col.vlti. vbi Barb. ff. de verb.obliga. Io. Lup.in rep.rub.de donat. §.32. col.3.num.5.fol.18. Item limita vt per Anto.Gomeſi.in l.80.Tauri.nu.44. Sed tamen ex tali confeſsione non præſumitur, nec inducitur matrimonium, per diſpoſita vbi ſuprà in ſacro Concilio Tridentino. ¶ Infertur etiā, quòd matrimonium per verba de futuro contractum non efficitur de præſenti propter copulam carnalem poſt promiſsionem de contrahendo de præſenti ſubſecutam, & ſic ceſſat præſumptio. ca. is qui fidem & quæ not. Couar.in Epitom.4. Decret. priori parte.cap.4.§.1.nu.1. Soto in 4.ſenten.diſt.27.q.2.art.4.pagin.128. Nam niſi interueniant prius monitiones, matrimonium aliter contractum non valet, ex inhabilitate contrahentium. vt diſponitur in dict.c.1.ſeſſio.24, & ſunt notanda, & noua.

a ¶ *Fiziere adulterio.* Adulterium ergo committitur cum ſponſa de præſenti non cognita ab ſponſo, quia verè eſt vxor, cum matrimonium ſit ratum, licèt non copula conſummatum & indiſſolubile, quo ad vinculum, niſi per religionis ingreſſum. ideoque cū ſit acceſſus ad alterius vxorem, ex alluſione vocabuli meritò in hac regia lege dicitur adulterium, adulterium verò dicitur coitus mentalis vel realis illicitus, per quem alterius torus verus vel putatiuus violatur. Probatur hæc definitio ex c.lex.illa.§.cùm ergo.q.1.& in l. inter. §.1. ff. de adult.& glo.in rub.C.de adult. Doct.in l. inter ff.de verb.ſignif. Goffred. & Hoſti.in ſumma de adult.in princ.c.meretrices 32.q.2.c. ſicut alienus 7.q.1. Innoc.in c.diſcretionem. de eo qui cogno. conſangui.vxoris ſuæ. Archidi.in ca. dominus.56. diſtinct. Diuus Thom.2.2.q.154.arti.8. Et prædictam definitionem formaliter ponit. D. Couarru. in epitom.4. Decret.1.part.c.1.nu.8.fol.2. verſi. Primum enim à definitione adulterij. l.1.titu.17. part.7. vbi Grego Lopez quærit, vtrū adulterium committatur cum ſponſa de futuro & citat Coua. vbi ſuprà. quem vide à nume.6.cum ſeq. Et adulterium committitur etiam cum ſponſa alterius putatiua, & adulterij pœna eſt infligenda. glo. fina. in cap. plerumque de dona. inter vir.& vxo. ſing. ſecundum Panorm. ibi. Rip. in ca.1.col.3. de iudi. & eſt eius opinio communiter approbata, teſte Baldo nouello. de dote.2.par.5. hactenus.nu.36.l.81. Tauri. & tex. hic, vt ſuprà annotaui. ¶ Quæritur, vtrum adulterium ſit graue ſcelus? Et eſt dicendū grauiſsimum crimen eſſe. Quod conſtat ex verbis illius pagani Abimelech Regis ad Iſaac dictis Geñ.26. dū reprehendens eum, quod vxorem, ſuam ſororē eſſe affirmauerit, dixit, Potuit coire quiſpiam de populo cum vxore tua, & induxeras ſuper nos grande peccatū. Et ſic paganus ille ſola naturali lege ductus, grauitatē criminis ſenſit. Et ponderauit Io. Ber. in prax. cano. cri. c.79. *Cōtra Chriſtiados.* &c. Tū etiā ex grauitate pœnę conſtat, quæ eſt mors. Leuit.20. Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur. id eſt, adulter, & adultera. Deute.22. Daniel.13. genus autem mortis erat dilapidatio. vt declaratur in dict.c.22. Deuter. Et Ezechiel.16. Ioan.c. hæc imago.33.quæſt.5.& apud plures gentes. Qualis ſit pœna adulterij, doctè inſinuat And. Tiraquel.in l.13.connubiali.in glo.1.par.13. num.6.fol.195.cum 4.ſeq. Cum ergo omnium terribilium ſit mors, ſequitur, quòd delictum eſt grauiſsimū, cum ex pœnę impoſitione grauitas delicti dignoſcatur. c.felicis.§.cæterū de pœn.lib.6.& decreta canonica teſtantur in.c.1.81.d. & ca. quid in omnibus.32.q.7. vbi ad literam ita ſcribitur. Quid in omnibus peccatis adulterio grauius? Quæ fuit ſententia Beati Petri, vt retulit. D. Clemens in epiſtola ad Iacobum fratrem Domini, in qua etiā paulò poſt, idem D. Petrus grauiter pronuntiat, venenum adulterij eſſe cunctis malis pernicioſius. Et hanc huius criminis grauitatem annotauit Bald.in c.atſi clerici.§.de adulterijs.col.penul. de iudi. vbi inquit, adulterium re vera eſt crimen infeſtum laicis, & bonis viris, & turbat honorem matrimonij, & etiam famam liberorum. qua conſiſtit decus gētium. vt not.in auth.de nuptijs.in prin.& Ang. in auth.de monachis.in §.2. notat ex tex.ibi. peſsimū vitium eſſe vxorem alterius adulterare. Et Bal. cōſi.246. viſis actis lib.4.& Bar.in rub.ff.de adult. vbi dicit, id crimen, præter læſæ maieſtatis eſſe maximum. Thales Mileſius cēſebat adulterium eſſe peius periurio. Percontanti enim adultero, an iuraret non cōmiſiſſe ſe adulterium, Nō eſt, inquit, periurium adulterio deterius. Hinc & eiuſmodi crimen iniquitas maxima vocatur Iob.31.c. Et Sibylla Erithræa, quā præter cæteras præcipuā & nobilē cōmemorāt, inter facinora, quibus Deus maximè iraſcitur, atq; irritatur, adulterū reponit, vt cōſtat ex his verſibus, quos ex ea retulit Lactant. in lib. quē de ira Dei ſcripſit. c.2 .[illegible]t in hāc ſententiā eſt & illud Euphronis apud Stobæum.c.6. Non eſt adul-

terio

terio maius nullum malum. In coniugato autem eſt id crimen grauiſsimum.c. vt clericorum. vbi uor. Bald.& alij de vit.& honeſt.clerico. Porrò facilè intelligi poteſt, quantum id crimen adulterij eſſe Chriſtus cenſuerit, qui in euangelio ſuo retinendas omnino vxores iuſsiſſet, nec vllam permiſiſſet diuortij cauſam, Contra Moyſis legem, vnicũ adulterium excepit; ferenda eſt igitur vxor temulenta, iracunda, guloſa, vaga, iurgatrix, deformis: ſolam licet adulteram repudiare. Aſpera quidem & reliqua ſunt vitia, ſed toleranda: at fidem toro violaſſe intolerabile eſt. Cæterum Chryſoſtomus in Euangelium Diui Ioan. homilia.62.docet adulterium grauius eſſe idolatria. Et vt dicit Sali. in rubr.de adult. omnia crimina proficiſcuntur ex adulterio, inceſtu, ſeu lenocinio. De quo latè per Angel.in lib. maleficiorum. verb. Chchai adultera to.folio.59.& Iacobum nouellum in practica crimin.pag.565.§.non inutiliter.n.1.vbi notat, quòd adulterium eſt crimen publicum ex Tho. Grammatico.voto 17.nume.16.Et adulterium commiſſum à familiari grauius quàm ab alio eſt puniendum. Tum ex his quæ dixi per tex. ibi. in l.1.ſupra hoc titu.in verb.*ſedeſpoſare*. Tum ex Bal.in c. 1.de pace iur.fir.& ibi Afflictus in princ.num.96. tenentibus, quod magis punitur familiaris Principis extranſgreſsione mandati, quàm alij. text.de hoc eſt inſignis in l.1.C.de cõducto: & procur.domus Auguſt.lib.11.in fin. legis. & ibi dicit Bart. per illum tex. quòd magis punitur familiaris principis, quàm alij, cùm eis magis ſit commiſſum eiuſque ſecuritati traditum, & ſic cum ſit aleuoſia, iſti latiori pęna ſunt plectendi, vt alibi dicetur. Et fornicatio, ſeu adulterium totam cognationem infamat. Boſs. in tract.de delictis.titulo.De coitu damnato.nu. 43.& ibi nu. 46.uot.quòd adulteriũ maiori dolore affligit virum, quàm mors filij. citat Bald.conſi.277.lib.5.& ideo Bart.in rub. ff.de adult.dicit, quòd crimen adulterij eſt grauius alijs delictis, quia omne crimen committitur extra corpus, fornicatio verò in corpus, vt per eum. Vide Boſſ. vbi ſupra pro intellectu.nu.47.& mariti magis dolent de adulterio vxoris, quàm de graui bonorum damno, imò quàm de vulnere Ioann. Fabi in §.ſciendum.Inſti. de donatio. imò pluſquàm ſi filius proprius occideretur vt in l.codicillis.§.matre.ff.de lega.2.ibi, ſcis vnum fratrem tuum filium noſtrum occidiſſe dum ei rapinam faceret. Sed & alia mihi deteriora fecit. vbi Paul.de Caſtr. notat in nu.2.& Ludo.Gomeſſ.plures ad idem referens in §.ex maleficij.nu.3.Inſti. de actio. & in §. fuerat.nume.44.Inſti.eod.titul. De materia adulterij videre licet Ioan. And. & alios in rub.de adult. Guillielm.Durand.in ſuo ſpeculo.eod.titul.& in breuiario aureo ſub eodem rubro.folio.141. vbi ſubijcit plures quæſtiones. Chaſſanæ. in conſuetud.Burgundiæ.rubri.1.numero 54.fol.decimoſeptimo. vbi quærit, an adulteri gaudeant immunitate eccleſiæ, vt ab eccleſia extrahi non poſsint. Et reſpondet ex gloſſ.in l.2. verb. Abducere. C. de his qui ad eccleſ.confug.non gaudere, quamuis non obſeruatur. Si tamen in eccleſia committeret adulterium, non gaudet immunitate. ex Aucha.in ca.fin.de furt. quem refert Remigi. Gonn. in tract.de immu. eccleſi.fallenti.3.verſicu.Sextò. ampliatur, nume.8.pagi.152. Idem probat eſſe in raptu.¶ Quæritur, Vtrum adulterium ſit mixti fori? & ſic in vtroque foro poſsint puniri adulterã tes? De hoc dubio agit Philipp.Deci.in conſi.112. numero primo. Plures alias quæſtiones in materia ponit Matthæ.de Afflict.in conſti. Neapolita. libro 3.rubri.42.S.Thom.2.2.quæſtion.73.art.3. ad ſecundum.& quæſtio.154.arti.8.Archiep.Florenti.2.part.titu.5.cap.3.Magiſt. ſent. in 4. diſt. 35.vbi.D.Thom.Paluda.Maior.Durand. & Gabriel. ¶ Dubium eſt, An mulier propter adulterium amittat dotem? Reſpondendum eſt perdere.l.conſenſus. C.de repud. tex. in authen. vt liceat matri & auiæ,§.quia verò plurimas. coll. 8.c. plerumque.de donat.inter vi.& vxo. text.eſt hic ſuprà in illis verbis, *baga del y de ſus bienes lo que qui ſiere*,& l.1.ibi, *y de quanto han*. titulo ſeptimo. lib. 4.for.legum. Not. Montal.in l.6. verbo.*pierda las arras*.tit. 2. libro tertio. for. leg.l.81.& l.82. Tauri.ex quibus legibus conſtat, adulteram amittere bona parapherualia propter adulterium, cùm fuerit de crimine in iudicio conuicta.gloſſ.in cap.plerumque.de donat.inter vi.& vxor.quam gloſſ.mirabilem dixit Ludo.Rom.ſingu.311.propter adulterium.Pet. Gerardus ſingul. 48. Scias quòd ſi mulier. Felin. in capitulo. paſtoralis. columna. tertia. de iudi. Auguſti. Arimineuſ. in addi. ad Angel. in tract.maleficio. Che me ai adulterato. numero vigeſimoſeptimo. Iaſon.numero ſexto. & ibi Thomas Parpali.in rep.columna ſexta.verſiculo. rationes regulæ.in l. ſecunda. ff. ſoluto motrimonio. Quamuis Panor.& Alexand.in dict.c.plerumque & Deci.in c.paſtoralis.col.3.nu.7. de iudi.Syluestprieri.in ſum.verb. Adulterium.quæſtio.6.dicant opinionem prædictæ gl.iure non probari. Hodie tamen per hãc regiam legem cum ſuis ſimilibus à me adductis in princi. huius quæſtionis eſt iure regio comprobata, & abſque dubio.Idem notauit Didac. Caſtell.in l.55.in glo.8.in legibus Taurinis & in l.81. in glo.fi. in eiſdem deciſion.Itẽ amittit bona alia ex generalitate iſtius legis, quocũque titulo ad mulierem pertinere poſsint, vt arrhæ.l.fi. tit.6.lib.3.for.leg.vel quæſita conſtante matrimonio etiã ſi luxurioſè vixerit poſt obitum viri. l.4. verſi. *Otro ſi mando*.titu.4.libr.5.ſuprà. Sed eſt dubium

bum, vtrum vxor, quæ luxurioſe vixit poſt mortem viri, amittat dotem? In quo dubio eſt videndus Ciſont. in l. 14. quæſtione ſecunda. in legibus Tauri. & reſoluimus in l. 6. titulo. 2. libro quarto. ordinam. in parte. *Y mantuuieren deſpues caſtidad.* ¶ Dubitatur præterea, An exceptio adulterij poſt mortem mariti obijci poſsit ab hæredibus mariti contra vxorem, quando maritus in ſua vita ignorauit adulterium vxòris, ad hoc, vt excludi poſſet à dotis petitione? Hippolyt. in repet. l. vnic. C. de rap. virgi. num. 67. agit de hac quæſtione, & tenet poſſe. Sed ſi maritus ſciens fuit, eius morte extinguitur querela. ex eodem Hippoly. vbi ſuprà verſicul. Sed pone mulier. num. 62. Hanc quęſtionem habui in practica, & dixi, attenta lege regia. 3. tit. 2. libro 4. foro leg. quæ in his regnis eſt communiter recepta, dicens accuſationem huius criminis ad nullam aliam perſonam ſpectare præter ad maritum, ſiue ipſe maritus iam criminis cõſcius mortuus fuerit, ſiue ignorans, & abſens, poſt eius mariti mortem non poſſe ab aliquo alio accuſari vllo pacto. & ita receptum eſt in practica. Probat Grego. Lopez in l. 3. parte. *Deſpues de la muerte.* tit. 17. parti. 7. Antoni. Gomeci. in l. 80. Tauri. nume. 49. Quod eſt memoriæ commendandum, nam amplius quàm ſemel practicaui. Et in iſto regno eſt abſque dubio obſeruandum. Et forſan in inclyto regno Aragonum, dum accuſationem adulterij marito defert. in conſti. incip. Item de conſilio & aſſenſu dictæ curiæ ordinamus. titulo. de adulterio & ſtupro. libro 9. fororum Aragon. Cuius verba ſunt, quòd ſi aliqua mulier nupta cõmitteret adulterium, poſsit accuſari criminaliter per maritũ: & probato legitimè dicto crimine coram ordinario de ea fiat iuſtitia corporalis, ita quòd moriatur. Cùm ergo marito detur facultas accuſandi propriam iniuriam, cæteri excludi debent, niſi maritus ipſe eſſet author adulterij, quo caſu alij accuſare poſſunt adulteram, vt per pragm. huius regni. fol. 88. l. 95. & l. 97. probaui in meis addi. ad Seguer. in repet. l. Imperator. numer. 140. ff. ad Treb. Lex inducta ad bonum publicum, ne matrimonia infamentur ex delicto commiſſo ſine authoritate & culpa mariti, non debet extendi ad inducendam perfidiam. c. bona fides. depoſit. ibi, vt cõtractus qui ex bona fide oritur, ad perfidiam minimè referatur. l. meminerint. C. vnde vi. Et ſic aſsignabis ex prædictis intellectum ad præmiſſa, & ad l. 3. tit. 2. lib. 4. foro. legum. ¶ Quæri inſuper poteſt, qualiter ſit probandum adulterium, vt pœnæ ſtatutæ contra criminoſos locum habeant executionique mandari poſsint. Reſpondi tunc demum optimè probari, cùm teſtes omni exceptione maiores deponunt ſe vidiſſe in lecto, vel alio loco, certo tempore dici, vel noctis adulteros cõmiſcentes, & adulteriũ perpetrantes, nempè nudos, vel eo modo, quo fieri ſolet tale delictũ, quo caſu verè cõmiſiſſe delictum probatum eſt, quàuis poſsibile eſſet, quòd nõ habuit acceſſum propter aliquod impedimẽtũ, nec virga intrauit, nec rigauit licet niſus fuerit. vt in cap. fin. de ſponſalib. Et quòd ſit ſufficiens probatio iſta, probat Antoni. Gomez in l. 80. quæſt. 4. num. 50. in legibus Tauri. Facit tex. in cap. omnino confitemur. ibi, Sed non vt cum illa carnaliter ex more iaceat. diſt. 31. Adulterium enim directò probari non poteſt aliqua ratione. Nam ſi videres in camera duos, vel in lecto, neſcires tamen quid facerent, ideoque probatur ex præſumptione, quia ſolus cum ſola, & nudus cum nuda fuerunt reperti cap. literis. de præſump. cap. 3. loco eod. titu. cap. præterea de teſtib. Bart. num. 3. & ibi Angel. & doct. in l. 2. §. fin. ff. de adult. Odofred. Bellaperti. Iacob. Butriga. in auth. Item ſi quis. in fin. C. ad leg. Iuli. de adult. Angel. de malefic. in verb. che me ay. column. 11. verſicu. Viſis capitulis. Panormi. & Felin. in dict. cap. literis. Per præparatoria veneris probatur adulterium quia ſunt veriſimilia. Bartol. in l. quod ait lex. numero primo. ff. de adult. & ibi Bart. dicit, quod ſi in ciuitate iſta eſt ſtatutum, quod liceat viro occidere adulterum deprehenſum cũ vxore ſua, quòd intelligitur deprehenſus, ſi reperiretur cum vxore in camera in iſtis rebus venereis. de quibus ibi per gloſſ. verb. in ipſis rebus venereis. Crederem, quòd teſtes debent habere notam perſonam cubãtis cum muliere accuſata de adulterio, & ſic conſtare debet cum quo habuit coitum, aliàs ex ſolo viſu coitus, non induceretur clara probatio. Ideoque ſuſpectam cenſeo contrariam ſententiam Ant. Gomes. in l. 80. Tauri. n. 50. Idem eſſet, ſi teſtes deponant de viſu, quòd viderunt fornicari talem mulierem cum tali viro per foramen parietis, vnus poſt alium in continenti. glo. in c. nihilominus. verb. ſimul. 3. q. 9. Cuius ſentẽtiam dixit ſingularem alios citando Steph. Auffreri. in additio. ad capellã Tholoſa. deciſ. 309. Item fuit quęſitum ſi matrimoniũ. Collectar. in c. præterea. col. 1. verſic. Sed quid n. 2 de teſtib. vbi Pan. ſingulariter agit in col. 2. de probatione adulterij, & Fel. col. 1. n. 2. & dicit bonam eſſe præd. gl. c. nihilominus, 3. q. 9. Idem Panor. in c. cum non ab homine. col. 5. num. 19. vbi pulchrè Additio. de iudic. Addulterium enim cum ſit difficilis probationis, probatur ex præparatorijs & cõiecturis, vt ex prædictis docto. maximè ex Pan. colligi poteſt, vt quia reperiuntur ſolus cũ ſola in loco ſuſpecto vel quia abſconditus eſt iuuenis metu mariti in aliquo loco ipſius domi, vt in camera, vel ſub lecto, alioue loco, vti cõtingere ſolet, quia occulta & clãdeſtina, & illorũ quæ ſũt difficilis ꝓbationis admittitur ꝓbatio per cõiecturas. Iaſ. in l. cum

Digitized by Google

eum ea columna ſecunda.C. de tranſact. Thomas Grammati. in conſi.41.numero quarto. inter conſil.ſua criminal.vbi alios citat.habes tex.optimum in l.non omnes.§. à barbaris. ibi, argumentia tamen cognoſcendum eſt.ff.de re militar.Iaſ.in l. in illa ſtipulatione.numero decimooctauo.ff.de verbor.obligat.ad idem notat. ¶ Sed eſt dubium, vtrum ex oſculo probetur adulterium? Et videtur quòd ſic, cùm ſit quid propinquum & præparatorium ad ipſum actum carnalē, ac ex tali actu præparatorio colligenda eſt præſumptio, quòd ante illum adulterij crimen fuit perpetratum inter eos & conuerſationem initam fuiſſe, & ita omnis homo præſumi re ſolet.ergo,&c.capitulo.afferte. de præſump. Secundò ex Baldi ſententia in cap. tuæ de procur. vbi tenet, quod eo ipſo, quôd viſa eſt mulier oſculari, & ponere manus ad mãmillas, probatum eſt adulterium, & ex talibus ſignis priuatur dote. Sequitur Sebaſti. Sapi. ad Panormita. in dicto capitulo præterea. ſub numero. 2. in parte, fornicatio. Ioann.Lup.in rep.rubric.de donatio.§. 78.numero decimo.fol.57.Rip.in rubri. de iudic. numero duodecimo. & numero decimoſexto. vbi Auguſtin.Beroi.numero.22. hanc ſententiam communiter receptam firmat Nicola. Bellon. in rubr. C.de edend,numero.81.& Leyua præſul Segouienſis, inſignis genere, moribus & literis præſtantiſsimus in epitome.4 decretal.2.part.capi.7. §.6.numero tertio. Ioann.Bernard. in tractat.reg. cum fallen.144.Math.de Afflict.in conſti.Neapolitan.libro tertio.rub.46.numero 6. Et pro hac opinione eſt tex.in cap.1.§.item ſi fidelis.iunct. gl. in verb. luſerit. quib. mod. feud. amit. vbi notat Matthæus de Afflictis. columna prima. & col.3. nume.30.verſic.Tertio nota.Oſculum enim (ſecũdum Ciceronẽ) eſt pars adulterij. Et legitur, quòd Publius Mæuius ex quo ſuus libertus oſculatus fuit filiam ſuam nubilis ætatis eum occidit, & tantam zelotypiam habebat de filia, quôd nolebat, quòd maritus eam oſcularetur, prout refert Andre.Iſerni.in cap.1.quib.mod. feud. amitta.nimirum ergo ſi probetur adulterium propter oſculũ ſpontaneum, cùm ſit præparatio proxima coitui & idem iudicemus de præparatorijs, quod de ipſa re principali.l.in argento potorio. ff.de auro & argen.lega.l.1.ad exhibend. C.l. ad rem mobilem. & l.ad legatum.ff.de procur. Tum etiam ex gloſ. in l.1.ff.de var.& extraordi.crimi.gloſſ.in cap. ne aliqua.27.q.1.verb.Concubitus.vbi tex.ait, Certè ipſe concubitus, ipſe complexus, ipſa confabulatio, & oſculatio, & coniacentium turpis & fœda dormitio. ergo pro Baldi opinione. iuxta illud Pub.Naſonis.

Oſcula qui ſumpſit, ſi non & cætera ſumpſit.
Hæc quoque, quæ ſumpſit, perdere dignus erat.

ad idem eſt glo.in l.quod ait lex.ff.de adult. Contrariam verò Bald.ſententiam tuetur Alcial. libro 4.Parerg.iuris.capit. 10. eamque in tribus caſibus exiſtimat locum habere poſſe. Et contra communem ſupra relatam, dicit communem eſſe Beroi. in rubric.de iudi.nu.22.in fin.& veram in puncto iuris Bellon.in rub.C.de edendo.nume. 62.& tenet Deci.in rub.de iudi.lectio.1.vbi vide Rip. numero 12.ad 27.vſque. Oſculum enim ſi publicè ratione conſuetudinis patriæ daretur, eſſet licitum, nec contineret iniuriam, niſi alia coniectura ſuſpicionis colligi poſſet à marito. arg.c.maritis. de adult. Si tamen propter vſum patriæ, & in ſignum dilectionis præſtaretur, nullam calumniam colligi poſſe eſt notum, cùm quælibet cauſa etiam iniuſta excuſet à dolo.argu.l.plagij criminis. 14. C. ad leg.Fl.de plagia.vbi glo. verb. iuſta. quam notandam dicit Iaſ.conſil.153. columna tertia. num. 2.libro ſecundo.& conſi.86.numero quarto. libr. 4.Nicol.Boer.communem dicit in deciſi.168. numer.11. Tum etiam, quia in pœnis id quod reo eſt magis fauorabile, & minus odioſum ſequendum eſt.cap.pœna.de peniten.diſt.1.l.pen. ff. de pen. reg.Odia.Et in pœnis.de regu.iur.lib.6. Tũ, quia non eſt actus conſummatus adulterij oſculum: & qui dat oſculum, fortè non ſe immiſcet carnaliter cum illa, nec ipſa cum eo, & cum actus non ſit conſummatus, pœna ſaltem ordinaria ceſſare debet. Ex his colligi poſſumus quæ notantur ab Alcia. loco præcitato.& Matthæ.Afflict.in dict. ca. 1.§. Item ſi fidelis.columna. 3.verſiculo ſecundo.nota num. 25.ex quo aliqua notatu digna ad hanc gloſ. annotabis. Præterea quæri poteſt, Vtrùm marito liceat deprehenſam mulierem in adulterio, occidere eam & adulterum ſine peccato authoritate propria? In qua dicas in foro exteriori ex legis permiſsione licere ſine pœna temporali. l. Gracchus C.ad leg.Iul.de adult.quæ generaliter loquitur in omni adulterante, vt poſsit occidi à viro per immenſum dolorẽ, ſi eum deprehendat. Matth. Afflictus in c.1.§.Item ſi fidelis.num. 3.quibus modis feud. amitt. non tamen lucrabitur bona vxoris, occidendo eam ſine iudicis authoritate. Quia quãdo quis propria authoritate ius ſibi dicit, amittit lucrum legis.tex.in l.interdum.2.§. qui furem. ff. de furt. Qua ratione hanc ſententiam tenent Bald.Imol.Paul.Roman.& Alex.nume. 15.in l. ſi ab hoſtibus.§.1.ff.ſolut.matri.Campen. in tracta. dotis.5.part.q.5.Antoni. Gomez in l.80. Tauri. numero 63.& eſt text.in l. 82. Tauri. Ex quibus patet, quòd tam de iure communi quàm regio maritus, qui propria authoritate occidit vxorem propter adulterium, nõ poterit vẽdicare bona vxoria quæ ex aliquo pacto, vel lege per eius mortẽ ſibi deferuntur. Caſus formalis in d. l. ſi ab hoſtibus. ff.ſolut.

ff. ſo'ut. matrim. not. Anto. Gomez loco præcita-
to. & eo in loco habes plures quæſtiones in hac materia adulterij. Si tamen eam interſecit propria authoritate in fraganti delicto repertam, & non ſibi conceſſa facultate à iudice tanquam miniſtro legis, & abſque odio vindicandi ſe, ſed vt delicta puniantur vt executor iuſtitiæ, peccat mortaliter aliàs non. nam qui malos percutit, miniſter Dei eſt, vt inquit Hieronymus ſuper Ezechiel. tranſumptiuè in cap. qui malos. 23. q. 5. Qui malos percutit, in eo quod mali ſunt, & habet vaſa interfectionis, vt occidat peſsimos, miniſter eſt Dei. Sic ergo authoritate publica licèt marito ſicut alij lictori vxorẽ abſque peccato interficere, vt per concluſiones optimè reſoluit Dominic. Sotus in 4. ſent. diſt. 37. q. vni. ar. 3. Couarr. in epito. 4. Decre. 2. parte. c. 7. §. 7. num. 18. Illefonſus à vera cruce in Speculo coniugiorum. 3. part. ar. 4. verſi. An poſſit vir vxorem. pag. 469. Ioan. Methymnenſis in Codice. De reſti. q. 3. cauſa. 4. & Domin. Sotus in lib. 5. de iuſti. & iur. q. 1. ar. 3. vbi vide quicquid alij dicant, etiam data poteſtate per iudicem non licere, quia non eſt præceptum marito, vt adulteros interficiat, vt in hac lege vides, nam poteſt eos dimittere, vt ſenſit D. Tho. in 4. ſent. diſt. 37. q. a. & Abulenſ. Matth. 5. q. 113. nam concluſio eſt vera, Maritus ſine cauſæ cognitione præcedentis propria authoritate interficiens adulteros peccat: Si tamen præmiſſa iuris cognitione criminis, & ſententia iudicis ei ſit commiſſa executio ſententiæ & ſic authoritate publica interficiens criminoſos non peccat. Et ſic in primo caſu intelligo. S. Th. & Abulenſ. & gl. in c. inter hæc 33. q. 2. in poſterio ri verò dict. capit. qui malos. 23. q. 5. & lex diuina; quæ adulteras lapidari permittebat. vt Ioan. 8. legitur. & Daniel. 13. & alibi ſæpe. & ſic authoritate publica ciuili marito adulteram, quamuis non in adulterio deprehenſam licet occidere abſque peccato. Lex noſtra Hiſpana conſulto adulteram non lictori tradit, qui iuſſu mariti in eius præſentia iugulet eam, ſed ipſi viro, vt commiſerandus aſpectus ſupplicis fœminæ, vehementius eius viſcera ad miſericordiam cõmoueat, & cruentum ipſum facinus eius animum deterreat, ne proprias manus ſanguine proprio intingat, vileque officiũ ar- q; infame exerceat. Hçc omnia aliquàdo bonos homines & miſericordes, & propter cõplexionẽ fœ uẽ & bile & ſtupore ſolet eos mitigare, & à lite cçpta deſiſtere, quod eſt optimũ, cùm ſeparatur emenda ipſius mulieris, vt potiùs ad miſericordiam quã ad rigorem iuſtitiæ homo eſſet trahendus non aliàs: nam qui adulteram tenet, ſtultus eſt. Et ob iſtam rationem vt maritus animum ſuum à rigore temperet, pçna fuit eius arbitrio & voluntate relicta, vt in hac regia conſtitutione vides.

¶ Ex qua poteſtate cùm habeat ſe ad eſſe, & non eſſe, nec pçna ſit certa, eſt dubium ſingulare, vtrum filij nati ex adulterio ſimul cum coniugata, dicantur nati ex punibili & damnato coitu, vt nec ſuccedere poſsint matri ex teſtamento, nec ab inteſtato, vel non, vt ſuccedere valeant, ſtante. l. nona. Tauri? Et primò ex hac regia lege quatenus dicit adulterum, & adulteram criminis reos, marito tradendos, vt ad libitum de eis & ſuis bonis faciat, quod voluerit. ibi, *haga del y de ſus bienes lo que quiſiere* & l. 1. tit. ſeptimo. libro quarto. for. legum. & apud Luſitaniæ viros libro quinto. ordinamen. titul. duodecimo. §. primo. habetur, quod mulier committens adulterium ad accuſationem viri debet mori, cæterùm ſi remiſerit crimen, non debet morti tradi, ſiue ante ſententiam, ſiue poſt ibi. §. 2. in illis verbis. *E poſto que, o marido querele de ſua molher, y acuſe. ſe lhe perdoar y reconciliar em qualquer tempo que ſeja, aſſi ante da cuſaçam, acomo durando romo depois de ſer condenada por ſentença, &c.* Sed adulterij crimen non eſt capitale, quamuis marito ſit data facultas occidendi reos criminis, non tamen ex neceſsitate (cùm liceat eis parcere prout diffinitum eſt in hac regia lege.) vt tenet Bald. in l. data opera. numero 62. columna decimatertia. ad fin. verſiculo. Super ſecundo puncto dico. C. qui accuſ. poſſ. Plaça in tract. De delictis. capitulo quadrageſimoprimo. numero trigeſimoſexto. id quod ex voluntate pendet. non exiſtimatur eſſe ex neceſsitate. l. ſæpè audiui. ff. de offic. præſid. Fortu. Garſ. in l. Gallus. columna vigeſima verſicul. Nunc de verbo poteſt. ff. de liberis & poſthumis. Nam quamuis liceat occidere adulterum, tamen non eſt de neceſsitate, cum ei veniam concedere poſsit maritus, & ſuo iure renunciare. gloſſa. notab. in l. accuſationes. C. quod met. cauſa. quam ad hoc notauit Iaſon. in l. qui ſeruum. columna finali. ante numerũ ſextũ. ff. de verborum obligationibus. Cùm igitur non ſit crimen capitale, clarè conſtat filios procreatos ex adulterio, non eſſe natos ex damnabili & punibili coitu, ac proinde priuandos minimè fore à ſucceſsione materna, quæ propter adulterium, nullam pçnam capitalem ex viri indulgentia ſuit paſſa. ¶ Secundô in huius rei præſidium eſt Bald. dictum in capitulo. ex literis. columna final. numero vigeſimooctauo. de conſtitut. vbi ſingulariter firmat, quòd licèt bannitus poſsit occidi, tamen ex quo non occiditur, vſquequo realiter occidatur, pçna mortis non dicitur.

¶ Tertiò facit, nam ſi ſtatuto caueatur, quòd bannitus in perſona non poſſet capere hæreditatẽ ex teſtamento, nec ab inteſtato, & tamen aliquis fuit exbannitus in libris, cẽtũque ſi intra decẽ dies nõ ſoluerit, & in fortiã cõmunis peruenerit quocũq; tempo-

tempore fureis eſſet tradendus,ſi tamen talis bannitus fuerit hæres inſtitutus, & adiuerit hæreditatem, quòd talis aditio valet, & reſidet huiuſmodi exbannitus ſi ſoluerit centum libras, & inforțiam communis non peruenerit,ſi tamen non ſoluerit, aut venerit in fortiam communis, & furca ſuſpenſus eſt, tunc retro fingitur non ſuccesſiſſe, ſecundum Bald.egregie in l.1.columna.6.numer. 23.verſi.Secundo quæro ſtatuto.C.de hæred. inſti. Ita ergo dicendum eſt in caſu noſtræ quæſtionis,quòd ſi talis mulier ſtante præmiſſa. l.9. in deciſionibus Tauri, per maritum non fuerit occiſa, tales filij non ſunt priuandi eius ſucceſsione, ſi tamen fuerit occiſa, repelluntur ab eiuſdem matris ſucceſsione, quia ſunt nati ex damnabili & punibili coitu ex parte matris.

¶ Quartum elementum huius rei inducitur tali ratione. Nam clarum eſt, vt talis filius dicatur ex damnabili, & punibili coitu procreatus, requiritur quòd mulier incurrat pœnam mortis naturalis. Sed iudex non poteſt mulieri adulterium perpetranti pœnam mortis infligere,ergo nõ poſſumus fateri incurriſſe in pœnam mortis,nam ſi eſſet pœna,iudex poſſet imponere,non tamen imponit, quia non poteſt,ergo non eſt pœna,& per conſequens mulier adulterium committendo, nõ incurrit pœnam mortis.

¶ Quinto ex cap.commiſſa. de elect.lib.6.vbi illud, quod eſt in propinquitate ad incurrendam pœnam etiam ipſo iure impoſitam, non ſolet eſſe in conſideratione, vſquequo totum tempus fuerit integrè elapſum. De quo vid.Felin. in capitulo.1.de præſc.& in c.eam te de.reſcrip. Ita etiã dicendum,quòd licèt iſta mulier adeò ſit propinqua actui mortis,vt iam per maritum debeat occidi,tamen vſquequo occidat,non dicatur incurriſſe pœnam naturalem mortis,& per conſequens,quòd tales filij non debeant priuari ſucceſsione.

¶ Sexto pro iſta parte facit elegans Bald. aſſertio in l.1.ff.de in litem iur. dicentis, quòd quando futurus euentus non eſt initiatus,nec præparatus,& alicui nocet. quia tunc talis euentus non inſpicitur,cum certi eſſe non poſſumus de illo futuro euentu, cum nõ omnis potentia in actũ deducatur. Ergo ita in propoſito,ex quo talis futurus mortis mulieris non eſt præparatus,nec initiatus,& ſequitur præiudicium filijs, & ſic tertio non debet eſſe in conſideratione.

¶ Cõſidero ſeptimo loco rationem talem pro hac concluſione.Nam intereſt reipublicæ, ne crimina inulta maneãt,& ſic quòd adulterini priuentur ſucceſsione matris,& tamẽ ſtatutũ eſt in iure, ne matrimonia infamẽtur, vt ſolus maritus poſsit crimẽ adulterij in iudiciũ deducere, vt eſt perpetua lex fori totius Hiſpaniæ receptiſsima in l.2.tit.7 lib. 4.for.legũ. Luſitaniæque obſeruat vſus,teſte Ario Pinel.in l.vlti.nu.24.C.de bonis mater.non enim matrimonia inquietari debent. vt in l. 1.ad fin. ff. de lib.homi.exhib. Soliuſque mariti eſt caſtigare vxoris mores.l.rei iud:catę.16.ff.ſolut.mat.l.quamuis.C.ad leg.Iuli.de adult. quo fit,vt mulier maritata etiam ſi meretrix ſit dum tamen maritus non ſit author adulterij, non eſt incarceranda pro debito ciuili. ſingulariter adnotauit poſt alios Hippol.ſing.279.& faciunt quæ not.Iaſ.in l.plerique ad fin. ff. de inius vocand. quod eſt ſingulare ad l. 4.in deciſio. Tauri. Ita etiã quãdoquidẽ longe minus intereſt reipublicæ, vt filij iſti priuẽtur ſucceſſionẽ,cũ ipſi non fuerint in culpa.c.naſci. 56.diſt. quàm vt delictũ ipſius adulterij puniatur,dicendũ erit à fortiori, quòd ne matrimonia infamentur, iſti filij minimè ſucceſsione priuari debeant.

¶ Octauò præterea pro eodem induco. Nam ſi daremus, quòd eſſet pęna à iure impoſita, maritus eam occidens,non peccaret, cũ eſſet executor pęnæ.vt in c.cũ miniſter.23.q.5.ſed ſic eſt,quòd occidens vxorẽ propria authoritate peccat mortaliter,etiã ſi abſque rancore occidat. ex glo.in c.inter hæc.33.q.2.Latiſsimè Fortuni.Garſ.in tract.de vltimo fine vtriuſque iur.illatio. vndecima. col. 47. cũ ſeq.& ſupra in hac glo.reſolui.igitur delicti punitio,non dicitur pęna,ſed vindicta.ergo.&c.

¶ Nonò confirmatur.Nã filij nihil peccauerint in crimine patris.c.naſci.56.d.tex. in auth.de inceſt. nup. Facit.l.fin.C.de natur.lib. cum ergo non fuerint in peccato,nec in pœna debent eſſe.arg.l. abſentem.ff.de pęn.cum peccata ſuos debeant tenere authores.l.ſancimus.C.de pęn.cum à me adductis in tract.de bonis lucr.conſt.matri.ad Seguram col.1.nu. 1.& per totum.C.ne filius pro patre.& illud Ezechiel.18.Filius nõ portabit iniquitatẽ patris.Quãuis ex cauſa aliquãdo contingat, ꝙ vnus punitur pro alio.ex reg.Sine culpa. vbi dixi de regu.iur.lib.6. & ita diximus in epilogo hæreticorũ.Et in hunc ſenſum intelligo.c. cũ ſecũdũ apoſtolũ.de præbend. quatenus vult clericum ordinatũ abſque patrimonio ab epiſcopo, eius ſucceſſor, qui fuit ſine culpa,teneatur ei prouidere de neceſſarijs,vel beneficio,ex cauſa,ne cogatur in vilipendium totius ordinis clericorum mẽdicare. Et iſte eſt verus ſenſus illius tex.in §.inde eſt ꝙ cũ. Sed in pſenti ceſſat pęna,& cauſa ipſius,cũ à iure nõ reperiatur antequã mulier morte ſit affecta ꝓpter crimẽ adulterij. Ergo nõ eſt huiuſmodi priuatio,quę pęna eſt.ex Bal.per tx.ibi in l.nõ dubiũ.C.de legi. & ſuprà à me traditũ eſt.¶ His etiã accedit talis cõſideratio.Nam pęna priuationis ſucceſsionis à iure imponitur,nõ in odiũ ipſarũ mulierũ, nec filiorũ, ſed in odiũ ipſius delict,vt in auth. de inceſt.nup. & in l.22.ti.3.lib.1.ord.& in l.2.tit.5.lib.5.ordin.

& vtro-

& vtrobique annotata.c.odio.86. diſtin.vbi habetur,odio habeantur peccata. non homines, & in c.duo iſta.23.q.4.ibi, perſequamur in eis propriã iniquitatem,miſereamur communem naturam,& ca.quam ob rem.de pœn.diſt.1. Cùm igitur odio debeant haberi ipſa peccata, & pœna infligatur ipſi delicto,& non in odium filiorum,clarè deducitur,quòd tales filij ex coniugata procreati minimè ab eius ſucceſsione debent priuari. ¶Quibus etiam adſtipulatur talis ratio, Crimen inceſtus lõge maius eſſe conſtat crimine adulterij.l.ſi adulterium cum inceſtu.verſi.Nonnunquam.ff. de adulte.Sed ſic eſt, quòd filij ex inceſtu procreati non priuantur ſucceſsione,vt patet ex.l.9.Tauri.ergo nec etiam filij nati ex adulterio ante realem mortem matris adulteræ. De iure communi ex inceſtu ſine adulterio mulier non incurrebat in pœnam mortis,vt tradit Grego. Lopez in.l.fin.titu.18.part.7.ſi eſſent ſucceſsibiles matri,eſt gloſſ.in authen.ex complexu.verb. indigni. C. de inceſt. nup.& in.§.nouiſsimè.verb.admitti. Inſti. de Senatu.C.Orficiano.& l.11.titu.13.part.6.vbi Grego.Lopez in verb.Natus ex damnato coitu. Tetigit hanc quæſtionem,dicens pulchram, & non tactam à doctoribus Hiſpanis,quos ipſe viderit, & relinquit cogitandum in ea. ¶Præterea & duodecimo.facit.Nam iſta lex in ſuo caſu non imponit pœnam mortis,ſed permittit, & non omnibus de populo,ſed tantum marito,& ſic in vltionem propriæ iniuriæ. vt in.l. ſi adulterium cum inceſtu.§. imperatores.ff. de adult. & non vt miniſtro legis. Cùm ergo pesmiſsionem & non condemnationem contineat,interim quo mulier non fuit occiſa à marito propter crimen adulterij, filius ex tali coitu natus, non eſt dicendus natus ex damnato & punibili coitu, ex quo mater incurrit pœnam mortis per præmiſſam.l.9. Tauri,cùm rationibus deductis, nec iſte coitus cum coniugata fuit expreſſus,vt natus ex damnato coitu.in dict.l.11.titul.13.part.6. ¶Contrariam partem, imò quod talis filius non ſuccedat,& dicatur natus ex damnato & punibili coitu.per d.l.9.Tauri,Probatur ſequentibus rationibus & authoritatibus. Primò, nam ex quo maritus propter adulterium vxoris, poteſt eam occidere, & ſic incurrit pœnam mortis naturalis,filij inde geniti meritò dicuntur procreati ex damnabili & punibili coitu, & ſic inſucceſsibiles matri abſque dubio fore. Et quod incurrat pœnam mortis naturalis,apparet ex legis permiſsione, & aptitudine. Nam vt crimen dicatur inductiuum mortis naturalis,ſufficit, quòd poſsit ex legis ſtatuto aptitudine & potentia imponi delinquenti,ex Bartol.in.l.ſecunda. numero ſecundo.ff.de publi.iudi. vbi eleganter innuit crimen tunc dici capitale,licèt duæ pœnæ alternatiuè imponantur,videlicet,vna capitalis, alia vero pecuniaria, ex quo enim vtraque eſt in obligatione tam pœna mortis, quàm alia quæ mortis non ſit, tale delictum dicitur capitale. Sic etiam in propoſito,ex quo propter iſtud crimen adulterij maritus poteſt eidem mulieri inferre pœnam mortis naturalis, & etiam alias pœnas ad libitum,vt in hac regia lege cautum eſt tale crimen capitale dicetur,& incurriſſe prædictam adulteram pœnam mortis naturalis. Et ſic per dict.l. nonam Tauri erũt filij inſucceſsibiles. ¶His etiam ſecundo accedat talis conſideratio. Nam quando plures pœnæ ſunt alternatiuæ, omnes ſunt in obligatione. l. vbi autem non apparet.§. illud aut illud. ff. de verb.obligat. Sic ergo mulier incurrendo huiuſmodi delictum adulterij, incidit in laqueum, & omnium pœnarum ſupradictarum alternatiuarum obligationem,ita vt etiam infligi poſsit pœna mortis naturalis:ergo per crimen in eam incurriſſe non eſt dubium.dict.l.nona.ibi, *entonces ſe entienda y diga dañado,y punible ayuntamiento, quando la madre por el tal ayuntamiento incurriere en pena de muerte natural.* Pondera ergo,quòd pœna, & non executio ipſius ponderatur in prædicta lege Tauri.quæ pœna mortis hodie etiã debetur propter crimen adulterij,ergo,&c.

¶Tertiò conſidero Bart.doctrinã in citata.l.ſecũda.numero ſecundo.ff.de publi. iudi. vbi probat, pœnam capitalem conditionaliter impoſitam facere iudicium capitale,etſi ſtatuto caueatur,quòd pro homicidio quis puniatur in quinque libris,et ſi non ſoluerit intra decem dies puniatur in capite,quòd tale crimen dicitur capitale, & incurriſſe in pœnam capitalem.Idem firmat Ioan.Fab.in §. publicorum. Inſti.de public. iud. Ita ergo in ſpecie propoſita erit fatendum. Nam ex quo marito permittitur. vt ſi eidem mulieri noluerit parcere tribuendo vitam poſsit occidere, clare patet huiuſmodi delictũ eſſe capitale,& ſic incurtiſſe pœnam mortis naturalis.

¶Quartò adſtipulatur talis conſideratio. Nam vt actio pœnalis dicatur, ſufficit quòd aliquo caſu poſsit eſſe pœnalis.tex.elegans in.§. his autem verbis.Inſti.de lege Aquilia. & actio quòd metus cauſa.hac ratione dicitur pœnalis,quia aptitudine poteſt eſſe pœnalis. ita probat etiam tex. in.l.ſi cum exceptione.§.ſatis elementer. ff. quod met. cauſa. ita etiam ex quo hæres poteſt eſſe in mora ſoluendi legatum relictum eccleſiæ,vel alij venerabili loco,actio,quæ contra eum datur, dicitur mixta. probat text. in.§. ex maleficijs verſicul. Item mixta.Inſti.de actioni. Sic etiam in noſtro caſu ex quo tali mulieri poteſt infligi pœna mortis naturalis,dicendum eſt,incurriſſe pœnam mortis naturalis.

¶ Confirmatur quintò. Nam lex ſemper inſpicit & conſiderat quod frequentius fieri ſolet. l. nam ad ea. ff. de legib. l. 1. §. quotidiana. ff. de aqua quotidi. & æſtiua. vbi expreſsè habetur, aquam quotidianam eam dici, quæ aſsiduè adduci ſolet, vel æſtiuo tempore, vel hyeme, etiam ſi aliquando ducta non ſit. Sic ergo concludendum in præſenti dubio. Nam cum plerunque, & ex maiore parte mariti huiuſmodi delictum mulieres perpetrantes occidere ſoleant, vt ſuum honorem conſeruēt quem præferendum vitæ dixit eſſe Papinianus Iuriſconſultus in. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. liberto. in illis verbis. Nam cuius famæ, multo magis parcendum eſt. ff. de adult. & honor omni cōmodo pecuniario præponendus eſt. l. Iulianus. ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſtam. l. miles. §. ſocer. vbi notat Angel. colu. 2. ff. de adult. & Sapiens, Melius eſt bonum nomen, quàm diuitiæ multæ, & homo cùm ſit infamis, loco mortui habendus eſt. gloſſ. in. c. vno de legatorum. ibi. Idem ſi alter efficiatur infamis. Ad idem. l. iuſta. ff. manu. & vindict. Optima. l. 4. tit. 13. part. 2. Igitur cùm honoris conſeruatio & iuſtus dolor pœnam mortis inducere frequentius ſoleat, vt videmus in probis viris, qui caſtitatem vxorum amant, abſque dubio nati ex tali crimine per legem regiam dici debēt ex damnabili & punibili coitu. ¶ Sextò facit. Nā verbum (incurriere) poſitum in dict. l. 9. Taur. eſt futuri temporis, inducens idem, quòd ipſo iure. gloſſa. in. l. in criminali. C. de iur. omni. iudic. ergo licèt realiter reuera per maritum adultera non fuerit occiſa, tamen ex quo crimen commiſit, fuit ſubiecta mortis naturalis coerctioni. ¶ Præterea & ſeptimò. Nam maritus propter lucrum bonorum vxoris adulteræ, & ne veniant ad filios ex adulterio procreatos, credendum eſt eam occidere: præferendo proprium commodum. l. præſes. C. de ſeruitu. & aqua. & in odium adulteræ earumque filiji. ergo, &c. ¶ Inſuper facit. Nam de iure adulterini. & nati ex damnato coitu non ſuccedebant matri. glo. & Bald. in authen. Si qua illuſtris. C. ad Orfician. vbi ſingulariter probant, quòd vbicūque parentes poſſunt accuſari de adulterio, ſtupro, vel inceſtu, tales ſpurij tanquam nefarij non poſſunt patri ſuccedere. vt eſt tex. in authen. quib. mod. natur. effi. ſui. §. fin. col. 7. Quam concluſionem ſequitur doctiſsimus Montalu. in. l. 1. titul. de legatis. lib. 3. for. leg. in glo. *ni a ome de religion.* colum. 4. Et idem eſſe in adulterio, tenet declarando legem partitæ Gregori. Lopez in. l. 11. in verb. natus ex dānato coitu. tit. 13. par. 6. Si ergo de iure cōmuni ſunt inſucceſsibiles, lex Tauri tanquam inducens correctionem non eſt amplianda, ſed reſtringenda, ne hodie iſti filij adulterini ſuccedant. ¶ Octauò hanc concluſionem deduci ex verbis Bald. in. l. data opera. colum. 5. nu. 54. verſi. Item notandum eſt. C. qui accuſ. nō poſſunt. oſtenditur. vbi ad hoc vt pœna inducta ab ſtatuto dicatur capitalis, ſufficit, quòd ſit aptitudine, quamuis realiter non ſit illata: nam dubius euentus debet in omnem partem ſui conſiderari. l. ſufficit. ff. de cond. indebi. ergo & in ſpecie propoſita idem dicendum eſt. ¶ Vltimò hanc partē, quòd talis filius non ſuccedat matri, veriorem & ſuſtentabiliorem reputat Iacob. de Villalpando in rep. l. 22. §. 44. nu. 10. tit. 1. part. 7. fol. 114. colum. 1. infideliter relatus à Petro Plaça in tract. de delictis. c. 41. nu. 36. & verba Villalpādi hæc ſunt quòd tamen inter prædictum filium adulterinū, & matrem, vel eos, qui ſunt ex parte matris non oriatur agnatio vel parentela, ita quòd inter eos detur ſucceſsio, vel concedatur accuſatio tanquā de ſanguine offenſo, poſito quòd pœna mortis mulieri adulteræ impoſita non ſit, videtur mihi verius, & ſuſtentabilius, &c. Et ſic quatenus Plaça citauit dictum Villalp. ipſum intelligendo ſecundum Cottam, quem allegat prout eſt intelligendus, eſt corrigenda eius litera in illis verbis, ex his cōſtat, &c. negatiuè, & non affirmatiuè. Et ſic probat ſententiam iſtam vltimo loco à nobis probatam prædictis octo rationibus. & tenet Michael de Ciſuentes in. l. 9. Tauri. num. 2. Et hāc partem poſitam vltimo loco tanquam veriorem, licet cogitandam reliquerit, propoſuit Gregor. Lopius in. l. 10. verb. natus. tit. 13. par. 6. & videtur verior, quia lex conſiderat crimen, & eius pœnam, non tamen executionem. Nam etiam ex venia Principis eius voluntate habita poſſet contingere in alijs criminibus inducentibus mortem naturalem quòd ceſſaſſet, vt plerunque fit, non tamen ceſſaret diſpoſitio legum exiſtimantium tale crimen & coitum eſſe damnatum & punibile, & cum hæc voluntas ſit potius de iure ſpeciali, quàm de neceſsitate, non eſt in conſideratione, nec tollit legis inſtitutum. Et pro hac declaratione eſt præmittēdum, aliud eſſe coitum damnabilem, aliud punibilem. Ex coitu damnabili natus ille eſt, qui eſt ex coitu à iure non punito natus, vt ex coitu meretricali, vel ex concubinatu, & huiuſmodi: & iſtis caſibus filius bene ſuccedit matri. Ex coitu verò punibili natus ille eſt, quando ex tali coitu mater debet puniri, & tūc talis filius nō ſuccedit matri glo. ſingul. in. l. ſi qua illuſtris. verb. cum legitimis. C. ad Orfician. & eſt ſimi. in authen. Ex complexu. C. de inceſt. nup. & in. §. nouiſsime. Inſti. ad Orfician. & eſt reſolutio communis Bar. & aliorum in. l. fin. colum. 2. num. 4. ff. de his quib. vt indig. & quæ per. l. 11. tit. 13. part. 6. tradit Gregor. Lopez. Hodie tamen vt talis filius priuetur ſucceſsione matris, requiritur copulatiue, quòd

talis

talis coitus ſit damnabilis & punibilis à iure, ob quem mater eſſet punienda pœna mortis. vt in ea iu. l. 1. C. de muli. quæ propr. ſeru. ſe iniun. l. final. titul. 24. part. 7. & declarat Grego. Lopez in. d. l. 11. in verb. natus. & ſic in primo caſu filij ſuccedunt in poſteriori verò minimè ex interpretatione. d. l. 9. Tauri. & edē ratione filij nati ex adulterio ſunt nati ex dānabili coitu & punibili, cum de iure diuino & communi ſit pœna mortis, vt ſupra & inferiùs annotatur. ergo ſine correctione iuris eſt intelligenda lex Tauri. l. præcipimus. C. de appella.

¶Pro priori autem parte videtur vrgere ratio, quę fouet, ne matrimonia infamentur poſt obitū mulieris, dicendo eam adulteram fuiſſe, cum delictū fuit remiſſum à marito, & cum fama fuit remiſſa, multò fortius vita corporalis, quæ eſt inferior, & minoris valoris. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. Imperatores. ff. de adult.

¶Tum etiam, quia lex eſt permiſsiua, & non præceptiua, & ſic ante executionem non dicitur incurriſſe mulierem in pœnam mortis. Et verbum, incurriſſe, ſecundum communem eſt canon inferendæ, & non latæ ſententiæ, cum ſit futuri temporis. ex glo. in. l. criminali. C. de iur. om. iudi. gl. in. c. ſi diligenti. verb. perdant. de foro comp. glo. in. l. ſi quis in tātam. C. vnde vi. & in regul. In pœnis. verb. in pœnis. de reg. iur. lib. 6. Ial. in. l. rem quæ nobis. nu. 35. de reſc. Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam, verb. Reuertatur num. 127. C. de reuo. donat. Soci. in tract. regu. cū fallen. regul. 360. incip. Sententia requiritur. Hippoly. in rep. rub. nu. 30. ff. de falſ. & ſic requiritur quòd mulier propter crimen ſit occiſa.

¶Item, nam licèt non occidat propter adulterium, poterit eam accuſare maritus ad dotis & bonorum lucrum, & ei inferre aliam pœnam inferiorem, ne bona veniāt ad filios adulterinos ſi voluerit, & ſic ceſſat alia ratio adducta contra ſpuriū in ſecunda opinione.

¶Nec etiam obſtant mihi fundamenta conſiderata, quòd aptitudine ſufficit pœnam eſſe capitalē, ad hoc vt dicatur pœnam capitis inferre in ſecunda opinione in primo, ſecundo, tertio fundamento. Nam faciendo has rationes, reſponderi poteſt, eſſe intelligenda, quòd cenſenda ſit pœna capitis illa ſi poſsit imponi ex futuro euētu, quo ad hoc, vt iudex ſuper illa cauſa non recipiat fideiuſſores, & alia denique faciat, quæ ſolent fieri in cauſis inferentibus pœnam capitis, & ſic, quòd in eo, in quo illa culpa reſpicit illud, quod eſt in pendenti, & damnum alterius partis, quòd ſi illa cauſa non haberetur pro non capitali inde poſſet ſuboriri haberetur pro cauſa mortis, nō tamen quo ad ſucceſsionis priuationē, nec in odium tertij debet cēſeri eſſe cauſa capitalis, nā iſto caſu debet accipi, pro eo, quod eſt, non autem pro eo, quod eſſe poteſt. Et hoc videtur voluiſſe Bal. in. l. 1. ff. de in lit. iur. & in cap. ex literis. in fin. de conſtitu. Et hanc partem hiſce fundamentis pro vtraque parte adductis defendi & obtinui conſulendo Ann. 1548. prout ex meis conſilijs, ſeu quæſtionibus recepiſn. q. 305. incip. Quæſtio ſingularis an ſtante. l. 9. Tauri. & in ſcriptis Salmanticæ ſtatim auditoribus meis tradidi, quam nota, & ſigna perpetuò ad intellectum. l. 9. Tauri. & noſtræ legis.

¶Vtrum autem filij clericorum in ſacris habiti poſsint ſuccedere in bonis matris, Quæ cum ſit certa, & in matre non ſit talis priuatio nec per legem Regij Ioannis. 22. titul. 3. libr. 1. ſuprà. nec per. l. Tauri nonam eam referentem, Videtur quòd poſsint ſuccedere, ex ratione etiam adducta in ſuperiori quæſtione: quia in odium criminis & non filiorum fuit inducta dicta lex. 22. de qua prohibitione eſt Concili: Trident. ſeſsio. 25. cano. 14. & ad eius prohibitionem aſsignatur ratio in dict. Concil. Triden. ſeſsio. 2 a. de reformatione cano. 1. incip. Eadem ſacroſancta. & ex ſeſsio. 25. cano. Vt paternæ incontinentiæ. 15. in ordine. Si ergo tantum in patres clericos loquitur, & ex cauſa ibi ſcripta, cum ſit pœnalis, inducatque priuationem, non eſt extendenda ad matrem, in qua non loquuntur leges Regiæ. arg. tex. in cap. conſuluiſti. 2. quæſti. 5. in illis verbis. Et quod ſanctorum patrum documento ſancitum non eſt ſuperſtitioſa adinuentione non eſt præſumendum. Tum etiam ex gloſſ. ſingul. in cap. fin. de iur. patro. Pro qua eſt tex. optimus in cap. is qui. de ſententia excommu. lib. 6. vbi dixi. Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam. verb. Reuertatur. nu. 208. C. de reuocand. dona. & tradidi in tract. de bonis lucra. conſtāte matrimo. nume. 166. ad Seguram. Ergo filij clericorum ſunt ſucceſsibiles matri, cum non ſint nati ex damnato ex punibili coitu, prout in. d. l. 9. Tauri eſt diſpoſitum, ex parte matris.

¶Secundò ſuadetur. Nam de iure communi & partitarum omnes filij ſuccedunt matri non illuſtri, niſi ſint nati ex damnato coitu & punibili à lege. glo. in authe. ex complexu. C. de inceſt. nup. & in. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfician. & vtrobique doct. Si ergo mater concubina clerici non erat coniugata, vel clerici conſanguinea, non prohibentur filij clerici ſuccedere, cum iſti non ſint excepti à lege. 10. titul. 13. par. 6. vbi tetigit quæſtionem Gregor. Lopez in verbo. Natus. Tenet Montalu. in. l. 10. incip. *Defendemos*. verbo. *En adulterio*. colum. 2. verſicul. Filius tamē clerici titul. 5. lib. 3. for. leg. Subdens, quòd ita eſt intelligenda lex Soriæ, ſcilicet. 22. tit. 3. lib. 1. ordinam.

& eſt.l.3.titul.21.part.4. Cuius verba ſunt, *Ca nõ deuen heredar los bienes del padre, como quier que puedan heredar los de la madre.* vbi Grego. Lopez tenet hãc partem, & limitat dupliciter. Reſpondetque ad legem.22. tit.3. libr.1. ordi. non loqui in matre, ſed in patre, vt conſtat in eius deciſione, licèt verba poſita in principio, *ſi ſus hijos ſus bienes y de ſus padres*, contrarium ſuadeant: quia ſuot verba narratiua iotentiooem & motiua cõdeotis denotantia ad excludendos filios à ſucceſsione pareotum, non tameo matris oon coniugatæ, nec cooſanguineæ clerici in ſacris, cuius concubina fuit, ſed indicat velle, quòd tollatur occaſio mulierib⁹ commiſcendi ſe cũ clericis, ſi videant filios repelli à ſucceſsione clericorum, quod oon ita eſſet, ſi proſpicerent, noo ſolum illis poſſe ſuccedere, verum etiam clericis patribus, vt ex originali apparet illius.l.22. quòd ooluit repellere filium clerici à ſucceſsione matris, oec conſanguineorũ ex parte matris. nec.l.9. Tauri obſtat, cùm nihil alind iotendat, quàm approbare in ſua diſpoſitione prædictam.l.22. Soriæ, quæ cùm in hoc caſu nihil intendat diſponere in ſucceſsione matris, non eſt dicendum legem Tauri aliud intendere, quã quod erat diſpoſitum per.l. Tauri. cum.l. referens, ſit in referente.l. aſſe toto.ff. de hære. inſti. Bald.in.l.1. per tex.ibi.colum.2.C. de erro. aduoca. & quia originale prædictæ.l.22. Soriæ editæ à rege Ioan. Ann.1418. io.2.ord. de petitionibus non habetur communiter in præſenti deſcribere erit vtile, cuius tenor eſt. *Otroſi a lo que nos pidieron por merced que en algunas cibdades, y villas, y lugares de los nueſtros reynos hã cartas, y priuilegios que los fijos de los clerigos que ouieron en ſus barraganas, que hereden ſus bienes, y de otros qualeſquier ſus parientes aſsi como ſi fueſſen legitimos y nacidos en legitimo matrimonio, y que por eſta razon dan occaſion para que otras buenas mugeres aſsi biudas, como virgines, ſean ſus barraganas, y ayan de fazer peccado, y que deſto que viene gran deſeruicio à Dios, y anſi grande eſcandalo y daño a los pueblos donde eſto acaeſcieſſe, y acaeſce, y que las tales cartas que ſon todas contra Dios y contra derecho, y pidieron nos merced que mandaſſemos que las tales cartas y priuilegios que los dichos fijos de los clerigos en eſta razon han, que les non valan, ni les fueſsẽ guardadas, A eſto reſpondemos que nos plaze, y tenemos por bien, que los tales fijos de los clerigos que non ayan ni hereden los bienes de los dichos ſus padres, ni de otros parientes, ni ayan qualquier manda, o donacion que les ſea fecha agora ni de aqui adelante, y qualeſquier priuilegios, o cartas que tengan ganadas, o ganaren de aqui adelante en ſu ayuda, y contra eſto nos ordenamos, y mãdamos que non valan, ni ſe puedan dellas ayudar ni aprouechar, ca nos las reuocamos, y las damos por ningunas.* Ex cuius lectione conſtat, ſucceſsionem in bonis parentum clericorum, & non matrum concubinatum filijs prohibitam eſſe. Et ſic deducitur veritas huius dubiæ quæſtionis. Nec obſtant aliæ rationes & authoritates, cum ſint imaginationes de bene eſſe, & doctorum non neceſſariæ, & contra ius commune, non derogatum per legem Soriæ, nec à lege.9. Tauri. Et ſic attentati poteſt opinio. Montalui, & Gregor. Lopij tenendam eſſe. Quanuis contrarium teneant Ioan. Lup. in dict.l.9. numero.37. in l.16. numero.12. & Conar. in epitom.4. Decret.2. par.cap.8.§.5. num.17. Sylueſt. in ſum. verb. filij. quæſt.4. quos retuli in dict.l.22. in gloſſa.1. colum.164. verſic. Quæritur vlterius, vtrùm mater. titul.3. lib.1. ordinam. Et ſic crederem, ſalua ſaniori ſententia, iſtam opinionem veriorem eſſe, vt filij clericorum in ſacris ſuccedant ex teſtamento & ab inteſtato matri. quia lex Tauri ſolum venit ad confirmationem legis Soriæ, in qua nihil immutatum ex his, quæ à legibus partitarum & communi diſpoſita erant, ergo nec à nobis, vt ſuprà declarauimus. Nec eſt bona conſequentia, quòd excluſa vna linea cognatorum, ſcilicet paterna, intelligatur excluſa alia, cognatorum, ſcilicet, materna. Imò contrarium eſt tenendum ex verbis, dictæ.l.22. Pro cuius confirmatione adde Albert. Broo. in tract. de ſtatu exclud. fœmin. articul.6. numero.78. Et ſic conſului hodie die.21. Iunij. Ann.1564. Fuit præterea dubitatum ex ſacri Concilij Tridentini diſpoſitione. ſeſsio.25. cano.15. incip. Vt paternæ qua diſpoſitum eſſe apparet filios clericorum non poſſe ſuccedere in canonia, ſeu beneficio, vel in quibuſcunque eccleſijs, vbi eorum patres beneficium aliquod eccleſiaſticum habent, aut habuerunt, quodcunque etiam diſsimile beneficium obtinere, nec in dictis eccleſijs quoquo modo miniſtrare, nec penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ eorum parentes obtinent, vel aliàs obtinuerunt, habere, ao habeat locum in ſucceſſore beneficij alicuius, qui reputabatur eius pater ex vulgi opinione & tractatu ipſius cedentis, qui erat canonicus cedens, in aliqua cathedrali, vel habuit beneficium ſeu canoniam ab alio, ſed quia prædictus pater putatiuus eſt in eadem eccleſia canonicus, dubitatur, vtrum in ſuo canonicatu poſſit ſuccedere, vel reſidere, ſine eo quòd cogi poſſit reſignare. Exemplum eſt. Quædam mulier nuptijs copulata Titio fuit infamata quòd habuit copulam carnalem cum prædicto canonico (forte amico mariti, qui ſolitus erat ei benefacere, & habebat ingreſſum in domo prædictorum coniugatorum, prout fieri ſolet,) & prædictum canonicum quem dicimus ſucceſſorem, erat fama, quòd eſſet filius prædicti aſſerti concubi-

concubinarij, quamuis fuit conceptus & natus in figura matrimonij, & matrimonio conſtante, & præſente marito matris in domo & lecto, ex eo, quia canonicus concubinarius habuit dictum canonicum ſtatim cùm natus fuit in ſua domo, & eum tractauit, vt filium, & ſic ipſum affectione paterna nominauit, & neceſſaria vt pater miniſtrauit, & ſic eſt præſumptio filiationis inde orta, & propter publicam famam viciniæ. an ſit expellendus ab eccleſia, in qua eſt dictus aſſertus pater, iuxta diſpoſita in dicto Concilio. In quo dubio videtur dicendum, prædictum canonicum natum ſub figura matrimonij præſente in loco & domo & lecto ipſius matris eiuſque mariti vxoris filium legitimum & naturalem ipſorum cenſendũ fore, & non aſſerti concubinarij, & ſic poſſe habere eccleſiaſticum beneficium habitum ante vel poſt concilij promulgationem & in eo reſidere ex cuiuſcunque reſignatione & collatione habuerit ſicut legitimus, & ſine defectu natalium etiam ſi pater putatiuus ſit in eadẽ eccleſia præbendatus & Canonicus, & ſuccedere poterit parentibus, ſub quorum matrimonij ſpecie natus fuit cum cæteris filijs & fratribus. Nec credere tenetur matri aſſerenti fuiſſe conceptum ex concubinario. Si tamen refragatur conſcientia, ſecretè diſpenſationem impetret cum clauſula quia perinde, & derogatione concilij & ſtatutis, &c. & ita conſului cùm primùm Concilium venit Salmanticæ ad noſtras manus. Tum, quia infamari non debent matrimonia, nec ex vanis imaginationibus & præſumptionibus maleuolorum fama deſumẽda eſt, quæ plerunque ab vno maleuolo & malæ conſcientiæ euenire ſolet, & cæteri citò credunt, & publicè non ſolùm dicunt, ſed affirmant, prout experientia quotidiè docet, ſed fortior & ſanctior eſt præſumptio quæ vrget pro matrimonio, vt bonum potius quàm malum cogitemus, cùm præſumendum ſit bonum quo ad mores. l. merito. ff. pro ſocio. cap. dudum. de præſumptio. Alciat. in tract. de præſumptio. reg. 3. præſumpt. 2. & præſumptio. 3. & quæ notat Cæſar. Lamberti. de iure patro. 2. art. 18. quæſt. principal. primæ partis, primi libri. l. fin. & ibi Grego. Lopez. tit. 10. par. 5. Tum etiam quia non ſequitur, Homines præſumunt malum contra bonum matrimonij, ergo eſt tale, cùm fama, vt dixi, non contineat quid certum, imò ſit fallibilis & mendoſa perſæpe, cùm fama ſit inanis de aliqua re rumor ſine veri cognitione, ſiue bonus, ſiue malus, vt inquit Nicolaus Nanus in Polyanthea verb. fama. Et poſſunt iſti maritus & eius vxor dicere cum Seneca lib. de remedijs fortuitorum male autem de re opinantur homines, ſed mali. Moueret ſi de te Marius, ſi Cato, ſi Lælius ſapiens, ſi alter Cato, ſi Scipiones duo iſta loquerentur, moueret, ſi hoc indicio facerent, quod nunc morbo faciunt. Præterea filiatio probatur, eo ipſo, quòd filius natus eſt conſtante matrimonio, & nullum fuit impedimentum inter coniuges, quo natura vetante poſſent ipſum procreare. l. filium eum diffinimus. & ibi not. gloſ. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. adeò quòd confeſſio matris in contrarium dicentis filium natum eſſe ex adulterio non tollit, nec impedit præſumptionem filiationis, quæ inſurgit propter matrimonium. l. Imperatores. 29. §. mulier grauida. ff. de probat. Andre. Alciat. in tracta. de præſumptio. regul. 1. præſumptio. 19. num. 2. Traditur per Felin. & alios in capit. per tuas. de probatio. vbi latè dixi. ergo, &c. ¶His etiam accedit. Nam potius matrimonium præſumendum eſt, quàm concubinatus. l. in liberæ. ff. de ritu nupti. vbi Modeſtinus. I. C. ait. in liberæ mulieris conſuetudine non concubinatus, ſed nuptiæ intelligendæ ſunt. Ergo cùm hic præceſſerit matrimonium, ex concubitu licito, & non adulterino præſumendum eſt filium natum fuiſſe. Quoniam in dubio non præſumitur fraus nec dolus, niſi apertiſsimis probationibus appareret. cap. officij. ibi, conſtiterit. & ibi Barb. colum. 31. num. 29. de teſtam. cap. accedens. de crimi. falſ. cap. 2. de renunti. lib. 6. l. dolum. C. de dol. vbi Bart. l. 1. vbi not. Corne. C. ſi quis omiſſa cauſa teſta. l. 3. §. vltim. in fine. in verbo. oſtendi. ff. de tribut. actio. l. quoties. §. qui dolo. & l. patronus. ff. de probat. l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iudi. gloſſa. in. l. 2. C. ſi alien. res pign. dat. ſit. gl. fin. in cap. ex tenore. de reſc. adducit plura Tiraquell. in lib. 1. de retract. §. 26. gloſ. 1. num. 32. & quæ tradit Hippoly. in practi. cauſ. crimin. §. ſecunda. num. 67. & in. l. fin. C. de proba. & in. l. 1. nu. 68. C. de Sicar. & in ſing. 151. & in repet. rub. ff. de fideiuſ. & Alci. in tract. de præſumptio. reg. 3. præſumptio. 1.

¶Quibus coronidem ponit tex. inſignis in. l. miles. §. defuncto marito. ff. de adult. in illis verbis, nam non vtique crimen adulterij quod mulieri obijcitur infanti præiudicat, cùm poſſit & illa adultera eſſe, & impubes defunctũ patrẽ habuiſſe. Ex quo notatur, quòd mulier maritata licèt ſit meretrix, tamen partus natus ex ea, præſumitur ex matrimonio habitus & procreatus. Quẽ text. valde notabilem dixit Panor. in capit. intelleximus. num. 7. & ibi in. 2. Addi. ad eum. de adult. Ioan. Lup. in rep. rub. de dona. §. 60. num. 12. Alciat. in tract. præſumptio. regul. 3. præſumpti. 37. Bald. in. l. ſi matre. num. 2. C. de ſuis & legit. hære. Hippolyt. in. l. 1. §. ad quæſtionem. num. 24. ff. de quæſtio. not. Ioan. Neuizan. in ſylua nupti. lib. 1. num. 85. fol. 17. Et faciunt notata ab Hippolyt. in rep. rubri. ff. de fideiuſſo. numer. 51. Ex quibus lo-

Digitized by Google

cuplerabitur latè & bene noſtra deciſio. & declarabitur text. in dict. l. miles. § defuncto. ¶ Dubium autem in vtroque foro tam conſcientiæ quàm exteriori non adhuc bene expenſum à doctoribus ſe offert. De adultera, quæ filium ex adulterio natum marito impoſuit, qui vt legitimam habuit, neceſſariaque ad vitam & augmentum honoris miniſtrauit, vtrum ſe prodere teneatur, ne legitimi defraudentur regno, maioricatu, legitima, & bonis alias illis debitis, ſiue ſint filij deſcendentes vel alias legitimi ſucceſſores ex teſtamento, vel ab inteſtato ipſius mariti, & ad quam ſatisfactionem ipſa adultera teneatur, vel adulter, vel filius putatiuus ad quid teneantur, & quando? Et videtur minime teneri ad hanc reſtitutionem, etſi grauiſsimi præiudicij mariti exiſtat, ex eo, quia niſi cum magno periculo, ac vitæ & infamiæ iactura, fieri non poteſt, vt ad oculum à communiter accidentibus vnicuique apparere poterit, igitur non tenebitur reſtituere. Nam vbi ſunt duo mala eminentia, quod minimum eſt ſequendo, actus prudentiæ eſt cap. duo mala. 13. diſtinctio. & ex Ariſto. lib. 5. Ethico. cap. 3. quo in loco ait, minus malum vicem boni habere, ſi maiori malo comparetur. Igitur cùm periculum vitæ & famæ mulieri contingere poſsit, ſi reuelet adulterium, ſin autẽ taceat malum eueniat legitimo hæredi reſpectu ſucceſsionis, & illud ſit maius, & iſtud minus, cũ ſint bona temporalia, ſequendum erit, vt grauius malum effugiat, quemadmodum Sepulueda in dialogo de ratione dicendi teſtimonium docet. c. 9. & Couar. Doctor illuſtris Epiſcopus Segouienſis, ac olim meritiſsimus moderator almæ noſtræ Salmanticæ vniuerſitatis in Epitome quarti Decretali. 2. part. capitulo ſeptimo. § 2. nume. nono. ¶ Præterea facit ratio. Imminente neceſsitate famis quis poteſt aliena ſubtrahere, vt inde vitam indemnem valeat habere. cap. ſi quis propter neceſſit. ſed mulier tacet propter conſeruationem vitæ ac famæ, ergo optimè poterit permittere, vt legitimus hæres careat hæreditate, ne maximum diſpendium ipſa mulier ex tali reuelatione pati poſſit. Qua ratione ſtante, creditor. cui hæreditas debetur ſecundùm ordinatam charitatem obligatur magis velle ſe ipſum hæreditate carere quàm tanto cum damno famæ, & periculo vitæ ea ſibi reſtituatur. igitur mulier debitrix iuſtè poterit ob præmiſſam rationem reſtitutionem omittere. ¶ Tertiò his adſtipulatur caſus in capit. officij de pœni. & remiſsioni. vbi ſummus Pontifex ſcriptũ reliquit, non eſſe negandam pœnitentiam mulieri adulteræ, aut quæ falſum ſuppoſuit partum, ſed illi fore tanti criminis ſatisfactionem iniungendam, etiam ſi non proponat, nec velit crimen proprium reuelare.

¶ Quarto ex matris reuelatione nullum commodum expectari poteſt, imò maximum damnum, quippe cum filius matri aſſerenti propriam turpitudinem non teneatur credere etiam iuranti, ſed legitimus erit cenſendus in iudicio. l. filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. imperatores. §. mulier grauida. ff. de probatio. l. 3. in fin. princ. ff. de iure iurand. l. 9. titul. 14. par. 6. cap. per tuas. de probationi. Philip. Deci. conſi. 54. num. 1. Matth. de Afflict. in conſti. Neapolita. lib. 2. rubri. 22. num. 2. Alcia. de præſumptio. reg. 1. præſump. 19. Quę concluſio & legis præſumptio adeò procedit, etiã ſi mater ſolita ſit commiſceri cum alijs, adhuc præſumitur natus ex marito. tex. in. l. miles. §. defuncto ff. de adult. non alibi ſecundum Bald. in. l. ſi matre. num. 2. C. de ſuis & legiti. hæredi. Et valde notandus Panormi. in cap. intelleximus. num. 7. de adult. Ioan. Lup. in repe. rubri. de dona. inter vi. & vxo. §. 60. num. 12. Ioan. Neuizan. in Sylua nuptiali. lib. 1. num. 85. Alciat. de præſumptioni. regul. 3. præſumptio. 37. vbi in num. 3. ampliat locum habere in concubina retenta in domo, quia præſumitur filius eius, qui eam concubinam retinet, non alterius, glo. ad hoc eſt inſignis in ca. Michael. verbo cognouerit. de fil. presbyt. Paul. Caſtr. in. l. 3. colu. 2. ff. de lib. & poſth. eam gl. dixit ſingul. ac merito tenendam pro filijs presbyterorum in cap. tranſmiſſæ. colum. 2. num. 9. qui filij ſunt legit. Ioan. Lup. in dict. §. 60. num. 13. quanuis ab hac opinione Alberi. nu. 13. in dict. l. filiũ velit recedere. Quam ipſe intelligendam exiſtimo, dum tamen pater recognoſceret ipſum pro filio, vt in dict. c. per tuas. de proba. Et quòd nõ haberet præſumptionem contra mulierem aduerſus quam probaretur copulam habitam eodem tẽpore. facit. l. 8. titul. 13. part. 6. & l. 11. in deciſionibus Taurinis, in illis verbis, *Cõ tanto que el padre lo reconozca por ſu hijo, puesto que no aya tenido la muger de quien lo vuo en ſu caſa, ni ſea vna ſola.* Si igitur filius non tenetur credere matri, imò fatuus eſſet ei adhibendo fidem, vt doctores dicunt de filio regis, qui renunciauit regno ad aſſertionem ſuæ matris affirmantis eum illegitimum eſſe. vt Alberi. refert in dict. l. filium. columna tertia. numero. 19. Panormi. in cap. officij. numer. 4. de pœnit. & remiſsio. Andreas Alciat. de præſumptio. regul. 2. præſumptio. 19. nu. 2. Conſequens erit quòd non tenebitur ſe periculo infamiæ, ſeu vitæ exponere, & ſic reſtitutionem omittet. Archiep. Floren. 2. part. titul. 2. cap. tul. 8. colum. 3. ad fin. Angelus in ſum. verb. Adulterium. §. 4. tangit dubium. Richardus de Media villa in. 4. ſenten. diſtinctio. 15. art. 5. quæſtio. 4. ad nonum. Explicat optime Archiep. Florent. 2. part. titu. 2. cap. 7. §. 4. in princ. Alphonſ. à Caſtro lib. 2. de poteſtate legis pœnalis. cap.

Digitized by Google

iſtis latronibus & rapientibus in ſtratis, vel invijs qui robatores vulgo dicuntur etiã ſi fugiant ad ſacra non gaudent priuilegio immunitatis eccleſiæ & extrahi poſſunt ab eccleſia. c. inter alia de immunitate eccleſiæ. & idẽ dicerẽ de campſoribus, ſeu mercatoribus fallitis qui ſe eleuant cum pecunijs, & debitis, qui per leges huius regni, *ſon auidos los tales que ſe alcançan por ladrones y robadores publicos*, & merito propter magnam confidẽtiam, & ſecuritatem, quã eis habẽt homines ſuum etiã quia paria ſunt inuadere, vel retinere alienum me. ſæpe de reſtitutio. ſpoliatorũ ergo eiſdem pœnis rapientium per vim, & fraudem ſunt puniendi, nec priuilegio eccleſiaſtico immunitatis vti debẽt cum eis cõpetant verba. can. ergo & eius diſpoſitio. ¶ De latronibus publicis ſtratarum, dicit Marcus de Mantua conſi. 91. imo plus dicit quod ſi poteſt capi in eccleſia ita poteſt in eccleſia occidi. de quo vltimo dubito cum Remigio. Gonn. in tract. de immu. eccleſ. fallẽt. 2 n. 5. pag. 105. de mercatoribus fallitis tenet Boetius. deciſ. 218. num. 7. argum. tex. in authen. de mandatis prioc. coll. 3. §. publicorum vero tributorum, ibi quoniam fiſcaliũ, ratio & militibus, & priuatis, ipſiſq; tẽplis & cũctis reipub. & neceſſaria. l. pœnæ. C. de exacto tributo. lib. 10. Remigi. Gonn. in d tract. Fallent. 38. pag. 209. quando aliquis recipit aliquid ab ſpõte ſoluẽte, & ob cauſam metus nõ cõmittit maleficium, nec robariã quia ſpontanea ſolutio omne vitium purgat. l. ſi ob turpe. ff. de cond. ob turp. cauſam. Bal. con. 33. in primis conſiderandum eſt. num. 1. libro. 2. quod eſt notãdũ, quia multi ſoluunt publice ſpontaneè & non ſine metu imo propter ipſum iam ſecrete à tyrãno eis incuſſum.

a ¶ *Los defendiere ſabida la verdad* Not. q̃ Dñs fortalicij, agri, ſeu territorij. tenetur de robaria ibi facta ſi fuit ſciẽs & potuit prohibere. vt delictum committatur in ſuo, vt in. l. 1. C. de falſa. monet. Panormita. dicit communem opinionem iſtam. in. c. licet colu. 2. verſi. ad ſecundum nu. 8. de reſtitutio. ſpoliatorum, ſecus autem ſi prohibere nõ potuit, quia eſt ſine culpa. l. 1. §. is autem. ff. fami. furt. feciſſ. dicatur. Pſalm. 36. nec celaueris facientes. quo fit vt Princeps debet retinere regna ſua & terras & loca in quibus percipit emolumentum vectigalis, pedagij, & guidagij, vel gabellæ, alterius ve tributi, ſecura, etſi mercatores fuerint deprædati tenetur, addãnum. Bal. in. capit. 1. qui feu. dar. poſſ. cordi eſt recommendandum ſecundum laudẽſem, in tract. de Principibus. q. 163. vbi ſubdit quod princeps, & eius officiales ſua loca tenentes debent diligentiam adhibere contra latrones & ſtipendiarios deprædantes in vijs publicis, & eodem modo tenentur receptores, per hanc legem quam intellige data ſcientia Cuſtodis caſtellani, vel domini fortalitij, vel caſtelli. alias n. data iuſta ignorantia, quia neſciebat delictum commiſiſſe nec per literas iuſtitiæ, ſeu Principis fuit requiſitus, non eſt dicendus receptator, nec cuilibet dicenti eſſe prædonem, vel furem, ſeu delinquentem eſt adhibenda fides. glo. in. capit. a. in verbo. audiuit. de coniugio ſeruo. quæ allegat. cõcord. tex. cum glo. in. c. quam magnum. verb. non poſſunt. 23. q. 4. ca. ſi quid. 86. diſtin. & ibi gloſ. nõ credas, quia qui cito credit vt in ſacris habetur, leuis eſt corde, nec dictum vnius inducit teſtimonium, ſed in omni cauſa teſtimonium duorum requiritur, cum in ore duorum, vel trium, ſtet omne verb. cap. in omni. de teſtib. capitul. cum eſſes. de teſtam. & ſic iſta lex præſupponit ſcientiam delicti, quia in caſtello vel fortalicio fuit commiſſum delictum & receptatus delinquens in principio huius legis in illis verbis, *ſi de algun caſtillo, o caſa fuerte, o fortaleza ſe hiziere algun robo, o otro maleficio, y los que lo hizieren ſe acogieren.* &c. Caſtellum ſeu fortalitium, ſunt loca fortia ad ſe tuendos. Bartol. in rubr. C. de mota. & epidi, & ibi Pla-

ibi Platea.lib.12.optime per Nicol. Boeri.deci-
ſio.320.ſiquis in proprio fundo nobili. ¶ Proba-
tur concluſio,ex Bart.in.l.1.§.quod autem. ff. de
ſeruo corrupt. dicente ſtatuta quæ dicūt ſiquis re
ceperit male ſactorem,vel bannitum,intelligenda
fore inillo,qui abſcōdit criminoſum, vel receptat
quia tunc dicitur receptator,nō in eo,ꝙ dedit po
tū,vel cibū per.dict.l.1.§.quod autem itē ad hoc,
ꝙ receptator dicatur debet eſſe ſciēs, prudenſque
vt demū puniatur , ſi ſciuerit ipſum eſſe debitorē
vel rebellē reipublicæ.non autē ſi ignorauerit,vt
in.l.1.C.de ſeruo.mili.lib.12.&ibi Plat.nu.3.facit
l.3.§.nō tantū.ff.de incend.rui.naufr.&.l. metho
dorū.ff.de pœn.& in dubio.præſumitur ignoran
tia,niſi foret notoriū vt.in.l.1.ff.de receptato. in
glo.verb.latrones.Cuius verba pulcherrima ad fi
nem ſunt.& intellige quando fuit ſciens,& igno-
cātia præſumitur,vt ſupra de probat.l.verius, niſi
ſit notoriū,vt.C.qui & aduerſ.quos,lex.1.hacte-
nus glo.quā ordinariam dixerunt , domini de ro-
ta.deciſ.444.fol. 110. ſecundū antiquiorem par-
uamq; impreſſio.& plures cōmendantes cumula-
ui.in additio.ad Segur.in repet.l.cohæredi.§.cum
filiæ n.149.verſi.3.vero caſu.ff.de vulga.& pupi.
& Alexand.ad Bart.in.l.ſi tutor.C.de peri. tuto.
reputat ſing.ad hoc,ꝙ notorium tollit ignorātiæ
præſumptionē,quæ alias præſumeretur. not.Pla.
vbi ſupra. & ſtandū eſt eius iuramento vt ibi per
eum.nu.4.& in.l.fin.C.de Fabricenſ.libr.11.Lu-
cas de pœn.in.d.l.1.colum.1.Felin.in.ca. à nobis
vbi dixi de exceptio.Hippoly.in.l.qui ignorans.
nu.22.ff.ad.l.Corneliam.de fal.Anileſius In ca. 3.
in part.iuriſdictioni nu.19.in capitib. prætorum.
Idem etiam ſi eſſet,ſciens receptans,ꝙ non tene-
tur aliqua culpa quia prohibere non potuit,vt po
te,quia homo ferociſſimus, Vandolerius , ſolus,
vel cū alijs ſocijs congregatis vadit ad domum ru
ſtici, & dicunt.Si non aperis portam imponemus
ignem,vel ſi nos non recipis,interficiemus,qui ti
more perterritus aperit portam,vel eū receptat,
certe excuſandus eſt,quia non potuit reſiſtere.Fa
cit ad hoc tex.vbi Florent.notat, & menti tenen
dū reputat.in.l.in omnibus.ff.de noxalibus,Hip-
poly.in.l.1.§.prætcrea.nu.28.fol.paruę impreſſ.
32.ff.de quæſt.nullus enim tenetur ſe ipſum per
dere,ſed conſeruare,quod eſt ius naturale,& cha
ritas bene ordinata à ſeipſo incipere debet.l. præ
ſes.&ibi Dominicus Meneſ.C.de ſerui.&aqua.ne
que vnquā quis carnē ſuā odio habuit.vt dicit Pa
ti.ſed eam nutrit & fouet. ergo nulla lex eſſet ra
tioni cōgrua,quæ cōtrariū ſuaderet, ſed iniqua &
beſtialis,& iudices,quos dicimus peſquiſitores,q
cōtrariū faciūt,& innocētes pauperes ſine culpa,
& probationibus idoneis puniūt , vt animoſi,ſeu
potius carnifices videātur ſupremis iudicibus con
tra ius naturale,& diuinū.& humanū faciūt & cō
dēnationē perpetuā ſibi acquirunt, ſanguiſque &
pecunia innoxij ab eis miſeris infletu,& ſtridore
dentium expetenda erit.Quid ergo eis proderit
ſi omnem potentiam mundi fuerunt conſequuti,
ſi ad inferos deſcēderint , vt inquit veritas relata
in.c.Matthæus de ſimonia,quo fit ꝙ qui ignoran-
ter præſtitit arma,ex eo nēpe,ꝙ Didacus profeſ
ſus fiat Antonio amico ſuo velle iter agere , vel
aliud crediti dignū,ac deinde hominē occidat, et
ſi teſtibus id probetur minime teneri.Bart.conſi.
24.& in.l.qui furē.§.ope,vbi, Alexan. ff. de furt.
Ange.in.§.interdū,inſtitu.de obliga.quæ ex de-
licto.naſc.Hippoly.in pract.§.cōſtante.Imol , &
Areti.in.l.ſi ſtipulatus fuerit.ff.de verbo. obliga.
Felin.in.c.ſicut dignū,de homici.Pet.Plaza. in.1.
parte.tract.delicto.c.16.nu.14. neq; id facere de-
bent,ex eo ꝙ crimina oporteret coerceri.Potiſſi
mū hac noſtra ætate,in qua delictorū ſcelera pul-
lulant,& quos virtutis amor non alliceret ad be-
ne faciendū eos ſaltim criminis reos pœnarū for-
mido delinquendo abſterreret , à reſipiſcant vt,
ideoq; ſeuerius eſſe puniēdos iuxta illud. Horat.
Oderunt peccare boni virtutis amore, oderūt pec
care mali formidine pœnæ. ſed id intelligendum
eſt in criminoſos,de quorū delictis apparet in pro
ceſſu,non tamē innocētem,quia delicta ſuos au-
thores ſequuntur Ezechiel.18.cū plene notatis à
me,ad Segur.in tract.de bonis Lucra. conſt. ma-
tri.nu.1.nec ſunt faciēda mala,vt inde proueniāt
bona.c.ſuper.eo.de vſur,igitur innocēs nunquam
erit puniēdus,cōuictus autē de crimine, ſecūdum
grauitatē delicti puniēdus erit.c.tātæ exceſſ.prę
l.c.excōmunicamus.§.credētes.de hære.c. fœli-
cis.§.cæterū de pœnis lib.6.nec obſtat.illud.c.ex
pedit vnū mori pro populo.Nā accipiēdū eſt cū
ille ſit noxius nō aliter,vt nō ſit periculū,& exi-
tiū ciuibus,merito propter ſuā culpā eſt excludē
dus à conſortio ciuiū,& ferat pœnā ſui delicti, vt
per Ferdan.Micha.in.lib.1.cōtrouerſ.q.c.13. vbi
citat illud Ouidij lib.2.elegiarū,æquo animo, qui
meruere ferāt,& in Pſal.100.in matutino interfi-
ciebā.oēs peccatores terræ,vt diſperderem de ci
uitate domini,oēs operātes iniqtatē , culpabiles.
ergo tātū & nō innocētes ſunt puniēdi.Ex quibꝰ
etiā infertur.receptās filiū vel patrē,poſt delictū
cōmiſſum,nec pręſtans auxilium , ad delinquēdū
nec ad ipſum delictum continuandum , ſed tan-
tum ad pœnam excuſandam,qua venit delinquēs
propter crimen caſtigandus , receptatoris pœna
non teneri. Quia ſeipſum accuſare quis non tene-
tur rū quia pater,& filius ſunt vna caro & ſanguis
l.quarta. ff. de inofficio. teſtamen. l. ne cum ſer-
uo.ff.de fur.& ex prædictis paul[illegible]te. idem di-
cendum de vxore,& econuerſo cum ad paria iu-
dicentur

Digitized by Google

dicentur.cap.pen.de adult.Geneſ.2.hoc nunc os
ex oſsibos meis,caro &c.& Apoſto.ad Epheſios
5.mulieres viris ſuis ſubditæ ſuot ſicut Dño,quo-
niã vir caput eſt mulieris,ſicur Chriſtus caput eſt
eccleſiæ,ipſe ſaluator corporis eius,& paulo infe
rius ait,ita & viri debẽt diligere vxores ſuas vt cor
pora ſua,qui vxorẽ ſuam diligit,ſeipſum diligit.
nemo vnquã carnẽ ſuam odio habuit, ſed nutrit,
& fouet eam,ſicut & Chriſtus eccleſiam quia mẽ
bra ſumus corporis eius,de carne eius & de oſsibus
eius propter hoc relinquet homo patrem & ma-
trem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ & erunt duo
in carne voa, ſi ergo maritus & vxor cenſentur
vnum corpus & non diuerſum cap.debitum.debi
gam.c.gaudemus de diuort.capi.denuptis.31.q.2
cap.Agatoſa in fin.27.q.2.hinc dicitur mariti. &
vxoris vna domus.l.1.§.ſi ver.ff.ad Syllanian.itẽ
voa ſocictas diuinæ & humanæ domus. l. aduer-
ſus.C.de crim.expil.hære. l. 1.rerum amot. ideo
dicitur q maritus & vxor debent eſſe participes
bonæ,& malæ fortuoæ alterutrius.l.ſi cum dotẽ.
§.ſi maritus,& ibi.doct.ff.ſoluto matri.Bald.in.l.
vbi adhuc.3.colũ.C.de iure dot.& de hac vnitate
mariti,& vxoris multa dicit Specul. tit.de feudis
§.quoniam verſi.vigeſimo.Socin.nepos in conſi.
76.n.136.lib.1.ergo ſiue filius ſit,ſiue parter,ſiue
vxor,vel maritus ratione prædicta abſque pœna
viciſsim poſſunt receptare, quia alias ſequeretur
q ſe ipſos perdere,& ad pœnam ducere teneren-
tur,aduerſus omne ius naturale,& diuinum, quo
quis intendit conſeruare ſeipſum & non accuſare
nec odium habere contra carnem propriam,quod
grauius eſt,quam in alium inſeruire.ff.per totum
de his qui ſibi mortem conſci.& dixi in.l.9.tit.15
ſupra hoc.lib.8.præterea Michol liberauit mari-
tum ſuum Dauidem contra præceptũ regis Saul.
vt patet.1.Regum.ca.19.imò vt pluribus placet,
vxor tenetur receptare maritum.Specu.in tit. de
dona.inter virum & vxorem.§.fin.Nellus in tra-
ctatu bannitorum.3.par.a.temporis.q.22.& ibi ci
tat Speculatorem vbi ſupra.& Alberi. & Angel.
ſequitur Specul.in tract.de maleficijs. part. dicto
maleficio.nu.25.fol.paruæ impreſsionis.214. Fe
lin.in.c.cũ quidam nu.11.de iur.iur.Ioan. Lup. in
repeti.rubr.de dona.inter vir.& vxor.§.50.n.24
verſic.poteſt poni exẽplũ de marito inquiſito de
crimine capitali.fo.30.col.3.vbi plura exẽpla de
ducit,nã vnus debet cõpati alterius infortunio, ſi
cut inter ſe dolẽt mẽbra corporis humani. l. ſi cũ
dotẽ.§.ſin autẽ inſequiſsimo.ff.ſolu.matri.l.1.C.đ
diuort.ca.inter alia de ſentẽtia excõmunicationis,
nec etiã pater tenetur,ſi filiũ receptauerit etiã in
crimine grauiſsimo,ab ipſo filio commiſſo,etſi ei
dederit,pecuniã,famulũ & equũ,ad ipſius libera-
tionẽ,tũ quia natura idẽ ſunt & carne.l.ne cũ ſer-
uo.ff.de furt.tũ quia vnicuiq; licitũ eſt redimere
propriũ ſanguinẽ,& natura princeps omnium hu
manarũ legũ id ſuadet. ex quo iudices curiarum
quos peſquiſidores dicimus,qui ſunt deuoratores
hominũ,& pecuniarũ,qui aliqñ fecerũt cõdẽna-
tionẽ patri receptatori ſui filij fuerunt à ſupremis
iudicibus cõdẽnari ad reddendã pœnã pecuniariã
patri & omnia dãna,& intereſſe & expẽſas,quas
hac occaſione fecit,& iuſtiſsime & ita ſeruatur in
practica apud ſupremos cõſiliarios regios,q ſem-
per habent iura,& æquitatẽ in frõte.Dixi in part.
1.quæſtionũ.q.207.incipit. Titius incarceratus
videlicet fuiſſe,q a paternõ tenetur ſoluere pœnã
pecuniariã pro delicto filij,etiã ex bonis, quæ p
legitima parte filio deberẽtur gl.Panor. & cõmu
nis in.c.2.de deli.puero.Bart.per tex.ibi.in.l. 1.§.
ſi impuberi.ff.de coll.bon.Bal in.l.ſi qua pœn.ff.
de his quæ ſunt ſui cõmune ſatetur Couar.libr.2.
Varia.reſo.c.8.nu.7. Vbi vide. Quæritur præter
ea vtrũ idem dicendũ ſit in receptatore delinquẽ
tis,qui ei eſt cõſanguineus intra quartũ gradũ cõ
ſanguinitatis?quid etiã in amico ſocietate,& ami-
citia magna coniuncto delinquenti,an ex his cau
ſis,liberentur,à pœna receptatorũ. ¶ Videtur q
eo ipſo,quod apparet receptatũ conſanguineum
eſſe receptantis,vel maxima amicitia coniũctus,
quæ loco ſanguinis habetur,cũ amici ſint vna ani
ma in duobus,corporibus diuiſa debet receptans à
pœna liberari quia fuit abſq; dolo redimẽdo pro
priũ ſanguinẽ & faciẽdo id,qđ natura inſita in cor
dibus hominũ ſuadet,& eius calore,& lege motus
igitur erit ſine culpa,tũ etiã quia ſi nõ feciſſet fuiſ
ſet delinquẽs punitus in maximã iniuriã, & infa-
miã.ipſius,& totius generis forte quia ex qualita
te delicti pœna deberet eſſe cũ infamia puniri &
in cõſanguineorũ opprobriũ cõuerteretur. ergo
cũ licitũ ſit ſuo pudori parcere,& cõſeruare hono
rẽ amiſsio cuius morti naturali præponit vt ſupra
ſæpius notatũ eſt,& adde.Tho.Gram.voto.17.ſ.
n.6.fol.1.233.ergo pari ratione.ſicut eſt licitũ re
dimere vitã naturalẽ & mortalẽ, ſine qua nullus
viuẽs dici põt,ſed mortuus cũ ſit eadẽ & nõ diuer
ſa ratio infamis loco mortui habetur.gloſſ.1.in.c.
vno delegatorũ ibi,idẽ eſſet ſi aliter efficiatur in-
famis ſupra.de reſc.ſcitatus &c.tex.in.l.iuxta.ff.
de manu.& vind.egregia,& notãda.l.4.ti.13.par.
2.& honor omni cõmodo pecuniario præponen
dus eſt.l.miles.§.ſocer & ibi notat Angel.co.2.ff.
de adult.l.Iulianus.ff.ſiqs omni cauſa.teſtam. & q
negligit famã crudelis eſt.c.nolo.12.q.1.c.cũ pro
næ ibi glo.verb.infamiã de priuileg.lib.6. Alber.
in.l.ſi qui aduocatorũ nu.1.C.de poſtul.Guilliel.
Benedi.in.rep.c.Raynut.verb.mortuo.1.n.315.
đ teſtamẽtis vbi multa cõgerit Fernã.Micha.li.1
illauſ quæſtio.cap.11.numer.7.vbi agit de quæ-
ſtione,

Digitized by Google

ſtione, an homo ſit dominus ſui honoris quem vide, ſed infamia afflicto, & iniuria mei conſanguinei, meus eſt dolor. l. 1. & l. 2. de lib. cauſ. quas retuli in. l. 5. gloſſ. 1. titu. 9. lib. 4. ordinam. ergo receptando conſanguineum cum ſit ipſe in cauſa prima conſeruationis ſui honoris quæ eſt perferenda. l. præſes. C. de ſeru. & aqua. non erit puniendus pro receptione. l. 2. ff. de recepta. Matthæ. de Afflict. lib. 1. feud. cap. 1. §. etſi clientulus. colũ. ,. num. 17. de alienatio. feudo. vbi à numer. præced. 51. col. 2. verſ. 5. nota quod licet vaſſallus ponit multa permiſſa ratione conſanguinitatis, quæ alias non permitterentur, quẽ vide per diſcurſum 4. columna. nam ſunt neceſſaria, ſic ergo receptãs conſanguineum. non eſt puniendus ſaltem ordinaria pœna ſed leuiori cum ſit abſque dolo, cum vinculum naturale poſitiuo ſit præferendum, nẽpe conſeruatio ſui ipſius reſpectu honoris, & amicitiæ. Sicut fecit Ionathas Dauidi celando eum à Saule Rege. 1. reg. ca. 19 & 20. & ſic infertur vtſupra dixi. idem dicendum eſſe de amico maxima amicitia coniuncto delinquenti ex his, quę de amicitia tradit Barba. in capit. cum. M. de conſt. & Segur. in repe. l. imperator numero. 17. & ibi ad eum cumulata in meis annotatio. ff. ad Trebellianum. Guiliel. Benedict. in rep. cap. Raynutius, verb. teſtamentum. 3. de teſtam. num. 46. Iaſ. conſil. 70. colum. fin. lib. 1. Plaza de delictis. cap. 43. numero primo. cum ſeq. 7. ampliſsime Andr. Tiraquellus de pœnis temperand. cauſa. 22. concludens non eſſe peccandum propter amicum ſi tamen peccaueris ob id ſolum, vt ſaluti eius conſulas, non tam ſeuere, crimen tale puniendum eſſe, quam ſi extranei cauſa id ipſum admiſeris, quia amicitia præfertur fraternitati, & conſanguinitati, vt ait D. Ambroſi. plerunque amiciſe potius beneuolentiæ quiſque committit, quam fratris neceſsitudini, & Valerius Maximus libr. quarto. titul. 7. de amicitia in hæc verba exorditur, contemplemur nunc amicitiæ vinculum, potẽs & præualidum, neque vlla ex parte ſanguinis, viribus inferius, hoc etiã certius, & exploratius quia illud naſcendi fortuitum opus, hoc vniuscuiuſque ſolido iudicio inchoata voluntas contrahit. & Cicer, lib. 1. officio. ſanguinis (inquit) coniunctio, & beneuolentia deuincit charitate homines magnũ eſt enim habere monumenta maiorum eiſdemq́; vti ſacris, ſepulchra habere communia: ſed omniũ ſocietatum nulla præſtantior eſt nulla firmior, quam cum viri boni moribus ſimiles ſunt familiaritate coniuncti, & ſocietas dicitur fraternitas Iaſ. in. l. apertiſsimi. col. 3. C. de iud. l. nemo. §. qui frater. ff. de hær. inſtituẽ. & Prou. 18. dicitur, vir amicabilis ad ſocietatem, magis amicus erit quam frater & amicitiã in ordine ſcripturæ apud iuriſcõſultos reperimus neceſsitudine prælatã. l. ſi ſeru' pluriũ. §. fin. ibi legatarij charitas. & neceſsitudo. ff. de leg. 1. & in. l. Theopompus. in illis verbis, amici mei & cognati. ff. de dot. prælegat. l. ſed ſi plures. §. in arrogato, in fin. ibi amicos, vel cognatus. ff. de vulg. & pup. l. affectionis, ibi amicos vel neceſſarios, ff. de don. ſenſit Panor. in. c. fin. ad fin. de poſtulan. notãs ex dicto Vincent. ꝙ ibi propinquitas præfertur amicitiæ, quaſi dicat ſecos eſſe alibi, vnde Heſiod. ſed nequãgermanus quiſq; eſt æquãdus amori & Diu. Tho. in opuſculo, quod ſcripſit de dilectio. Dei, & proximi ſimpliciter aſſerit amicitiã cõſanguinitari præponderari, igitur amicum reuelans eſſet alter Iudas, & tenetur amicũ magis quã aliũ defendere, & à receptationis pœna excuſatur, & etiã ſi bannitus ſit. Alex. conſi. 244. poſt reditũ col. 2. n. 10. lib. 2. per. l. fin. ff. de receptatoribus. gl. receptauerit. in. c. fœlicis de pœn. lib. 6.

¶ Quid autẽ erit de receptante delinquẽtem poſt bonum iudicis, vt fieri ſolet facta informatione delicti in proceſſum? reſpondeo ꝙ ex receptatione nõ erit puniẽdus ignorãs illũ fuiſſe banitũ aut à iudice prohibitũ ne ab aliquo præſidiũ recipiat, arg. l. 1. ff. de recepta Matthæ. Afflict. in conſtitu. Neapo. lib. 2. Rub. 3. verſi. 20. nota ex tex. ibi receptatores. n. 85. poſt And. Iſerniã, ibi & ignorãtia & bona fides præſumitur niſi probetur contrariũ. l. veri'. ff. de probat. gl. in. l. 1. ff. de receptatoribus. tex. in. l. ſuper ſeruis in illis verbis & ſuã ignorãtiã eo ꝙ cõtrariũ minime probatur oſtẽdere, vbi gl. plura iura citat. C. qui mil. poſſ. vel non lib. 12. Seg. in rep. l. 1. §. ſi vir. n. 89. ff. de verb. obli. probabitur ergo iuramẽto receptãtis, cũ ꝑẽdeat ſciẽtia vel ignorãtia ab eius animo. c. ſi vero. 2. de ſenten. excom. gl. in. c. ſignifi. 1. de homi. Rota. antiq. deciſ. 493. gl. in. §. nanq́; ſicut vbi angel. & Iaſ. inſti. de actio gl. in. l. atqui natura. §. cũ me abſente. ff. de neg. geſt. Hippoly. in repe. rub. ff. de fidei iuſſo. n. 41. & Exod. c. 22. ſi quis inquit cõmendauerit &c. & ita procedit. l. 1. C. de his qui latr. occultan. & probãt. l. 2. §. dominij eo. tit. in illis verbis. ſi præſentes & ſcientes vltro non obtulerint nocẽtes, vel admoniti eos exhibere detulerint, nã Dñs quidẽ poſſeſsionis Dño ſeruabitur procurator, ſeu primates perpetuo exilio ſubiacebũt. facit. l. 4. ibi *le dieſſe ayuda aſabiendas*. tit. 14. par. 7. l. 5. tit. 26. eadẽ par. quæ loquitur in receptãte hęreticũ. & reqrit, ſciẽtiã dicẽs, *ninguno de ellos ſea oſado de reſcebir a ſabiendas*. &c. & l. 6. eod. tit. & probat iſta regia lex. ibi. *y el alcalde los defendiere ſabida la verdad*. ergo ſi ei nõ cõſtaſſet delinquentẽ eſſe per informationẽ iudicis requirentis nõtenẽtur ei credere vt ſupra habitũ eſt, alias noli æmulari in malignantibus, nec zelaueris facientes iniquitatem. Pſal. 36. & adde. gl. 1. in. l. 2. infra eod. titul.

¶ *Lex Secunda.*

Digitized by Google

¶ *Ley. II. Que ſi los alcaydes no dieren los malfechores ſean cercados y derribadas las forſalezas.*

¶ El Rey dõ Alonſo en Soria.

¶ El miſmo en Valladolid año de mil.ccc.lxxxviij.

ORdenamóſque qualquier, o qualeſquier ſeñores de fortalezas o alcaydes de caſtillos que defendieren[a] a los que matan: fieren: o roban: o lleuã mugeres, caſadas, o deſpoſadas: o otras mugeres por fuerça: o fazen otros maleficios de que merecen pena corporal en los cuerpos. Si ſeyendo requeridos por los alcaldes, o juezes q̃ han de cumplir juſticia para que entreguen los malfechores y robos: y no los quiſieren entregar para que ſe faga dellos juſticia. Mandamos al nueſtro adelãtado de la tierra: y a las nueſtras juſticias donde fuere la dicha fortaleza y caſtillo, o caſa fuerte o alcaçar q̃ requieran a los ſeñores y alcaydes dellas que les entreguẽ los dichos

¶ *Lex Secunda.*

¶ *Defendieren.* Scilicet ſcienter, & moniti à iudice competenti ad quem ſpectat puniri talem delinquentem non alias ex hac.l.2, &.l.fin. cap.de his qui latro.occultan.& ex notatis in.l.1.ſupra eod. titulo nono. libro ſexto. ordinament. ſupra. & ſingul. l. vndecima. in legibus confraternitatis. quæ eſt expendenda & obſeruanda ad huius. l. interpretationem. ſingul. l. trigeſimaſeptima. ibi. *ſeyendole pronado que lo ſabia quando lo recibio en ſu caſa.* titulo decimo nono. infra eod. libro octauo. ordin. quam ſingul. dicit Auendañus de mandatis regum.2. parti. capitulo ſeptimo. numero vndecimo. quamnis corrupte citet. 37.

¶ *Juſtirias ſeyendo certificados.* Nota caſum. in quo domus, vel fortalitium debet deſtrui propter delictum, eſt text.in authen.de pace tenenda, & iur. firm.§. receptatotibus. alium caſum in.l.14. in legibus confraternitatis, alium caſum.in.l.6.titulo vigeſimo ſeptimo.part.ſecunda.& ibi Grego.Lopez verb. *Jus caſas.* alium in.l.prima.titulo decimo. libro. 4. ordinamen.& ibi dixi in gloſſa ſecunda. alium in cap.fœlicis de pœnis libro ſexto.ibi fiant habitationes eorum deſertæ, & vt non ſit, qui eos inhabitet, dentur cuncta ipſius ædificia in ruinam & vt perpetuæ notam infamiæ perpetua ruina teſtetur, nullo tempore reparentur & ſic eadem pœna imponitur committenti crimen læſæ maieſtatis, Matthæ. de Affliĉt.in capitulo primo. quæ ſunt regalia, in verb.& bona committentium numer. trigeſimoſeptimo.libro tertio.feudorum.fo.185. columna quarta.qui extendit pœnam dict. capi. fœlicis ad crimen læſæ maieſtatis, & quod de conſuetudine ſeruatur & Anto.Gomet.in tract.delictorum.capitulo primo.numer.11.verſic. hodie, tamen in noſtro regno tenet Albe. in. l.ſi is cumquo. ff. com. diuidun. & eſt expreſſa lex. 6. titul. 27. partira ſecunda. Hieronymus Gigas. de cri. læſæ maieſtatis pagin. 317. quæſtion. 35. 36.& 37. plura ſcripſit in materia, Lucas de pœn. in. l. quiſquis columna ſecunda. verſi. vtrum autem in tali crimine. C. de pet. bon. ſubla. libro decimo. vbi dicit nulla.l. cautum repetire domum committentis crimen læſæ maieſtatis dirui debere ſed id fieri, æquiſſimum eſſe in deteſtationem huius criminis, blaſphemus, enim tali pœna afficiebatur. capi. quando. verſi. Nabuchodonoſor. 23. queſtione quarta. idem de eo, qui cardinalem interfecit. dict. ca. fœlicis de pœnis libr. 6. columna quarta.ad med.& cap.17.nume.7.verſi.& primo idem de eo qui pacem tenere & iurare noluit, vt in titul. de pace iuram. firm.§. præterea bona, procedi enim debet in his criminibus, de ſimilibus ad ſimilia. l. famoſi. ad fin. ibi ad exemplum legis Iuliæ. ff. ad legem Iuliam maieſta. idem tenuit Matthæ. de Affliĉt. in ca.1.§.& bona committentium, nu. 37. in titulo, quæ ſint regalia vbi dixit q domus eius, qui commiſit crimen læſæ maieſtatis deſtruenda eſt fundamẽtaliter, ſubdẽs q hæc noua pœna impoſita per tex.in.d.c.fœlicis & atteſtatur ſe vidiſſe quod dã

edictum regis Ludouici & reginæ Ioannæ primæ de morte doctoris Andreæ de Iſernia conſiliarij tunc regij, qui in ciuitare Neapolis occiſus eſt in veſpere cuiuſdam diei.2.Octobris anno Chriſtianæ redemptionis.1353.& eius occiſores damnati fuerunt ad pœnam mortis confiſcationis bonorum & quod eorum domus deſtruerentur, ſed ſalua eius æſtimatione dic quod non eſt noua pœna, vt per dictas leges partitæ conſtat, tum etiam ex antiqua Romanorum, vt legitur apud Plinium minorem in ſuo libello de viris illuſtribus, vbi dixit quod Quintus Dictator effectus. Sp. Melium à Seruilio Hala magiſtro equitum occidi iuſsit & illius domum ſolo æquari, ex eo quod regnum affectauit, id proculdubio maieſtatis crimen erat, vt de Digantibus ſcriptom legimus hoc carmine. Affectaſſe ferunt regnum cœleſte Gigantes. ¶ Legimus & in Venetorum hiſtorijs, quod Marinus Faletro Dux deprehenſus cum quibuſdam plebis conſpiraſſe, vt ex ciuitatis duce cuius temptrata eſt poteſtas tyrannide ciuitatem occuparent, qui captus à Senatu iuſſus eſt capite mulctari eiuſque ædes ſolo æquatæ. Idque in noſtra Hiſpania ſeruatur in criminibus, quæ committuntur contra regem & Deum ſeminatur terra ſale vt conſtat apud Ioſephum. libro quinto. antiquitat. cap. 11. pagin. 259. Dubium eſt vtrum domus deſtructa & ſubiecta aratro cũ ſale vt moris eſt in noſtra Hiſpania, poſsit reædificari ſine licentia Principis? videtur quod non ex capit. fœlicis de pœn. libro ſexto. & l. 6. titul. 13. par. 2. l. ſeruus vbi Cyn. Bart. Bald. & Salyce. C. de pœnis Felin. in cap. ex literis. numero vndecimo. verſi. 2. concluſio, diſpoſitio pœnalis. de conſtitu. Philip. Frãcus in dict. capitu. fœlicis columna prima. verſic. Vltimo nota, nume. tertio. Alber. Brun. in tract. de reſtrictio. verſicul. 2. concluſio ſit. num. 19. in. 11 volumine. tract. diuerſorum, ſecundum impreſſ. Ludug. anni. 1554. Sed eſt dubium domus delinquentis eſt communis cum alio qui crimen non commiſit, an ſit diruenda in præiudicium ſocij, videtur dicendum quod non, quia innocens non debet puniri pro ſocio, imo ratione connexitatis & indiuiduitatis tota domus debet manere incolumis. argu. tex. in. l. ſi communem. ff. quemadmo. ſerui. amittant. cap. vna ſententia de appellationibus & quæ dixi in titulo. 1. de iudicijs in rub. columna. 743. verſic. quæro, cæptum eſt iudicium. lib. 3. ordio. & Marc. de Mantua ſing. 276. & quæ tradit Anto. Corſetus in ſuis ſingul. verſi. communitas duo fratres vbi plura ſcribit, & tenet quod domus communis propter delictũ ſocij non debet deſtrui, ſed pœna ſit commutãda in alia argu. eorum quæ notantur in. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam, & per cõſequens domus non eſt deſtruenda, & hãc opinionem æquiorem & communiorem & tenendam firmãt Corſet. in dict. ſing. communitas & faciunt quæ adduxi ad Segur. in tract. de bonis lucratis conſtã. matri. inter marit. & vxo. nume. 26. quam totam additionem tranſcripſit Gabriel Saray. citando prædictum locum Seguræ in ſuis additis, ad Anto. Corſet: in dict. ſingul. communitas. in addi. incipi. idem tenet Iaſo. in. l. 1. C. de tranſact. fol. 589. columna prima. melius agit de hac quæſtione ſubijciens optimam diſtinctionem Bar. in l. Atheius. §. de eo opere. verſicu. hoc facit ad quæſtionem quæ antiquitus mota fuit. ff. de aqua pluuia arcenda, & ibi habes duas additiones. Si igitur domus eſſet communis vel pars inferior ſocij delinquentis cum non delinquente, innocens non debet priuari ſuo iure propter rebellem facit. l. 77. Tauri, & not. Hieron. Gigas in tract. læſæ maieſtatis libro ſecundo. quæſtione trigeſimaſeptima. & quid de vxore, an ratione ſuæ dotis poſsit impedire deſtructionem domus mariti. Vide per eũdem Hieronymum Gigantem vbi ſupra. quæſtione. 36. etſi deſtruatur propter culpam ſocij ſocius contra quem habebit actionem ad damnum recuperandum? Vid. Segur. in dict. tractat. de bonis lucratis conſtant. matrimonio, & Hierony. Gigant. dicta quæſtione trigeſimaſeptima. reſolotiue dicerem, aut fiſcus fuit delinquentis vniuerſalis ſucceſſor propter crimen læſæ maieſtatis, ſeu hæreſis, aut in aliqua parte, vel in pœna domus præcipitur deſtrui abſque confiſcatione aliorum

malfechores y a las mugeres y a los q̃ las leuarõ y a los robos pa q̃ ſe faga lo q̃ fuere juſticia y derecho y ſinolos quiſierẽ entregar. Mandamos al dicho adelantado y juſticias ſeyẽdo certificados por teſtimonio de eſcriuano publico delo ſuſodicho q̃ vayã a la dicha fortaleza: y la tomẽ y la derriben porque ſea exẽplo y caſtigo que otros no ſe atreuã a fazer lo ſemejante.

aliorum booorum', quæ ſuperſunt etiam deſtructa domo ad ſatisſactionem credirorum, in primo caſu ten:tur ſiſcus, in. 2. etiam ſi alia bona non ſuperſunr, quia pœna ſine damno tertij cui ius eſt prius quæſitum, eſt intelligenda in vltimo caſu, reuertitur ad delinqueorem ruius occaſione fuit damnificatus ſocius, cum habear alia bona vnde ſatiſfacere poſsit & hæc videtur optima diſtinctio, & iam vidi in pract. quia præceptum principis, legis, ſeu ſtatuti debent intelligi ſine damno alterius. capir. quamuis de reſc. libr. 6. l. 2. ff. ne quis in loco publico in. §. merito.

¶ Ley. III. Que los lugares y fortalezas dr las ciudades y villas ſean reſtituydos por los tomadores

¶ El Rey don Alonſo en Valladolid quando cnmplio quinze años.

Porque algunas perſonas en los tiempos paſſados con muy grande oſadia y atreuimiento tomaron y ſe alçaron con algunos caſtillos y fortalezas y con algunas aldeas y terminos đ nueſtras ciudades: y villas y lugares de nueſtra corona real: los tienē forçados y robados. Nueſtra merced y volũtad es q̃ luego ſean requeridos por nr̃as cartas los q̃ aſsi los tomaron y tienen. E ſi no los quiſierē luego dexar o deſamparar libre y deſembargadamente ſe faga proceſſo cōtra ellos por derecho. Y eſto miſmo mandamos y ordenamos de los que ſe alçaren: y tomarē deſde aqui adelante las dichas fortalezas y aldeas y terminos. Pero q̃ ſi algunos los tienē con algun titulo derecho parezcā a lo moſtrar ante nos y nos lo oyremos.

¶ Lex Tertia.

a *¶ Tienen con algun titulo drrecho.* Nota q̃ poſſeſſor caſtelli vel fortalitij tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeſsionis cum ſit præſumptio contra eum quod ſit intruſus per vim & in præiudicium regni & regis, ex eo. enim quod eſt prohibita conſtructio fortalitiorum ſine licentia ſpeciali Principis & in loco proprio. l. trigeſima ſecũda. titulo decimooctauo. part. ſecunda. l. 58. capitulo vigeſimotertio. lib. pragmat. 46. Tauri. l. ſeptima. titulo ſeptimo. libro quarto. ſuper ordina. vbi dixi & l. decima. inſra hoc titulo. cum ergo licentia requiratur niſi apparcat, princeps poterit talē poſſeſſorem expellere nec ipſe poterit recuſare oſtendere titulum principi. ſicut clericus. titulum beneficij prælaro, & ad eius inſtantiam ex gloſ. in reg. beneficium. de regu. iuris libro ſexto. in verb. licite, in verſi. poteſt dici primam partem veram. eſt tex. de præbend. ca. dilecto. vbi lis verſabatur interr epiſcopum, & cancellarium ad officium cuius competebat remouere iniuſtos detentores, vt oſtenderent titulos præbendarum ſeu dignitatum capit. ex frequentibus. de inſti. & capitulo. ordinarij de officio ordinarij libro ſexto. gloſſ. pragmaticæ ſanctio. gallicanæ titulo de pacifi poſſeſſo. verb. moleſtari. folio. 294. columna ſecunda. & ibi in. §. ordinarij. verbo. inquirant. fol. 306. columna prima. no. ra. Panormitan. in capitulo licet. numero vigeſimo ſecundo. de ſimo. Aymon Crauette conſi. 258. numero decimotertio. libro ſecundo. & Conciliũ Trident. ſub Paolo. tertio. ſeſsio. ſeptima. capitulo quintoſi ergo prælatus poteſt inquirere de titulis ſuorum clericorum, vt iuſte poſsideant beneficia eccleſiaſtica, ne illa habeant per intruſionem, hoc eſt ſine licentia, & approbatione papæ vel, prælati ad quem ſpectat prouiſio & collatio beneficij, & princeps id facere non poteſt, cum intruſus nullo tempore poteſt purgare vitium intruſionis. Felinus in capitulo in noſtra collatione octaua. corollario ſecundo. de reſcriptis. cum ſit occupatio iniuſta ſcienter. ex Panormitano io capitulo. quia diuerſitatem numero ſecundo. de conceſsione præbendæ. Milis in repertori. verbo. intrutus. capitulo cum iam dudum ibi, intruſionis. de præbendis. capitulo cum qui. eodem. titulo. libro ſexto. tamē ad exclu

dendum alium preter prælatum ſufficit. q̃ habeat coloratum, & iuſtificatum ingreſſum cum poſſeſſione pacifica triennali. ex reg. Inno. 8. cancellariæ apoſtol. cæ. 33. & ſic requiritur. reg. de tri. poſſeſſ. bonam fidem cum exigat titulum coloratũ. Caſſad. in reg. cancellariæ, de ciſione. 29. & firmat deciſio. 11. num. 4. & illa poſſeſſio non dat titulum ſed facit ad ipſum defendendum in poſſeſſione contra alium, ne teneatur oſtendere canonicum titulum ſeu proprietatem. Fel. capit. ſicut num. 31. de re iudica. quia magnum eſt cõ modum poſſeſsionis, vt quis non teneatur in temporalibus oſtendere cauſam poſſeſsionis ſed aduerſarius eam probare debet ſi velit obtinere. l. fin. C. de rei vend. nec eſt priuandus ſua poſſeſſione etiam ſi appareat iniuſta abſque eo, quod ſit citatus, & deducit ſuum ius coram iudice, quia poteſt habere diſpenſationem à rege. ca. licet epiſcopus de præbend. lib. 6. l. fin. C. ſi per vim, vel alio modo. l. meminerint. C. vnde vi. Barb. in additionibus ad Bald. in. l. 2. C. ſi propter. publi. penſ. Felinus. in. ca. fin. numer. 24. de praeſc. & in. ca. cum olim. num. 11. de re iud in. c. 2. de ſimo. Philip. Deci. in. l. ſi pacto quo pœnam col. 2. num. 4. de pact. Ludo. Roma. cõſi. 158. col. 1. & ſingul. 766. poſſeſſio etiam. Rota antiq. deciſi. 70. nu. 1. Roch. Curtius de iure patronatus. verbo. honorificum. q. 53. & 54. Decius conſi. 191. colu. 3. verb. venio ad ſecundum Hippo. ſingular. 195. Panor. in. c. cum noſtris num. 19. de conceſſ. præbend. ſi ergo iniuſto poſſeſſori non eſt auferenda poſſeſsio eo non vocato, per præmiſſa. & ſine cauſę cognitione. Pan. in. c. de cætero. col. 4. nu. 7. de re iud. merito hanc ſententiam voluit probare Rex catholicus Fernãdus poſt regem Illefonſum in hac lege dicendo. *Pero ſi algunos los tienen con titulo derecho &c.* Et ad de. l. fin. titul. 7. lib. 4. ordin. ſupra vbi defenditur ne nobiles adinuicem ſe per vim expolient fortalitijs, ſeu caſtellis. Quæritur an Caſtella, & fortalitia conſtitui poſſent in proprio loco & maxime in confinibus territorij. dic vt dixi in. l. 1. titul. 7. Lib. 4. ordina. ſupra optime declarat Matthæ. de Afflict. quod non liceat caſtella turres vel caſtra ædificare ſine licentia regis in locis dominij Principis, & quando in ſolo proprio. & quando non in rubr. 29. de nouis ædificijs notab. 4. numer. 3. vbi multa ponit, quæ ſunt in præſ. annotanda.

Ley. IIII. Que ſe faga proceſſo contra los alcaydes y ſeñores delos caſtillos ſobre los males que dellos ſe hizieren.

Idem. En Madrid.

OTroſi porq̃ de los caſtillos y caſas fuertes que algunos tienen ſe han hecho y fazẽ algunos robos y males a. Mãdamos que ſe faga proceſſo aſsi contra los ſeñores de los tales caſtillos y caſas fuertes como contra aq̃llos que los tuuieren por ellos en tal manera q̃ emienden y paguẽ los daños y males q̃ hizieren. Y q̃ las nr̃as juſticias cõ toda diligencia hagan los dichos proceſſos.

Lex Quarta.

a *Robos y males.* Ad regẽ. enim ſpectat ſubditos ab omni damno & ſtrage tyrãnorum ſecuros facere, ne ab ipſis ſeu ab alijs in perſonis, vel rebus, damna, neque iniuriæ inferãtur. l. congruit. ff. de offic. præſidis. l. 5. ti. 13. libr. 2. ſupra. & ſemper remouenda eſt occaſio ad malum. l. vni. §. ſed ne, C. de lat. lib. Tollen. Affli. lib. 1. Neapol. cõſt. rub. 9. nu. 1. dixi. in glo. *los defender.* in. l. 1. ſupra. iſto tit. 16. lib. 8. ordina. & pro pace conſeruanda reipub. licet principibus à ſubditis gabellas, & alia tributa recipere, vt habetur in. 7. volumine tract. fol. 82. nu. 100. qui eſt Ioan. Neuizan. in ſylua nupti. libr. 5. & inter conſilia Alberti Brunij. conſi. 12. partes. fol. 1. vnde dicuntur ſocij furum niſi prouideant & impediant oppreſſiones & tenentur ad reſtitutionem Iſai. 1. & 52. frater Ludouic. in tract. de veritate contritionis. fol. 136. de prima circunſtantia perſonæ, quia criminum patientia proxima conſenſui eſt. Petrarch. Epiſtol. 91. & error cui non reſiſtitur approbatur. late Buſt. in Roſario. libro. 1. litera. N. & dicit Hippol. in. l. nihil intereſt. ff. de ſicar. quod princeps tenetur parti ad intereſſe de iniuſtitia facta p̃ iudicem. Ioan. Nenizan. vbi ſupra. fol. 83. colũ. 1. ſic ergo princeps obuiat in præſenti lege malitijs dominorum Caſtellorum eorumq́ue loca tenentium cum pœna in verſic. mandamos. & damni cauſam præſtantes quocunq́ue modo tenentur læſis criminaliter, & ad pœnas ciuiles & criminales. & intereſſe, & damnum paſsis. l. 1. & l. 4. ad legem Iuliam maieſta. l. qui. ſeruo. lex. in furti. §. 1. & ſeq. & l. ſi pignore. §. penul. ff. de furtis. l. vn. C. de rapinis. ver. 1. §. interdum inſtitu. de oblig. quę ex ma-

ex maleſi.cap.fin.de exceſſ.præla.ibi temere violauit verum etiam induxit alios &c. Ioan. de terra Rubea.in tract. contra rebeller ſuorum regum in.3.tracta.artic.10.verſic.octaua cóclusio.fo. 98. colum.3.& ibi additio in parte ad intereſſe ergo.

¶ *Ley. V. De los que roban en los caminos.*

¶ Idem. ¶ En Alcala.

LOs caminos caudales: aſſi los q̃ van a ſanctiago: como de vna ciudad a otra: y de vna villa a otra: y los mercados y ferias, deuen ſer guardados y amparados. Porende defendemos que perſona alguna no ſea oſada de hazer en los dichos caminos fuerças ni robos[a]: y qualquier que las hiziere allende de las penas que deue padeſcer por derecho: caya y incurra en pena de ſeyſcientos maravedis [b] para la nueſtra camara.

Cum ad regis officium proprium ſit per ſuam iuſtitiam deprimere malos. & exaltare bonos. capit. reg. 23. q.5. defendere oppreſſos, & viduas pupillosque tutari. capit. administratores. 23. q. 5. tradit antonius Corſ. in libr. de poteſtate & excellentia regis. q.32. Ioan. de terra Rubea vbi ſupra. §. an autem verſi. prima concluſ.fol. 100. colum. 2. & ibi additio verbo. propriũ eſt. vbi habes quod ſit regum officium igitur bene facit noſter princeps hæc præueniendo cum ſit Dominus & protector regni quantum ad veram & iuridicam protectionem, & curam, & adminiſtrationem iuſtitiæ, non aliat cum ſit Chriſti. vicarius in temporalibus, vt dixi in procemi, quæſt. ſupra in prima parte. quæſtio. 1. & quod Dominus villę vel agri. in quo commiſſa eſt robaria, vel communitas teneatur ſatisfacere damnum de ſuis bonis, ſi rapinam committens non inueniatur, vel bona eius non ſatisfaciant, ad ſatisfactionem. optima. l. 4. titul. 7. part. 5. & ibi Gregorius Lupus in verb. *el concejo*. & in verb. *ſo cuyo ſeñorio*. l. fin. tit. 13. lib. 2. ordinam. l. 76. in legibus ſtyli. l. 17. incipiẽt. *man*dan los Reyes. & ibi Grego. Lup. in gloſſ. 2. titu. 18. par. 3. Ierni. in. capi. 1. verb. vectigalia titulo. quæ ſint regal. & Bald. de pace iur firm. §. conuenticulas.

¶ Lex. *Quinta*.

a ¶ *Fuerças ni robos*. Qui vltra pœnam corporalem poſitã à iure & per leges confraternitatis, probata robaria & damno illato tenetur ad æſtimationem, quæ fuerit illius robariæ facta, iuramento damnum paſſi. l. ſi quando. C. vnde vi. l. 8. titul. 3. & l. 4. tit. 7. part. 5. l. 11. tit. 9. par. 7. & l. 9. titul. 10. ead. 7. part. & vid. quæ dixi in gloſ. 1. l. 4. hoc titulo.

b ¶ *Seyſcientos marauedis*. de bona moneta & ſic de bonis morabitinis. l. 3. titul. 8. libr. 4. ordinamen.

¶ *Ley. VI. So color de repreſarias o de execuciones de deudas no ſe fagan robos.*

¶ El Rey y Reyna.

MAndamos que por quanto algunas perſonas[c] con grande oſadia y atreuimiento ſo color de hazer prendas y repreſarias hazẽ muchos robos y deſpojos diziendo tener carta executoria y no tan ſolamente cõ ella: mas diziendo q̃ alguna perſona, o cõcejo, o ſeñor del le deue alguna coſa: por ſolamẽte algun requerimiẽto de algũ alcalde o perſona: para q̃ le faga luego pagar ſin guardar forma ni orden de juyzio: y como quiera q̃ el ſeñor

¶ Lex Sexta.

c ¶ *Algunas perſonas*. Quæ ſub ſpecie boni robarias, & furta & oppreſsiones faciunt, quæ dici poſſunt ſub agni ſpecie lupum gerere & innocentes nimis affligunt, vt experientia docet, & ſic oportet malitijs hominum obuiare, nec ſub prætextu pignoris robariam, & furtum, ſeu repreſariã faciãt. vt in preſenti lege ſanctiſsimè ſtatuitur & in. l. 12. & in l. 13. ti. 12. lib. 5. ordin. de repreſarijs. adde Bar. in tract. repreſaliarum vbi per. 18. colum. materiam reſoluit. Archidia. in. c. domus. 23. q. 2. col. 2. n. 12. Innoc. in ca. olim de reſtitu. Spoliato. Domini. & Ancha. in. c. 1. de pœnis lib. 6. Bal. & Salicet. in au

then. imo ad debitum. C. de actio. & obli. & quæ tradit Tho. 2. 2 q. 40. arti. 1. vbi bellum non debet indici ſine authoritate Principis: ſed ſi aliquis velit petere exigat coram ſuperiore, ne ſibi quis dicat ius quod eſt prohibitum, eſt addendus Ioannes Andre. in reg. non debet de reg. iur. libr. 6. in mercu-ri. Bal. in autenti. & omnino. C. ne vxor pro marito. Soci. conſi. 220. colu. fina. verſi. & certe ex plurimis nu- a mero. 21. lib. 1. vbi dicitur ꝙ tunc poſſunt concedi repreſaliæ quãdo denegatur illud quod eſt debitum, de iure gẽtium. quia hoc ſolum eſt licitũ per pugnã proſequi, cum contineat æquitatẽ faciens repreſariam propria autoritate incidit in pœnam quadruplicẽ de iure communi. in authen. vt non fiant impigno. pro alijs perſonis propria autoritate,

reydõ Enrique nueſtro hermano: defendio por las leyes que hizo en las cortes de Ocaña, y Nieua: que no ſe puſieſſen en ſus cartas executorias: ſaluo las juſticias ordinarias: y perſonas muy conoſcidas y abonadas y aun ſomos informados que los nueſtros contadores mayores dan cartas con facultad para que ſe hagã prẽdas y repreſarias: y es toda ocaſion que eſte nombre dure: y ſo eſte color ſe hazẽ grandes robos. Porẽde mandamos y defendemos a los del nueſtro cõſejo y oydores de la nueſtra audiencia: y alcaldes y otras juſticias de la nueſtra caſa y corte y chãcilleria que de aqui adelante no dẽ ni librẽ nueſtras cartas ni ſentencias ni otras prouiſiones algunas para que fagã executores: ſaluo a las juſticias ordinarias: y con muy juſta cauſa a algunas perſonas muy conoſcidas en nueſtra corte: llanas y abonadas: y dẽfendemos q̃ ningunas ni algunas perſonas por teſtimonios q̃ tomen: ni porque digan que les es denegada la juſticia ni por robos q̃ digã que les han ſeydo fechos ni por cauſa ni color alguna no fagan prendas ni repreſarias en perſonas ni en bienes algunos en poblado ni en deſpoblado. Pero ſi alguna action y derecho túuierẽ contra algun concejo, o perſona: o por coſa que digan que le deuen o les es obligado q̃ lo pidan primeramente por via ordinaria ante quiẽ o como deuẽ faſta auer ſentencia o obligacion de aq̃lla: y deſpues pida execucion por via ordinaria ante quien y como deua. Y el que de otra guiſa lo fiziere [a] y prendas: o re-

& cõſtitu. Neapol. rubr. 9. libro. 2. ponit medietatem bonorum ſicut iſta lex. vi. Mat. de Afflict. in. 6. nota. numero. 80.

a ¶ *El que de otra guiſa lo hiziere.* Nota pœnam contra faciẽtes propria authoritate impignorationes & repreſarias, nam amittit actionem, quam habebat ad debitum & medietatẽ bonorum cameræ Regis, & tãquam oppreſſor viarum & ſalteador publicus eſt puniẽdus, quæ pœna in practica ſeruatur, & cũ medietas bonorum cõfiſcetur veniunt iura & actiones. l. bonorum. in fin. &. l. meorũ. ff. de verb. ſigni. gl. in. l. princeps. ff. eo. matth. de Affli. in conſti. regni Siciliæ & Neapoli. rub. 9. nu. 80. verſic. Sexto not. ibi preſalias ſiue repreſalias.

o repreſarias, o toma hiziere que eſte tal pierda la deuda que dixere que le deuen: y pierda la meytad de ſus bienes para la nueſtra camara: y fiſco: y aya pena de ſalteador y forçador publico. La qual ſea dada en qualquier lugar que pueda ſer auido. Y aquel a cuya cauſa ſe fiziere que pierda el priuilegio y la merced de que pidiere execucion: y pierda la deuda por la primera vez. Y por la ſegunda aya la pena ſuſodicha de robador. Pero porque las perſonas que tienen priuilegios y cartas ſobre eſcriptas de contadores de marauedis: o de otras coſas qualeſquier, o obligaciones que traen aparejada execucion puedan cobrar ſus deudas y no ſe les quite el remedio para las cobrar. Mandamos y ordenamos que las tales perſonas requieran a las juſticias donde eſtan los deudores que preſtamente les fagan juſticia: y ſino lo quiſieren aſsi hazer que requieran al concejo y juſticia de la tal ciudad villa o lugar para que le fagan luego adminiſtrar juſticia. E ſi aſsi no lo hizieren que las tales perſonas vengan o embien al nueſtro conſejo: y mueſtren las diligencias y con ellas le ſea dado executor llano y abonado como ſuſodicho es para que pueda fazer execucion por la tal deuda en los bienes y perſonas de los deudores y de ſus fiadores: y de la juſticia y regidores, y officiales del concejo que fueron requeridos y fueron negligentes en lo cumplir: y de otra guiſa no ſe fagan ſo las penas ſuſodichas.

¶ *Ley, VII. De la pena en que caen los caualleros o ſus hombres que roban a otros y como ſe deue fazer peſquiſa ſobre los robos.*

¶ El Rey don Enrique. II. en Toro. Año de mil cccc vj.

¶ El Rey y Reyna en Madrigal. Año de mil cccc. lxxvj.

¶ Aprouaron las hermandades y las ordenanças y leyes ſobre ellas fechas para ſeguridad de los caminos.

O Rdenamos y mandamos que ſi algun cauallero: o perſona poderoſa: o ſu compaña y hombres que con ellos viuan robaren o tomaren alguna coſa contra voluntad de cuya fuere: que las nueſtras juſticias lo hagan luego pagar [a] de los bienes de los tales con el tres tanto: y ſi los robadores fueren hombres de guiſa: que lo paguen con el tres tanto como dicho es y ſi bienes no tuuieren que les de pena en los cuerpos: la que de-

¶ *Lex. Septima.*

[a] ¶ *Lo hagan luego pagar.* Nota pœnam tripli, & ſupple vna cum rei nouaſſe æſtimationē. §. ex maleficijs. inſtitu. de actioni. l. 3. titul. 13. part. 7. in illis verbis. *la primera es pecho, ca el que roba la coſa es tenudo de la tornar con tres tanto demas de quanto podria valer la coſa ro*

Digitized by Google

in pace, & abſque damno homines viuere valeant tuti ab hominibus iniquis, & non debent eſſe negligentes, alias eis erit imputandum ſi quid ſiniſtrum fieri contigerit. vt diximus in. l. 4. ſupra iſto titulo non debent ſubditi aliquod damnum, vel malum pati.

¶ Ley. IX. *Que la juſticia haga executar las penas en los malhechores.*

Idem.

ORdenamos q̃ las nueſtras juſticias y alcaldes de las ciudades y villas y lugares de nueſtros reynos y ſeñorios hagan y executen la nueſtra juſticia en los que la meresciieren: y ſi no la hizieren nos las mãdemos executar en ellos, como aquellos q̃ hazẽ de pleyto agẽno ſuyo: ſegũ ſe cõtiene en eſte libro en el titulo d̃ los veedores.

¶ *Anden de noche.* Tribuni vel milites in loco deputato ſtare debent hoc eſt in loco officij, vt expellere & terrere poſſint iniquos noctu diuque vagantes, nec ipſi debent eſſe in otio vel extra locum vbi poſſint adminiſtrare iuſtitiã, alias ſunt puniendi, argum. l. Tribuni. C. de re militari lib. 12. & l. inſignis. & l. prata. & vtrobiq; Bartol. C. de paſcuis publicis, vel priuat. lib. 11. l. 17. ad finem. titul. 18. par. 3. ibi. *y por eſta guarda que ha deſazer queda el Rey en precio tal auer, o tal renta, y dando le el Rey lo que con el puſiere ſi por culpa o por negligencia o engaño de aquel guardador algun daño viniere, q̃ ſea tenudo de lo pechar.* & ibi Grego. Lup. in glo. fin. glo. & doct. in l. neminem. C. de ſacroſanct. eccleſ. Bal. in cap. in cauſis in verb. nobis intrantibus de pace cõſtant. libr. feudorum. fol. 36. columna quarta. cum ſeq. reperitur in lib. iuris ciuilis, qui volumen nuncupatur.

¶ Lex Nona

por no pagar [a] a ſus acreedores en [b] fortalezas, ni caſtillos, ni en caſas de morada, ni en lugar de ſeñorio, ni de abadengo, aunque digan que lo tienen por priuilegio, o por vſo y coſtumbre: Mas luego que fuere requerido el dueño de la fortaleza, o lugar, o caſa donde eſto ouiere receptado qualquier malhechor o deudor y las juſticias del, o el Alcayde que lo receptare, ſea tenido de lo entregar por requiſicion del

de homine libero exhibendo, neque tenetur ad intereſſe. quem text. ſolemnem, & ſingularem dixit Petrus Gerard. ſing. 17. Hippol, ſing. 366. Ioã. de Platea in §. pretere. Inſti. de Actionib. vbi Iaſ. col. 10. dixit hoc dictum diligentiſsimè notandum quia quotidianum, & fortè alibi non reperiri. ex quo dicto clarè infertur, quòd titulus de recepta. non habet locum in ciuilibus, ſed ſolum in criminalibus tamen hoc eſt de iure communi, nam iure regio, hic vides ſtatui cõtrarium, & bene cum de noſtro iure debitor ſit aſtrictus realiter ad ſeruiendũ creditori ceſsione facta. vt conſtat per l. 5. tit. 12. li. 5. ſupra pragm. Regum Catholicorũ ideo tenetur quis debitorem nõ receptare, ſed propalare creditori, qui habet ius perſonale & reale in eo, quod eſt memoriæ mandandum, & iudex debet tẽpus præfigere debitori ſecundum quantitatem debiti. vt in l. 5. ti. 12. li. 5. ſupra. ibi, *Y el juez limite tiẽpo el deudor que ha de ſeruir al acreedor*, tamen iudex nullo modo decernere poſſet. quòd huiuſmodi debitor in perpetuam ſeruiret creditori, quamuis debitum eſſet valde magnum, quia induceret ſeruitutem damnatam omnino per tex. in l. ob æs. C. de actionibus & obligationibus. & ſic intellige Bald. & Paul. in l. 1. C. qui bonis cedere poſſunt. Sed eſt dubiũ vtrum vxor poſſet pro ſua dote petere maritum in ſeruum iuxta leges regias. Videtur poſſe & quòd ſit præferenda, vt dixi in l. 5. ti. 12. li. 5. ordina. & probatur in ſimili per tex. in l. quòd nomine, ff. de condictio. indeb. & per ea quæ dicit Alexan. io l. maritum. ff. ſoluto matrimonio.

a ¶ *Fuyeren por no pagar*. Eximens debitorem aliquẽ de manibus iudicis eius vel familia, tenetur ipſe ad debiti ſolutionem, ad quam tenebatur captus tãquã ſi pro eo fideiuſsiſſet, l. quoties. C. de exact. trib. lib. 10. Bald. in l. addictos. C. de epiſcop. audien. & in l. fina. nu. 1. & ibi additio. C. de oper. liberto. Bart. Bald. Ang. & Paul. in l. ſed eximendi, & in l. ſequenti per illa iura. ff. ne quis eum qui in ius voc. vi. exi. Hipp. in ſing. 137. in iure clarũ eſt, quod etiam ait procedere in eo, qui notificauit debitori alicuius quòd fugam arriperet, quia creditor ſuus ordinauerat facere eum capi. & detineri tenetur enim creditori ad ſoluendum debitum illud, ſi fugit ea occaſione debitor. et ait dixiſſe Petrum, Anchar. conſ. 341. viſo themate. in fin. Bald. col. 4. & præpoſi. in c. . dilectis. de appellatio. & Hippo. in rubric. de fideiuſſor. col. 7. in prin. & eſt verbum notandum, & quotidianum, & amplius quã ſemel iudicaui. ¶ Quæritur an debitor fugitiuus qui eſt in actu fugæ, vel habitu paratus ad fugam poſsit capi authoritate propria creditoris, & duci ad iudicem? Reſpon. poſſe. l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quę in fraud, credit. l. extat. ff. quod met. cauſa. & in auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag. §. neceſsitatẽ. Hipp. ſing. 43. Segur. cum ibiã me annot. in addit. in repert. l. ab exhæredati. n. 5. ff. de leg. 1. etiam ſi debitor fugitiuus ſit clericus facere poterit ſine metu excommunicationis. quia caret dolo, & non facit animo iniuriandi clericum, ſed recuperandi ſibi debitũ. arg. c. ſi quis ſuadente diabolo. 17. quæſtio. 4. ergo diabolo non ſuadente ceſſabit pœna. tenet etiã Hipp. alios referens in d. ſing. 43. Paris de Puteo in tract. ſyndic. verb. captura. n. 10. Io. Lup. in. l. 66. n. 27. in Taurinis ſanctionibus. Ripa. lib. 1. reſponſo. c. 13. Iaſ. in §. 1. n. 69. de actio. Stepha. Aufre. in rep. clem. 1. regu. 3. nu. 15. de offi. ordin. Panor. in c. cum non ab homine. de iudic. per tex. in c. clim. 1. de reſtit. ſpolia. Caiet. in ſum. verb. excõmunicatio. c. 10. Ratio eſt, vt dixi, quia deficit dolus & animus ad delinquendum, cum ipſum detineat iure permitiente. per d. §. ſi debitorem, quæ ſunt accipienda vbi eſſet periculũ in aditione iudicis, alias locum non haberet captura, niſi de mandato iudicis præcedente informatione debiti. & fugæ ſuſpicione. Rom. conſ. 320. verſ. 3. quidẽ. Tho. Parpali. in repe. l. a. col. 12. ff. ſolu. matr. dixi ad Segurã in additio. l. ab exhæredati. num. 5. ff. de leg. 1. eſt l. 66. Tauri. *Ninguno*. & ita practicatur in regno. ¶ Quæri poteſt, an pro debito ciuili, nobilis aut mulier honeſta poſsit detineri, & capi? Reſpond. eſt, quòd non, cum in carcere detineri nequeant

queant. l. 4. ibi, *que ningun fidalgo pueda ſer preſo, ni encarcelado por deuda que deua.* tit. 2. lib. 4. ordina. quæ procedit in debito prouenieti ex cauſa ciuili nõ autẽ ex criminali. l. 79. Tauri. & idẽ eſt dicẽdũ in mulieribus, nã licet habeat iſtud priuilegiũ, per l. 62. Tauri, nõ tamẽ eis cõpetit in debito cauſato propter delictum. vt per d. l. 79. Taur. Sed eſt dubiũ, vtrũ fideiuſſor datus pro nobili, ſeu mulier pro debito ciuili ſolutione poſsit in carcerẽ detrudi, quouſq; creditori ſatisfaciat, non obſtãte priuilegio conceſſo reo principali? & eſt rñdendum affirmatiuè, quòd poterit in

juez del delicto, o del juez del deudor, ſo las penas contenidas en las leyes ſobre eſto fechas y ordenadas por el ſeñor Rey don Iuan nueſtro padre: cuya anima Dios aya: E de mas que eſte ſea caſo de Corte a para que ſea demandado, o accuſado en la nueſtra Corte el aceptador, o defendedor del tal deudor, o malhechor, y ſea tenido y obligado a las penas que el malhechor deuia padeſcer por ſu delicto, y a la deuda que el deudor deuiere.

Titulo. 18. De las fuerças b, y daños.

carcerari, quia priuilegiũ fuit perſonale, & nõ tranſit in fideiuſſorẽ qui in defectũ principalis, nõ potẽtis, vel nolẽtis ſoluere fuit datus, & ſic recurritur ad fideiuſſorẽ, cũ debitũ eſt verũ, & nõ reſcinditur ex dolo creditoris, & ſic eſt cauſſa ſubſidiaria, ad quã ceſſante remedio ordinario, eſt recurrendum alias fruſtratoriè interueniret fideiuſſor, ſi eodem priuilegio deberet vti, quod eſſe nõ debet quia verba cõtractus, ſeu promiſsionũ, debẽt aliquid operari. l. ſi quãdo. ff. de leg. 1. Bal. in Rub. C. de cõtract. emptio. & fideiuſſor eſt debitor. l. blãdirus. C. de fideiuſſor. præſertim cũ dicat ſe principalẽ debitorem faciẽdo de debito & facto alieno, proprium, vt cõmuniter dicit, in obligationibus, quæ verſantur in Caſtella cõmuni ſtylo, & ſic ex proprio facto in euentũ cõditionis cõuenitur, nẽpe quia principalis nõ vult, aut nõ põt ſoluere. Secũdo cõfirmatur in terminis ex ſentẽtia Angeli in l. ſtychũ aut. §. q vulgo, ff. de ſolutio. cuius verba ſunt, nota q appellat fideiuſſorẽ reũ abuſiuè, tñ eſt reus nõ propriè, ſtẽ fideiuſſor dicitur debitor. C. de fideiuſſoribus. l. blãditus. C. adde tu ad hoc Bart. in l. 1. ſi. col. ff. ſi cert. petat. & in l. ſpadonem. §. q ciuitas. ff. de excuſa. tuto. Aret in l. fideiuſſor, in notab. ff. de leg. 1. proſequuntur Ange. vbi ſup. beneficium ergo datũ reo ex forma ſtatuti, videtur porrigi ad fideiuſſorem quoniã & ipſe reus eſt, exẽplũ, ſi ſtatutũ dicit reũ non poſſe incarcerari pro debito, nec fideiuſſor incarcerabitur, quia reus eſt, licet non reus principalis. Contrariũ credo, vbi de iure cõmuni carceratio eſt permiſſa, quia dictũ ſtatutũ exorbitat à iure cõmuni, vnde propriè, & ſtrictè eſt ſumendũ. vt in l. quicquid aſtringẽdæ. ff. de verbo. obliga. & l. conſtitutionibus ad municipalẽ, ſed fideiuſſor non eſt propriè reus, vt patet ex diuerſitate nominum. vt C. de codicill. l. ſi idem. & eadẽ verba formalia refert, & ſequitur Imo. in d. §. q vulgò. col. 2. facit text. bene in argu. in l. 2. C. de prædi. minor. tũ etiam quia qualitas nobilitatis, eſt perſonalis, & non tranſmiſsibilis ad alium, & etiam ſexui, & ſic per mutationem perſonæ diſſoluitur priuilegium, cum ſit ratione perſonæ & non rei, cum ergo fideiuſſor non ſit nobilis, nec fœmina non gaudet prędicto priuilegio, ne incarceribus, vel vltra quam facere poſsit teneatur. l. licitatio. §. fina. ff. de publ. & vecti. Segur. in repe. l. 3. §. fi. nu. 119. ff. de liber. & poſthu. vbi per mutationem perſonæ tollitur priuilegium.

a ¶ *Que eſte ſea caſo de Corte.* Alios caſus curię ponit l. 1. vbi dixi in verb. *pobres.* titi. 1. lib. 3. ordina. & in l. 1. tit. 2. & l. 14. verſ. *ſaluo en aquellos caſos.* eodem. tit. 2. & lib. 3. ordina. l. 23. ti. 9. par. 2. l. 5. tit. 3. par. 3. vbi Greg. Lup. in verb. *E ſon eſtos.*

¶ *TITVLVS XVIII. De viola & damnis.*

b ¶ *Fuerças.* Vis eſt neceſsitas impoſita contraria voluntati, maioriſque rei impetus qui repelli nõ poteſt. l. 2. ff. quòd metus cauſa. eſt videndus Briſon. lib. 19. de verb. ſigni. pagi. 625. cum 2. ſequentibus qui multa de vi tractat. l. 1. titul. 10. par. 7. & quot ſint ſpecies violentiarum adde Bald. cõſil. 140. nu. 2. lib. 2. Tho. Gram. conſi. 43. & 55. Iaſ. in l. ſi quando. C. vnde vi. nu. 1. cum ſeq. & aliquæ quæſtiones circa materiam huius rubri. de violentijs. vid. per Petrũ Folleri. in practi. crimina. in fragmentorum parte. num. 110. pag. 442. melius per Iacob. de nouello in pract. & theorica cauſarũ crimina. tractatus ad

Digitized by Google

tus ad defenſam.num.104.pagina.618.col.2.verſi. ſcicus aliquem accedere.de interdicto vnde vi. omnino eſt videndus Goffred.iu ſua practi. libello. a. par.rubr.de interdicto vnde vi.nu.1.cum pluribus ſequen.vbi de violentijs aliqua cōſcripta reliquit.

daños [a].

¶ *Ley.I.Contra los que tomaren, o forçaren los bienes de la yglesia, o las perſonas eccleſiaſticas.*

℄ El Rey don Enrique. II. en Toro. Año mil ccccix.

a ¶ *Daños.* Danum ab ademprione, & qua ſi diminurione patrimonij dicit.l.3.ff.de dã noinfect.Quintilian. declamatio. 320. damnatum diffinit amiſsionem bonorum, quę habuerimus, qui hoc ibidem tradit.damnationem ex eo dictã eſſe, quòd pleriſque criminibus imponeretur. proinde nemo damnum facit, niſi cuid aliqui de ſuo diminuitur, & deperit.aliud eſt damnum facere aliud lucro prohiberi.l.26.ff.de damn.infect.aliud lucrum extorqueri, aliud damnum, infligi.l.6.§. ſimili modo. ff. quæ in fraud. creditoris damnum etiam pati videtur, qui commodum amittit, quod ex publico conſequebatur, quale quale ſit veluti ſi proſpectus aut aditus deterior anguſtiorve fiat.l.2.in princ.& §. merito. ff. ne quid in loco publi.Bruſſo. libr.4. de verb.ſignific.pag.162.l.1.tit.15.de damnis. p.7. vbi Grego.Lupus in verb. *Daño es.* ¶ Quis autem emendam damni petere poſsit? R͂nde.is, qui damnum recipit in re ſua vel qui eius mandatum, vel ſucceſſorem exercet titulo pro hærede, cum hæres, & defunctus cenſeantur vna, & eadem perſona in authen.de iure iur.à moriente præſt.in prin. Confirmatur ex dictis Azo.in ſum. C.de lege Aquil. col.2. verſi.competit autem actio.l.a.ti.15. parti.7. Vtrum autem princeps poſsit remittere damna ſingularibus perſonis pro bono pacis, & propter vtilitatem publicam quæ in pace cōſiſtit, eſt dicendum quòd ſic Bald. in l. conuentionum. ff.de pact.& concedi bona ciuium. Bald. in l. bene à Zenone.C.de quadri. præſc.col.1.Decius cōſil.352.col.1.& conſi.520.col.1.Pariſ.con.10.nu. 25.lib.1.Matth.Afflict.deciſio.361.col.2.Rolan. Valle, conſi.86.nu.65.verſi.verſatur vtilitas publica, alias non poterit remittere in præiudicium priuati, vt declaraui in l.1.gl.1.titu.a.lib.1. ordina.& multacitat erudite Anto.Queſada libro.1.diuerſa. quæſt.c.8.Quæri etiam poteſt, ſi vnus dat damnũ in bonis Titij, cum quò eſt facta pax, an ex tali dãno ei illato videatur rumpere pacem? Reſpondendũ eſt quòd ſic Aluar.in c.1.§.ſi quis quinq;. verſ. quæro ab extr.in titu.de pace tenen. poſt Bald. Iacob.nouell.in practi. & theorica cauſarum criminal.nu.80.verſicu.octuageſimo.ſi facta pace vnus. pagi 583.col.2.quæ opinio intelligenda eſt, quando ex facto antiquo præceſsit, ſecus ſi hoc fieret ex cauſa & diſcordia orta de noua quæ à principio cogitata non fuit ſecundum prædictos.

℄ Vtrum damnum illatum Petro cenſeatur datũ à vicinis, ſi ſunt malæ famę? Reſpond. damna præſumuntur data à vicinis, niſi bona, & laudibilis eorum fama, & conuerſatio eſſet in cōtrariũ, iſta enim bona præſumptio excuſat quia pro bono præſumitur bene, & quòd prudens prudenterque viuat. Alexan.ad Bart.in l.fi.addi.3.ff.de quæſtio.& in conſi.89.viſo themate.column.2.verſi. confirmantur prædicti.libro.3.Corne.conſil.58. li.2. Philip.Deci. conſi.189.colum.pen.Thomas Gramma.conſi.65.in cauſa humili.col.2. Hippol. in pract.crimi.§.diligenter.nu.196. & in l. de minore.§.plurimum.n.91.vbi multa cumulat, & dicit Bald, & Imol.in l.fin.col.fin.ff.de hæred. inſtituend.quòd ille qui minatur habet præſumptionẽ contra ſe, & ille, qui habet rem furtiuam penes ſe habet iudicium contra ſe niſi ſit homo bonæ famæ, & conditionis, vitæ, & ſtatus. Nam illa indicia tunc eliduntur, quia qualitas præcedẽtis vitæ, elidit huiuſmodi indicia.c. cum iuuentute.de præſumptio.l.3.§ ſed ſi ex improuiſo.ibi, inſpecto vitæ præcedentis actu.ff. de re mili.vbi Bart. notat, quòd probatio bonæ vitæ habet minuere indicia, quæ faciunt contra malefactorem. per tex.ibi, & per tex.in l.ſequ.illius tituli.§.fin.& in l.non omnis.§.à Barbaris.ff.de re milita.Bald.in l.fin.C.de probationibus.Marc.Anto.Blanc.in rep.l.fina.ff. de quæſt.nu.417.& in pract.crimina.pag.86r. n 44.Iaſ.in l.1.in fin.verb.C.communia de leg. vbi Bart.dictum reputat ſingulare. ſic ergo vna præſumptio elidit aliam, & quæ eſt in fauorem rei, eſt potius admittenda, cum ſit ad liberandum, & non ad condemnandum.l.pen.ff. de pœn.reg. odia. de regu.iur.in 6.& eſt notandum, nam ſæpè contingit in actu practico.

QValeſquier forçadores y tomadores que forçaren, o tomaren [b] algunos bienes de las

¶ Lex Prima.

b ¶ *Forçaren, o tomaren.* Violenter accipiens rẽ eccleſiæ, ſeu monaſteriorum, vel miniſtrorum, ſeu eccleſiaſticarum perſonarum, ſi monitus à die monitionis non reſtituerit, & emendam fecerit eccleſiæ, ſeu perſonæ eccleſiaſticæ punitur cum omni executione ad inſtar filij in redditibus Regis, in duplum nomine pœnæ, quod eſt applicandum in forma præſẽtis legis, & vẽditiones bonorũ delin

yglesias, y monesterios y personas eccleſiaſticas q̃ ſeyẽdo req̃ridos faſta ſeys dias del dia q̃ fuerẽ req̃ridos ſino tornaren, y no fizierẽ emienda y ſatisfaciõ de lo q̃ aſsi tomaren, o forçaren. Mãdamos a los nr̃os adelantados y merinos y juſticias de las nr̃as ciudades y villas y lugares donde acaeciere q̃ hagan execucion en bienes de los dichos forçadores y tomadores, y les hagã pagar cõ el doblo todo lo q̃ aſsi tomarẽ y forçaren y vẽdã ſus bienes como por nr̃o auer: y paguen a quiẽ recibio el daño y fuerça de lo que le tomarõ y forçarõ: y el doblo q̃ ſe reparta en eſta manera: la tercia parte para la nueſtra camara, y la otra tercia parte para la obra d̃la Igleſia Cathedral del Obiſpado donde eſto acaeſciere: y la otra tercia parte para el juez, o official q̃ la dicha entrega hiziere. Y mandamos a las juſticias que fagan ſanas las venciones que ſobre eſta razon fueren hechas.

¶ Ley. II. Contra los que fizierẽ eſtatutos, o fuerças a los juezes de la Igleſia para q̃ alcen los entredichos, o excomuniones.

OTroſi mãdamos q̃ los que fizieren agrauios y fuerças a las perſonas eccleſiaſticas[a]; y fizie-

quentiũ ad ſatisfaciendũ præcepto huius legis factas iudices debẽt facere certas, & ſanas. ſ. ne vlla repetitio in bonis locũ habeat, nec deinceps moleſtia emptoribus rerũ detur. h. d. ¶ Pro cõfirmatione adde tex. in auth. Itẽ nulla cõmunitas. C. de epiſcop. & cler. eu iusliteræ eſt. Itẽ nulla cõmunitas, vel perſona publica, vel priuata collectas vel exactiones angarias, vel perangarias eccleſijs, vel alijs pijs locis, aut eccleſiaſticis perſonis imponere, aut inuadere eccleſiaſtica bona, præſumat, q̃d ſi fecerint, & requiſiti ab eccleſia vel imperio emẽdate contẽpſerint, triplũ refundant, & nihilominus bãno imperiali ſubiaceant, q̃d abſque ſatisfactione debita nullatenus remittatur, & fuit conſti. Frede. imperatoris de ſtatu, & conſ. contra liber. eccleſiæ. col. 10. §. item nulla poſita. in fi. lib. 2. feudo. in volu. fol. 24. col. 4. cũ ſeq. pro cuius declaratione eſt videndus. Iaco. Butrig. in d. auth. Itẽ nulla cõmunitas per. 6. colũnas. & ſub triplo cõtinetur ſimplum in quo dãnũ paſſus eſt. §. tripli. Inſti. de actio. Violentus tenetur rẽ cũ fructibus perceptis, & qui percipi poterũt, & reſarcire plenariè dãna, ex inuaſione cauſata. ca. grauis. de reſtitu. ſpoliat. l. 40. titul. 28. par. 3. vbi vide Greg. Lupum & ſic intellige. l. iſtã q̃ violẽtus poſſeſſor tenetur ad rei inuaſæ reſtitutionẽ, cũ omnibus fructibus perceptis, & quæ percipi potuerunt per dicta iura, & etiam habet locũ contra ſucceſſorem in vitio. c. ſæpè. de reſtitu. ſpoliato. c. cum ad ſedem, ibi vel ſpoliationẽ factã ratam habuerit. eod. titu. & facit. l. ſi quis in tantum. C. vnde vi. l. 2. & ibi dixi titu. 14. Ioann. Neuiza. conſi. 82, colum. 1. & agenti contra ſpoliatorem interdicto recuperandæ non obſtat aliqua exceptio etiã dominij incontinenti; probatur, ex ijs quæ in materia notat Ferdinan. à Menchac. li. 2. illuſtriũ controuerſiarum. c. 88. & ipſum vide in ca. 86. nu. 1. vbi agit de intellectu. ca. cum eccleſia ſubtrina. de cauſa poſſeſsionis, & proprietatis. & capit. ad decimas. de reſtitution. ſpoliat. in 6. quo loco ponit quatuor decim intellectus ad iſtum capit. ad decimas, quem vide & adde. ca. reintegranda. 3 quæſtio. 1. & c. ſæpè. & ibi notatur à Ripa poſt alios de reſtit. ſpoliatorum. & ibi late ſcripſi.

¶ *Lex Secunda.*

a ¶ *Agrauios y fuerças a las perſonas eccleſiaſticas.* Adde tex. in conſtitutio. Frederici, incipi. Nos Fredericus Romanorum Imperator. titulo. de ſtatu. & conſuetud. contra libertatem eccleſiæ editis reperitur impreſſum in volu. ad fin. lib. 2. feudo. bonus text. in cap. non minus. & in c. aduerſus. de immuni.

Digitized by Google

muni.eccleſ.& cap.1.& capi.clericis.& ea.eos qui eod.titulo.lib.6. quæ iura lege per te, contra aliquid ſtatuentes, directè, vel indirectè, aduerſus libertatem, & immunitatem eccleſiæ, & eccleſiaſticarũ perſonarũ, qui ſunt ipſo iure excommunicati & non abſoluendi ante ſatisfactionem l. 2.titulo.9.par. 1. verſiculo. *La dezena* & ad de.l.1.ibi. *exemptos deuen ſer los ſacerdotes, y miniſtros de la ſancta Igleſia de todo tributo.*, vbi dixi in glo.1.titu.3. lib.1. ordinamenti ſuprà, etiam ſi ſint clerici primæ tonſuræ non coniugati. l 13.eod.titu.& l.23.ti.4.lib. 4.ordinamen. qui originem ſumpſit ex Ioann. 2. Numantiæ anni 1528.die 8.Septembris peti.7.panormi.in capit.eum non ab homine numero. a. de iudicijs, pro declaratione adde.l.16.tit.3.libro.primo, ordinamenti quæ declarat. quando clerici in minoribus conſtituti debent gaudere immunitate eccleſiaſtica & de habitu ipſorum.& l.21.& 22. & in lib.prag.Regum Catholicorum, que eſt bulla ſeu conceſsio.Alexan. Papæ quam etiam refert ſumma quæ margarita confeſſorum dicitur. folio. 192.column.a.& ſimile indultum, Regi Francorũ datum, habetur per Nicol.Boeti.deciſio.69.ad fin. & l.23.in curijs Toleti, Anni 1525.& l.31.de Madrid. Anni de 1528.& in Concilio Tridentino, ſub Pio Papa Quarto, celebrato.ſeſsio.23.Canon, 6. incip. nullus prima tonſura ex quibus recipiens de habitu, & tonſura, & officio, quod debet habere clericus in minoribus nõ coniugatus, vel coniugatus, vt priuilegio clerica.gaudeat dominus Epiſcopus Segouienſis in pract.quæſt.cap.32.vbi omnino vide. Hodie autem tex.dict. Concilij Tridenti inſertus eſt in l.1.tit.4.lib.1.Recopil. vbi ad pedem literæ concordat, & id ſeruandum eſt, ſcilicet vt nullus priuilegio clericali gaudeat, niſi beneficium habeat, aut eccleſiæ ſeruiat tonſurã deferens vel ſit in vniuerſitate, & an hoc caſu requiratur quòd ſit in matriculam relatus expediti iuris eſt, per tex.ſingularem in l.ex eo.in fi.ff.de mil.teſta. Item ſi ſit vxoratus quòd ſeruiat eccleſiæ de mandato epiſcopi.& deferat habitum & tonſuram, Vt habetur in dict.l.1.& ibi ponuntur qualitates veſtium quas debent huiuſmodi clerici portare, vt euitentur rixæ & æmulationes inter iudices. Quod idem ſanxit Sanctiſsimus Pius Quintus in proprio motu, incipienti cu n aliàs, ex authoritate, per quem proprium motum ſtatutũ fuit, quod alienigenæ, ſeu euntes ad curiam Romanam tenerentur, intra decem dies poſtquam in eadem curia ſunt aſsiſtentes, oſtendere ſe & nomen & cognomen & patriam ordines & beneficia & hoſpitia & quod deferant habitum ſecundum ſtatum, ſub pœna ibi poſita, & vsinam huiuſmodi ſtatutũ in curijs principis eſſet ſtatutum atque ſancitum, & quis ordo ſit ſeruandus circa contentiones iuriſdictionis inter iſtos, vide text.in l.8.§. *Primeramente*. titulo.4. libro 1. Recopil.

ren eſtatutos contra ellos [a], porque alcen los entredichos, o ſentencia de excommunion que ſon pueſtas por ellos [b], o manda-

a ¶ *Eſtatutos contra ellos*. Adde l.10.& 11.titu.3.lib.1. ſupra & ſunt excommunicati ipſo iure, ſi non reuocauerunt talia ſtatuta, ipſi condentes. & ſucceſſores, vt habetur in c. aduerſus. de immunita.eccleſia.l.a.titu.9. part.8.& in concordiam, adductis ſupra. in 1.gloſ. huius legis, & cap nouerint.49.de ſentent.excommunicationis. Sed eſt dubium, an in caſibus præmiſsis, quibus incidunt in excommunicationem iudices, & ſtatuentes, vel facientes contra immunitatem eccleſiæ, & eccleſiaſticarum perſonarum ipſo iure, à quo iudice, cum non fuerit ſeruata abſolutio Papæ, poſſent abſolutionem conſequi? Reſpondendum ab ordinario, ex quo ſummus antiſtes ſibi non reſeruauit. cap.nuper.de ſenten.ex commu.gloſſ.fin. in capit.quoniam. vt intelleximus, de immunit.eccleſ.lib.6.gloſſ. per epiſcopum in clemen vnica.de cõſangui.& affin.quam ibi ſequuntur docto.Cardi.in clement.1.§. ſi quis. col. a.quæſt.4.nume.4.de rebus eccleſiæ non alienan. quod etiam eſt de mente ipſius Card. in capi.graue. quæſt. fin.de præb.& in clem.1.§. quòd etiam in interdictis.ad fin.de ſenten.excom. Syueſt. in ſum. verb.abſolutio.2.q.4.& in verb.excommunicatio.8.in princip. omnia enim quæ poteſt Papa in vniuerſo, poteſt epiſcopus in ſua diœceſi, niſi ei interdictum ſit. Cardina. Nicola.de Cuſa. lib.2.de concordantijs Catholicis.ca.3. Abulenſ.Matt.16. q.87. Domi.Soto de iuſti.& iure. lib.10. quæſt.1. arti.13. Ileſo.à Vera cruce. In ſpeculo coniugio. 2.parte.arti.28.pag.419.c.in nouo.diſtin.21.ergo excommunicatus à iure, quando abſolutio nõ eſt reſeruata ſatisfactione præmiſſa ab Epiſcopo, ſeu ordinario, qui partes quaſi epiſcopales habet, abſolui poterit. Idem dic ſi habeat priuilegium per Bullam Cruciatæ poterit abſolui, à quocumque ſacerdote, à ſe electo. præmiſſa in primis ſatisfactione partium, non alias.

b ¶ *Deſcomunion que ſon pueſtas por ellos*. Vt in c.ſciãt cuncti.de electione.lib.6. vbi ſunt excommunicati ipſo iure grauantes per ſe, vel per alias perſonas eccleſiaſticas, & mandantes quo ad effectum verè incidunt in ſententiam excommunicationis. cap. mulieres.§. illi vero. de ſententia excommunica-

tionis. cum in delictis paria ſint per ſe, vel per alium committere delictum capit. cũ quis de ſenten. excom, libro. 6.l. 5. titul.15. partita.7.l.13. ibi, *como el que lo manda*, titul. 8.partita. 7.& ex quo conditor. canonis ſibi in dict. ca. ſciant cuncti non reſeruauit abſolutionem ab Epiſcopo poſſunt abſolui.dict.c.nuper. gloſſ. fin. in d. ca. ſciant cuncti. dixi in gloſ. proxima ſuperiori. *Por toda cenſura Ecleſiaſtica.* nomen cenſura continet interdictum. ſuſpenſionem, & excommunicationem. capi. quęrenti. de verbo. ſigni.prætendet. adde legem quintam. titulo. decimoquarto. libro tertio. ordinament. & facit.l. 10.titulo ſecundo.libro quarto. eiuſdem libri ordinament. & l.7.titulo. 16. ſupra hoc libr. 5. l. 4. titulo. 5. lib.4. for.ll. & quæ ibi notat Montalu. & l.15.titu.29

ren, o apremiarẽ en qualquier manera a los clerigos que celebren los diuinales oficios eſtãdo pueſtos los dichos entredichos, o ſentẽcias: que las perſonas ſingulares cayan en pena de mil marauedis de los buenos, y los concejos en pena de tres mil marauedis de la dicha moneda: y ſe executẽ las dichas penas: y ſean partidas ſegun en la ley antedeſta. Y mandamos a los perlados donde eſto acaeſciere q̃ paſſen contra los malhechores por toda cenſura eccleſiaſtica: y mandamos a los concejos que lo guarden aſsi: y qualquier que contra eſto paſſare que caya en pena de los dichos tres mil marauedis, y ſe partan en la manera ſuſodicha.

¶ El Rey don Iuan II. en Guadalajara.

ORdenamos, y mãdamos, q̃ ningun Prelado, cauallero, o fijo dalgo, ni otra perſona algũa no ſean oſados de ferir: prẽder, o matar los obreros labradores, o vaſſallos familiares, o otras qualeſquier perſonas de otros ſeñores, ſo color de enemiſtad, o odio q̃ con ellos tengan, ni les quemen las caſas[a], ni les hagan daño en las otras heredades. Y el que lo cõtrario firiere, ſi matare, o fiziere alguno de los ſobredichos vaſſallos, o labradores, obreros, familiares, o ſi a ſabiendas quemare caſas, o mieſſes, o deſtruyere, o arrancare viñas que le matẽ por ello, aſsi como aquel que mata cõtra derecho. Y eſto ſaluo ſi lo firiere en defenſion de la propria perſona, o ſi fuere dado por ſu enemigo, o ſi lo fiziere viniendo a reñir,

parti.7. & iniuſta captus à iudice poterit agere actione iniuriarum contra ipſum, & proteſtare dãna, & pœnam legis. l. 7. vbi gloſſ.6.tit. 14. libr. 2. ordinamenti.

a ¶ *Quemen las caſas*. Pœna comburentiũ domos alienas, vel vineas adde.l.3.titulo.4 for. legum. l. 9. titul. 10. parti. 7. vbi Gregor. Lup. aſsignat pœnam nobili, vel ignobili inferenti ignem cum violentia vel ſine ea, quem vide, quia optimè diſtinguit, tenentur ad damni ſatisfactionem, & pęnam mortis. adde Bar. in l. prima. ff. de offic. præfect. vigil. Alberic. in l. final. ff. de incendio, ruina, naufrag. Salycet. & Doct. in l. data. C. qui accuſare non poſſunt. ff. de Sicarijs. Angel. Aretinus in tractat. de maleficijs. verb. incendiario. & ibi additio. & ſi quis animo, & intentione incen-

incendendi domum Petri tantum miſerit ignem. in ipſam domũ, & ignis combuſsit alias domos, vel ex alijs domibus hac ratione bona fuerint furto ſubtracta, imponens ignem ad omne damnum tenetur, tã ratione combuſtionis, quam furti. l. 1. §. ex incendio. ff. de incend. rui. & naufragi. Hippo. in l. 1. numer. 23. C. ad. l. Corneliam de Sicarijs.

a ¶ *Cortare arboles.* Adde. l. fin. titul. 15. p. 7. l. 2. titul. 4. libr. 4. fo. leg. quarum arborum appellatione, & vites continẽtur ſecundum Mõtal. ibi in glo. 1. per text. in glo. 1. §. arboris. ff. de arb. cęd. &. l. vitem. ff. arbo. furtim cæſar. dubitatur vtrũ incidens ligna & alia in ſylua, & ligna inde extrahit furtiue, & contra ſtatuta facta ad montium conſeruationẽ, peccet, teneaturque ad reſtitutionem? diſtingue, vt reſoluimus in prima parte horum commentariorum, in procemialibus queſtionibus in quæſt. 10. verſi. ex quo etiam infero. pagi. 18. cum ſequen.

o a pelear contra ſus enemigos, ca en tal caſo deue auer la pena q̃ manda el derecho comun, y no la deſta ley. Empero ſi lo fiziere, o prendiere ſin liſion de miẽbro alguno allẽde de las otras penas en derecho eſtableſcidas, pague tres mil marauedis al que aſsi fuere preſo, o ferido. Y el q̃ robare, o tomare los bienes, o mantenimiẽtos de los ſuſodichos cõtra ſu volũtad, o le cortare arboles[a], o malicioſamente hiziere otros daños torne lo q̃ aſsi robare, o dañare cõ el quatro tanto, y ſi no lo pudiere pagar, ſea penado, ſegun el aluedrio del juez corporalmente, conſiderando el maleſicio y qualidad de las perſonas.

¶ Idem.

NInguno ſea oſado de hazer fuerças, ni robos en los caminos, ſegũ ſe cõtiene en eſte libro en el titulo de las treguas.

¶ Idem.

MAndamos, que ninguno ſea oſado de tomar, ni occupar por fuerça los diezmos de las Igleſias, ſegun ſe contiene en eſte libro en el titulo de los diezmos.

¶ Idem.

LA Igleſia no defiẽde robador conoſcido[b], ni quemador de mieſſes, ſegũ ſe contiene en eſte libro, en el titulo de la guarda de las coſas de la ſancta Igleſia.

Titulo. 19. De las penas[c].

b ¶ *Robador conoſcido.* Cap. inter alia de immunit. eccleſ. l. 6. tit. 2. vbi late dixi lib. 1. ordinamenti. Adde. & nouiſsime videndus eſt Illuſtris ac dilectus meus Antonius de Queſada libro primo diuerſarum quæſtionum iuris cap. primo. per totum vbi latiſsime.

¶ *Titul. XIX. & finalis, De pœnis.*

c ¶ *Penas.* Iſtum titulum cum frequẽtiorem materiam habeat, propter hominum pronitatẽ ad peccandum, cum natura humana decliuis ſit vt habetur in proœ. clem. §. quia. Geñ. 8. ſenſus, & cogitatio humani cordis, in malum prona ſunt ab adoleſcencia ſua. & Geneſ. 6. & Eccleſi. 18. vidit præſumptionem cordis eorum, quoniam mala eſt. & ibi poſt concupiſcentias tuas, nec eas & à voluntate tua auertere & Iuuena. Saty. 14. Turpibus, ac prauis omnes ſumus, & quæ tradit Magiſter Franc. de Victoria. in repeti. nuper impreſſa. de homicidio. nu. tertio. conuenit, pœnas ſtatuere, vt earũ timore

timore retrahantur, à ſuis concupiſcentijs, & peccatis. Iuxta illud. Horatij, oderũt peccare boni virtutis, amore. oderũt peccare mali formidine pœnæ. c. fin. de exceſsib. præla. & c. cum qui. de præben. lib. 6. ideo repetitur titulus de pœnis in quocunq; libro, tam iuris communis, Regij, & municipalis, quia frequenter delicta committi ſolent, & conuenit, vt puniatur, Deuter. 19. & auferes malum de medio tui, vt audientes timorem habeant & nequaquam talia audeant facere, non miſerebetis eius. pœna ergo idẽ eſt, ꝙ paſsio, vt dixi in. l. 2. glo. 1. verſi. 3. etiam. tit. 9. lib. 2. ordin. quo fit, ꝙ quis non tenetur ſe ipſum accuſare. c. quis aliquã do. de pœn. diſt. 1. ibi nõ tibi dico, vt te perdas in publicum, nec apud alios te accuſes, ſic enim legẽdum eſt. & non excuſes, prout habent libri communiter, & litera eſt corrupta, ſecũdum Domin. Soto lib. 5. de iuſti. & iure. quæſt. 6. ar. 1. & dixi in d. l. 2. in gloſſ. 2. vbi vides ſententiam bene reſolutã, quicquid alij tenuerint, quos retuli, ibi in prin. gloſſæ, & vltra eos Ferdi. Michac. in frequẽtibus controuerſijs. c. 7, col. fina. nume. 86. & Anto. Gomez de delictis cap. 2. n. 5. verſi. item etiam damnum. & ſic etiam pœnæ impoſitę ipſo iure, vel ipſo facto, non debẽtur in foro animæ, ſed reus exactus tenetur obedire, non ſe ipſum accuſare, neq́; executionem ſibi facere cõtra prædictos, & Aegid. Boſsi. in practi. titul. de pœnis. nu. 35. pa. 493 col. 2. verſ. vides ergo, quid autem ſit pœna ponit glo. in rub. ff. de pœn. quod eſt delicti, vel delictorũ ſatisfactio, quæ à lege, vel eius miniſtro imponitur Azo. in ſũm. & l. 1. tit. 31. pat. 7. incipi. *Pena es emienda de pecho, o eſcarmiento que es dado ſegũ ley a algunos por los yerros que fizieron.* ¶ Quæritur. 3. pœnæ ratio quæ ſit reſpondendum, duplex, vna ad corrigendum, altera propter exempli metum, ex Platone in Gorgia, quem refert Aulus Gelius lib. 6. noctium atticarum. vbi ipſe ponit triplicẽ rationem. Quarto quæritur, Vtrum ſatisfactio delicti debeat fieri etiam in foro animæ per opera pœnalia? hanc quæſt. ponit magiſter Franc. à Victoria in ſumma Sacramentorum eccleſiæ. titulo. de ſatisfactione. n. 202. pag. 160. dicens pro huius intelligentia oportet prius intelligere, quid ſit opus pœnale? opus pœnale idem eſt, quod malũ pœnæ, & malũ, nihil aliud eſt quam priuatio boni. Triplex vero eſt bonum, honeſtum, vtile, & delectabile: pœna proprie loquendo non eſt priuatio honeſti, quia hoc eſt peccatum, ſed eſt priuatio boni vtilis, vel delectabilis, ſicut dare eleemoſynam, ieiunare, orare &c. Nunc dico, quod ſatisfactio debet fieri per opera pœnalia, ita eſt communis doctorum ſententia, probatur, quia ſatisfactio eſt opus iuſtitiæ, offenſa autem conſiſtit in hoc, quod ſubtrahimus Deo obediẽtiam, & accipimus facultatẽ peccandi, quam iure non habebamus, cum ergo iuſtitia tendat ad æqualitatem, dignum eſt, quod ſatisfaciamus per hoc, ꝙ ſubtrahimus à nobis, quod iuſtum & noſtrum eſt, nempe pecuniam, vel huiuſmodi, ſicut ſiebat in lege ſatisfactio per contra damnum paſſo, oculum pro oculo &c. Exod. 21. & quanto opus fuerit magis pœnale, tanto magis erit ſatisfactorium cæteris paribus. Confirmatur: nam Chriſtus redimere nos potuit, & ſatisfacere pro noſtris peccatis, per dilectionẽ ſolã Dei, tamẽ voluit per opera pœnalia, & ita filijs Zebedęi dixit, poteritis bibere calicẽ quem ego bibiturus ſum? &c. & in Cõci. Triden. ſeſsio. 6. ca. 7. inquit, Dominus noſter Ieſus Chriſtus. qui cum eſſemus inimici propter nimiã charitatem qua dilexit nos, ſua ſanctiſsima paſsione in ligno Crucis nobis iuſtificationẽ meruit, & ꝓ nobis Deo patri ſatisfecit, & ibi. c. 14. Itemq́; ſatiſfactionem, per ieiunia, eleemoſynas, orationes, & alia pia ſpiritalis vitæ exercitia, &. c. 16. ergo etiã quo ad remiſsionem culpæ quo ad Deum requiruntur opera pœnalia ad ſatisfaciẽdum, Exod. 21 dabit ꝓ aĩa ſua quicquid fuerit poſtulatus. Quæri etiam poteſt an pœna quę applicatur accuſatori, an in eius defectum veniat iudici procedenti ex officio applicanda? Reſpondendum, quod ſic, vt dixi in. l. ſecunda. in gloſ. ſecunda. titulo. quarto. libt. quarto. ordinamen. ſupra. vtrum autem pœnæ legales. ſeu conuentionales poſsint in cõſcientiæ foro exigi? Reſpond. ſecundum formam habitam in contractu, ſeu lege ſtatuto vel iure poſtulantur & retinentur, ab eo in cuius fauorem ſunt ſtatutæ, alias leges præſtarent occaſionem delinquendi, quod fateri abſurdum eſt. dixi in. l. 24. gl. prima. titul. 3. lib. primo. ordina. & in. l. quarta. titu. fin. lib. 2. ordinam. & in. l. prima. verb. *no la pueda alegar*. colum. 1023. verſi. dubium primum ſit. vbi dixi communem opinionem eſſe. titul. octauo. lib. tertio. ordinamen. ſupra. Bartholomæ. Fumus in ſumma Armilla, verb. pœna. numer. quinto. vbi idem dicit eſſe in contractibus, an ſint puniendi per epiſcopum ſumentes veſtes monachorum, ſeu monialium.

ADDITIO.

Adde quid de ſumente habitum mulieris ad effectum intrandi in monaſterium cauſa corrumpendi monialem & dic, quod iſtud eſt peccatum abominabile vt ex Deutero. cõſtat cap. 22. poſſeque excommunicari etiam tantum propter mutationem veſtimentorum ex capi. ſi qua mulier. 30. diſtinct. quid autem ſi per annum extiterit & fecit ibi profeſsionem, cum pro fœmina reputabatur, an ad religionem compelli valeat in monaſterium Monachorum & dicendum eſt, quod poteſt, ſi quidem profeſsio ſola facit Monachum

vt pro

Digitized by Google

vt probat tex.in.c.porrectum de regularibus cui
adde Barto Briſicoſem in quæſtio.dominicali.81
volumine.17.diuerſorum doctorum tract. & qui
ſunt qui veſtibus mulieris in vſum reduxeriot vi
de Andream.Tiraq.in.l.3.connubiali glo. prima
ac num.58.& nonnulla annotauit Franciſcus Bal
duious ad leges.12.tabularum.pag.17.
¶Cum ſit in opprobriũ religionis,& fidei catho-
licæ.l.minime.C.de epiſco. audien. & in authen.
de ſanctiſsimis Epiſcopis.§.fin. capit. cum deco-
rẽ.vbi Paoor.de vit.& honeſt. clericorũ. Marc.
Man.ſingu.11. & Conc. Trident.ſub pio Papa.
ſeſsio.22.can.1.¶Quæritur vtrum ſit differentia,
ioter pœnam,& multam?Reſpond.q; eſt daredif
erimen oam pœna eſt certa , & à iure inducta,
multavero quæ à iudice infertur.vnde à pœna nõ
appellatur,ſed a multa ſic.Goffred.de Trano. in
ſumma de pœnis numero.6.verſi.vt tamẽ notes
citat.l.ſi qua pœna.ff.de verb.ſigni. magna enim
eſt differentia inter vtraq;.Plat.in.l.colonos.col.
a.C.de colõ.Illerican lib.11.Briſſo.lib.15.de ver
bo.ſigni.verb. multa, nam pœna eſt generalior,
accommodatur pœnæ corporali, & pecuniariæ,
etiam ſi maximæ ſint. quicquid omnino in iure
ſtatuitur pro pœna,hoc proprie ſortietur nomẽ
pœnę,quæcũq; pœna certa eſt cõſuetudine,quia
nunc potius ſequimur conſuetudines,quam legis
pœnas, iſta haber nomen pœnæ.eſt ergo pœna
aliquãto certior,& vt ita loquar ordinaria, quæ
collimat ad leges,& conſuetudines,ſed multa vo
litat extra ordinem,eſt.n.arbitraria iudici, iuxta
caſum emergentem delinquentis propter contu
maciam.Ita multum pulchre, & eleganter.in.l.
aliud.§.inter multã.ff.de verb. ſignifica. vbi An-
dreas Alciat.ponit complures differentias refert
Zaſium. in.l.vnica verſic.a.colligo.nume.3.ff.ſi
quis ius dicent.non obtemper.vbi etiam teoet id
quod ſupra diximus,quod à pœnis,a lege,vel ſta
tutis prouocari non poteſt,& ita ſaluatur conſue
tudo Germaniæ, quæ denegat appellationem à
pœnis,& Mediolani,ſecundum Egidiũ,Boſsiũ in
pract.titul.de multis nu.1.pag.127.vbi etiam dif
ferentiam aſsignat inter pœnam & multam, eſt
in materia conſulendus Ioan.Montholo. in prõ-
ptuario iuris diuini,& humani,verbo.multare.a.
parte.folio.94.columna prima.in gloſſ.impoſuit
Pharao,& io verb.ſiue etiam.¶Vtrum autẽ om-
nis iudex multare poſsit ordinarius,& delegatus
à Principe.Reſpõd.eſt poſſe,ſiue ſint eccleſiaſti
ci,ſiue ſeculares.probatur in cap.1.ca.de cauſis,&
in cap.præterea.de officio deleg.vbi idẽ expreſ-
ſe notat.Ionocen.Hoſtienſ.& Paoormi. & gloſſ.
pen.in capit.paſtoralis.eodem titulo.ad id quod
dixi in concluſione,ſiue ſint &c,quod non refert
an iudex ſit ſecularis,vel eccleſiaſticus,quia iudi-
ces eccleſiaſtici poſſunt multare arg bo.in. ca. di
lectus de officio ordinarij.& in cap.licet.de pœ-
nis vbi plene videa ur cui ſit applicãda multa ſeu
pœna pecuniaria à iudice eccleſiæ impoſita.dcea
vero quæ imponitur à iudice ſeculari. in.l. mul-
tarum.C.de modo mulcta.vbi dicit, mulctarum
ſeuera cõpendia cerario noſtro protinus eſſe quæ
renda nullus ignoret &c.Thomas.Grammat. cõ
ſil.6.numero decimo.iudices vero delegati,ab in
ferioribus à Principe multam imponere non poſ
ſunt,niſi illa facultas ſit ei concesſa à delegante,
optimus eſt tex.io.l.a.§.1.ff.de iudi.gloſ. & Bar.
in dict.l.ſi qua pœna.ff.de verb.ſignifi.& gloſſ.in
l.eos.C.de modo mulcta.Bartol.in.l.1. ff. ſi quis
ius dicent.non obtemp. vbi Iaſo.& doct.&.l.duo
decim.tabularum magiſtratus neq; in obedientẽ
& nociuum ciuem,mulcta,vinculis, verberibus
ve coercẽdo,impar. maior ve poteſtas,populusq;
prohibuiſſet,ad quos prouocatio eſto.quã refert
Ioan.Oldemdorp.de iure naturali.gentium,& ci
uil.titulo de magiſtratibus ciuilibus.capi. 1.in.7.
volumine.tract.& gladij poteſtatẽ, & vſum tra-
dit Apoſtolus.ad Rom.13.Coercet.n.malos,mul
tis vinculis,verberibus,& qui nulla iuris,& æqui
tatis ratione moueri ad obedientiam volunt. &
quando huiuſmodi mulcta vel pœna,ſit infligen
da contumaci.vide Lucam de Penna.in.l.ſi ad ma
giſtratum columna prima.C.de decurio.libro.10
& illud Senecæ.1.de ira Dei prope fin.hæc ſem-
per.in omni aduerſione ſeruabit vt ſciat alteram
adhibuerit,vt emẽdet alteram,vt tollat in vtraq;
non præterita,ſed futura intuebitur. Vnde Plato
nemo prudens punit,quia peccatũ eſt ſed ne pec
cet.reuocari enim præterita non poſſunt, futura
prohibentur.& ſint paſtores.& non percuſſores.
iudices omnino præ oculis habeant, decretum de
reformatione cap.1.ſeſsione.13.Concilij Triden.
quo fit ꝙ iudex ex cauſa poteſt poenam,& multã
reo impoſitam modificare.vt iam amplius quam
ſemel dictum eſt Ioan.Oroſ.in.l.vnica colum.2.
verſi.poenali iudicio,multa.n.12.ff.ſi quis iui di.
noo obtemp.l.4.titul.22.partita.3.quæ etiam in
poena loquitur, vt ex cauſa paupertatis,vel alia
poſsit minuere poenam, vel etiam multam ante
ſeotentiam,poſt latam.l.illicitas.§.fin.ff.de offi-
cio præſ.quamuis Barto.in.d.l.vnica diceret con-
tra pro vt ibi refert Oroſc.& Gregor.Lup.d.l.4
verbo.poena & ideo hodie omnis poena etiam à
iure determinata eſt arbitraria iudici, adeo quod
poteſt eam ex cauſa augere, vel diminuere texc:
eſt iuncta gloſſ.in.l.hodie. ff de poen. per quem
tex.ita tenet Bald.in.l.etſi ſeuerior.C.ex quibus
cauſis.infam.irroge.Paul Caſtr.conſi.328.colum
na ſecunda.libro ſecũdo Robert. Maranta.in ſpe
culo aduocatorum.4.parte pagin.102.nume. 65.
verſi.

Digitized by Google

verſi. vnum tamen incidenter. Franciſ. Auileſins in capitibus prætotum capitulo primo. verſic. *derechamente*. eſt enim notandum, nam etiã poſt ſententiam facere poterit ex cauſa ſcilicet, paupertatis, ſenectutis, vel quia officialis eſt alienus miniſterij excellens in ipſo, vel quia ſcholaris, etſi exilium ab vniuerſitate Salmantina deberet impleri magnum detrimentum in ſtudij proſequutione ob id perpeti poſſet. & ſic de alijs cauſis, de quibus per Bartol. & Alex. in additio. in. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui not. infam. Iaſo. in. l. 1. columna tertia ff de leg. adde Tiraquel. de pœn. temp. in princi. numero. 16. & per totũ illum librum: arbitri vero non poſſunt multare proprie. id eſt. præcipere quod pœna ſoluenda applicetur fiſco etiam ſi eis eſſet data facultas, infot ma compromiſſi. tex. notat. cum gloſſ. in. l. arbitet intra certum diem. ff. de arbit. quamuis impro prie poſsint multare, id eſt, iubere, vt pœna applicetur parti ſi illa fuerit eis in compromiſſo data facultas ita loquitur. l. nõ ex omnibus. ff. de arbit. magiſtratus etiam municipales non poſſunt multare. bonus tex. in. l. defenſores. C. de defenſoribus ciuit. in verb. nullas infligat per quem text. & alios ibi per eum citatos tenet Iaſon. in. l. 1. colũna quinta. §. fin. ff. ſi quis ius dic. non obtẽp. Ioan. Montho. in promptuario iuris diuini. & humani verb. multare in gloſſ. verb. ſuæ etiam pecuniæ, & ita eſt multanda inobedientia actoris ſicut rei, nã pœna impoſita reo, intelligitur impoſita actori, & è contra. gloſ. in. l. per interuallum. ff. de. iudi. & in capitulo primo. de confeſ. libt. 6. imo cenſetur maior contumacia rei, quam actoris. gloſ. a. & ibi dominicus. in capit. 1. de dolo, & contumacia. lib. 6. Iaſo. in. l. prima. §. ſi procurator. colum. fin. num. 23. ff. ſi quis ius dicent. non obtemp. de multa fit mentio. 4. reg. 23. impoſuit, ait, Pharao mulctam terræ centum talentis argentei, & taletõ auri, &. 3. Eſdtæ. 1. & multauit gentem argenti talẽta cẽtum, & auri vnum, &. 3. Eſdræ capitulo octauo, ſiue etiam pecuniæ multatione vel abductione, & prou. 21. multato peſtilẽte, ſapientior erit patuulus, etſi ſectetur ſapientiam ſumet ſcientiam. De multa plura reperies per Brixienſ. in dicta. 3. parte. verb. mulcta per Matth. de Afflict. in capitulo primo. quæ ſint regalia. lib. feudorũ verbo. mulctatum. Ægid. Boſ. in pract. crimin. titulo. de mulctis pag. 127. ſing. per Nicol. Boer. deciſione. 349. ¶ Quæritur an ciuiliter ex crimine ad emendam deciſione capell. Toloſſanę. 405. an collegium caréns. ¶ Quæritur iudex fuit inſultatus ciues præſentes, & auxilium non præbentes quamuis eis fuit poſtulatum dicendo (*aqui del Rey fauorece a la juſticia*.) an ſint puniendi pœna mortis, an ad arbitrium iudicantis? Reſpondeo arbitraria erit pœna, & non mortis, vt cõcludit Anton. Capit. deciſione. 149. nuper ad terram Traynæ, quam vide & nota. ¶ Dubitatur, an pœnę impoſitæ à iure per verb. ipſo facto, vel ipſo iure ſtatim debeantur ſine aliqua ſententia declaratoria criminis, propter quod crimen poena infertur? reſponde omnia iura, quæ dicunt contrahi ipſo iure debent intelligi dummodo ſit ſequuta ſententia declaratoria, per quam declaratum ſit delictũ commiſſum eſſe, propter quod pœna veniebat inferenda. Nec ante talis pœna effectum ſeu executionem vllam ſortitur. Ioann. Andre. in capit. pro humani. de homicid. libro ſexto. per ca. cum ſecundum leges de hæret. libro ſexto. & Bald. tenet in multis locis citatis à Petro Rauena in alphabeto aureo vtriuſq; iuris. verb. pœna. fol. 111. columna quarta. ad medi. dixi in. l. 24. gloſſa. fin. titulo tertio. libro primo. ſupra. ¶ Quæritur an pœna mortis ſit imponenda facinoroſo, vt homicidæ, etiam ſi poſt delictum eſſet corrigibilis? videtur quod non, quia membrum putridum, quando eſt incurabile, neque vllo alio remedio ſanari poteſt quam per abſciſsionem, tunc demum, & non aliter abſcindendum eſt ne alijs membris noceat, ita per hoc fundamentum tenuit Alphonſ. à Caſt. libto primo. de poteſt. legis pœn. capit. 6. ſed contrarium verius eſt quia ex delicto tractatur de bono, & pace publica, vt etiã reliqui ciues timore pœnæ pertetriti, à ſimilium facinorũ perpetratione abſtineant. l. prima. ff. de iuſtitia & iure. ibi, bonos non ſolum metu pœnarum verum præm orum quoque exhortatione efficere cupiẽtes, impunitas etiam daret occaſionem delinquẽdi, quæ non eſt admittẽda. l. cõueniri. ff. de pact. dota ib. capit. deteſtanda. capit. ne captandæ de conceſſ. præb. libro ſexto. l. fin. C. de pactis. l. de fideicommiſſo. C. de tranſactio. l. ſecunda. §. fina. ff. de his quibus, vt indig. l. quidam. §. fin. ff. de donatio. probat Fernand. Michac. de ſucceſſ. prorogatione in princip. libro primo. folio tertio. colũ na ſecunda, numero vigeſimoſeptimo. & pœna mortis vel alia, ſemper. propter crimẽ à Deo fuit impoſita, ſine eo quod ſpectaretur, & conſiderare tur correptio delinquẽtis, præcipue cum, exiſtat præſumptio cõtra eum eum ſit ſemel delinquẽs. reg. ſemel de regul. iuris. libr. ſexto. & impunitas incentiuum præſtaret delinquendi, & ideo punitio criminum non eſt committenda. nam qui percurit malos miniſter Dei eſt capitu. qui percutit. vigeſimatertia, quæſtione quinta. & Geneſ. tertio. quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat adme de terra. Nunc igitur maledictus eris ſuper terram &c. & Gene. 7. & conſtar Exod. vigeſimo primo. & vigeſimoſecundo. & Leui. vigeſimo primo. ſacerdotis filia ſi fuerit in ſtupro, & violuerit no-

rit nomen patris ſui.flammis exuretur. & nume.
16.&.25.Deuter.19.tradensque in manu proxi-
mi cuius ſanguis effuſus eſt,&morietur non miſe
reberis eius,& auferes noxium ſanguinem de Iſ-
rael.vt bene ſit tibi,& deutero.21.&.22.&.25.
etiã pœna ignis poſtquam pro furto fuit Achã la
pidibus mortuus conſumitur ipſe,& cuncta,quæ
illius erant Ioſ.7.§.cecidit ſors.26. quæſtion. 2.
& ſic in multis locis pœnæ iuxta modũ delictinu
lla expectata rei correptione imponũtur,& exe
quatio nõ eſt differẽda,vt exẽplo cõſtat in Sau-
le inobediẽti Deo.1.Regum.c.15.in tantũ quod
non valet lex quæ pœnam pecuniariam impone
ret delinquenti pro homicidio,vt eſt text.nu.28
homicida ſub teſtibus morietur. tenet Hoſtienſ.
in cap.fin.de conſuetu.Felin.in rub. de homicid.
dixi in titulo 53.in gloſſ.rub.iſto libro.8.ordina.
¶ Quæri poteſt vtrum pœnæ impoſitæ concubi
narijs,de quibus.in.l.22.&.23.titulo tertio.lib.1
ordinam.in conſcientia debeantur? iuſteq; exigi
poſsint ab officialibus.quibus ſunt applicatæ?dic
quod ſic,vt dixi in.l.24 in gloſſa prima.tit.3.lib.
1.ordinamenti,& tuta conſciẽtia exigit creditor
Hierony.Cagnol.in.l.quod à quoq;.ff. de reg.iu
ris.Corne.conſi.69.& cõſi.28.lib.2.Pariſ. conſi.
34.libro primo.& conſi.19.lib.2.& eſt opinio re
ceptior ſecundum Fernandum Michacenſ. in li-
bro primo.controuerſ.illuſtrium cap.28. nu. 21.
dixi ſupra hac gloſſ.verſicul.vtrum autem pœnę
legales,quamuis contrarium teneat Decius colũ-
na octaua.in capitulo primo.de conſtitutio.alias
lex concedens pœnam iudici vel accuſatori, vel
alteri,induceret ſpolium,& iniuſtitiam cum eius
præcepto petatur,quod minime fatendum eſt,&
proprius motus nunc nouiſsime editus.A. S. Pa-
Pa.Pio Quinto,vbi præter alias pœnas ponit pe
cunia ias contra Blaſphemos, Sodometicos, Si-
moniacos ac contra deambulantes per eccleſias,
pauperes mendicantes per ..as,ac alios in eis illici
ta facien.nec non de tollendis ex eis capſis, & de
politis mortuorum,de non laborando in diebus
feſtiuis,ac circa alia plurima Dei honorem, & di-
uinum cultum concernentia incip. Paul.Epiſco-
pus &c ad perpetuam rei memoriam cum primũ
apoſtolatus officium, diuina nobis diſpoſitione
commiſſum ſuſcepimus vidimus eam impreſſam
datã Romæ iſto anno.1566.Kal.April.ſui põtifi
catus anno primo tenorem cuius ad literã cum nõ
ſit cõmuniter apud omnes impreſſa ſubijcitur.
¶ Adde gloſ.2.in.l.2.titul.4.libro.4. ordinamen.
ſupra vbi pœna quæ applicatur accuſatori,in eius
defectum venit applicanda iudici. vtrum autem
iſta pœna licite èxigatur,& petita obtineri poſsit
ab illis in cuius fauorem applicata eſt propter de
lictum.dic quod optime & in conſcientia eam ha
bere & exigere poterit.tum quia lex id facere po
tuit.tum ex dictis à me ſupra in.l.24.gloſſ.1.titu
lo tertio.libro primo.& in.l.4.titul.fin.libr.2.&
in.l.1.verb.*no la pueda alegar*.titul.8. libro tertio.
colum.1023.verſicul.primum dubium ſit. Vbi di
xi communem & receptam ſententiam eſſe. Ad
idem adde Bartol.Fumum in armilla aurea verb.
Pœna.numero quinto.vbi idem dicit eſſe,de poe
na appoſita in contractibus.aſſumentes habitum
monachorum ſeu monialium ſunt puniendi per
epiſcopum,cum ſit in opprobrium religionis &
dedecus catholicæ ac ſanctæ fidei Chriſtianæ. l.
mimæ.C.de epiſcop.audi.& in.§.fina.in authen.
de ſanct.Epiſc.& in capi.cum decorem. vbi Pan.
de vit.& hon.clericorum.Marc.de Matua in ſin-
gul.11.Concil.Tridenti.ſub Pio Papa.4. Seſsio.
vigeſimaſecunda.Can.1.pag.389.

BVLLA

BVLLA. S.D. N. D. PII. PP. V. PROhabitionum blaſphemiæ, ſodomiæ, concubinariatus, ac contra deambulantes per eccleſias, pauperes per eas mendicantes, ac alios in eis, illicita facie. necnon de tollendis ex eis capſis, & depoſitis mortuorum, de non laborando in diebus feſtiuis, ac circa plurima alia Dei honorem & cultum concernentia.

Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

CVM Primum apoſtolatus officium diuina nobis diſpoſitione cōmiſſum ſuſcepimus, ſtatim omnē curā, & cogitationē noſtram in dominici gregis fidei noſtræ crediti ſalute defiximus, & Chriſti fideles Deo iuuante ita dirigere ſtatuimus, vt à vitijs & peccatis abſtinentes, iter, quod ad vitam æternā ducit, inſiſtant. Cū autē ad omnia quæ diuinam maieſtatē aliquo modo poſſint offendere, amouēda mentis noſtræ aciem intenderimus: ea primū & ſine mora emendare decreuimus: quæ Deo præter cætera diſplicere, & iram eius prouocare, cū diuinæ docent ſcripturæ, tum grauiſſima exēpla declarant, nempe diuini cultus neglectum, ſimoniæ labem blaſphemiæ crimen, & libidinis, naturæ contrariæ vitium execrandū propter quæ populi & nationes bellorum, famis, & peſtilentiæ calamitatibus, iuxta Dei vltionē ſæpe plectuntur. Etſi autē contra eos, qui tā grauia crimina admiſerint: multæ à prædeceſſoribus noſtris cōſtitutiones editæ fuerūt: tamē quia parū eſt leges edere, niſi ſint, qui eas debitis tēporibus exequantur, idcirco ne qui forſan ex tolerātia ſperare impunitatē audeāt, ſcientes pleroſq; pœnarū grauitate, magis quā Dei timore arceri ſolere à voluntate peccādi, omnes & ſingulas, ſententias, cenſuras, & pœnas cōtra eos, qui talia deliquerint, latas cōfirmamus, & apoſtolica autoritate innouamus nec de earū rigore quicquā relaxamus: admonemusq; eos, qui talia perpetrare veriti non fuerint, nō ſolū ſubituros eas pœnas, quæ ſacris ſunt canonibus conſtitutæ: ſed eas etiā quas leges ciuiles cōminantur & noſtri quoque arbitrij diſcretio pro perſonarū qualitate conſtituet. Mandantes ciuitatū & locorū ſtatus noſtri eccleſiaſtici pro tēpore ordinarijs, & gubernatoribus, illis quidē ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis, hiſ vero ſub pœna excōmunicationis latæ ſententiæ, vt quos debitū deo cultū in eccleſijs nō tribuere, alijsq; nefandis criminibus pollutos eſſe cōpererint: cōprehēdi curent pœnis afficiendos cōpetentibus, ſcituris etiā ipſis iudicibus quod ſi poſt hanc noſtrā conſtitutionē in caſtigandis huiuſmodi delictis negligentes fuerint: primū quidē Dei omnipotētis iudicio obnoxij erūt: deinde noſtrā quoq; incurrent indignationē, vt autē pœnarū certitudo cunctis facilius innoteſcat: nōnullas, hic duximus exprimēdas, alijs nihilominus contra huiuſmodi criminū reos à iure ſtatutis in ſuo robore manentibus. Vt igitur Deo optimo & maximo, glorioſæ virgini & ſanctis omnibus debitus honor deferatur. GREGORII. X. prædeceſſoris noſtri conſtitutionē innouantes, ac ſtatuta in Tridentino Concilio obſeruari volentes, ſtatuimus & ordinamus, vt ad eccleſias ſit humilis & deuotus ingreſſus, quieta conſeruatio, deuotis orationibus inſiſtant: & omnes genibus flexis ſanctiſſimū ſacramentū adorent ad nomen Ieſu Chriſti, domini noſtri cū exhibitione reuerentiæ caput inclinent, nullus in dictis eccleſijs ſeditionē faciat, tumultum excitet, clamores moueat, impetū ve cōmittat, ceſſent vana fœda, & profana colloquia, vſus immoderati, & ſtrepitus om-

tus omnes iudiciorũ,& alia quęcunq; quę diuinũ officiũ perturbare poſſunt,nullus intra eccle
ſias deambulare audeat ſiue præſumat: dũ celebrãtur ſacra miſſarũ myſteria,& alia diuina
officia. Qui vero prædicta petulãti animo cõtẽpſerint:præter diuinæ vltionis acrimoniã; noſtri
quoq; arbitrij pœnas incurrẽt,quæ omnia locorũ quoq; ordinarij in ſuis eccleſijs facięt ſeruari.
Quicũq; vero in eccleſijs,dũ ibi ſacrificiũ miſſæ,& diuina celebrãtur officia: aut verbum Dei
prædicatur,deambulare vociferari,aut verſo tergo ad ſanctiſſimũ Sacramẽtũ irreuerẽter ſede
re,aut aliquid quod ſcãdalũ generet,aut diuina perturbet officia facere præſumpſerit: pœnã vi
gintiquinq; ducatorũ incurret,præter alias arbitrio noſtro imponendas & moderãdas pœnas,
& qui nõ habebit in ære,luet in corpore,aut exilio multabitur,qui vero in eccleſijs cũ mulieri
bus impudicis ſiue etiã honeſtis colloquiũ ſcurrile habuerit,aut alios inhoneſtos actus fecerit,
vigintiquinq; ducatorũ pœnã incurrat & carceris per mẽſem,Qui in eccleſiis,vt ſupra,obſcanis
& inhoneſtis verbis,aut ſignis vſus fuerit,aut alias fœda colloquia cũ perſonis quibuſcũq; ha-
buerit,decẽ aureorũ pœna multetur,aut alias corporaliter puniatur. Mãdamus præterea omni
bus & ſingulis,cathedraliũ collegiatarũ,& parochialiũ eccleſiarũ capitulis, rectoribus,vica-
rijs,ſacriſtis oſtiarijs,& alijs ipſarum cuſtodibus quatenus præfatos omnes in eccleſijs, delin-
quẽtes admoneãt,& vt in eis vetita fieri nõ permittãt,vel ſaltẽ ipſis ordinarijs vel officialibus no
ſtris puniẽdos deferãt quòd ſi facere neglexerint,pœnã duorum aureorũ vice qualibet incurrẽt,
pauperes quoq; mẽdicãtes ſeu eleemoſynas petẽtes per eccleſias tẽpore miſſarũ,prædicãtiũ,alio
rũq; diuinorũ officiorũ ire nõ ſinant,ſed eos ad valuas eccleſiarũ ſtare faciant,ſub pœna duo-
rũ aureorũ capitulis infligẽda pro qualibet vice,niſi eos eijci curauerint , & parochis dimidij
aurei,religioſis,etiã clauſtralibus ſiue regularibus præcipimus in virtute ſanctæ obediẽtiæ, vt
in eccleſijs ſuis deputẽt aliquẽ qui tales eijciat, & ſi negligẽtes fuerint grauiſſime ab ordina-
rio corripiãtur,quod ſi ille parere recuſauerit grauiſſimas pœnas incurrẽt & pro qualitate per
ſonarũ etiã corporaliter punietur arbitrio noſtro,ſiue ſuperiorũ ſuorũ,& vt in eccleſijs nihil in
decẽs relinquatur ijdẽ prouideãt vt capſæ omnes,& depoſita,ſeu alia cadauerũ cõditoria ſuper
terrã exiſtẽtia omnino amoueãtur,& defunctorũ corpora in tũbis profundis infra terrã collocẽ
tur ; cũ vero dierũ feſtorũ obſeruatio ad Dei cultũ maxime pertineat,& in lege diuina præcipia
tur,antiquorum canonũ ſtatuta reuocantes mandamus vt omnes dies dominici , & præcipue
in honore Dei,beatæ Mariæ virginis,ſanctorũ Apoſtolorũ feriati cum omni veneratione ob-
ſeruentur mercatus non fiant,profanæ negotiationes,& iudiciorũ ſtrepitus conquieſcant. Qui
vero in diebus præfatis opus aliquod illicitũ feciſſe deprehenſus fuerit,præter diuinã vltionẽ,&
amiſſionẽ animaliũ,quibus ad vecturã vtetur,etiã graues pœnas incurret arbitrio noſtro,ſeu vi
carij noſtri in vrbe,in alijs autẽ locis arbitrio ordinariorũ,vel aliorũ magiſtratum,ita vt omnib⁹
præuentioni locus ſit,quibus,diſtricte præcepimus,vt hæc diligenter obſeruari procurent . illas
etiã feſtiuitates,quæ iuſta conſuetudine locorũ ſolemniter celebrare conſuerunt,obſeruari fa-
ciant: ſub pœnis arbitrio ipſorũ imponendis & moderandis,& vt ſimoniacæ prauitatis, labes
prorſus aboleatur,& delinquẽtes tã in ſacrorum ordinũ receptione,quã in beneficiorũ aſſequu
tione,ſtatutis etiã inferius pœnis noſtra authoritate affici volumus. Quicunq; igitur deteſtabi
le crimen ſimoniæ prauitatis cõmiſſæ conuictus fuerit,in conſequẽdis ordinibus , eo ipſo ſit ab
illorũ executione per decenniũ ſine ſpe diſpenſationis ſuſpenſus & per annum carceribus man
cipetur. Qui dignitates eccleſiaſticas ſimoniacè acquiſierit,illis ſit ipſo iure priuatus,& in fu
turum inhabilis ad eas,& quaſcunq; alias obtinendas. Qui beneficium, aut officium eccleſia-
ſticum

Digitized by Google

ſticum ſimoniacè adeptus fuerit, illis ſimiliter ſit ipſo iure priuatus, & ad fructuum omnium reſtitutionē teneatur, & perpetuo ſit inhabilis ad ea, & quæcunque alia beneficia eccleſiaſtica obtinenda, ſiquis autem tale crimen pluries commiſiſſe conuictus fuerit, præter ſupra dictas pœnas etiam corporaliter puniatur, & ab ordinibus eccleſiaſticis, degradatus à fidelium conſortio eijciatur, qui vero ordines & beneficia ſimoniace contulerint pœnis à iure ſtatutis puniātur, cuiuſcūque gradus, conditionis, & dignitatis, etiam ſi, epiſcopi, archiepiſcopi, vel maiores fuerint. Caueant præterea quicunque ne in ſacramentorū exhibitione ſimoniacum aliquid faciāt: alioquin grauiſsime puniantur per locorum ordinarios, qui huiuſmodi criminis reos cum maxima ſeueritate coerceri procurent iuxta Concilij Tridentini ſtatuta. Ad abolendum vero nefariū, & execrabile blaſphemiæ ſcelus quod in antiqua lege Deus morte puniri mandat, & imperialibus quoque legibus receptū eſt, nunc autē propter nimiam iudicum in puniendo ſegnitiem, vel potius deſuetudinē ſupramodum inualuit Leonis. X. prædeceſſoris noſtri in nouiſsimo Lateran. Concilio ſtatuta innouantes decernimus, vt quicunque laicus Deum & dominum noſtrum, vel glorioſam Mariam eius genitricem expreſſe blaſphemauerit pro prima vice pœnam. 25. ducatorum incurrat pro ſecunda pœna duplicabitur, pro tertia autem centum ducatos ſoluet. & ignominia notatus exilio multabitur. Qui vero plebeius fuerit, nec erit ſoluendo, pro prima vice manibus poſt tergum ligatis ante fores eccleſiæ conſtituetur, per diem integrum, pro ſecunda fuſtigabitur per vrbem, pro tertia lingua ei perforabitur & mittetur ad triremes. Quicunque clericus in hoc blaſphemiæ crimen incurrerit pro prima vice fructibus vnius anni omnium & quorumcunque beneficiorum ſuorum, pro ſecunda beneficijs ipſis priuetur, pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur. Quod ſi clericus nullum obtinuerit beneficium, pœna pecuniali vel corporali, pro prima vice puniatur, pro ſecunda carceribus mancipetur pro tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mittatur. Qui reliquos ſanctos blaſphemauerit, pro qualitate blaſphemiæ atque perſonæ arbitrio iudicis puniatur: ſiquis crimen nefandum contra naturam propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ perpetrauerit curiæ ſeculari puniendus tradatur, & ſi clericus fuerit omnibus ordinibus degradatus ſimili pœna ſubijciatur: monemus præterea omnes locorum ordinarios, & in virtute ſanctæ obedientiæ eis præcipimus vt ſtatuta Tridentini Concilij contra concubinarios, tam clericos quam laicos edīta diſtricte faciant obſeruari, reddituri Deo, ac nobis ſi id omiſerint rationem, & vt peſſimorum delictorum ſimoniæ, blaſphemiæ, ac ſtupri nefandi notitia facilius habeatur, volumus quod in ſingulis caſibus non ſolum per accuſationem & inquiſitionem, ſed etiam ad ſimplicem & ſecretam denunciationem, procedatur, per quoſcunque iudices, alias tamen de iure competentes, tam ratione delicti, quam perſonarum, itaque inter eas locus ſit præuentioni. Monemus præterea omnes & ſingulos, vt ſolum Dei timorem præ oculis habentes, & non alia animi praua affectione ducti culpabiles tantum deferant: innocentes non vexent. Quod ſi aliqui ex calumnia aliquos denunciaſſe comperti fuerint, eos ad pœnam talionis teneri volumus & mandamus, mulctæ autem pecuniariæ applicabuntur pro duabus partibus locis pijs arbitrio noſtro in vrbe, extra vero, ordinariorum, pro tertia accuſatori, qui delinquentes detulerit. Mandamus autem principibus, comitibus, & varonibus omnibus. S. R. E feudatarijs ſubpœna priuationis feudorū quæ ab ipſa eccleſia Romana obtinēt, reliquos vero princi

pes Chriſtianos & terrarum dominos hortamur in domino & in virtute ſancta obediẽtia mãdamus vt pro diuini nominis reuerentia, & honore præmiſſa omnia in ſuis dominijs, ac terris exactiſsime ſeruare faciãt, vberrimã ab ipſo Deo mercedẽ tã boni operis recepturi, non obſtantibus quibuſuis cõſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis: ac exẽptionibus priuilegijs indultis facultatibus & literis apoſtolicis quibuſuis capitulis cõuẽtibus militijs, ordinibus & perſonis cuiuſcũq; qualitatis & conditionis exiſtentibus ſub quibuſcunq; tenoribus & formis, ac cũ quibuſuis etiã derogatoriarũ derogatorijs, alijsque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus & alijs decretis in genere vel in ſpecie etiã motu proprio, alias quomodolibet conceſsis, approbatis & innouatis quibus illorũ tenoribus præſentibus pro expreſsis habentes ſpecialiter & expreſſe derogamus cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autẽ quod præſentium trãſſumptis etiã impreſsis manu alicuius notarij publici ſubſcriptis. & ſigillo alicuius prælati munitis eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ innouationis, relaxationis, admonitionis, confirmationis, mandati, ſtatuti, decreti, ordinationis, præcepti, monitionis, voluntatis & derogationis infringere, vel el auſu temerario contra ire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationẽ omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurũ. Dat. Romæ apud. S. Petrum, anno incarnationis dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto. Kalendis Aprilis Pontificatus noſtri anno primo. Antonius Florebellus Cauelinus viſa decuria. Ioan. Riuetius. H. cumyn.

Romæ apud Antonium Bladium Impreſſorem Cameralem.

QVæri etiam poteſt quando lex punijt aliquem induplum, vel quadruplum, in tali pœna inſit ſimplum? Reſponde, quod ſic niſi ex diſpoſitione legis pœnalis conſtaret vltra ſimplum, & damnum principale velle adijcere pœnam dupli, tripli, vel quadrupli, quia legis verba ſunt ſeruanda, nec ad dexteram, ſeu ad ſiniſtrã, in caſu clare diſpoſito non licet tranſitum facere, iuxta illud Deuterono. 12. quod præcipio tibi hoc tantum facito, neque addas quicquam, nec minuas, & Deuter. 5. dixi ſupra in queſtio. prooemialibus. q. 2. columna prima. in duplo tamen ineſt ſimplum, vbi lex imponit pœnam dupli, vel quadrupli. l. hoc edito. in fin. ff. de publicã. not. Bart. in. l. ab his. C. de nauicula. libro. 11. ¶ Quæritur etiam circa huius tituli declarationẽ, lex imponit pœnam non tamen eam fiſco, nec accuſatori applicat, in dubio cui veniat applicãda? Reſponde, eam pœnam fiſco applicandam eſſe. glo. ſingu. in. l. iubemus. 2. §. ijs quoque iudicibus. verbo. bonorum omnium Co. de ſacro. ſanct. eccleſ. per legem mulctari. C. de modo mulcta. l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inofficio. teſtament. Bal. in capitulo primo. verſi. item monetę, quæ ſint regal. Thom. Gramma. conſi. 6. numero decimo. Bartol. in. l. agraria. ff. de term. moto. ſpecul. de dolo, & contuma. §. reſtat. in princi. Montalu. in. l. tertia. in gloſſa prima. verſicul. an pœnę pecuniarię. titulo quinto. libro quarto. fori. legum. l. 47. infr. eod. limita. Niſi pœna eſſet impoſita propter iniuriã, & delictum commiſſum contra perſonam particularem ciuiliter, nam tunc applicatur parti. nota in ſumma, & ibi gloſſ. inſtitu. de iniurijs & gloſſa ſecunda. in. l. pœnas. C. de epiſcop. audi. gloſſa vltima. in. l. fin. ff. de priua. delictis gloſſa prima. in dict. l. tertia. tit. 5. lib. 4. for. legum. l. 49. & . l. 50. tit. decimonono. infra vbi vide quę dixi, vtrũ pœna quadrupli ſit debita iure canonico. vide Panormitan. in capitul. quia plerique numero ſexto. de immuni. eccleſ vbi videtur concludere quod ſic. lex quæ deuiantes non punit eſt imperfecta ſecundũ Macrobium, prout refert gloſſ. in extrauag. vas electionis, verb. pœnæ de cenſibus inter communes fol. mihi vigeſimoſeptimo. columna tertia. & quarta. omnino videnda præſertim à iudicibus eccleſ. & de materia huius rubricę eſt addendus Gãdinus, & Boſſ. in ſuis practicis criminum. titulo iſto de pœn. & Marcus Anto. in inſtit. iuris canonici. libro quarto. titulo decimo. fol. 510. Rebuff. in cõſtitu. regijs Galliæ in prooemio gloſſæ primæ. numero ſeptuageſimoquarto. verſicul. Item leges, & ordinationes imponentes pœnas. Couar

¶Ley. I. *Idem.*

¶El Rey don Alonſo de penas y calumnias que pertenecen a la camara del Rey.

TOdo hōbre q̃ cayere en alguno de los caſos de trayciō: todos ſus bienes pertenecē a la nueſtra camara y el cuerpo a la nueſtra merced.

¶Ley. II. *Idem.*

QValquier que cometiere aleue[b]: o algũ caſo de heregia: pierda la meytad de ſus bienes para la nueſtra camara.

ruuias in epitome quarti decretalium. ſecunda parte, capitulo ſexto. §. octauo. numero decimo. Nauar. in manua. confeſſorum. capitul. vigeſimo tertio. numero. 66. Panormi. in capitul. cum dilecti. columna tertia. de arbitr. Felin. capitulo primo. numero quadrageſimo tertio. de conſti. & optimā. q. per Auileſ. in capitulo. 55. prætorum numero trigeſimo quinto. de iudice, qui condemnauit tempore ſui officij aliquem à qua ſententia fuit appellatũ, & tandem fuit cōfirmata an debeatur condemnanti, an iudici ſucceſſori per mortem primi, vel quia expirauit eius officium, & eſt dicendum deberi primo ad idem. l. octageſima quinta. Pinciæ anni. 1548. & ita practicatur inter auditores quando ſuplicatur cum mille, & quingentis duplis, nam pœnam pro virili portione diuidunt inter ſe, & ſi aliquis eſt mortuus vxori, vel hæredibus datur ſua portio pertinēs auditori, qui condemnauit primo.

¶*Lex Prima.*

a ¶*Caſos de traycion.* Proditor amittit bona omnia cameræ regis, & perſona manet in diſpoſitione regis, hoc eſt vt poſsit facere de ea ad bene placitũ ſuum. Vide. l. prima. & quæ ibi dixi titulo ſeptimo de proditionibus. iſto libro octauo. ſupra.

¶*Lex Secunda.*

b ¶*Aleue.* Aleuoſus, vel committens aliquē caſum hæreſis, amittit dimidiam partem omnium bonorum cameræ regis. adde. l. 1. ibi *faria aleue conoſcido* titul. 7. lib. iſto. 8. ſupra, nam crimen proditionis, ſeu læſæ maieſtatis non committitur contra comitem ſeu alium dominum magnatem ſed aleuoſiæ, & . l. 2. eod. titu. vbi iſte amittit dimidietatem bonorum. quia eſt caſus hæreſis. l. 12. tit. 13. ſupr. iſto lib. 8. ordi. & intellige hanc legem in caſibus, in quibus quis largo modo, & improprie dicitur hæreticus, vt ſi dat ad vſuram. vt in. l. 5. infra eod. clemen. 1. §. ſane de vſur. & . in caſu. l. 6. & . l. 7. & . l. 8. & . l. 10. infra eod. & qui perſiſtit in excommunicatione per annum non impetrans abſolutionis beneficium cenſetur alienus à ſancta fide catholica, claues eccleſiæ contemnendo, vt in Concilio Tridentino, ſeſsio. 25. can. 2. §. fin. dicent. excommunicatus vero quicunque ſi poſt legitimas monitiones non reſipuerit non ſolum ad ſacramenta, & communionem fidelium, & familiaritatem non recipiatur: ſed ſi obdurato animo, cēſuris annexis, in illis per annum inſorduerit, etiam contra eum tanquam de hæreſi ſuſpectũ, procedi poſsit. Item etiam ſimoniacus ſacramenta peruertendo ordines, & dignitates, & titulos, ad beneficia & ordines vendendo.

ADDITIO

Adde quid de illo qui multa debita contraxerat & habebat canonicatum & dignitatem, tamē iſte ſecrete renunciauit præbendas in fauorem ſui creditoris retentis certis fructibus cum regreſſu & ingreſſu habita prius fide, vt ſua debita perſolueret vel remitteret an dicatur ſimoniacus contractus & in facto reſpondi ſiquidem remittere dare eſt vt probat tx. ſingu. in. l. ſi fundum. 83. §. Titio. ff. de legatis. 1. facit lex ſi muliet. ff. de conditione cauſa data tradit Felinus in c. veniens nu. 2. de teſtibus. ſed quia non habuit quartum ex extrauaganti cũ deteſtabile de ſimonia an talis ſimoniacus ſit priuatus vel veniat priuādus vide Paulum Pariſium conſilio. 15. collatione. 4. & conſilio vigeſimo nono. & Petrum Rebuffum in tract. de pacificis poſſeſſoribus numer. 240. & an talis ſimoniacus dicatur detentor ſeu intruſus. vide Hieronymum Gigantem in tracta. de intruſis ac numero. 62. Quid autem ſi ſimoniacus permutauit, an ſit purgatum vitium ſimoniæ & dicendum eſt quod non vt tradunt doctorea, ſupra citati.

Credetet gratiā ſpiritus ſancti non eſſe a Deo, & a virtute quadā ſuperna & increata, talis enim dicetur ſimoniacus, à Simone mago, & proderet bona, & memoria eius damnatur, ſi vero non crederet nihilominus commiſit delictum ſimoniæ deteſtandum. extrauag. cum deteſtabile de ſimo. inter communes. aliter ſimoniacos punit, quæ eſt confirmata per Paul. 5. in bulla, quam iu rub. huius tituli literaliter poſuimus, ſimiliter qui propter iniquam curioſitatem, & reprobam accedunt ad dæmonum conſilium, vt denunciet, & prædicet futura, & ſiquis vocat in imaginibus, & characteribus, & augurijs, & ſimilibus quamuis hereſis ſpecimen

men habeant, & ſint caſus reprobi, nihilominus eſt hæreſis largo modo ſumpto, & dicuntur hæretici ſtricto modo ſumpto ſcilicet pœnis de quibus late dixi in. l. 1. titulo. 1. libro primo. ordina. & latius in. l. 3. titulo quarto. lib. iſto. 8. ordina. vbi reſolui totam materiam conuenientem ad forum conſcientiæ, & fori, illic videas. igitur hæreticus largo modo non ita grauiter punitur, ſicut hæreticus ſtricto & proprio modo ſumptus, per hanc legem, & ſic nõ omnia bona perdit. ita colligitur ex Frãciſco Squillacenſi in tracta: de fide catholica. capit. 21. 22. & ca. 23. & eſt ſingulare ad huius legis intellectum cum cæteris ſimilibus. Iudęus etiã ante baptiſmum non credens, neque ſeruans canones, dicitur hæreticus improprie, & largo modo & poteſt propter præuaricationẽ puniti in ſua diœceſi ab epiſcopo, qui eſt cuſtos canonum pœna extraordinaria, ſecundum eundẽ Franc. Squillacenſem vbi ſupra, c. 48. nu. 3. in. 4. volumine tracta. ſecundũ impreſ. Ludug. anno. 1544. ſecũdum quam cito ſemper in iſtis commentarijs volumina diuerſorum doctorum. non ſecundum nouiores, qui quotidie nouas formas imponẽdo in magnum detrimentum iuris cõſultorũ faciunt, melius enim eſſet addere, ex nouis nouum facere volumen quã volumina ſemel impreſſa alterare modicum, aut nullum de nouo ſaltim neceſſarium addendo, & hoc eſſe regia conſtitutione ſtatuẽdum propter damna, & expenſas, quæ ex hoc ſequuntur ſubditis in vniuerſo vt vnuſquiſque teſtis eſſe poteſt.

¶ Lex *Terti.*

a ¶ *Tregua, o ſeguro.* Quia eſt aleuoſus. l. 4. §. 1. titu. 7. iſto lib. 8. ordi. ſupra. l. 1. verſi. *la nouena*, & ibi Grego. citat concord. titul. 2. pat. 7. l. 1. 2. cum ſeq. titu lo. 16 par. 2. Guido Papę deciſione. 418. l. 10. vbi dixi titul. 2. lib. 4. ſupra. & in. l. 1. tit. 8. lib. 4. ordi.

¶ Lex *Quinta.*

b ¶ *Que es Chriſtiano.* Non ergo Iudæus, & infidelis ante lauacrum ſanctum baptiſmi dicitur hæreticus, ſed poſt fidem noſtram admiſſam per baptiſmum vt ſupra dixi in l. 2. & concorda. l. 3. titul. 4. lib. iſto. 8. ordinam. ibi. *herege es todo aquel.* ergo ſi non eſt baptizatus dici ſaltem proprie non poteſt hæreticus.

¶ Lex *Quinta.*

c ¶ *Diere a logro o a renueuo.* Vſuram exercens cenſetur hæreticus, & eſt puniendus in dimidia parte bonorum cameræ regis, intellige, hæreticus large non ſtricto modo loquendo. Ideo non punitur ordinaria pœna criminis ex ijs, quæ dixi in. l. ſecunda ſupra eod. & de vſura, vſurarijs, eorumque pœnis ſatis vtiliter reſoluimus. in. l. prima. titulo ſecundo. de vſuris iſto libro octauo. ordina. Dubitari tamen poteſt. an proxeneta, & mediator ad vſuræ crimen exercendum, cenſeatur vſurarius, ac ſimili pœna ſit plectẽdus? videtur quod ſic. quia eſt coadiutor, & fautor, & opem præſtans immediate in ipſo delicto: ergo vere delictũ cõmittit, quo ad Dei, & proximi offenſam, ergo eadẽ pœna tenetur. c. 1. de offic. deleg. & ad Roman. c. 1. ad fin, qui cũ iuſtitiam Dei cognouiſſent non intellexerunt, quoniã qui talia agunt digni ſunt morte, non ſolum qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. ſecũdo. ex gloſſ. in. l. ſi ſciente, quam ibi reputat ſingularem Barto. ff. ad legem pompeiam de parricid. Roman. ſingul. 271. (numero tertio. quod proxeneta) Hippoly. ſingul. 274. fuit interrogatus & in conſilio. 27. numero tertio. quod proxeneta contractus, vſurarum tenetur ad reſtitutionẽ tãquam ſi ipſe recepiſſet, & dixit ſingula. Hippo. ſing. 181 vbi reprobat Bald. in capitulo primo. §. ſimiliter

¶ Ley. III. *Idem.*

Todo aquel que quebrantare tregua: o ſeguro [a] es caydo en caſo de aleue: y la meytad de ſus bienes perteneſcẽ a nos.

¶ Ley. IIII. *Idem.*

Herege es aq̃l q̃ es Chriſtiano [b] y no cree en los articulos de la ſancta fe: o en alguno dellos y eſte denueſta a Dios: y la meytad de todos ſus bienes perteneſce a la nueſtra camara.

¶ Ley. V. *Idem.*

Qualquier que diere a logro: o a renueuo [c]: pan o vino o dineros: o paños: o otra coſa qual quier es caſo de heregia: y pierde todo lo q̃ da a logro y la meytad de ſus bienes ſon para la nueſtra camara.

in quibus ſit veritas,& qui oderunt auaritiam', & vide tex.in.capit. cum æterni.de ſententia. & re iud.libro.6.

ADDITIO.

¶Adde quod non ſolum iudices verum etiam con ſiliarij nõ debent eſſe deformes argumento.1.Regum.capitulo.17.ibi,erat enim rufus & pulcher aſpectu,decoraque facie.Tales enim neſcio quid boni latentis habent vt patet ibi dum dicit virum pulchrum,& Dominus erat cum eo. Facit ratio legis antiquæ Gothorum. *ca home de mala catadura non pueda fazer buenas obras.* in ordinationibus militum *de la vanda.* incompoſitio enim corporis inæqualitatẽ indicat mentis.cap.fin. 41. diſti. quod non improbat Raſis ad Almanſorem libro ſecundo.capitulo.53.&.54. cuius (ait) facies deformis vix poteſt habere bonos mores.idem pto bat Galenus libro ſecundo. de temperamentis capitulo ſexto.& etiam quod ſit ex bono ſanguine bonaque facie. Vtrunque habetur in Daniel. capitulo.1.ibi de filijs Iſrael & de ſemine regio in quibus nulla ſit macula decoros forma.vt poſsint ſtare in palatio regis. Paruam ſtaturam vel magnam vanam qualitatem eſſe reputo ex.1.Regum. capitulo decimoſeptimo. ibi & dicit Dominus ad Samuel, ne reſpicias altitudinem ſtaturæ, quæ autem ſit praxis nos alibi reſoluimus.Et ande iure ciuili iudices poſsint recipere eſculentum vel poculentum vide tex.in capitulo.ſtatutum.§. inſuper de reſcriptis libro ſexto. l. plebiſcito.ff. de officio præſidis:de iure tamen regio nullo mo do ex.l.5.&.6.titulo nono libro tertio. recopilationis. & ratio eſt quia paruum vel magnum hoc caſu æquiparantur per.l.3.§.quod ad ibi parui.n.ff.ad Syllanianum & ita communiter renetur vt concludit Auendanius de exequendis man datis. capitulo ſecundo.numero. 4.quod amplia in fortioribus terminis in iudicibus ſupremis qui ſine alia iudicis declaratione. in foro animæ.tenentur.l.fin. titu. 3. ſupra libro primo. ordinamenti. cui adde Menchaca libro. 1. controuerſiarum vſu. capitulo. 7. numero. 25. conducit elegans textus in materia in.l.vnicuique.C. vbi cauſæ fiſcales ex ratione legis. ibi grauior pœna conſtituenda eſt in hos qui noſtri iuris ſunt & noſtra debent cuſtodire mandata, quam in alios C. de conductoribus libro vndecimo. & an acquiſita per iudicem præſumãtur acquiſita ex iudicatura & dic quod ſic ſicut bona clericorum acquiſita cenſentur ex tex.ſigulari in capitul.relatum el ſegundo.§.cæterum de teſtamentis Boeri. deciſione vigeſima.numero quarto.

Quæri etiam poteſt vtrum vſuræ dominiũ tranſeat in vſurarium?gloſſ. in capitul. ſi quis vſuram decimaquarta. quæſtione quarta. dicit tranſire, quam probat Auguſt.Beroius.in cap.quia in omnibus,de vſur.numero vigeſimo octauo. verſicul. ſecunda concluſ.fi,ibique citat pro hac parte bonum fundamentum.idem tenet Scotus in quarto ſententiarum. diſtinctione decima octaua. quæſtione ſecunda. articulo tertio.& ibi Petr. Palud. Adrian.Papa.in quarto ſententiarum. quæſtione de vſura qui inquit hanc opinionem communem Canoniſtarũ.& citat Henriq. Gandauenſ. quod. liber.quarto. quæſtione vigeſimaſeptima. & eos refert Dominicus Soto in libro ſexto. de iuſtitia, & iure.quæſtione prima articulo quarto. pagin. 512.verſicul.at vero vt perſpicacior fiat,tenet Friburg. in ſumma confeſſorum libro ſecundo,titulo ſeptimo. quæſtione decimaquinta. latiſsime probat ſumm.Piſan.verb.vſura.5.§. vtrum in vſura transferatur dominium.eſt text.in capitu.cum tu de vſuris,nam ſi illæ poſſeſsiones fuiſſent obligatæ & extra dominium vſurarij,non fuiſſet opus tranſire ad earum venditionem, ſed vendicarentur tanquam propriæ, imo alienatio eſſet ſuſpecta,& illicita quia eſſet affecta vitio reali,cum res tranſeat cum ſuo onere,& ſic iniquum conſilium daret ibi Papa.igitur ibi probatur contrarium ad id quod citatur à tenentibus partem negatiuam, & ſic nulla actio realis,ſed tantum perſonalis cõpetit contra vſurarium,quia tranſlatum fuit in eo dominium vſuræ.

Contraria pars quod non transferatur dominium communiter teneri à canoniſtis,& theologis,firmant Ang.verb.vſura. ſecunda. §. decimooctauo.& Syluester in eo verbo. in ſexto. §. primo.columna ſecunda.& hanc communem etiam refert Dominicus à Soto.libr.ſexto.de iuſtitia & iure.quæſtione prima articulo quarto.& videtur de mente Sanct. Thom. ſecunda ſecundæ. quæſtione ſeptuageſima octaua artiuulo tertio. & in quodlibet tertio.articul. decimonono. ſed ſi verba eius rite ponderentur contrarium volt.& probo verbis ipſius in Opuſcul.ſeptuageſimo tertio. capitulo quinto.pagina.539.vbi concludit ſecun dum legem humanam dominium vſuræ tranſire in vſurarium,quamuis non lege Dei,tamen quod fatendum ſit abſolute,quod in vſura non trãsferatur dominium probat efficaciſsimis rationibus Collect. in to. ſecundo.tract.octauo. de vſura. quæſtione prima.Alexã.Alenſ.tertia parte. quæſtione ſexageſima ſexta.membro.quarto. Altiſiodorenſ.tertia parte.tract.vigeſimoprimo.quæ ſtione prima. Richar.in quarto.diſtinctione decimaquinta,quæſtione quarta.art.5.Sotus libro.6. de iuſtitia & iure.quæſtione prima articulo.quarto.vbi optime,proſequitur,ſit ergo reſolutio,domi

nium non tranſfertur ex vſura ſecundum legem diuinam, ſed ſecundum legem humanam, quando ſuperiunt alia bona, ex quibus ſatisfieri poſsit creditoribus. nam ſi non haber ex contractu gratuito, non valet alienatio, ex contractu oneroſo

¶*Ley. VI.* *Idem.*

QValquier que va a los adeuinos[a] o cree en ſus falſos dichos es caſo de heregia: y la meytad de ſus bienes ſon para nueſtra camara.

valet, & dominium tranſfertur in emptorem, cum pretium illius emptoris ſubrogetur lo co rei. l. ſi rem, & pretium. ff. de petit. hæredi. & ſubſtantia vſurarij per ipſum minor fiat quanquam ſoluendis debitis ſufficit, & ſic poteſt rem vendere & iure natural. dominium tranſfertur in emptorem propter pretium rei condignum, quod dedit vſurario, & ſic poſſunt conciliari opiniones contrariæ. ¶Quæritur pro declaratione huius legis, an idem ſit vſura, & fœnus vide per Franc. Othoma. libro ſecundo. de vſur. capitulo primo. & totum illum tractatum. pro lege quia ſubtilia in materia vſurarum complectitur, & Carol. Molin. etiam de illicitis contractibus, & illud Lucani, Hinc vſura vorax, auidum omni tempore fœnus. ¶Dubitari etiam ſolet an quæſtio vſurarum coram ſeculari iudice, an eccleſiaſtico, ſit tractanda? reſolutiue ſit conelusio, cauſa vſucarum an talis ſit, coram iudice eccleſiaſtico eſt expediēda, neque ſufficit præuentio iudicis ſecularis quando vero agitur de punitione vſuræ manifeſte etiam à iudice ſeculari expediri poteſt, & ſic punit multa delicta concernentia ad iudicem ſpiritualem, ſecularis iudex, cum ſit mere eccleſiaſticum crimen vſurarum, ex gloſſ. & communi teſte ibi Alciat. numero vigeſimoſexto. in capitulo primo. de officio ordinar. & communis in cap. cum ſit generale de foro competeoti. tradit præpoſitus, in ſumma. 11. quæſtione prima. columna ſecunda. numero quarto. vbi eſt gloſſa. & Couarruuias in epitome quarti decretalium. ſecnoda parte. capitulo ſexto. numero decimonono poteſt tamen, cum de facto & non de iure agitur vſurarius aliqua pœna à ſecularibus legibus introducta puniri, ex not. à Panor. & communi. in dicto capitul. cum ſit generale. Alexan. in. l. Titia. ff. ſoluto matrimonio, & in conſil. 9. libro quarto. Alciat. dict. capitulo primo. de offic. ordinarij. nume. 77. Couar. vbi ſupra defendit leges pœnales in criminibus mere ſpiritualibus, quas breui reſolutione intelligas locum habere quando agitur de facto quia conſtat vſuram cōmiſſam ex contractu ſecus ſi dubitaretur de iure an eſſet vſurarius vel alterius criminis, vt blaſphemiæ, hæreſis, vel alterius criminis, vel huiuſmodi, nam iſto caſu dubio poterit iudex eccleſiaſticus petere remiſsionem delinquentis, & cōtractus ad agnoſcendum de delicto mere eccleſiaſtico non alias. & ita ſeruatur in iudicijs. & l. 49. Tauri. cum ſimilibus adductis à Fernand. Michac. libro primo. de ſucceſſ. creatio. §. decimo. in repetitio. l. quoniā in prioribus. C. de in officio. teſtam. n. 640 defendi poſſunt, quod inducunt pœnam in materia ſpirituali, vt homines retrahantur ab inconuenientibus, & caſibus, qui ex talibus contractibus euenire ſolent, pacem populi conſiderantes & ipſum factum merum cōtrahendo clandeſtine, ſine parentum licentia, cum mediatoribus illicitis, infringendo ſecuritatem, & pacificam honeſtamque vitam, & parentum, ex quibus, fraus magis præſumitur. ex. l. data. C. de donatio. & ſunt domeſtici magiſquā cæteri nociui, ſcilicet filius, vel filia, vel ſerua, contrahentes ſine licentia parentum, frattum, dominorum ve, vt experientia docet, ideoque non quia matrimonium cōtraxerunt, puniuntur, ſed quia in pæuentionibus, deliquiſſe apparet, quia eſt crimen cōtra Dei præceptum de honorandis parentibus, eſt fractio domi, eſt crimen aleuoſiæ, eſt cōtra ius canonicum, ideo excommunicātur ab epiſcopis, in conſtitu. Synodalibus. clandeſtine contrahentes, ſine bannis, & ſolēnitate eccleſiæ, cum ergo ſit delictum eo modo præueoire contractum, quamuis matrimonium deceos ſit iuſte, & bene puniuntur per legem Principis in ſua iuriſdictione & regno, cum ad ſpiritualia non tangat, & pacem ſubditorum conſeruet. Vtrum autē qui mutuam pecuniā dedit cōpulſus, vt puta ex regis præcepto, poſsic recipere vſuram, ſiue ſit negotiator, ſiue non, reſpondendum eſt poſſe ſuum intereſſe cuius loco ſuccedit petere, vt vſurā non; ſed vt lucrū ceſſans, & loco intereſſe, quia qui ad mutuandum, nō commouetur improbaſpe vſuræ percipiendæ, ſed inuitus, & compulſus mutuat, is vſuram vtroque iure permiſſam, & inculpabilem recipere poteſt. probatur. 2. ex Paul. Caſtrenſ. in. l. ſiquis neque cauſam. in fine principij. ff. ſi certum petatur Laurent. Rodulphus in repetit. cap. conſuluit. 1. q. 3. princip. de vſuris. Croit. in repe. l. nemo poteſt. num. 3. ff. de leg. 1. reputat egregium dictum Fernād. Vaſquius Michac. in. lib. 1. de ſucceſsio. creat. §. 6. nu. 21. quem vide à numero vigeſimo. præcedent. nam eſt quotidianum, & practicabile.

¶ *Ley Srxta.*

¶ *Alos adeuinos.* Add. l. 1, & l. 2. ti. 4. iſto lib. 8. ord. & l.

Digitized by Google

&.l. prima. titulo vigeſimotertio. part.ſeptima. diuinare eſt Dei poteſtatem ad futura præſcienda velle recipere, quæ eſt duplex diuinatio, vna quæ fit per artem liberalem Aſtrologiæ, & iſta non poteſt in ea magiſtris peritis vetari, quia procedunt ſecundum curſum naturalem planetarum, altera eſt auguriorũ, ſortium fictionum, & ſimilium, & iſta eſt prohibita neque debent exercentes in regno habitare, neque aliquis eos in domo ſua receptet, nec celet. l.prima. titulo vigeſimotertio. part.ſeptima. & Eſai.quadrageſimoprimo. annunciate quæ futura ſunt, & ſciemus quia dij vos &c. & in actibus apoſtolorum. capitulo primo. nõ eſt veſtrũ noſſe tempora, vel momẽta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate adde. l. ſecundã. C.de pag. S. Tho. ſecunda ſecundæ quæſtione. 95. articul. primo. & in ſecundo. ſententiarum. diſtinctione decimaquinta. quæſtione prima. articulo tertio. ad quartum. & in. 3. contra gent. cap. 154. & Eſai. tertio. lectio, 4. in principio, & de alijs dubijs huic legi pertinentibus poteris videre.

¶ *Ley. VII.* *Idem.*

TOdo aquel que yaze con ſu pariẽta faſta el quarto grado a: o con ſu madre: o con ſu cuñada o con muger de ordẽ religioſa, y la muger que duerme con hombre que no es de ſu ley b ſon caſos de heregia y qualquier deſtos pierda la meytad de ſus bienes y ſon para la nueſtra camara:

¶ *Lex Septima.*

a ¶ *Faſta el quarto grado.* Contrahens matrimonium ſcienter in gradibus prohibitis à iure, eſt excommunicatus ipſo iure, tex. in clementina vnica. de conſangui. & affinitat. tradit Archiepiſcopus Florenti. 3. parte. titulo vigeſimoquarto. capitulo trigeſimoquarto. Sylueſt. in ſumma verbo. excommunicatio. 9. quæſtione. 41. Caiet. verb. excommunicatio. capitul. 147. Ioan. Beroar. in praxi canonica crim. capitulo. 84. plures pœnas, quas incurrunt contrahentes in gradibus prohibitis colliges. ex cap. coniunctiones, & cap. qui propinquã trigeſimaquinta. quæſtione ſecundo. & capit. cum inhibitio de clandeſt. deſponſatione. in. §. primo & capitulo ſecunda. de eo qui cogn. cõſang. vxo. ſuæ, & cap. cum ſecundum leges, de hæret. in. 6. l. ſi adulterium. §. fratres. ff. de adult. l. qui contra & l. ſiquis. & authen. inceſtas. C. de inceſt. nup. l. fin. titulo decimooctauo. part. ſeptima. l. prima. titulo octauo. libro quarto. for. leg. l. quinta. titulo decimoquinto. libro octauo. ſupra vbi vide quæ ſcripſi. & Per Paul. Grill. tract. de pœn. omnifar. coitus. quæſtione ſecunda. cum 2. ſubiectis. Ioã. Lup. in repetit. capitul. per veſtras. §. 7 & §. 18. Couar. latiſsime in epitome quarti. Decretalium. capi. 6. §. 8. vbi num. 2. citat hanc legem. 7. & cenſetur ſuſpectus de hæreſi, & tanquã contra hæreticos procedi poteſt ex his quæ notat Ioã. Lup. in dict. §. 18. fol. 67. col. 3. n. 26. Panor. in c. cum quidã col. 2. nu. 4. de iureiurando. & intellige quod cenſetur hæreticus, largo ſumpto vocabulo. & impropriè vt declaraui in, l. 2. & in. l. 5. iſto titulo.

¶ Clerici autem committentes crimen inceſtus, qua pœna ſint puniendi. tradit Ioann. Bernard. in practic. crimi. canoni. cap. 78. verbo. inceſtus pag. 212. ſecundum nouiſsimam impreſſionem.

¶ *Duerme con hombre que no es de ſu ley.* Quæ ſit pœna Iudæi, contrahentis matrimonium cum Chriſtiana, & econtra? Et quid de cognoſcẽte cario carnaliter ſine figura matrimonij? Reſpondeo cõcluſiue Chriſtianum contrahentem matrimonium cum Iudæa, vel econuerſo pœna mortis (quæ erat propter adulteriũ ſancita) tenetur. l. nequis Chriſtianum. C. de Iudæis & ibi Salicet. & habetur in Codice Theodoſiano lib. 3. titul. 14. Panor. & præpoſit. in capi. quanto de diuortijs. Idem ſtatutum eſt, regia lege circa vtrinque matrimonia cũ gẽtibus contracta. l. 3. ti. 11. libr. 4. fori. ¶ Sit ſecunda concluſio. Iudæus cognoſcens carnaliter Chriſtianam ceſſante titulo matrimonij, ſtupri, violentiæ adulterij. & raptus, erit arbitrio iudicis puniendus citra mortem, multo grauiori pœna, quã ſi Chriſtianus Iudæã carnaliter cognoſceret ex Oldrald. conſi. 333. Philip. Corne. cõſi. 114. Philip. Deci. in capitulo primo. numero decimoſeptimo de conſtitu. Aleiat. libro ſeptimo. iuris parerg. capitulo 23. AEgidi. Boſsi. tit. de coitu dãnato & punibili. nu. 21. pagina. 323. colu. 1. Nicol. Boeri. dicẽs hãc communem opinionem eſſe deciſio. 316. col. 3. vbi optime loquitur. Couaru, in epitome quarti decretalium. capitulo ſexto. §. final. numero tertio. Et procedit etiam ſi fuerit meretrix, cum qua matrimonium contraxit Iudæus nempe pœna poſita in prima concluſione, quia iniuria, quæ fit Chriſtianæ per talem contractum pari for-

ri formiter locum habet contra contrahentem cũ honeſta ſicut cum meretrice, contra Ludoui. Go meci. in capitulo mulieres. numero duodecimo. de iudicijs libro ſexto. quem in ſpecie reprobat Couarru. vbi ſupra. refutando allegata per eum. Inde fit propter nomen & figuram ſacramenti cum infideli crimen grauiori pœna plectendum eſſe ſcilicet cognoſcens eam ſub matrimonij figura, quam ſi ſimpliciter ad eã accederet carnaliter cognoſcendo quia in primo caſu contemnit ſacramentum matrimonij & eccleſiam in poſteriori accedit tanquam ad concubinam forte nulla alia contentus cauſa niſi explẽdæ libidinis.

¶*Ley.VIII.* *Idem.*

OTroſi todo aquel que es deſpoſado dos vezes con dos mugeres no ſe partiendo de la vna por ſentẽcia de la Igleſia anteſq̃ ſe deſpoſe con la otra es caſo de aleue [a]. Y otroſi quiẽ tiene muger

Quamuis pœna mortis iure regio in iſto caſu vltimo ſicut in priori ſit puniendus ex. l. 9. titu. vigeſimoquarto. partita. 7. vbi litera talis eſt. *Atreuença, y oſadia muy grande fazen los Iudios que yazen con las Chriſtianas, y porende mandamos que todos los Iudios contra quien fuere probado de aqui adelãte q̃ tal coſa ayan fecho, que murã por ello.* Et ſic æquali pœna punitur quamuis in iſto vltimo caſu ſeuerius dixerit puniendum fore Ioan Baptiſta in repeti. l. omnes populi fol. penulti. verſiculo ſeptimo. ff. de iuſtitia & iure. Sed non eſt ita per præmiſſa. & quia captus amore non facit ex libera voluntate, ſed quia ſeipſum reprimere non valet, iuxta illud. Igneus ille furor neſcit habere modum. & communiter dici ſolet. *yerros por amores dignos ſon de perdonar.* ergo cum ſubſit iſta cauſa, & ſi erat pulchra Chriſtiana & Iudæus iuuenis pœna tanquam ſine dolo cõmiſſa iudicis arbitrio citra pœnam corporalem erit puniendus propter talẽ ſimplicem coitum. Nec placet quod ei amputentur virilia vt Oldrad. retulit ſententiam fuiſſe latam in dict. conſil. 333. quandam not. Andre. Alciat. libro ſeptimo. iuris Parergon. capitulo vigeſimo. tertio. & Couarru. in epitome quarti Decretal. 2. parte. capitulo ſexto. §. fin. numero tertio. ad fin. & huiuſmodi coniunctiones non ſunt abſq; præſumptione infidelitatis iuxta illud Exodi vigeſimotertio. non inibis cum eis fœdus, nec cum dijs eorum, non habitent in terra tua, ne forte peccare te faciant in me ſi ſeruieris dijs eorum, quod tibi certe erit in ſcandalum. & conſtat Numerorum capitulo vigeſimoquinto. morabatur (inquit) autem eo tempore in Septhim, & fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad ſacrificia ſua, at illi comederunt & adorauerunt Deos earum, initiatuſque eſt Iſrael Beelphegor, & iratus eſt Dominus, & inferius inquit, & ecce vnus de filijs Iſrael intrauit coram fratribus ſuis ad ſcortum Madianiten vidente Moſe & omni turba filiorum Iſrael, qui flebant ante fores tabernaculi. Quod cum vidiſſet Phinees filius Eleazari filij Aaron ſacerdotis, ſurrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione ingreſſus eſt poſt virum Iſraelitam in Lupanar, & perfodit ambos ſimul, virum ſcilicet & mulierem in locis genitalibus. Ceſſauit plaga à filijs Iſrael & occiſi ſunt viginti quatuor millia hominũ. Aduerte, qua pœna & plaga voluit Deus punire eos qui commixti fuerunt carnaliter cum populo infideli maxime cum meretrice, igitur mulier Chriſtiana non erit ſine pœna, vt habetur, in. l. 9. titul. vigeſimoquarto. par. 7. verſi. *y la Chriſtiana que tal yerro fiziere.* Per cõcubinas enim alterius legis fuit Salomon infatuatus & adorauit Deos earum, vt videre potes Regum. capitulo vndecimo. ſi ergo Salomon hominum ſapientiſsimus. Regum. 3. capitulo tertio. dedi tibi. (inquit) cor ſapiens & intelligens, in tantum vt nullus ante te, ſimilis tui fuerit, neq; poſt te ſurrecturus ſit, ſi ergo receſsit à Deo propter amorem quanto magis de viris & mulieribus noſtræ ætatis eſt credendum cum nullus ſit homo, qui facit iuſtitiam non eſt vſque ad vnum vt inquit regius Propheta in Pſalmo.

¶*Lex Octaua.*

a ¶*Es caſo de aleue.* Contrahens binas nuptias prima viuente ante ſeparationem primi matrimonij cõmittit crimen aleuoſiæ & amittit dimidiam partẽ bonorum cameræ regis. quod ſit aleuoſus eſt. l. 4. §. item es aleuoſo titulo ſeptimo. iſto libro octauo. ſupra aliam pœnam habes in. l. 7. titulo decimoquinto. eodem lib. aliam in. l. tertia. titulo primo. libro quinto. ſupra. l. fin. & ibi Gregor. Lup. verbo mandamos vbi ponit verbum notandum in actu practico in verſi. & qui accuſat tit. 17. par. 7. adde. leg. fin. infra hoc tit. & quæ ſtatuta ſunt in Concilio Tridenti. ſeſsione. 24. capit. 7. hodie in practica receptum eſt q̃ puniuntur iſti pœna verberum publice cum mitra & mittuntur ad triremes per decẽniũ quia cẽſentur ſentire male de ſacramẽtis eccleſię & inquirũtur per epiſcopũ quia eſt hæreti-

de bendicion, y toma manceba, y mantiene caſa a con ella, y no con la muger: qualquier deſtos pierda la meytad de ſus bienes, y ſon para la nueſtra camara.

¶ *Ley. IX.* *Idem.*

TODA perſona que eſtuuiere deſcomulgado b por deſcomunion de perlado de la ſancta Igleſia por treynta dias: incurre en pena de cien marauedis de los buenos. E ſi paſſaren ſeys meſes de mil marauedis, y ſi paſſare de vn año, incurra en pena de ſeſenta marauedis cada dia para la nueſtra camara de la dicha moneda, y el cuerpo a la nueſtra merced.

¶ *Ley. X.* *Idem.*

QValquier que jurare falſo c ſobre la ſeñal de la cruz y de los ſanctos Euangelios: y ſi le fuere prouado, no cree en la Fé, y cae, è incurre en pena de ſeyſcientos marauedis para la nueſtra camara.

hæreticæ prauitaris proprius inquiſitor vel per alios inquiſitores ſancti officij, Dominicus in c. accuſatus. §. ſanè de hæreti. libro. 6. reſol. eſt latè per me ſupra libro quinto. titulo primo. in l. tertia. vbi vide. prædicta pœna de iure Regio *es de verguença y diez años a las galeras.* vt habetur in noua copilatione legum Regni libro octauo titulo vigeſimo primo. l. octaua. fol. 193. colum. 4.

a ¶ *Y toma manceba y mantiene caſa.* Adde. l. 24. verſiculo. *y que eſta miſma pena.* titulo tertio. libro primo. ſupra vbi dixi in gloſ. 1. & in l. vigeſimatertia. eodem titu. AEgidi. Boſsi. in practic. criminal. titulo. de coitu damnabili & punibili numero vigeſimoſecũdo. vbi poſt Ioan. Baptiſ. coitum vxorati cum concubina reprobatum accuſabilem & punibilem eſſe dixit, ſed intelligit quando eam tenet pro concubina in domo cum vxore. l. prima. C. concubi. Angel in. §. nouiſsime inſtitura. ad Orficianum quamuis Decius inaduertenter reſponderit conſi. 306. ſecundum Boſsium vbi ſupra qui eſt videndus & nouiſsimè vide, quæ ſtatuta ſunt in Concilio Tridentino. ſeſsione vigeſimaquarta. de reformatione matrimonij. capitulo octauo. incipienti graue peccatum eſt. & pœna eccleſiaſticorum in hoc crimine verſantium ponitur late in ſeſsione. 25. capitulo decimoquarto. incipienti, quam turpe hoc clericorum nomine.

¶ *Lex Nona.*

b ¶ *Eſtuuiere deſcomulgado.* Et in ſimul fuerit denuntiatus. l. prima. tit. 5. iſto lib. 8. & ibi plene ſcripſi & late per dominum Iacobum Septimacenſem epiſcopum pacenſem. in lib. de inſtitutio. Catholi. ca. 27. numero tertio. Couarruuias in epitome quarti decretalium. 2. parte. cap. 6. §. 8. numero. 17. & in repet. cap. Alma mater. 1. parte. §. 7. numero 10. verſicul. 4. eſt conſiderandum de ſenten. excommun. libro ſexto. & eſt ſuſpectus de crimine hæreſis qui per annum perſiſtit in excommunicatione & inquirendum eſſet contra talem contumacem per inquiſitores hæreticæ prauitatis cum ſit violenta præſumptio contra eũ quod non credit poteſtatem ligandi & ſoluendi conceſſam eſſe à Chriſto Ieſu Petro & eius vicarijs & ideo ſecurè hoc ſtatutum eſt hodie in Concilio Trident. ſeſsione vigeſimaquinta. ca. 3. Ioan. Lupus in repet. capit. per veſtras. §. decimo octauo. folio. 67. columna tertia. numero vigeſimoquarto. & adde regulam cancellariæ Apoſtolicæ Pij Papæ. V. titulo de inſordeſcentibus. 70. incipienti. item ne perſonis.

Lex Decima.

c ¶ *Iurare falſo.* Periurus non credit in fide Chriſti & vltra alias pœnas eſt multandus in ſexcentis maropetinis cameræ Regis concord. l. 2. titulo. 7. lib. iſto ſupra quam intelligas cum in cauſa propria conuincitur de periurio & amittit cauſam, qui falſum dixit, poſitionibus reſpondendo. l. duodecima. de Madrid confirmata per Carolum Cæſarem in Curijs Pincianis Anni. 1555. l. 46. omnino vide quæ dixi in. l. prima. titulo quarto. libro tertio.

ordin.in gloſſ.1.verſicu.2.erit pęna pag.418.cum ſequenti vbi de vero intellectu.l.2.C.de reb.cred. latius quam alibi tractatum reperies. Quid autē ſi frāgeret iuramentū poſitū in cōtractu ſine præuia iuramenti relaxatione eſt l.1.titulo ſeptimo. libro 8.ordina. vbi dixi. Quid ſi vt teſtis dixit falſum adde. l. 83.Tauri & ibi interpretes & capit.primo de crimin. falſi Daniel. 13. vbi pęna talionis puniuntur hoc eſt, eadem pęna quæ eſſet acculato inſligenda eorundem teſtimonio niſi de falſitate fuiſſent teſtes conuicti & merito.

¶ *Ley. XI.* *Idem.*

SI algun hombre matare a otro a traycion [a] y ſus herederos no querellaren [b] del matador dentro de cinco años antenos, o ante nueſtras juſticias pierda toda la herencia que auia de auer del defuncto y ſea para la nueſtra camara,

¶ *Ley.* XII. *Idem.*

QValquier que muriere ſin cōfeſsion y ſin cōmunion [c] pudiendolo hazer y no lo hizo: pierda la meytad de ſus bienes para la nueſtra camara.

¶ *Lex.XI.*

a ¶ *Matare a otro a traycion.* Conc.l.1.ti.3.lib.5.ordi. ſupra ſecūdū quā & ibi addita hāc cū dicat idē, intelliges.l.1.C.de his quib. vt indign.l.13.vbi ſingulariter per Greg. Lupum per diſcurſum 7. gloſſarum ex quibus recipies concord.intellectum & declarationem ad hanc legem.ti.7.p.6.l.in cognitione vbi Io.Igneus omnino vidēdus. ff. ad Sillanian.

c ¶ *No querellaren.* Ita loquitur.l.1.tit.3.lib.5.ſupra. & l.13.titu.7.part.6.ad denotandum quod petere debet vindictam necis defuncti iuris authoritate, & non propria, nam vindicta Deo, & ſuis miniſtris habentibus iuriſdictionem eſt relinquenda, & ſic accuſare debet reum coram iudice competenti gloſſ. mulctam in l. 1. C.de his quibus vt Indign. dixit ordinariam Iaſo. in addition. ad Christoph. Porti. in.§.ſi quis alium col.2.inſtit.de inutil.ſtipulat.pro dicto Angel. in dicta.l.1. qui dixit quod ſi intuliſti mihi grauem iniuriam, & ego coram teſtibus dixero, ego illum vlciſcar, vel vindicabo. licet poſtea aut mortuus, vel vulneratus reperiatur, ego non poſſum poni in diſcrimine torturę propter verba illa quamuis eſſet homo cōſuetus facere talia. Ratio quia illa verba vindicabo, ſumam vindictam, vlciſcar, poſſunt intelligi duplici modo, vno modo de facto ſcilicet, manu armata, alio modo de iure hoc eſt, vlciſcar coram iudice, petita iniuriæ vindicta coram eo. & ſecundum ius verba illa ſunt intelligenda per prædict. gloſ. in l.1. C.de his quib. vt indign. Ioan Lup. in repet.Rub.de donatio.inter virum. & vxorem. §. 7.numero octauo. vbi alias gloſſas ſimiles ad hoc citat Iaſo.in l.1.num. vigeſimoſeptimo. C.de ſeruis fugi. Eſt gloſ. in l.vxor verbo conſobrini. ibi, & dic, vindicat accuſando lege Cornelia de Sicarijs. verba autem præmiſſa prolata à principe eſſent intelligenda de iure, & defacto, cum ſuperiorem in temporalibus non habeat & ius ſibi dicere poſſit. l. & hoc Tyberius. ff. hæredi. inſtitut. Bald. in §. ſi ſeruum inſtitut.de vulg. ſubſtitut. dicēs ex fine huius tex. colligunt doctores argumentum ad notabile dictum quod quotieſcunque quis non habet ſuperiorem, & habet cauſam cum aliquo, in cauſa tali, ille eſt iudex competens quia quod ſolemus dicere, in cauſa propria nullus eſt iudex, procedit vbi quis habet ſuperiorem. alias ipſemet erit iudex vt hic habetur & ff.de hæred.inſt.& hoc Tyberius hactenus Bal. quam ſententiam notatu dignam fore cenſemus.

¶ Lex *duodecima.*

